COMMENTORVM HAYANORVM AVLÆ ECCLESIASTICÆ & Horti Crusiani

AD

OPPVGNATÆ LEGITIMÆ POTESTATIS ET INVASI NOminis propugnationem

Inter varias

DE COLLEGIIS, TITVLIS, BENEFIciis, Iuribus, Privilegiis, Dominio, Possessione, Iurisdictione, Fundationibus, ultimis voluntatibus, earumque Commutationibus, Concordatis Germaniæ, Annatis, &c.

Itidem

DE ANNO NATALI CHRISTI
Practicas Resolutiones
DISCVSSORVM

A

R. P. IOANNE CRVSIO Societatis Iesu,
TRACTATVS SECVNDVS
Principalis.

Cum facultate Superiorum.
COLONIÆ,
Apud IODOCVM KALCOVIVM.

ANNO M. DC. LIII.

TRACTATUS SECUNDUS
PRINCIPALIS

De potestate Summi Pontificis circa Monasteriorum quorundam emortuorum, seu potius Conventu destitutorum associationem & unionem, Societati IESU *&c. faciendam & factam.*

IN omni actu dispositionis necesse est, ut interveniat pote-
stas, deinde voluntas, tum ipsa actualis dispositio, *text. in* 1 *Tria necessaria in omni actu dispositionis*
c. cum nuper Abbatia de offic. deleg. l. cum te 9. & ibi Bald.
Cod de donat. ante nupt. Bursat, cons. 162. *n.* 10. *vol.* 2. Me-
noch. *cos.* 103. *n.* 51. *vol.* 1. *Vult, cons.* 21. *n.* 164. *vol.* 3. *Mar-*
purg. Achilles Personalis *in tract. de adipis. posses. n.* 614.
Ideoque in actu associationis & unionis monasteriorum conventibus desti- 2
tutorum ad societatem vel alium quemcunque ordinem Religiosum factæ,
necesse est, ut potestas superioris Ecclesiastici, deinde ejusdem voluntas, tum
actualis etiam dispositio interveniat, prout hic intervenisse docebitur.

De *potestate* superioris Ecclesiastici & quidem summi Pontificis maximè, 3
Utrum ejusmodi Monasteria Conventibus destituta, Societati, &c. associari po-
tuerint, in hoc præsenti; at in sequenti tractatu de *ejusdem voluntate & actuali*
dispositione videbitur.

F. Romanus *in præfatione sua* verbotenus quidem *affirmat*, summum Pon- 4 *Commenta*
tificem posse justè ac legitimè ejusmodi Monasteria in alios, adeoque in socie- *Hayana sibi*
tatem JESU transferre; *in appendice tamen horti, paradox.* 20. *n.* 30. *negat*, Pon- *contraria.*
tificem ea posse justè ac legitimè transferre, consequenter eam Pontifici po-
testatem negat. Nam si secundum Fontanell. *de pact. dotal. lib.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 5
13. *part.* 1. *n.* 27. dubitans, *utrum Pontifex Iure possit hoc vel illud facere*, simul
etiam dubitat de ejusdem Pontificis potestate, quam tamen plenissimam &
amplissimam in bonis & rebus Ecclesiæ habet, ut est celeberrimum Consi- 6
lium Ancharan. 305. *incip. Tres Domini*, & refert Redoan. *in tract. de rebus* *Pontificis potestas quanta*
Ecclesiæ non alienand. q. 54. *n.* 37. Vide de hac potestate Papæ Cævall. *in spec.*
Commun. opin. q. 645. *n.* 4. agentem, ita ut possit pro lubitu Pontifex & arbitrio
suo de iis disponere. Butrio *in c. constitutus, & ibi* Abbas *n.* 15. *de religios. dom.*
Gemini: *in c. si gratiose de rescript. in* 6. Consequens est, quod F. Romanus eam 7
Pontifici neget potestatem, quando negat Pontificem posse Monasteria Con- 8
ventibus destituta, Societati unire, eò quod eorum unio foret contra Justi-

 tiam,

tiam, *in Aulais*. §. 7. *n.* 51. atque eò tendunt reliqua ipsius argumenta, quo-
9 rum complura Reverendissimus Domnus Prælatus H. Ordinis Præmonstra-
Asbestus. tensis apud acta compulsoria coram admodum Rev. D. Joanne Maes S.S.
10 Theol. Licentiato, ad D. Cuniberti Coloniæ Decano, Compulsore Aposto-
11 lico exhibuit, iis enim conatur ostendere, quod Collegium Religiosum licet
Propylaeum. *actu desierit* esse; habitu tamen perseveret, sicut & ipsius tituli numerati & pri-
12 vilegia; neque ejusdem Collegii *bona vacent*, sed ab Ecclesia adhuc sint occu-
Anchora. pata & possessa, *spesque* sit restituendi actu Collegii Religiosi, cum Superior,
13 *Libertas ligata.* Jure devoluto *teneatur* ejusdem qualitatis personas Religiosas substituere, ex
eo, quòd teneatur servare ultimas testatorum voluntates & Concordata
14 Germaniæ *d. parad.* 20. Contra quæ apperentes Monasteria, in *decalogum*
15 peccarent; tum etiam sacris Canonib. superior ligetur, ex quibus alii ejusdem
16 ordinis Religiosi veniant in emortuorum Religiosorũ locum surrogandi &c.

17 Jam verò certum sit, quòd nemo suis titulis, Juribus ac bonis, eorumque Dominio ac Possessione, absque gravissimis & urgentissimis causis (cujusmo-
18 di hic non dantur) veniat privandus; *nec* absque iisdem causis superior *possit* aliter, quàm beneficii natura requirat aliis beneficium Regulare conferre, ultimis testatorum voluntatibus derogare, vel Concordata Germaniæ con-
19 travenire, vel etiam Sacros Canones non observare, &c. Unde consequens sit, quod Religiosus Ordo S. Benedicti absque gravissimis & urgentissimis causis, quæ hic non dantur, non possit Monasteriis actu ob mortem Conventua-
20 lium destitutis, habitu tamen adhuc perseverantibus, per Pontificem Summum privari; nec absque iisdem causis Summus Pontifex possit aliis, quam Religiosis ejusdem Ordinis, cujus fuerant Religiosi ibidem mortui, conferre &c.

21 Denique asserit F. Romanus, quod quæ pro contraria parte afferuntur, partim falsis nitantur allegationibus, partim etiam paradoxa sint censenda vel æstimanda.

22 *Diluuntur.* Sed quantum in his decipiatur F. Romanus, quamque nullius momenti nitatur argumẽtis, ex sequentium quæstionum resolutionibus in contrarium factis, atque ab omni insimulatione falsitatis vindicatis parebit.

Quarum prima erit, *utrum emortuis alicujus loci Religiosi ab alio ut membrum independentis, Monachis omnibus originariis vel indigenis, nec continuo aliis ejusdem Ordinis Religiosis alienigenis vel exteris substitutis, Monasteria sint extincta, eorumque Monasteriorum Conventibus destitutorum bona vacent.*

Secunda, *an vero ab Ecclesia ipsa materiali vel ab Ordine, Unione adhuc sint occupata & possessa.*

Tertia, *vel si ab iis nec occupata nec possessa, sperentur tamen serta ac Iuridica spe, ab aliis ejusdem Ordinis Religiosis occupatum iri.*

Quarta, *vel si nec spes certa ac Iuridica adsit, bonorum ab Ordine vel ab ejus Religiosis occupandorum ad quem illa bona spectent, & quo modo?*

Quinta,

Quinta, *Quibus superior ea bona legitimè conferre vel associare vel unire possit?*

Sexta, *si ea aliis alterius Ordinis Religiosis, maxime in curam aut Zelum animarum incumbentibus conferret, vel uniret, utrum violaret Ius naturale, divinum, ac contraveniret ultimas testatorum voluntates, Germanicaque Concordata, Annatas &c.*

Septima, *utrum contraveniret Ius Canonicum, Concilium Tridentinum,* quibus sub finem trium aliarum quæstiuncularum, in astri Eclipsi propositarum addentur Resolutiones.

Ubi tamen notandum est, quod in prioribus quæstionibus cujusdam Religiosi Doctoris ex Ordine Cisterciensi argumenta, quibus non Summi Pontificis potestas impugnatur, sed solum assertum Jus Ordinis sui modestè ostendi videtur, resolvam.

His prænotatis sit,

RESOLVTIO
QVÆSTIONIS PRINCIPALIS I.

Vtrum Monasteria omnibus alicujus loci Religiosi ab alio ut membrum independentia, Monachis Originariis vel incolis emortuis &c. sint extincta, eorumque bona vacent?

PRænotaveram in Eclipsi quod *Monasterii* nomen 1. pro ipsis habitatorib9 1
Religiosis. 2. Pro habitatione claustralium titulis affecta male & insuffi- *Prænotata E-*
cienter à F. Romano fuisset acceptum, eo quod Monasterium non tantum *clipseos Astri.*
personas Religiosas, sed & unionem quandam & ordinem inter illas perso- 2
nas uno loco, unumque in finem congregatas dicat, ex Bart. *in rubr. de Colleg.* *Nomen Mona-*
illic. & in extrav. ad reprimendum. quomodo in Lesa Majest. crimine, adeoque *sterii quomodo*
non nude accipiatur pro ipsis habitatoribus Religiosis, sed pro ipsorum Re- *accipiatur.* 3
ligiosorum Conventu seu Collegio, quod est quoddam artificiale, morale ex 4
personis tanquam materiali, & unione tanquam formali, compositum.

Deinde quod in altera significatione Monasterii, si vox *habitatio* accipia- 5
tur, uti in jure accipi solet pro jure utendi domo &c. tunc jus illud cum per- *Nomen habi-*
sonis utentis extinguendum sit *per l. si habitatio §. 3. ff. de usu & habitat:* quod *tationis in jure*
F. Romani intentioni contrariaretur. Sin verò impropriè pro habitaculo *quomodo acci-*
accipiatur; tunc tituli, quibus habitaculum diceretur affectum, forent reales, *piatur.* 6
quod de omnibus titulis asseri nequiret, cum aliqui saltem Tituli in Ecclesia 7
non numerata, ubi præbendarum non datur distinctio, personis adhæreant,
& cum iisdem dicantur extingui, & cum aliis substitutis recreari *c. dilecto de prebend. & ibi* D d. Vid. infra resolut. c. 2.

Quare indicaveram, vocabulo *Monasterii* significari 1. Collegium seu conventum Religiosum. 2. Titulos. 3. Jura specialia ac privilegia. 4. Locum & bona Monasterii, prout in sequentibus ostenditur. 8

COMMENTA Hayana. Monasterii nomen.

9 Contra opponit F. Romanus *Horti paradox.* 1. *pag.* 431. *n.* 3. quod *illum*
contra me defendat P. Laymannus, quando Censura 7. *Astri sub init. videlicet part.*
2. *n.* 54. ait; *Monasterium quandoque accipitur pro materiali loco & structura, &*
adhaerentibus ei juribus, privilegiis, ac immunitatibus; quandoque autem accipitur
10 *pro corpore congregationis, cui spirituales tituli insunt.* Et in iisdem Censur. part.
1. loc. 7. *Monasterium interdum accipi solet pro materiali Religiosorum aedificio ac*
habitatione, interdum verò pro Religiosis in unum congregationis corpus collectis.
11 *Iterumque* part. 2. censur. 6. fol. 113. *Monasterium interdum accipitur pro Reli-*
giosorum materiali habitatione, juribus ac privilegiis suis affecta; Interdum verò
pro Religiosis sacrum Collegium seu Congregationem constituentibus juxta c. 1. &
12 ibi Dd. de elect. *Eademque diversitas est in voce* Ecclesiæ, *qua vel accipitur pro*
materiali structura sacri loci, vel pro personis Sacris, Collegium seu Congregationem
13 *efficientibus.* Hæc ille. Quod si *proinde apud Laymannum utrumque bene & suf-*
ficienter accipitur etiam apud F. Romanum utrumque nec malè nec insuffi-
cienter, accipi intelligetur.

Vox Ecclesiæ.

14 Atq; ad *supra cit. l. si habitatio* §. 3. *ff. de usu & habit. in Horti Floribus allegat.* 1.
Respondet F. Romanus, *quod modo citat.* L. si habitatio. §. 3 ff. de usu & ha-
bitat. *malè allegetur, eo quod Ulpianus ibi loquatur, de habitatione personæ singu-*
laris ex legato alicui concessa, de qua dubium non sit, quin *cum persona singulari*
exstinguatur. Privilegium enim personæ singularis sequitur personam & cum ea
15 *extinguitur.* Reg. Jur. in 6. *& ibi Dynus Dec,* in l. in omnibus ff. de R. J. *Ipse*
16 *autem* F. Romanus *loquatur de habitatione non personæ in individuo, sed certi*
17 *Ordinis Religiosi familiæ à Fundatoribus condita & donata, qui Ordo cum nun-*
quam moriatur, etiam destituto alicubi uno vel altero Monasterio, sequitur jus
habitandi, penes familiam Ordinis residere, non ut tota familia sed ut aliqui de fa-
18 *milia perpetim ibi habitent. Non igitur jus familiæ utendi domo seu Monasterio*
exstinguitur cum persona singulari familiæ utentis, sed *ea extincta jus hoc transit*
19 *ad alios de familia Religiosa; sicut jus tenendi feudum, extincto cum suis descenden-*
tibus feudatorio, transit ad reliquam familiam, ex prima investitura feudi capa-
20 *cem:* atque ibidem in margine notat, *quod jus utendi domo personale extingua-*
tur cum persona: Ius verò utendi Monasterio ordinis non extinguatur, nisi Ordine
totaliter exstincto.

L. Si Habitatio §. 3 ff. de usu & habit.

21 Prætereà idem F. Romanus *d paradox.* 1. *n.* 4. Contra acceptionem *Mona-*
sterii à me indigitatam, movet, & dicit. 1. *quod si nomine Conventus Religiosi*
22 *Prælatum, ut alibi fecerim, excludam, falsam doctrinam tradam, cum vocabulo*
Monasterii, *non veniat Conventus, nisi cum suo Prælato seu capite sumptus; si ve-*
23 *rò non excludam, jam ipse in prima & quarta Monasterii acceptione mecum con-*
24 *veniat.* At *cum porrò, ajam, nomine* Monasterii *juridicè loquendo, significari* 2.
25 *Titulos* 3. *Iura specialia & privilegia. Utrumq; malè & gratis, nec juridicè dicam,*
26 *Quis enim, ut inquit ipse, mortalium audivit unquam, Titulos aut Privilegia Mo-*
27 *nasterii dici Monasterium? Unde & paulo post* Titulum cap. 2. *ineptè formarim*
An Monasteria ut Tituli sint extincta; *quo capite nec unum potuerim nominare*
textum

„ *textum vel Doctorem, qui nomine Monasterii Titulos intellexerit; Cum neq; verum* 28
„ *sit, Monasteria, esse titulos, nec titulos esse Monasteria. Hinc ego ipsemet deprehenso* 29
„ *meo errore, cum inscriptionem capitis 3. conformiter isti mea divisioni factaque pro-*
„ *missioni sic ordine formare debuissem,* An Monasteria ut jura specialia ac privile-
gia sint extincta, *non ausus fuerim hoc exotico modo loqui. Aliud enim* in- 30
„ quit F. Romanus, *est Monasterium, & aliud jura ac privilegia Monasterii.* Ad-
„ dit idem Romanus, *jura & privilegia ipsosque titulos Monasterii, esse merè spi-* 31
„ *rituales & invisibiles, qua ratione secundum me daretur Monasterium invisibile.* 32
„ Hæc F. Romanus, Cui ad singula ex Ordine respondeo.

Discutiuntur. Monasterium à P. Laymanno quomodo accipiatur.

Laymanus *Monasterium* quandoque accipit pro corpore Congregationis,
cui Spirituales tituli insunt, seu pro Religiosis, non *simpliciter*, sed in unum 33
Congregationis corpus collectis, seu sacrum Collegium seu Congregationē
constituentibus vel efficientibus, quemadmodum & *ego* illud nomen *Mo-*
nasterii accepi; At *Romanus* illud simpliciter & nudè accipit pro solis habita-
toribus Religiosis. Aliud verò est loqui de solis personis Religiosis; & aliud 34
loqui de Religiosis, ut unum Collegium vel Congregationem consti 35
tuentibus, seu, de Collegio ipso Religiosorum, cum hæc propriè 36
loquendo inter se differant, *per l. metum. §. animadvertendum. ff. quod*
metus causa. Auth. Item nulla communitas vel persona. Auth. Item quæcunque
communitas vel persona & ibi Castr. *n. 1. Cod. de Episc. c. 1. § conventicula, & ibi*
Bald. *n. 2. de pa. e juram. confirm.* Idem Bald. *in rubric. Cod. ad Trebell. n.* 2. Ioan.
Andr. *in c. 2. n. 2. de rescript in 6.* Host. *in c. eam te. §. quod. vers. vel dic. de re-*
script. Felin. *in d. c. eam te. n. 15. & ibi citati* Dd. Verall. *Rot, decis. 42. n. 2. part. 3.*
sicut secundum Philosophos partes solæ à toto composito (qualis est univer- 37
sitas) distinguuntur realiter, licet hoc à partibus ut unitis nonnisi ratione, ex
probabiliore & receptiore sententia distinguatur. Arriaga *disp. 5. Physica. sect.*
1. & disp. 4. ibid. sect. 1. Suaretz. *Metaphys. disp. 36. sect. 3.* Vid. Bart. *in l. aut facta.*
§. nonnunquam fin n. 3. ff. de pœn. Francisc. Aretin. *in l. possessio. 1. §. municipes. sub*
n. 94. ff. de acquir. poss.

Deinde quando P. Laymannus *Monasterium* in altera significatione acci- 38
pit pro habitatione, tunc ipse *habitationem* accipit materialiter *pro domo vel*
loco, qui inhabitatur. *per Auth. de defensorib. Civitat. §. & à descendentibus al.*
§ verò contigerit. vers. præcepta verò faciat. c. felicis. de pœnis in 6. quemadmo- 39
dum nomina verbalia (qualis est habitatio) subinde accipi solent. Daoyz *in*
Indice jur. civil. verb. nomen, per glo. in verb. habitationem. l. 1. §. 1. commodat. at 40
non (prout perperam & male referebat F. Romanus) asserit Laymannus *ibid.*
quod Monasterium sit *habitatio* titulis affecta; Siquidem Laymannus *Titulos* 41
corpori vel Collegio tribuit; non verò Domicilio, seu domui inhabitatæ; sed
huic *jura & privilegia* assignat, ut videre est ex iis, quæ *supra* ex eodem Lay-
manno per F. Romanum fuerunt allegata.

Adhæc P. Laymannus non dicit, quod allata acceptio *Monasterii* sit suffi- 42
ciens; Cum id asserere non possit, attento, quod *Monasterium* accipiatur, vel 43
forma-

Monasterium accipitur vel formaliter, vel materialiter, vel utroque modo simul.

formaliter, pro Personis congregationis, seu congregatione Personarum vel in ordine ad ejusmodi Personas congregatas, vel *materialiter* seu *localiter* in ordine ad locum, vel etiam *tertio in ordine* ad utrumque simul. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. c. 29. n. 5.* In *prima acceptione* iterum *dupliciter* intelligi poterit. 1. ut Monasterium accipiatur tanquam *formale quod*, scilicet pro Perso-
44 nis ipsis, quæ & quatenus congregationem Religiosam constituunt 2. ut accipiatur tanquam *formale quo*, seu pro ratione formali, sub quâ personæ congregatæ vitam solitariam & contemplativam, juxta Regulam ab Ecclesia approbatam agant, atque ita Monasterium importat ipsum Titulum, quemadmodum postea ostendetur, seu dicit Monasterium ut Monasterium, seu prout Monasterium ab Ecclesia receptum & approbatum est tanquam Monasterium. Quia verò Monasterium non tantùm ad personas, earumque congre-
45 gationem, sed & ad locum & bona, vel etiam ad jura & privilegia dicit respectum; Hinc etiam fit, ut hæc *nomine Monasterii* veniant accipienda *per l. quid aliud sunt jura prædiorum, quàm prædia qualiter se habentia. 86. ff. de V. S.* Unde
46 consequenter patet, quod jura Monasteriorum nihil aliud sint, quàm Mona-
47 steriæ qualiter se habentia. *d. l. quid aliud sunt jura.*

Contraria F. Romani allegata discutiuntur.

Quæ in contrarium affert F. Romanus, nullius sunt momenti.

Nam quod ad *l. si habitatio.* Respondet, *quasi in illa agatur de legato Personali*
48 *habitationis, secus autẽ sit de legato habitationis familiæ, quasi in illo defunctis hujus loci ex familia, alii aliunde ex familia ad illud veniant admittendi, sicuti in feudo:* Est assertio sine ullo textu juris vel auctoritate alicujus Doctoris prolata, ut
49 proinde erubescere habeat F. Romanus ita sine lege loquens *Auth. de trient.*
50 *& semiss. §. consideremus.* Præterquam quod ubi agitur de *habitatione* alicujus familiæ, intelligatur in jure de familia sub unâ eademque, non aliâ clave habitante, *l. quis sit. 17. §. Celsus & ibi* Bald. & Godefred. *ff. de ædilit. edict.* Ut proinde contraria F. Romani assertio gratis assumatur, quæ etiam infra fusè refellitur.

Retorquetur argumentum contra F. Romanum.

51 Quin etiam assertum illud de feudo, F. Romani evertit intentionem. Siquidem feudum si sit Hæreditarium à descendentibus primi acquirentis, non verò ab ipsius collateralibus, licet ejusdem sint *jure communi* familiæ, acquiritur. Unde *à pari*, Monasterium à primorum acquirentium descendentibus
52 originariis & incolis istius loci, non autem ab alienigenis vel exteris Monachis, qui se ut collaterales respectu primorum acquirentium habent, acquiretur.

2. Arg.

53 *Porrò* quod contra Titulos & jura ac privilegia F. Romanus movet, *quasi ea nomine Monasterii non significarentur*, gravis est in jure error. Quis enim in sa-
54 cris profanisq; authoribus atq; in jure Canonico tam rudis est, ut nesciat, statuas &c. Ecclesias, beneficia, domos religiosas, adeoq; & Monasteria nominari *Titulos.* Si de eo dubitet F. Romanus, adeat Jacob. Gretzer. *li. 2. de Cruce. c. 7.*
55 Cornel. à Lapide *in Genes. c. 28. 18*, Cerdam *in 3. Æneid. vers. 274. n. 14.* Card. Baron.

Baron. *tom.* 2. *Annal. ad Ann.* 112, *atque in Martyrol.* 25. *Iul. Epist.* Pii Papæ I. tum glo. *in c. dudum* 54. *de Elect. verb. intitulatam.* Videantur infra not. *ad resolut. c.* 2. *d. q.* 1.

Deinde quis in jure civili adeo imperitus est, ut ex *d. l. quid sunt aliud jura prædiorum* 86. *ff. de V. S.* nesciat, jura prædiorum aut rei alicujus rectè dici res & prædia qualiter se habentia. Quod cum neget F. Romanus, hoc ipso suam in jure prodit inscitiam. Ecquis est, qui nomine *Civitatis*, cui Ecclesia & Monasterium comparantur, neget significari 1. ipsam communitatem. 2. titulos. 3. jura ac privilegia. 4. locum & bona ejusdem civitatis. 56 57

De prima & ultima acceptione videri poterunt Card. Tusch. *lit. C. conclus.* 280. *& ibi cit.* Dd. Luc. de Penna *in l. scire C. de bon. vac. verb. Civitas.* Secunda quoque & tertia acceptio inde colligitur, quod alias frustra quærerent Dd. *An destructa civitate dicantur etiam Tituli, jura & privilegia destrui*, si ea nomine civitatis non venirent accipienda. Vid. Bald. *in Margarit. super Innoc. verb. Civitas, & in* §. *Imperialis. vers. Nos Romanorum, à n.* 9. *usque ad n.* 14. *de pace Constantiæ.* 58

Illud quod F. Romanus de Collegio vel Conventu Religioso *utrum Prælatum in- vel ex- ludat*, movet: nullius est momenti, quia *ex Resolutione cap.* 3. *d. q.* 1. sufficienter apparebit, quod isthic sub Collegio vel Conventu intelligantur Prælatus & membra, sicut & in glo. *in c. statutum in verb. collegiatas de Elect. in* 6. Angel. *in rubr. de Colleg. illic. n.* 2. 3. videre est; quodq; alias *nomine Monasterii* intelligatur totus Conventus alicujus loci Religiosi, qui Prælatum nunc includat, nunc excludat, subjectæ materiæ exigentia declarabit. Quandoque enim quæritur de *vi vocabulorum*, quæ æque principaliter de præsidente & subditis verificantur, & tunc nomine Conventus etiã ipse præsidens intelligetur, ut patet *in Abbate*, qui non desinit esse Monachus; *in principe exercitus*, qui est pars exercitus *l.* 2. *ff. de infam.* in domino familiæ, qui est pars familiæ. Quandoque quæritur de *vi vocabulorum*, quæ non æquè principaliter de præsidente & subditis verificantur, & tunc præsidens nomine ejus, quod tribuitur subditis, non venit intelligendus, ut patet in Capitulo &c. quia Prælatus non dicitur pars, sed Caput Capituli. *tot tit. de his quæ fiunt à Cap.* Card. *in Clem. Vt hi qui* §. *illi. n.* 13. *q.* 10. *de ætat. & qual.* Ita Abbas formaliter sub nomine Monasterii aut Conventus non intelligitur, quando videlicet Abbas dicitur à Monasterio seu Conventu eligi Læl. Zecch. *de Rep. Eccles. c.* 25. *sub n.* 3. *vers. V. oportet ut eligatur (Abbas) à Conventu illius Monasterii, non autem ab Episcopo.* c. quam sit. c. Abbatem 18. q. 2. Et ibi Can. glo. *pragm. sanct. in c. sicut.* §. *Et quoniam. verb. pertinet. de Elect. pag. (mihi)* 121. Similiter Abbas dicitur matrimonium cum Monasterio seu Conventu contrahere ut sponsus. glo. *pragm. sanct. in* §. *quod si quis. verb. superiorem. n.* 5. *de Collat.* ex Bellamer. *decis.* 88. *pag.* (*mihi*) 307. ut concedit F. Romanus *alleg.* 63. 64. *& paradox.* 17. *in appendice.* ita in aliis quoque casibus Abbas non comprehenditur nomine 59 3. Arg. 4. 60 61 62 63 64

Conventus, ut notorium est. Vid. & Rot. Rom. *decis.5. & 6. apud Tamburin. tom.3. de jure Abbat.*

65 Ex supradeductis manifestum evadit, quod F. Romanus nomen *Monasterii* malè & insufficienter acceperit; Contrà ego in Eclipsi rectè statuerim, nomine Monasterii venire 1. Collegium seu Conventum. 2. Titulos. 3. Jura ac Privilegia. 4. ejusdem locum & bona; quæ tanquam distincta veniant discu-
66 tienda; minimè autem, (ut perperam à F. Romano *in asserta sua Aula* factum est) confundenda; ita tamen de his Monasteriis, eorumque Conventibus destitutorum bonis hic agetur, quatenus ab alio aliorum externorum vel alienigenarum Monachorum Monasterio adhuc exsistente velut membra proprietatis non dependent, quemadmodum ex decisione Trevirensis Unionis coram Eminentissimo D. Verospio 29. *Maii Ann.* 1641. *atque ex Eclipsi* patet.

Quæ Monasteria dicantur ut membra ab alio dependere.

67 Ut autem constet, quæ Monasteria Monasteriorumve Conventibus destitutorum bona ita ab alio sint independentia, necesse est, ut sciatur, quænam Monasteria ab alio velut membra incorporata, vel etiam uti proprietas dependeant. Oppositorum enim est eadem disciplina, idem judicium, sed per
68 oppositionem; ita ut quod operatur oppositum in opposito, idem operetur propositum in proposito, *l. si ex toto. ubi Ias. in 1. not. l. qui quartam. ff. de leg. 1. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. l. si mortis. in princ. ff. qui & à quibus manum.* Bald. *in l. pen. in fin. C. de solut. &* Philipp. Dec. *in l. secundum naturam. n. 3. ff. de R. I.* Vid. Modestin. Pistor. *cons.13. n. 15. vol. 2.* Barbos. *axiom. 171. n. 1.*

69 Ea verò Monasteria eorumve bona ab alio velut membra proprietatis dependere dicuntur, quæ sunt vel habent bona alteri alicui Monasterio incorporata, seu alteri pleno jure subjecta, Card. Flor. *in d. c. dilecta. in princ. de Excess. Prælat.* Wames. *cons. 40. n. 3. 4. de offic. Iud. deleg. & cons. 65. n. 17. tō. 1.* Olives. Beltram. *ad Gregorii XV. decis. 478. n. 6.* Landmeter *in tract. de Vetere Clerico-Monacho, lib. 2. c. 3. §. Habuerunt. not.* Calderin. *de reb. Eccles. non alien. cons. 12.* Monet. *in tract. de Commut. ult. vol. cap. 12. q. 4. concl. 3.* seu quæ sunt alteri unita accessoriè. Rot. Rom. *decis. 786. n. 3. part. 1. divers. seu in noviss. ubi cit.* Host. *in c.*
70 *extirpanda. col. 3. de præb. & ibi* Butr. *in fin.* Ferret. *lib. 2. cons. 236. n. 2.* Rota Rom. *decis. 55. n. 11. apud Tambur. tom. 3. de jure Abbat.* Bald. *cons. 205. n. 2. vol. 3.* Et probatur ex unitorum opposito; quia videlicet quando aliquid unitum cum aliquo, dissolvitur, tunc dicitur illud ab eo, cum quo erat unitum, dismembrari, Mandos. *in Reg. 22. Cancellar. Rom. q. 13.* Ergo ab opposito, quando aliquid manet unitum, tunc dicetur illud tanquam membrum adhærere.

Ex modo deductis patet, quid dicendum sit de istius Religiosi Cistertien-
71 sis opinione *in Actione Ordinis Cist. part. 1. cap. 1. pag. 30.* ubi existimat, Monasterium aliquod dici veluti membrum alterius esse, vel illi uniti, aut incorporari, ad quod acquirendum & erigendum, aliunde ex alio Monasterio aliqui Monachi submissi fuerunt, ut ibi regulariter viverent.

Quæ opi-

Quæ opinio nullo jure nullâve fulcitur authoritate ac ratione juridica. 72
Licet enim ejusmodi Monasterium erectum possit dici filiale alterius Ecclesiæ. Servatius Lairveltz. *in Optic. Regular. ad Regul. S. Augustini cap. 1. mandat. 1. specul. 5. instruct. 2. & seqq.* non tamen est ejusdem membrum quoad proprietatem, nisi hoc ipsum Monasterium ex alterius Monasterii bonis sit erectum. Card. *in Clem. quia Regulares. col. 5. de suppl. negli. prælat. vers. 3. quæro. & ibi cit.* Lap. & glo Menoch. *cons. 336. vol. 4.* Dd. *in c. Apostolos. 12. q. 2. & in c. ad audientiam. 1. ibique* Barbos. *verb. Matric. de Ecclés. ædif.* vel si sit aliorum sæcularium liberalitate erectum; tunc alteri Monasterio quoad bona sit incorporatum, per modò *tradita*, decisionibusque Rotalibus confirmata.

Notandum autem est, quod aliud sit, Monasterium, seu Ecclesiam esse filialem, & aliud, Monasterium seu Ecclesiam ab alio tanquam membrum proprietatis dependere, *per text. & not. in c. cum singula. §. prohibemus. de præb. in 6.* Licet hoc cum illa subinde coincidat. 73

Monasterium vel Ecclesia filialis dicitur, vel quia unum ab alio Monasterio tanquam Matrice ex bonis ipsius est fundatum; 2. vel quia unius loci bona sunt alteri loco cum reditibus à principibus vel Episcopis oblata. 3. vel quia à quibusdam Religiosis unius loci bono zelo egressis alius locus est acquisitus, 4 vel quia Monasterium jam erectum ex aliis locis assumpsit Abbates & Religiosos. 5. vel quia ex unò Ordine Monasterium transit ad alterius Ordinis Monasterium. 6. vel quia deniq; alicujus alterius Abbatis visitationi subest. Vid. Servat. Lairveltz *in Optic. Regular. ad Regul. S. Augustini. supra cit. loc.* apud quem in Circaria Franciæ sive Galliæ diœcesis Meldensis dicitur *Bonolium* præpositura fuisse Ordinis Præmonstratensis Præmonstrati filia; nullos tamen habuisse Religiosos incolas, eò quod ejus reditus ad Præmonstratum, ex quo dependebat tanquam membrum, devoluti fuerint. 74 *Monasterium & Ecclesia filialis quando dicuntur.*

Ex quibus apparet, quod primi quidem, non item 3. 5. & 6. generis Ecclesia filialis, sit etiam matricis membrum; Secundi verò generis Ecclesia filialis sit etiam membrum, si bona unius loci sint alteri loco in ejusdem proprietatem & utilitatem à principibus vel Episcopis oblata; sin verò duntaxat quoad aliquam provisionem, gubernationem vel Administrationem; tunc non erit simul alterius Ecclesiæ ordinantis membrum *per not.* Monet. *de Commut. ult. volunt. c. 12. q. 1. n. 14. 20. 23.* Similiter quarti generis Ecclesia filialis vel Monasterium filiale potest multipliciter intelligi; Vel enim ita, ut Abbas & Conventus in ipsa filiali Ecclesia assumpti desinant esse membra primi Monasterii, unde fuerunt assumpti, vel ut non desinant esse mêbra primi; In priori significandi modo dicitur quidem Monasterium filiale, sed non membrum alterius; secus autem in posteriori, ubi simul est membrum alterius. 75 76

Deinde quod nec semper filiale Monasterium sit etiã mébrũ, ex eo confirmatur, quia Monasteria Monialiũ in Ordine tã Cistertiensi, quã Præmonstratensi sunt filialia vel Cistertii vel Præmôstrati &c. Et tamẽ non tanquã mébra 77

proprietatis ab iis dependent, ut palam est; Cum Monasteria Monialium non sint membra Monasteriorum virorum, quoad proprietatem juxta sacrum Canonem *in c. in decima actione.* 18. *q.* 21. & Decis. Rot. Rom. *Trevir. Unionis Coram Eminentissimo Domino Verospio*, 29. *Maii* 1641.

RESOLUTIO
CAP. I. QUÆST. I.

An Monasteria ut Collegia Religiosa morte Originariorum vel incolarum Collegarum sint extincta?

§. I.

1 *Monasterium est Collegium Religiosum, de jure approbatũ: pars prior prob.* 2

SUppono I. Monasterium esse Collegium Religiosum seu Conventum, adeoque ipso jure approbatum. *Pars prior* est F. Romani *allegat.* 494. n. 2. ubi dicit, *per Monasterium intelligi communitatem ipsam cum suo capite*; estque Alberic. de Rosate *in suo dictionar. verb. Conventus, ex c. edoceri, de Rescript. Clem.* 2. *eod.* & probatur; quia collectio plurium personarum uno fine pietatis congregatarum, & sub una Regula unius Religionis approbata simul uno loco viventium, est Collegium Religiosum vel Conventus, ut patet tum ex definitione Collegii apud Barr. *non in l.* 26. uti perperam erat impressum, sed *in rubr. de Colleg. illic. & extrav. ad reprimẽdum, quomodo de crimine hæresis. &c.* Salicet. *in l. habeat. n.* 1. *C. de SS. Eccles. & ibi* Aretin. *n.* 5. Angel. *in rubr. n.* 2. *ff. de Colleg. illic.* qui Collegium definiunt propriè esse collectionem plurium personarum simul habitantium & viventium; quam etiam definitionem approbant Archidiacon. *in c. deliberatione. n.* 1. *de offic. legat. in* 6. *& in c. usurarum. n.* 2. *de usur. eod.* Albet. de Rosat. *in dictionar. verb. Collegium*, Ripa *respons.* 12. *de Rescript. n.* 3. 5. Card. Florent. *in c. dilecta. n.* 2. *q.* 79. *de Excess. Prælat.*

3 *Collegium quid sit.*

4 *Ecclesia variè accipitur*

Quò faciunt notata Alberic. de Rosat. *in l. sicut §. In decurionibus. n.* 9. *ff. quod cujusq. Univers. nom.* ubi tradit, quod aliquãdo Ecclesia accipiatur pro Congregatione fidelium, aliquando verò pro cõgregatione plurium in eodem loco, VEL Monasterio, & secũdum hoc apud ipsum Ecclesia dicitur habere & possidere &c. Quâ adjectione videtur innuere, Alber. se particulam (VEL) istic accipere *declarativè*, pro (id est,) uti etiam accipi docet Augustin. Barbos. *de dictionib. usu freq. in dictione (Vel) n.* 5. *ex* Bart. *juncto textu in l. ubi pactum n.* 1. *C. de transact.* ut ita Congregationem plurium in eodem loco secundum subjectam materiam Albericus *d. loco* acceperit pro Monasterio. Tum etiam patet ex Ripa. *d. Respons.* 12. *de Rescript. n.* 3. 5. Socin. *n.* 21. *q.* 2. Card. Florent. *in d. c. dilecta. n.* 2. 4. 7. *de Excess. Prælat.* qui de Collegio agunt Ecclesiastico & Religioso. Ratio esse potest; tum quia in ejusmodi Collegio Religioso, maximè ubi stabilitas loci promittitur, initur Societas vitæ, Unde etiam ipsum Monasterium, Cœnobium; ejusque Collegæ, Cœnobitæ appellantur. *Societas verò vitæ* dicitur coiri, quando Collegæ vel socii in una domo remanent uno eodemque

5

6

7 *Cœnobium, Societas vitæ.*

eodemque communi pane & vino victitantes, seu ut loquitur Ioannes de Monte Sperello, *conf.189.n.4.lib.1.* Societas vitæ est, quando casa est communis ad unum panem & vinum, *ut in c. si duo fratres, de duob. fratrib. de novo benef. invest. in usib. feud.* tum quia istic matrimonium initur spirituale, quod hunc parit effectum, ut illud contrahentes teneantur cohabitare, uti patet ex arg. *à carnal. matrim. ad spirituale* ducto, Everard. *in loc. à carnal. matrim.* adeoque ut in una domo simul habitent ac vivant. 8

Notandum tamen est ex Card. *d.n.4.* quod licet jure Ecclesiastico *Collegiũ* & *Conventus* in genere conveniant, in specie tamen & quoad modum significandi different connotato. Siquidem ex *vulgari acceptione* antiquiorum *Collegium* dicit collectionem Clericorum sæcularium, *Conventus* verò collectionem Religiosorum. Hæc ibi. 9 *Collegium & Conventus an & quomodo differant.* 10

Dixi; *Ex vulgari* acceptione antiquiorum, per Collegium intelligi collectionem Clericorum sæcularium; quia ex vulgari usu modernorum Collegium pro collectione Clericorum etiam Religiosorum accipitur; quemadmodum de Collegiis Societatis Jesu patet. 11

Pars posterior, nim. quod Collegia Religiosa sint ipso jure approbata, ostenditur *ex l. 1. §. non licet. ff. de Colleg. illic.* Et sequitur ex prædeductis. Vid. Card. Florent. *in d. c. dilecta. n.7. q.7.* Aretin. *d. l. habeat. C. de S S. Eccles. n. 5.* Heideric. *in system. polit. c. 2. §. de Collegiis civium. vers. species Collegiorũ.* Schönborn. *lib. 1. politic. c. 11.* 12 *Pars posterior prob.*

Interim non nego, quod quandò Collegium Religiosum certo in loco est erigendum, prætcrea superioris Ecclesiastici vel Episcopi authoritas requiratur. *c. de Monachis. c. cellulas. 18. q. 2.* quia ipsius Episcopi interest, ut non nisi boni exempli viri Religiosi admittantur *per not.* Host. *in c. quod Dei timorem. de Stat. Monach.* 13 *Et limitatur.*

Contra Collegii definitionem opponit F. Romanus *in retractione sua; falsum esse tradens, quod Collegium requirat, ut sit eodem loco congregatum, addito illud non probari* ex l. Neratius 85. quam ille perperam dicit 84. ff. de V. S. *Bartolum aliosque supra citatos D d. totum ordinem Religiosum nominare Collegiũ Religionis, Societatẽ ordinis, Corpus Ordinis, quẽ tamen Ordinem certum est in uno loco nunquam facilè Congregari, imò quod hujusmodi Collectio plurium personarũ speciali nomine attributo constituat unum Corpus seu Collegium, docere expresè* Martin. Navarr. *lib. 2. cons. 3. de for. compet. n. 2.* & Host. *in summ. de Syndico n. 3.* sive *simul habitent, sive non.* 14 *Commenta Hayana.*

Hanc opinionem etiam videtur amplecti Socin. *in c. dilecta. q. 1. n. 19. & seq. de Excess. Prælat.* allegato eam in rẽ exemplo Collegii Decurionum &c. Unde Socin. *d. loc.* Collegiũ definit, quod sit Societas plurium corporum seu hominum inter se distantium uno nomine deputata Collegio, quemadmodum etiam definit Rebuff. *in d. l. Neratius ff. de V. S.* eamque definitionem colligit *ex l. 1. ff. de Colleg. illic.* Et Socin. *d. lo. q. 2. n. 20.* Collegium dicit appellari 1. corpus 15 16

*C.de privil.Corporat.l.*1.2. Capitulū *inc.capitulum S.Crucis.de Rescript.*3.Universitatem.*l.*1.*ff.quod cujusq; univers.nom.*4.cœtum Bart.*in l.Prætor.*2.*in princ. ff.de vi bonor.rapt.*5.gentem. 6.Congregationem Bart *ibid.*7.Societatem *d.l.* 1.*ff.quod cujusq; Vnivers.nom.*8. Fraternitatem *per l.fin.ff.de Colleg.illic.* 9. Conventum.15.*dist.c.*1.*in fin.*

17 *Diluuntur.* Verum hæc nihil definitioni propriæ Collegii per Bart. allatæ, atq; à Dd. communiter approbatæ obsunt; quia Bartolus definit Collegium Universitatis strictè acceptæ; alii verò Dd. loquuntur vel de Collegio Universitatis largè acceptæ, de qua Franc.Marc.*in q.*336.*tom.*1.*n.*16. vel etiam de Collegio officii duntaxat; quod à Collegio Universitatis differt, ut videre licet apud Gœdd.*ind.l.Neratius ff.de V.S.sub n.*2.*vers.Notandum namq; est.*Et *in l.*173.*n.*1. *eod.*Reinhard.König *in Theatro politic.part.*1.*c.*1.*n* 383.Istuc fac. not. Berlich.

18 *decis.*150.*n.*21.*part.*1. Siquidem Collegium Universitatis strictè sumptæ est eorum, qui simul habitant.Bart.*supradict.loc.per l.ult.ff.de Excusat.Tutor.& ibi* Dd.*& l.*4.*ff.de Colleg.illic.* Collegium verò officii non requirit, ut Collegæ simul habitēt, per not. Gœdd.& Königs *d loc.* Felic.*de Societate in proœm.n.*33.

Aliàs pro utroq; solet hæc definitio tam à ICtis, quã Politicis afferri, quod

19 sit legitima plurium Personarum ejusdem conditionis, professionis & ordinis Societas, vel cōsociatio, Felic.*de Societat.in proœm.n.*33.Reinhard. König *in Theatr.politi .part.*1.*c.*1.*n.*382.*per l.ult ff.de Excusat.Tutor.& l.*4.*ff de Colleg. illic.* Wolgangus Heider.*in systemate politico.c* 2.*de partibus formalibus Resp.*§. *de Collegiis Civium.vers.Collegium verò.*Brăudlach *in Epitome jurisprudent publica lib.*4.*c.*7.*n.*12.Schönborn, *in tract.politic.part.*1.*cap* 11. *& mscr.c.* 10.§. *quid est Collegium.* Besold *lib.*1.*polit.c.*11.*dissertat.*3.*de jure Collegior.c.*1.§.1.

20 *Collegiū quomodo à corpore differat & Societate.* Deinde Bart.Collegium propriè & strictè definit, prout distinguitur à corpore, vel à Collegio genericè & largè accepto, vel etiam à Societate singulorum.Nam *Collegium Vniversitatis propriè dictum* significat legitimam collectionem plurium hominum simul habitantium & in unum finem viventium,

21 Bart & alii supra cit.Dd.Anton. de Butr.*in Repertor.verb.Collegium.*diciturq,

22 Cœtus, Conventus, Sodalitas, tribus. At *corpus* est plurium hominum, sive simul habitent sive non, ac habet se ad Collegium tanquam genus ad speciem; Definiturque sicut & Collegium in genere, ac large acceptum, Collegiorum plurium conjunctio.Bart. Alberic.de Rosat.*d.loc.Schönborn.lib.*1.*polit.c.*11.*in impr.& in mscr.posteriorib.c.*10.Besold.*lib.*1.*Oper.pol.c.*12.*dissert.*3.*de jure Colle-*

23 *gior.c.*1. §.1.Matth.Stephani *de jurisdict.lib.*2.*part.*2.*c.ult.n.*8 *ad fin.* At *Societas singulorum*, est eorum qui non simul habitant, sed simul unum tractant negocium aguntque ut aliquid acquirant, Felic.*d.loc.*Subinde tamen in jure

24 Collegium & corpus confundi notant Gœdd. König. Heider.*supracit.loc.*

25 Nos verò cum Bart. de Collegio Universitatis propriè dicto secundum ejus propriam significationem hic agimus, prout verba ordinariè & regulariter

62 sunt accipienda *l.si ita vulneratus* 52. *in princ.ff.ad L.Aquil.l.non aliter* 69.*ff.de legat.*

legat. 3. atque ita hic esse accipiendam, suadebat ipsa materia subjecta Conventus Monasterii Religiosi, in quo tanquam uno habitaculo seu loco civiliter & moraliter intellecto plures Religiosi habitant, ut patet *ex Novell.* 5. *c.* 3. *& Novell.* 153. tum ex voto stabilitatis, quod emittunt Professi Ordinis S. Benedicti, per quod illi professi cõstituuntur unius loci Collegæ. Vid. Anton. de Butr. *in c. in præsentia col. antepen. & pen. n.* 63. 64. *de probat.*

Verba autem secundum subjectam materiam, juxta *l. si uno anno*, al. *l. ex conducto §. si uno anno* 4. *ff. locat. & l. Stipulatio ista, habere*, 38. *§. hæ quoque ff. de V. O. &* civiliter, id est civili modo, non judaicè & crasse sunt intelligenda *l. si cui* 9. *ff. de servitut.* 27

Ex adversum allati à F. Romano Dd. loquuntur vel de Collegio officii, vel de Collegio Universitatis non propriè accepto, sed prout idē est, quod Corpus. Quo modo hic nomen Collegii nos non accipimus, Ut proinde F. Romanus, nihil ad rem afferat, & argumentum nostrum ex propria nominis Collegii, & quidem Religiosi significatione, non verò ex sola & nuda l. Neratius. ff. de V. S. (prout perperam & falsò F. Romanus asserebat) à nobis depromptum, æquivocatione nominis Collegii largiùs accepti eludere frustra conetur. 28

Suppono 2. Monasterium esse Collegium personale non reale, per tradita ab Innocentio *in. d. c. dilecta n.* 4. *de Excess. Prælat. & ibid.* Ancharan. *n.* 5. qui tradunt, Collegia adinstar servitutum realium vel personalium dici, alia realia, alia personalia. Hæc *personalia* scilicet esse professionum, negociationum, & officiorum & *Religionum*, eaque simul esse voluntaria, & non necessaria. Collegia *realia* appellari Collegia civitatis, Burgi & Ecclesiæ, quæ sunt necessaria & naturalia, nec ea licet indifferenter dimittere. Ancharan. *d. loc.* 29 30

Collegia alia personalia, alia realia, illa voluntaria, hæc necessaria.

Suppono 3. Collegium seu Conventum *dupliciter* posse accipi 1. *Ut Collegium formale* & actuale, quod essentialiter constituitur ex tribus minimum personis. *d. l. Neratius. & ibi* Cępoll. *in pr. n.* 2. *de V. S.* ibiq; Rebuff. Gœdd. *n.* 1. *&* 3. Alber. de Ros. *n* 4 *per. c.* 1. *de Elect.* ibiq; not. *l.* 1. *ff. quod cujusq; Univers. nõ.* atq; essentialiter dicit collectionem trium Religiosarum personarum sub una Religionis Regula approbata simul viventium. Card. Florent. *in d. c. dilecta. n.* 4. 5. 6. Gœdd. *n.* 1. *&* 3. *ac* Rebuff. *in d. l. Neratius* 85. *ff. de V. S.* Heider. *in system. polit. c.* 2. §. *de Collegiis civium. vers. Collegium verò. & vers. Cives seu personas.* König *in Th. atro polit. part.* 1. *c.* 1. *n.* 382. 383. Braudlach. *in epitom. jurisprudent. publ. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 12. Schönborn. *l.* 1. *polit. c.* 11. *in impres. & in mscr. posteriorib. c.* 10. 31

2. Ut *Collegium habituale*, idque triplici ratione, aut quia actualis essentia habitualiter perseverare intelligitur, ut quia in una altera ve duntaxat persona Religiosa conservatur, cum spe illud redintegrandi Alberic. de Rosat. *in l. si grege legato, n.* 5 *ff. de legat.* 1. *& ibi* Iason *n.* 12. 13 Villalob, *in comm: n. opin. verb. Collegium n.* 102. Guilielm. de Monte Laudun. *in Proœm. Clem. si principaliis. n.* 5. *de Rescript.* de quo *infra plurib.* vel quia actuale morte omniũ incolarũ & originariorum 32

33

nariorum desinens, ut membrum ab alio existente dependet, à quo redintegrabitur, *ut patebit ex infra deducendis*; aut quia actuale ab alio ut membrũ in-
34 dependens, esse desinit; potentia tamen & aptitudine restitui potest. Hoc verò æquivocè habituale dicitur; non quia habitu, prius actuale perseverare intelligitur sed quia in potentia est ut reproducatur. Nam quod actu non est, sed esse potest, dicitur esse in potentia, ita ut possit esse & non esse, adeoq; incertum, utrum sit futurum actu; Cum ea quæ possint esse & non esse, incerta sint, teste Aristotele 3. *Ethic.* ac consequenter perinde se habeant, ac si non essent, prout pluribus explicat Vacon. à Vacun. *lib.* 3. *declarat.* 47. *n.* 13. 14. *& infra pluribus videbitur.*

35 *Collegium & Collegiata Ecclesia differunt* Deniq; suppono, Collegium & Collegiatam Ecclesiam plurimum differre, ut tradit *Ripa* in d. Responsl. 22. de Rescript. *Paris.* cons. 27. & cons. 34. n. 39. vol. 4. Cum Ecclesia Collegiata jus reale, non verò Collegium respiciat.

§. II.

36 His suppositis ad quæstionem initio Capitis propositam ut Respondeatur, sit Conclusio 1. *Mortuis omnibus Religiosis personis unius Collegii vel Conventus ab alio aliquo exsistente tanquam membrum non dependentis, nullo omnino superstite, Monasterium ut Conventus seu Collegium dicitur exstingui & esse extinctum.* Quæ conclusio probatur tam ex Canonistis, quam ex Legistis tradentibus,
37 quod mortuis omnibus personis Religiosis alicujus Conventus ab alio existente, non tanquam membrum dependentis, nullo superstite dicatur Conventus seu Collegium Religiosum per se seu per rerum naturam dissolvi ac
38 desinere esse, adeoque extingui; Ratio à priori ex causa Collegii intrinseca formali petitur. Quando non amplius est actu, nec habitu conservatur unio, quæ inter plures in ordine ad unum finem nimirum Cultum Dei Religiosum sub una Regula approbatum Congregatos fuit, tunc dicitur Collegium extingui. At quando omnibus Personis Religiosis unius Conventus ab alio aliquo existẽte non tanquã membrum dependentis, nullo omnino superstite, Collegium dicitur actu & habitu dissolvi vel desinere esse, tunc non amplius est actu, nec conservatur habitu Unio, quæ inter plures Personas Religiosas in d. unum finem sub regula approbata congregatas fuit. Igitur, quando omnibus mortuis personis Religiosis unius Conventus ab alio tanquam *membrum* independentis dicitur dissolvi Collegium, vel desinere esse, tunc dicitur Collegium exstingui, seu exstinctum esse. *Major* conceditur à F. Ro-
39 40 mano *in aula Asbesto n.* 48. *p.* 61. *col.* 2. *in fin.* & alioqui Probatur: quia sicut unio actu plurium Personarum in ordine ad unum finem uno in loco sub certa regula approbata congregatarum, est causa formalis intrinsecè Collegium formale constituens, ita & unio habitu plurium Personarum in ordine ad unũ istũ finẽ &c. consideratarũ, est causa formalis intrinsecè Collegiũ habitu cõsti-
41 tuẽs, ut patet ex definitione supra allata. Et alias mille studiosi v. c. in una domo esse

esse possũt qui tamẽ ut sic, considerati nec sunt, nec faciũt Collegium, nisi in
una aliqua re communi uniantur Zas. *in l. si ut. §. in decur. ff. quod cujusq; univ.*
Hinc quando ejusmodi unio non est amplius actu, nec conservatur habitu, *Major prob.*
collegium dicetur extinctum. Consequentia hæc est manifesta, quia mu- 42
tatâ vel peremptâ rei formâ (qualis hic est Unio vitæ socialis) perimitur vel 43
extinguitur ipsa substantia, seu status rei *l. julianus 9. §. si quis. in addit. marg. ad
exhib.* Stephanus Daoyz *in juris civilis indice. verb. forma.*

Minor quoque est evidens ex terminis, quia dissolutio unionis tam actu, *Minor prob.*
quàm habitu, & ejusdem unionis tam actu quàm habitu existentia vel con- 44
servatio opponuntur. Proinde ubi est unionis tam actualis quàm habitu- 45
alis dissolutio, nõ potest amplius esse unionis actualis & habitualis exsistentia
& conservatio, sed necessariò ponenda est ejusdem extinctio.

F. Romanus *Majori* & *Minori* meo nomine mutilè relatis, ac *Minori* malè 46
negata, ut ex modo deductis patet, demum ad conclusionem Respondet *in* *Commenta*
Aulæ Asbesto n. 48. Negamus, inquiens, *mortuis omnibus, Monasterium ut Colle-* *Hajana contraria.*
gium vulgo nominari extingui & extinctum esse, nisi sub nomine Monasterii seu
Collegii intelligantur Personæ Collegii; hæ enim verè exstincta sunt: sed Mona-
sterium ut Collegium, adeoq; ut Universitas aliter sonat, nec dicitur vulgo exstin-
ctum vel exstingui.

Cujusmodi Responsio vel nulla est, vel certè æquivoca & fallax; quia *Discutiuntur*
cum *Collegium* vel *genericè* pro corpore, vel *specificè* pro certo Conventu lo- 47
cali accipiatur: itidem Universitas 1. *largissimè* sit hominum & rerum 2. *Collegium nũc*
verò sit hominum & quidem *largè*, alicujus provinciæ; *minus large*, alicujus *genericè, nunc*
civitatis; tum denique *strictè*, castri, villæ vel alterius loci particularis cætus, ut *specificè accipitur*
videre est apud Baldum *in c. cum ab Ecclesiarum, n. 7. 8. de off. ord.* hinc F. Ro- *Item Univer-*
manus vel accipit Collegium in potiori suo significato, prout significat *Col-* *sitas largissime*
legium personale ex Innoc. *in d. c. dilecta, de Excess. prælat. n. 4. 5.* Et hoc qui- *large, minus*
dem in casu, *Religiosum*; similiter vel accipit *universitatem*, prout dicit uni- *large, strictè.*
versitatem hominum & quidem *strictè* acceptam, secundum Jason. *in l. si gre-* 48
ge legato n. 7. ff. de legat. 1. & l. sicut §. in decurionibus, ff. quod cujusq; Univ. nom. 49
hominum Religiosorum uno in loco simul habitantium; & tunc nihil con- 50
tra nos agit, sed idem, quod nos in utraque præmissa ex Dd. deduximus, con- 51
cedere debebit; nec poterit nisi malè contra juris rationem & Dd. authori-
tatem negare, vel ipse *Collegium* accipit *genericè*, prout comprehendit Colle-
gium *personale & reale* juxta Innoc. *in suprad. c. dilecta. n. 4. 5.* similiter vel ipse
accipit *Universitatem largè* aut *largissimè*, prout comprehendit universitatem
hominum & rerum secundum Jason, *in d. l. si grege legato n. 7.* tunc æquivocè
& fallaciter aget, pro certa quasi specie genus aut alteram speciem obtru-
dendo, quasi à remotione speciei ad remotionem generis vel alterius etiam
speciei argumentum duceretur, nimirum, quasi exstincto Monasterio aut
collegio aliquo personali diceretur aut argueretur Collegium vel in genere,

vel etiam Collegium reale esse exstinctum, quod nemini in mentem venit,
52 quin etiam istius contrarium expresse hac. q. 1. definitur, quod nimirum à remotione certæ quasi speciei ad remotionem generis vel alterius speciei non valeat argumentum, per *text. not. in l. in duobus. §. si quis juraverit: & ibi* Bart.
53 *de jurejur.* Everard. *in loc. à genere ad speciem n.* 3. Dicimus enim *c.* 1. nomen Monasterii istic *formaliter* accipi pro Collegio seu Congregatione Personarum Religiosarum unius loci, cujusmodi personæ ita collectim, non vero sigillatim & singulariter acceptæ, ab ipso Collegio seu Vniversitate Personali Religiosa, non re ipsa seu in re significata distinguuntur. Jason *in d. l. si grege*
54 *legato. n. 7. ff. de legat.* 1. Cum partes simul sumptæ à toto non re ipsa differant Arriaga *disp.* 4. *Physic. sect.* 3. licet in *ficto* mentis conceptu aut fictione aliqua juris aut modo significandi aliquo modo differre videantur. Bart. *in l. aut facta §. nonnunquam fin. n. 3. ff. de poen.* Francisc. Aretin. *in l. possessio. §. muni ipes. sub n. 94. ff. de acquir. poss. per l. in tantum. §. Vniversitatis. ff. de rer. divis.* Vid. E-
55 clips. *suprà cit. loc.* Et de hac Personarum Religiosarum collectione certo loco congregatarum & simul habitantium, ex Jurium & Dd. authoritatibus, deduximus, eâ exstincta dici Collegium aliquod personale Religiosum ex-
56 stingui. Contra quam conclusionem, frustra occlamat F. Romanus, cum utramque Præmissam, ex qua ipsa deducitur, concedere debeat.

57 Deinde Respondet F. Romanus *d. loc. n. 48 & ibid. n. 10. me malè & erroneè*

Commenta Hayana.

„ *cum Laymann.* in censur. Astri part. 1. loco. 7. §. in eo verò, & seq *ac cum de-*
„ *viante Valentino Mangionio* in Theor. 2. part. 1. quæst. n. 82 *argumentari à prædicato unius speciei ad prædicatum opposita speciei, nimirum à Dissolutione, quæ est*
„ *facti, ad oppositam Dissolutionem alteram, quæ est juris: sicut si quis ex eo, quod*
58 „ *homo est animal & brutum est animal, inferret. Ergo homo, est animal, irrationale,*
„ *quod ipsum se dicit comprobare ex Eclipsi.* q. 1. c. 1. num. 7. *ubi rectè Laymannum & Mangionium, in Scholas mittam. De facto*, inquiens, *dicitur tantum*
59 „ *quid fieri, quando ipsum fit nec lege nec ratione legis approbante; De jure verò,*
„ *quando vel lege vel legis ratione approbante aliquid fit.* l. 38. §. hi qui sunt. ff. de
„ V. O. & l. 41. ff. de pecul. l. 24. ff. de R. I. c. inter alia, de sent. excomm. *Vi-*
„ *de latè Rebuff.* ad l. verbis legis 120. ff. de V. S. *cum Jus & factum sibi opponan-*
60 „ *tur*, dd. ll. ubi id Dd. *notant. Doctores autem, quando tradunt, Collegium morte*
„ *omnium dissolvi*, vult ipse, *eos agere & loqui de dissolutione vel in genere, Vnde*
„ *ad certam speciem dissolutionis, non possit fieri illatio: vel certè eos loqui de dissoluti-*
„ *one facti non juris.*

61 Verùm vehementer hic fallitur & fallit F. Romanus. *Fallitur*, quia

Diluuntur. Dissolvi per se vel per rerum naturam quid?

nos hic agimus de dissolutione Collegii, quæ facta est aut fit per se, secundum Zasium *in l. possessio. §. minus, n. 15 ff. de acquir. poss.* seu per suam naturam, id est, quæ facta est aut fit morte omnium in Collegio personali existentium *l. si duo. §. ait prætor. cum §. seq. ff. de constit. pec. junct.* glo. Bart. Bald. Alber. Fulgos. *Vid. ibid.* Angel. & Castr, *n.* 1. 2. ubi verè textum illum

sat

fat pulchrum inculcat. Et Alberic. *in dictionar. verb. per rerum naturam.*
Hinc patet, perperam & obscurissimè sine ullo juris textu, ac ratione à F. Ro- 62
mano *in asbesto s. b n. 16. §. Unde fit*, dissolutionem Collegii, quæ fit per rerum
naturam, intelligi, quasi causæ *materialis* (per quam *ibid. num.* 11, locum &
fundum accipit) aut *formalis* omnimoda extinctio, ubi manifesta impossibi-
litas reparationis, dictam perpetuitatem tollat & extinguat.

Notandum autem, quod dissolutio Collegii, quæ fit per rerum naturam, 63
æquiparetur dissolutioni, quæ fit authoritate Superioris, aut dissolutioni ju-
ris, juxta Baldum *in l. non ambigitur 9. n. 3. ff. de Legib.* Felin. *in c. dilecta*, *sub*
n. 21. in fin. de Rescript. Unde sicut Collegium dissolutione juris dicitur exstin-
gui; ita & dicetur dissolutione facti per rerum naturam exstingui, Modestin.
Pistor. *cons. 47. n. 67. vol. 2.*

Dissolutio per rerum naturam æquiparatur ei quæ fit authoritate superioris.

Cum æquiparatorum sit eadem dispositio *l. 1. ff. de leg. 1.* glo. *in l. si* 64
quis servo. C. de furt. & in c. si postquam. §. fin. de elect. in 6. Barbos. *ax. verb.*
æquiparatum. 14, num. 1. Consequenter non agimus hic de dissolutione Col- 65
legii, quæ fit per accidens, estque meri facti, ut si ab hostibus dispergatur dun-
taxat Collegium. Zas. d. loc. Nec etiam agimus de dissolutione Collegii, quæ
fit in vita Collegarum, ipsis vel volentibus vel nolentibus ex authoritate su- 66
perioris, sed quæ fit eorundem morte. Ancharan. *in c. dilecta, num. 8. de ex-*
cess. Prælat. & ibid. Butr: Ex quibus patet, quam multipliciter fallatur &
exerret F. Romanus.

Dissolutio per accidens quæ?

Fallit verò idem (ut optimè & Laymannus & Mangionius *cit. loc.* sed 67
perperam à F. Romano allegati adverterunt) quando ipse Doctoribus cla-
rè & apertè de dissolutione Collegii loquentibus & distinguentibus, suppo-
nit aliam obscuram & æquivocam responsionem, ut tanto facilius Lecto-
rem incautum involvat, adeoque quot citat eo fine authores, tot falsas alle-
gationes tum *in Astro suo, tum in Aula sua à num. 23. usque ad num. 39.* admit- 68
tat. Nam Dd. distinguunt, quod Collegium dissolvatur, vel omnibus de
Collegio volentibus, vel omnibus mortuis nullo remanente, vel mandato
superioris propter delictum. At F. Romanus hanc tertiam dissolutionem 69
Juris, & duas alias facti appellat, æquivocatione nominis *Iuris* Lectorem de-
ludens; Cum ea vox à Dd. in *tertii generis dissolutione* duntaxat accipiatur 70
pro sententia & mandato superioris, uti & accipitur *in c. 2. de constit. in 6. & l.*
pen. ff. de just. & jur. Ipse verò F. Romanus vocem *juris* in alia diversa significa- 71
tione, de qua in *d. l. pen.* etiam agitur, nimirum pro lege approbante, prout ex
ratione ejusdem à me petita elucet, accipiat. *Sed male*, Et pejus
rationem à me petitam istum in finem adducat. Siquidem nec jus, 72
nec Dd. de *tertio genere dissolutionis* Collegii, nempe quæ dissolutio
fit jure, id est, sententia judicis, loquentes, istic jus pro *lege approbante*
sed facinus *vindicante* accipiunt. Erubescat igitur F. Romanus 73

ſine jure & authoritate loquens *juxta l. illam ubi not. omnes, C. de Collat.* §.
74 *conſideremus. Auth. de Trient. & ſemiſſ.* Deinde diſſolutio Collegii morte omnium non minus, imò magis eſt juris ſeu legis approbantis, quàm ea, quæ
75 fit authoritate ſuperioris, ut ſupra deductum eſt. Cum illa, quæ fit per mortem omnium, ſit diſſolutio *per ſe*; hæc verò, quæ fit authoritate Superioris, ſit diſſolutio duntaxat *per accidens*; illaque quæ fit in morte, videatur magis naturalis; quàm iſta, quæ fit in vita ipſorum Collegarum, authoritate ſuperioris, & quidem violenter exercetur Dd. *ſupracitati.*

76 Nec abſurdum eſt, nec repugnat, aliquid fieri de facto & ſimul etiam de jure, prout Laymannus & Mangionius oſtendunt in excommunicatione, quæ ipſo facto, & ſimul ipſo jure incurritur, atque etiam ex Bart. *in l. ſodales*
77 *ff. de Colleg. illic n. 6. & ſeqq.* idem pateſcit, ubi dicit fundari & conſtitui Collegium 1. authoritate ſuperioris, qualia ſunt omnia Collegia Eccleſiaſtica, 2. ſine authoritate ſuperioris, qualia dicit eſſe collegia Diſciplinatorum, juvan-
78 tium oppreſſos, Doctorum Scholarium, opificum &c Utroque modo Bartolus affirmat Collegia conſtitui de jure civili, & tamen conſtat, quod ejusmodi conſtitutio Collegiorum ſit facti, maximè ea, quæ fit ſine authoritate ſuperioris. Inſuper annon contractus & diſtractus ſimul ſunt facti & juris. Si
79 ignorat F. Romanus, adeat inſtitutiones, maxime titulum *quibus modis re contrahitur obligatio & l. juris gentium 7. ff. de pact.* Vacon. à Vacuna. *lib. 2. declarat. 43. n. 36.* indeque diſcat, priusquam P. Valentinum Mangionium *paradox. 30. n. 49.* de eo tanquam abſurdo reprehendat; ipſe abſurdo laborans.

Aliquid poteſt ſimul eſſe facti & juris.

80 Locus ex Aſtri Eclipſi *q. 1. e. 1. n. 7.* adductus, F. Romanum minimè ruetur, quia definitur ibi duntaxat id, quod de facto tantum fieri dicitur; per quam
81 particulam (*tantum*) excluſivam & taxativam affirmativè poſitam, affirmabatur nudum factum & excludebatur ſeu negabatur omne aliud, quod factum non concerneret. Cum dictiones excluſivæ ſeu taxativæ affirmativè poſitæ affirment illud, quod ponunt; & excludant ſeu negent omne aliud.
82 Everard. *in loc. à natur. diction. taxat. n. 2. per text. in l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. in l. ob as. C. de præd. min. in l. contractus, ff. de R. I. & in c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propr.* Quod ſi F. Romanus ex hac propoſitione taxativa velit, uti debebit, ſubſumere, *Monaſterium ut Collegium perſonale, morte o-*
83 *mnium diſſolvi de facto tantùm*, jam falſum ſubſumet, quod nec in jure, nec ulla Dd. authoritate, nec ratione fundatum eſt. Aliàs ſi ita eſt argumentaturus; *Quod fit tantum de facto, non fit jure. At diſſolutio Collegii morte omnium fit de facto, Ergo &c.* jam fallaciter argumentabitur; quia medium terminum ſcil. *fieri tantum de facto*, in *Majori* accipiet limitatè & excluſivè, ac pro eo in *Minore* ſupponet alium illimitatum, nec excluſivum terminum, ſcilicet *fieri de facto*, adeoque quatuor in illo ſyllogiſmo terminos adducet, itaque nihil concludet. Quod ſi *Minor* ita formetur, *At diſſolutio Collegii morte o-*
84 *mnium fit de facto tantùm*, ſtatim apparebit, uti verè eſt, falſa, & umbra fugiens,

Particula excluſiva & taxativa, tantum, quæ vis?

Argumentum Hajanum diſcutitur, ejusq; fraus detegitur.

quam

quam etiam F. Romanus *alleg*. 3. insequitur, dum tradit, me *ex c. inter alia. de sent. excomm.* asserere, hæc duo, *fieri de facto, & fieri de jure*, esse membra opposita. Cum tamen secus se res habeat; & ego *d. c. inter alia*, præter alias leges eo solum fine adduxerim, ut ostenderem, quid esset *fieri de jure*, non autem ut inde ostenderem, quod fieri de jure opponatur fieri de facto reduplicativè sumpto &c. Si quidem id docebam ex *citatis ibidem legibus & Dd.* 85
not. inquiens, cum jus & factum sibi opponātur *dd. ll.* id est, dictis legibus, ubi id Dd. notant. Ut vel hinc imperitia vel fraus F. Romani pateat, quidvis pro quovis asserentis.

Porrò ad Argumenti nostri supra positi *Majorem*, nim: quod *quando Vnio inter plures non amplius est actu, nec conservatur habitu &c. tunc dicatur Collegium extingui*, Respondet F. Romanus *cit. loc. n. 48, in Asbesto.* Quando 86
Commenta Hayana.
unio inter plures non amplius est actu & habitu, tunc dicitur Collegium extingui, concedimus Majorem, quando non amplius est solo actu, negamus Majorem. Ad Minorem vero illius Argumenti Respondet, *distinguendo: non amplius est aut conservatur Vnio inter plures actu, concedimus: habitu, negamus: quia dissolutio Vnionis actualis & conservatio Vnionis habitualis sibi non opponuntur. Proin ubi est Vnionis dissolutio, potest simul esse Vnionis habitualis conservatio, ut hic, adeoq; non extinctio. Confirmatur ex Eclipsi q. 1. c. 1. n. 5. 7. ubi affirmo ego Collegium non esse, nec posse dici extinctum, quamdiu unica ex eo Persona cum spe restaurationis superest. Atqui certum est & evidens, in unica Persona non dari Vnionem actualem plurium Personarum. Aut ergo Ego, ut putat F. Romanus, ex vi mei argumenti contra me ipsum cogor concedere, tale Collegium Vnico superstite fuisse extinctum, aut fateri, dissolutionem Vnionis actualis simul stare posse cum conservatione Vnionis habitualis. Hac ille.* 87 88

Sed iterum F. Romanus cum umbris pugnat. Nam 1. *Major* formabatur de Unione plurium collegarum vel actu non exsistente, vel etiam habitu in uno non perseverante, sed desinente, uti patebat ex opposito F. Romani argumento in *Eclips. q. 1. c. 1. n. 8. ejusdemq; §. 12. resolutione*; non autem formabatur de Unione plurium, quæ solo actu desinat esse, prout fingit F. Romanus. *Deinde* Responsio F. Romani ad *Minorem* nequaquam quadrat. Siquidem *Minor* hæc erat formata: *At quando mortuis omnibus Collegis, videlicet originariis vel incolis unius Conventus ab alio extero tanquam membrum independentis, Collegium dicitur actu & habitu dissolvi, tunc amplius non est actu, nec conservatur habitu unio, quæ fuit inter istos Collegas.* Ad quam non nisi ineptè Respondetur, quod tunc non amplius cōservetur unio actu, *concedatur*; habitu, *negetur.* Cum Dd. tradant, quod quando unus ex Collegio superest, tunc in ipso unio plurium habitu conservetur; non verò quando omnes mortui sunt, nullo planè superstite aut remanente, prout paulò post ostendetur; De hoc, non isto casu nos agimus. Proinde F. Romanus hic larvas quærit, cum quibus depugnet. 89 90 91
Diluuntur.
Vnio habitualiter manet in unita Collegii persona superstite, si subsit spes instaurationis, non verò in nulla.

 Quod

92 Quod ad contrariam rationem attinet,ea gratis à F. Romano assumitur. Nos enim vel *in Eclipsi* vel *censuris vel Theoricis*,ex Unionis actualis dissolutione haud uspiam intulimus Unionis habitualis dissolutionem, prout Nobis F. Romanus affingere videtur, sed ex utriusque Unionis & actualis & habitualis inter plures personas dissolutione,cum Doctoribus arguimus, Collegium esse omninò dissolutum seu extinctum: quod etiam ex concessa à F.
93 Romano, *Majore* omnino est consequens. Proinde F. Romanus in mari aquam quærit,quãdo conatur ostendere,Vnionis actualis inter plures personas dissolutionem posse consistere cum unionis habitualis conservatione, quod ipsimet Nos teste F. Romano *in alleg.* 357. ante tradideramus. *Nobis autem in proposito nostro* ne vel minimum contrariatur.

§. III.

Porrò ex Dd. ostendendum est, quod quando omnibus originariis alicu-
94 jus Conventus ab alio alienigenarum vel exterorum Monachorum ejusdem Ordinis Monasterio superstite, tanquam membrum non dependentis Religiosis personis mortuis nulla omnino remanente, Conventus seu Collegium dicitur *per se* aut *rerum naturam* desinere esse, tunc dicatur actu & habitu dissolvi, adeoque exstingui. Nam F. Romanus limpidos Dd. fontes in Eclipsi
95 „ apertos *æquivoca sua distinctione juris & facti*, de qua supra, turbare se existimat, inculcans, *quasi ipsi tradant, Collegium alicujus loci morte omnium Collegarum (Originariorum vel incolarum) Religiosorum, de facto duntaxat & non de „ jure; seu illud actu quidem, non vero habitu dissolvi, adeoq; nec morte omnium e- „ jus loci Religiosorum extinctum; consequenter male à me Dd. contra se allegatos „ esse.*

Commenta Hayana.

96 Ast vehementer *fallitur* F. Romanus. Fontes ipsi inspecti aliud ostendunt. Anton. de Butr. *in c. dilecta.* 14. *vers. item quæro n.* 16. *de Excess. Prælat.* glo. *in l. sicut.* §. *in Decurionibus ff. quod cujusque Univ. nom.* Bart. *in l. sodales. ult. n.* 22. *ff. de Colleg. illi.* glo *in c. statutum, verb. Collegiatas. de Elect. in* 6. Chocquier. *lib.* 3. *de jurisd. Ordinar. in exempt. q.* 19. *n.* 2. Card. Zabarell. Flor. *in Clem. in plerisque* 2. *q. de Elect.* Bertachin. *in repert. in verb. Collegii.* Bald. *in d. l. sicut* §. *in decurionibus ff. quod cujusque Univ. nom.* Dd. *à me q.* 1. *c.* 1. *in Eclipsi* allegati unanimiter tradunt, morte omnium Religiosorum uno remanente, jus Collegii in illo conservari; nullo vero remanente Collegium dissolvi. Horum Dd.
97 verba ferè *in Eclipsi* descripta non minus à F. Romani, quam cujusdam Reverendissimi Domni Prælati Ordinis Præmonstratensis impugnatione *in Horti confinibus* relata mox vindicabo.

Discutiuntur.

Ius Collegii in uno, non verò in nullo conservatur.

98 Ad eosdem Dd. accedit Guid. Pancirol. *cons.* 128. *n.* 6. ubi ait; *Et licet destructis ædibus injuria temporum evenerit, ut Canonici cum Clericis non potuerint „ cohabitare, non propterea dissolutum fuit Collegium, quia retentum fuit in ipsis Cle- „ ricis licet separatim habitantibus, sicut videmus, quod licet necessario tres requi- „ rantur ad constituendum Collegium*, juxta l. Neratius. ff. de V. S. *duobus tamen*

Pancirol.

mor-

mortuis Collegium remanet & conservatur in uno, qui supervivit, licet ille solus non »
potuerit ab initio Collegium facere, juxta l. ficut §. ult. ff. quod cujusque Univ. »
nom. ibique Dd. *tradunt & Abb.* in c. 2. n. 9. de postul. prælat. *Nec enim sol-* »
vuntur Collegia nisi authoritate superioris, aut omnibus mortuis, vel volentibus sol- »
vere Collegium, ut ibi Abb. tradit. n. 12. & *Bart.* in l. ult. n. 21. vers. quæro, quali- »
ter Collegia dissolvantur, ff. de Colleg. illic. Hic autem ipse agit de omnimo- » 99
da dissolutione, prout arguit particula, (nisi,) præcedente negativa, juncta *particula (nisi) qua vu.*
authoritati superioris, quâ constat, Collegium omnino dissolvi. Cum qua
etiam mors omnium jungitur per particulam disjunctivam & alternativam *Item, Aut.*
(Aut) de qua Barbos. *in dict. usu freq. dict. Aut* 46. *n.* 1. 2. cujus vis est, ut attri-
buat actum cuilibet in solidum, per not. glo. 1. *in c. cum plures. de off. deleg. in* 6.
& ibi Archid. Joann. Andr. Domin. Franc. & Barbos. *d. loc. n.* 2. Unde etiam ip- 100
se Bartolus intelligetur tam propter particulam (nisi,) quàm ob alteram istam
alternativam (Aut) morti omnium Collegarum dissolutionem Collegii in
solidum tribuere, idque non minus, quàm authoritati superiorum aliquod
Collegium destruentium. Authoritate verò superiorum Ecclesiasticorum, 101
Collegium non tantum actu, sed etiam habitu destruitur. Ergo *à pari*, ob
mortem omnium Collegarum Religiosorum Collegium illud non tantum
actu, sed & habitu intelligetur esse destructum. Modestin. Pistor. *cons.* 47. *n.*
67. *vol.* 2. Accedit quoque Odofred. *in d. l. sicut* §. *in decurionibus, n.* 1. ubi ait, 102
Imò si omnes moriuntur, uno excepto, nomen Universitatis retinetur, & ille solus *Odofred.*
poterit experiri & respondere. Et hoc dicit iste §. Videatis expositionem litteræ (ma- »
neant) *subintellige, qui ab initio Universitatem constituerunt. Et conveniri sub* » NB
nomine Universitatis (& stet) *id est, duret in uno nomen Universitatis. Unde not.* »
hic, Unitas non facit Universitatem, sed factam retinet. Nam si omnes de Universi- »
tate moriuntur excepto uno, adhuc dicitur Universitas, ut hic & inf. de verb. sign. l. »
Næratius: *sic etiam nomen gregis retinetur in uno, non tamen unus porcus ab initio* »
facit gregẽ, ut inf. de Usur. l. equis, & inf. de legat. 1. l. grege legato. *Orsignori, Do-* »
minus Io. & Azo super isto §. *formant multas quæstiones, obscurè tamen, de quibus* »
non facio magnam vim. Dicunt ipsi, pone quod in aliqua Ecclesia sunt 100. *Mona-* »
chi, omnes de Collegio sunt mortui, ita quod non remanet, nisi Ecclesia, eritne Colle- »
gium solutum? Dicimus quod sic: quia nomẽ Universitatis retinetur usq; ad unũ; sed »
nullo existente non retinetur, sed desiit esse Universitas, ex quo ibi nullus remansit. » NB
Idem dicimus in civitate &c. Postea ibidem aliam de patrimonio istius Collegii » 103
subiicit quæstionem, de qua *in resolutione q.* 2. *seq.* agetur. »

Quod autem hi Dd. non tantum de dissolutione, quæ est meri facti; sed eti- 104
am de ea, quæ per se & per rerum naturam fit, adeoque quæ juris est, sint intel- *Zasius.*
ligẽdi, videre est ex Udalrico Zas. qui *in l. poss.* 1 §. *mũic. n.* 19. *ff de acquir. poss.* ait; »
Imò si totum Collegium desineret usque ad unum ex Regentibus, nihilomi- »
nus consisteret Universitas in illa unica personâ, & retineretur per eam posses- »
sio *d. l. sicut* §. *fin. sup. quod cuj. Univ. n.* Quid autem, si Collegium totum desinat, »
ne una quidem persona manente? Hoc loco refert; quia aut Collegiũ desinit »

& trans-

" & transfertur in aliud Collegium, sicut Templarii sunt translati in Hospita-
" larios, *ut dicit* Bald. & tunc bona Collegii transeunt cum ista translatione, al-
" legat Bald. *c.1. ne sed. vacant.* Aut Collegium desinit, quia destituitur per Su-
" periorem, & tunc bona Collegii sunt vacantia, & deferuntur fisco. Bald. *alle-*
105 " *gat. c cum ex iniuncto. de op. nov. nunc.* Aut Collegium desinit per se, *quod o-*
" *mnes personæ moriuntur*, *& tunc* (quemadmodum ibidem pergit Zasius de
" bonis ejusdem Collegii alio spectantibus agens) *si est Collegium seculare, bo-*
" *na apprehenduntur per Superiorem; & desinet possessio: si autem est Collegium*
" *Ecclesiasticum, tunc bona una cum possessione remanebunt penes Ecclesiam Vni-*
" *versalem.* Ita Bald. *in d. l. sicut. in fin. &c.*

106 Idem confirmant Dd. qui tradunt; Universitatem hominum conservari in uno ad huc superstite, dummodo subsit spes Collegii numerum supplendi; aliàs non. Ita parte priore probatâ *ex l. sicut* 7. §. *in decurionibus. quod cujusq. univers. nom.* sentiunt Bart. junct. Trott. *in l. si grege legato n.1. ff. de legat.*
107 1. Nam ibidem Bart. inquit: *oppon. quod in uno resideat universitas l.* sicut §.
" fin. quod cujusque Univ. *Sol. glo.* ibid. *nomine durat, non re, & illam tenet* Dyn.
" *Vel dic, ibi loquitur in Vniversitate hominum, in qua sunt consideranda duo, sc. ipsi*
" *homines & res & jura eorum. Vnde propter jura in uno homine dicitur rema-*
" *nere Vniversitas & jus Vniversitatis.* Ad quam vocem, *Vniversitatis*, ibi pro par-
Trottus. tis posterioris probatione notat *Trottus in addit.* Jura etiam Colle-
108 gii remanent integra penes unum, qui superest, ut docet esse commu-
" nem opinionem Villalobos, *inter communes opiniones. verb. Collegii. n.* 102. Pu-
" to tamen, tunc demum jus penes unum remanere, si sit adhuc spes, alios su-
" perventuros, in locum mortuorum, aut aliter instaurari posse corpus Uni-
NB " versitatis, alias non, ex textu hic bene ponderato, ut innuit Gaspar Vallasc. *in l.*
Valascus. *imperium, n. 82. de jurisd. omn. jud.* Hæc Trott. Valascus autem *d. loc.* ait: quia
109 jus Universitatis potest in uno remanere *l. sicut 7. quod cujusq. Vniv. c. si forte*
Vniversitas *cum glo. 65. dist. & habetur c. gratum de post. prælat. & l. si grege. de leg. 1.* sed de
hominum con- jure crederem, esse verum dictum Cyn. (*in l. fin. de petit. hered.*) quia licet jus
servatur in u- Universitatis possit remanere in uno, ut in *juribus supra allegat.* Illud est ve-
no, sed Spes in- rum, quando spes est, quod alii de Universitate vel Collegio subrogentur in
staurationis locum deficientium, Nam tunc, quamdiu non subrogantur, Universitas di-
requiritur.
110 " citur sustineri & remanere in Uno. *l. mortuo. ff. de fidejuss.* Sed si non est aliqua
" spes, quod alii surrogentur, ut in casu nostro, certè tunc jus Collegii dicitur
111 " deficere, & esse dissolutum. Facit text. *in l. inter stipulantem* §. *sacram. ff. de*
" *V.O.* ubi spes reficiendi vel non reficiendi navem, inducit diversitatem *l.*
" *quod in rerum* §. *fin. ff. de leg.* 1. & pro ista solut. videtur. *text. non violando lite-*
" *ram. d. l. si grege. ibi* quamvis grex desiisset esse. *de leg.* 1. & erit novus intellectus
NB " *ad illam* l. & hæc sunt notanda, quia alibi ita non declarantur. Hactenus Va-
112 lascus d. loc.

Alia est ratio Vniversitatis hominum, & alia rerum. Cujus doctrina obtinet in *Vniversitate hominum*, secus verò, ut contra O-

dofred.

dofred *cit. loc.* Bart. *supracit.* notat, in Universitate rerum, quæ non habet „ bona, neque jura, & ideo si devenerit ad unum, non est propter quod dicatur „ remanere nomen Universitatis. Bartolo consentit Paulus Castren. *in d. l.* „ *si grege legato. n.* 7. ubi ait: Ultimo Nota, quod hic Universitas hominum, re- „ 113
maneat in uno solo, omnibus aliis mortuis *ut l. sicut §. fin. supra quod cujusq; Vniversf. nom.* secus tamen est in *Vniversitate rerum* seu corporum, *ut hic*. Nam „ *prima* Vniversitas habet jura, quæ non exstinguuntur propter mortem ho- „ minum, ut *not. in c. cum ex iniuncto, de nov. op. nunc.* & propter illa jura repræ- „ sentatur tota Vniversitas in uno: sed tota Vniversitas *corporum* non habet „ 114
jura, sed duntaxat illa corpora: Vnde non est necesse inducere hanc repræ- „ sentationem. Et hoc voluit Glossa. Idem tenet Alber. de Rosat. *in l. Neratius n.* 4. *ff. de V. S.* ubi ait, in glo. *per unum retinetur, in verb. retinetur*, scilicet „ 115
Jus Vniversitatis, non autem ipsum Collegium, quia est exstinctum *arg. supra* „ *de leg.* 1. *l. si grege. & not. x. de post. c. gratum* ubi Pan. *sub n.* 9. ait: Non obstat, „ quod dicitur de grege animalium; Quia illud procedit in Vniversitate re- „ rum inanimatarum, quæ quidem Vniversitas non habet bona seu jura, nec „ est ibi animus hominis, in quo conservetur illud jus Collegii, merito extin- „ ctis capitibus animalium desinit Vniversitas seu grex. Sed Nos loquimur in „ Vniversitate Personarum, quæ habet bona & jura, ideo jus Collegii residet „ in uno solo. Hæc ibi. „

Castrensis.

Alberic.

Idem expressè sentit Martinus Delrio *in suis Miscellaneis juris civilis*. Hic enim *in d. l. sicut §. in Decurionibus ff. quod cujusque Vniv. nom.* (quem sequitur 116
ibidem Brossæus *ex editione secunda Lugdunensi Ann.* 1590.) dicit, Vniversi- „ tas semper remanet, licet personæ mutentur *l.* 85. *ff. de V. S.* & quod magis est, „ si unus solus ex Vniversitate remaneat, jus & nomen Vniversitatis conservat: „ Vniversitatis nomen in uno retinetur, licet per Vnum ab initio constitui non „ potuerit, sed per tres. Hinc constat, Vniversitatem solvi, si nullus ex ea V- „ 117
niversitate remanserit, secus si unus. Hæc ibi. Idem videtur insinuare Lan- 118
cellot. Decius *in l. proponebatur ff. de judic.* Nota etiam, inquiens, quod idem est populus & Vniversitas cujusque civitatis & loci, qui fuit retro mille an- nis; Quia successores repræsentant eandem Vniversitatem, & jus Vniversi- „ tatis potest remanere in uno solo. *l. sicut § fin. cum ibi not. supra quod cujusq; Vnivers. nom.* Accedit Alban. *qui in additione ad* Bart. *in d. l. sicut §. in Decurionibus verb. licet persona. ff. quod cujusq; Vnivers. nom.* ita docet: ubi etiam habetur 119
inquiens, notabilis limitatio ad hunc textum, *in § in Decurionibus*, non sem- „ per Vniversitatis jus in uno solo retineri, sed in eo tantùm casu, in quo subsit „ spes, ut alii in locum deficientium subrogentur. Hæc ille. Similia tradit Al- „ NB
beric. de Rosate. *in l. non ambigitur ff. de legib. n.* 3. ubi dicit (scilicet glo.) eti- „ 120
am intelligendum esse jus Vniversitatis vel Collegii in uno remanere, quan- „ do spes est, quod alii de Vniversitate vel Collegio subrogentur in locum de- „ ficientiū, quia tunc Collegium repræsentatur in illo, *ut inf. de fidejus. l. mortuo*; „

M. Delrio.

Lancellot. Decius.

Albanus.

Albericus.

» Sed si non est spes, quod alii subrogentur, tunc dicitur Collegium & jus Col-
» legii esse dissolutum, *arg infra de legat.3.l.pater.§.Tusculanus.*

121 Eisdem astipulatur Francisc. Aretin. *in l.grege legato.n.3.ff.de legat.1.* Ubi insuper decidit, quod tunc spes restituendi numerum Collegii non adsit, quando à longissimo tempore non fuerunt alii istic substituti. Ita enim ait verb. in glo. posita, super verbo defuisse, &c. quod jus Universitatis resideat in uno, non solum nomine, sed & re, quia possidet omnia jura, quæ possidebantur ab » Universitate, *ut ibi not.* Item exercet omnes actus, quos exercet Universitas,

Francisc. Aretinus. Spes instaurandi quando dicatur adesse.

122 » ut plenè declarat glo. ord. *in c. gratum de post. prel.* Hoc tamen limitatur no-
» tabiliter per Bald. & alios *in l. non ambigitur. ff. de ll.* Videlicet, quod jus Uni-
» versitatis non residet in uno, quando non est spes, quod Collegium restaure-
» tur amplius, sicut videmus in senatore Urbis, ut ibi plenè per eum. Cum
» enim longissimo tempore sit observatum, non eligere senatum, videtur quo-
» dammodo superior tacitè voluisse non durare jus Collegii in unius persona.
» Hactenus ille. Istuc facere videtur, quod beneficium curatum desinat etiam
123 » esse habitu, si non sit verisimilis spes intra 40. annos actum curæ recuperandi
» & steterit 40. annis sine Parochianis. Hactenus Aretinus.

124 Ex quibus concluditur, quod si Collegium aut potius jus Collegii vel Universitatis conservetur in uno, & quidem tunc tantum in illo casu, quando subest spes intra 40. annos redintegrandi numerum personarum Collegii. Ergo à contrario, quod in jure fortissimum est; Everard. *in loc. à contrario*, quando nullus omnino ex Collegio superest, non poterit dici Collegium vel jus Collegii vel Universitatis conservari, adeòque necessario necessitate con-
125 sequentiæ dicendum erit, Collegium omnibus ipsius Personis omnino e-
» mortuis desinere esse, seu esse dissolutum per se, ut ait Zas. *in d.l.1.§. municipes. n.19.ff.de acq.poss.* vel per rerum naturam *per l.si duo.§.ergo.3.ff.de Cõst.pec.& ibi*
126 *supra cit.* Dd. Desitioni autem per rerum naturam æquiparatur desitio Collegii de jure vel destructio authoritate superioris facta. Bald. *in l. non ambiguur 9.n.3.ff.de ll.* Felin. *in c.dilecto.sub n.21.in fin.de rescript.* Modestin. Pistor. conf. 47.n.67.vol.2. Proinde quod in uno reperitur dispositum, in altero quoque
127 obtinebit. Everard. *in loc à parib.* Barbos. *in ax. æquiparatum*, Collegium verò authoritate Superioris destructum, censetur omnino actu & habitu dissolutum. Ergo etiam quod desinit per se, vel per rerum naturam, censebitur & actu & habitu desinere, esse, ut ex præmissis Dd. authoritatibus est colligere, atque mox infra ex Dd. demonstrabitur.

128 Quorũ omnium ratio pẽdet ex iis, quæ subtiliter Cagnolus in repet. *l.2.C. de pact. inter empt. & vẽd. n.127 & seqq.* à Martino Delrio *in l.proponeb ff. de jud.* laudatus affert, ostẽdendo Collegium alias non permansurum idem. Nam ut
129 ipse ex Aristotele contra Heraclitũ sentientem *omnia in continuo motu & fluxu*
„ *esse, nec mãere eadẽ,* ostendat contrarium, tandem post aliquam disputationẽ,
„ hæ duo ponit fundamẽta, ex quibus dignosci possit, utrum res maneat eadẽ.
„ *Primum* est, quod tripliciter possit intelligi aliquid permanere idem nume-
130 ro substantialiter: *primò* quia nulla in eo sive quoad totum sive quoad partem

ſubſtantialem, id eſt, ſive in ſubſtantia ſua, ſive in materia (ſi eam habeat) ſive in forma fiat variatio. Et ſic Deus, Angelus aut cæli ſunt iidem, qui fuerunt in principio. *Secundo* dicitur aliquid idem, quia licet una pars varietur, altera tamen & principalis manet invariata, & ſic homo quilibet per totam vitam ſuam dicitur idem; quia licet partes *materiales* defluant, tamen anima rationalis manet invariata. *Tertio* dicitur idem illud, cujus partes ſunt in continua ſucceſſione, in ſitu conſimili & figura, ſine interruptione vel mutatione notabili in ordine ad totum & ſic Padus, Rhenus, Viſurgis eſt idem, qui fuit temporibus Cæſaris, ſic etiā eadē vinea, idē populus atque eadem civitas dicitur eſſe. Alias enim ſequeretur poſitio Heracliti dicentis, nō contingere, ut idē equus eundem fluvium bis intret, quia partes materiales fluvii fluxère, & tamē verè affirmam⁹, q̄ eūdem fluvium bis, ter, imò ſæpi⁹ idē equ⁹ intret, quia remanet idē fluvi⁹ quoad conſimilē ſitum partiū, & figuram in ordine ad totū, quamvis partes ſint in continua ſucceſſione, idemque de identitate populi & civitatis dicendum eſt. *Secundum* eſt, quod augmentatio fit ſecundum partes formales & non materiales, ex Ariſt. 1. *de generat. text. comment.* 35. & quia partes 131 *formales* eædem remanent antē & poſt augmentationem, quamvis *materiales* fluant, dicimus id, quod augetur, manere idem numero, ante & poſt augmentationem. Idemque declarat *ibid.* Cagnol. ex D. Thom. 1. *part. q. ult. ſeu q.* 119. „ *art.* 1. *ad.* 2. quod hæc diſtinctio Philoſophica ſecundum partes materiales & „ formales carnis aut oſſis vel nervi non ſit ſecundum diverſas carnes, ſed ſit e- „ juſdem carnis, ſecundum diverſas conſiderationes, ſi conſideretur caro ſe- „ cundum ſpeciem & formam, id eſt, ſecundum id, quod eſt formaliter in ipſa; „ ſic ſemper manet, quia ſemper manet natura carnis & diſpoſitio naturalis i- „ pſius: dicimus enim idem eſſe brachium Socratis per totum vitæ ſuæ tempus, „ ſed ſi conſideretur caro ſive brachium ſecundum materiam, ſic non manet, „ ſed paulatim conſumitur & reſtauratur. Vnde demōſtrato brachio Socratis in „ juventute, non dicimus ex hac materia & forma aggregatū permanſurum per „ totam vitam; Cum fortè tota illa materia fluxerit & alia ſucceſſerit; demon- „ ſtrato tamen brachio Socratis in juventute, dicimus id permanſurum, per- „ manſiſſeq; per totam vitam, quia ſignificat indifferenter aggregatum ex hac „ materia, quæ nunc eſt, vel ex ea, quæ illi ſuccedet, & forma manente ſimili di- „ ſpoſitiōe naturali membri figura. Hoc applicari poteſt vineæ, agro, fluvio, po- „ 132 pulo, Regiōi, navi; ex quib. poterit quiſq; bene intelligere illam elegantiſſimā „ *l. proponeb. de jud.* Hæc ferè Cagnol. Vnde conſequenter inferri poterit, quod, „ pariter Collegiū Religioſum dicatur manere idē, quando aliæ perſonæ Colle- 133 giales aliis mortuis vel per mortē deflučtib⁹ ſine interruptiōe ſub eadem Uniōis & Congregationis forma ſubſtituunt, vel ſuccedūt, vel accedūt; ecōtra verò quādo perſonæ ōnes ſimul cū ipſa Vniōis & Cōgregationis forma per mortem defluxerunt, non poterit illud Collegium dici idem remanere, ſed perire.

Hanc difficultatem minimè evadit F. R. quando *in Asbeſto & horti Confinibus* cum Reverendiſſimo Domno Prælato *ex ordine Premonſtratenſi in Receſſu* 134

 Exte-

Exceptionali 15. *Januar.* 1642. *coram Adm. R. & Eximio Domno Ioanne Maes S. Theol. Lto ad D. Cuniberti Decano & Prælato apud omnes integerrimo, Compulsore Apostolico exhibito* distinguit; Collegium quidem morte omnium Collegarum *actu* desinere esse, non verò *habitu*, quasi eam Baldus *in l. si grege legato. n.* 1. *ff. de legat.* 1. traderet, uti volebat suprad. Domnus Prælatus in cit. loc.

135 Nam hæc distinctio ad casum, ubi omnes omninò, nullo superstite, mortui supponuntur, non quadrat. Si quidem Doctores tunc Collegium *actu* durare docent, quando non pauciores, quam tres in eo numerantur personæ Collegiatæ; *Habitu* verò durare, quando una altera vè persona in illo adhuc superest, cum spe probabili numerum personarum Collegarum

136 redintegrandi, ut videre est in Villalob. *in com. opin. verb. Collegium n.* 102.

Alberic. Ita quoque docet Alberic. de Rosat *in d. l. si grege legato. n.* 5. *ff. de leg.* 1. inquiens, *in glo.* imo non deest, ibi propter res, vel propter alia jura Vniversitatis, quæ per unum retinentur. Dyn. *in fin.* ibi, numerus, id est, Vniversitas, quæ consistit in numero. Quare si unus tantum superest, finitur numerus, & sic Vniversitas. Nam cùm ad unum redeat, rediit ad non numerum. Cum

137 unus nō sit Numerus, sed principium numeri, *ut inf. de gradib. l. Ictus* §. *affines.* Dyn. Vel dic secundum Petrum, quod remanet *aptitudine*, ut in contrario, sed non *actu*, & ita hic: Sic & alias de *aptitudine* habetur *supra fam. hercisc. l. si filia* §. *familia &c.* Idem tradit Jason. *in d. l. si grege n.* 12. *ff. de leg.* 1. ubi ait: imo non solùm nomen, sed etiam jus *Vniversitatis* Personarum residet in uno, etiam in re & in effectu; Cum possit *ille* & agere & conveniri nomine Vniver-

138 sitatis. *d. l. sicut* §. *fin. ff. quod cujusque Univers. nom. & cap. fin.* 65. *dist.* Et *n.* 13. ibidem subiungit, intellige, inquiens, conclusionem glo. & Dd. quando habitu & sic *aptitudine* possunt esse plures, licet Actu non sit nisi unus. Tunc in illo solo bene consistit jus Vniversitatis, *juribus præallegatis*, secus si *habitu & actu non esset nisi unus.* Ita limitat Baldus *in l. non ambigitur. ff. de leg.* ubi per

139 hoc infert, quòd authoritas Senatorum non consistat in uno Senatore, qui nunc est Romæ, & quia aptitudine & habitu sublata est authoritas, & non subest amplius spes instaurandi Collegium Senatorum Romæ.

140 Contra hæc tam manifesta, tamque aperta Doctorum fundamenta, cum F. Romanus nihil solidè opponere possit, ipse *in horti conf. nibus*, dimissis Antonio de Butr. *in c. dilecta. n.* 16. *de excess. prælat.* & Bartolo in *l. sodal. ult. n.* 22. *ff. de Colleg. illic.* Chocquier *lib.* 3. *de jurisd. ordin. in Exempt. q.* 19. *n.* 2. quos ego citaveram *d. c.* 1. ac quorum verba ipse cavillari non poterat, cùm præfato Reverendissimo Domno Prælato *in d. Recessu Exceptionali* alios Dd. à me itidem citatos invadit, ita ut vel ipse idem verbotenus à dicto Reverendissimo Domno Prælato, vel hic ab ipso mutuatus esse & descripsisse videatur. Sed, quidquid sit, Nos ordine allegationum in Eclipsi factarum (quem frustra F. Romanus, disturbare conatur) servato & retento singulatim proponemus & quid de ejusdem F. Romani impetitione sit sentiendum, aperiemus.

F. Ro-

F. Romanus. *allegat*. 375. & D. Prælatus *in d. Receſſu Exception. n*. 4. *tradunt, quod ego glo. juris civilis in l. ficut* §. in Decurionibus ff. quod cujusque Univerſ. nom. *pro fundamento Eclipſeos* q. 1. c. 1. n. 3. *adducam quaſi docentem, mortuis omnibus Collegis (Collegium diſſolvi totaliter actu & habitu, ſeu eſſentialiter eſſe exſtinctum, quod tamen gloſſa minimè dicit, ſed potius conſenſu omnium Juris interpretum, ipſam gloſſam hîc exponentium directè contrarium tenet, quòd videlicet Collegium morte ſolutum adhuc juris intellectum habeat, nec dicatur, non exſiſtere, ſed vacare, eo quod non ſit de jure deſtructum, ſecus verò ſi eſſet de jure deſtructum*. Bald. cit. l. ſicut n. 1. *Item quòd Collegii propter delictum authoritate Superioris diſſoluti bona, ut nemora, molendina &c. velut bona vacantia pertineant ad Fiſcum vel Superiorem, ut eſt Papa: diſſoluti verò per mortem omnium de Collegio bona non confiſcentur, ſed Collegium ſit renovandum*. Subiicit D. Prælatus *Angel*. in l. ſicut ff. quod cujusque Univerſ. nom. n. 3. *Item quòd ſi diſſolvatur Collegium authoritate Superioris, deſinat eſſe Collegium, & pereant ejus privilegia, ſecus ſi diſſolvatur morte; cùm alii ſint ſubrogandi &c.* quibus omiſſis F. Romanus ſubjungit prioribus. Ita (Pro hac particula D. Prælatus habet. Idem) *Angel*. ff. de colleg. illic. in rub. n. 4. *Denique quando deſtruitur Universitas, caſu fortuito aut propter mortem, deſinat quidem eſſe actu, non tamen habitu, nec pereant privilegia, quia ſperantur alii ſubſtitui, & tunc redibit de habitu ad actum: ſi autem authoritate Superioris propter delictum, tunc deſinat eſſe in actu & habitu, & omnia privilegia pereant, etiamſi perſonæ extarent. Ita Paulus à Caſtro*; in d. l. ſicut §. in Decurionibus, &c.

Commenta Hayan. de glo. juris civilis in l. ſicut. §. in decurionib. ff. quod cuiusque Univ. nom.

142

Ex quibus ad oculum videre licet, quæ ſit ſententia Dd. & gloſſæ, (Addit F. Romanus) *hæc enim, ſi contrarium ſcripſiſſet, utique à Doctoribus redarguta fuiſſet. Ad quæ intelligenda, cum Ego ſim voluntariè ſaxeus, aliud hîc non videri, quàm arundines vento agitatas, qualibus & olim prima veritas, & vita per ludibrium illuſa ingemuit, &c.* Hactenus F. Romanus. 143

Qui ſibi imaginatur, quod ſi glo. pro nobis contra ipſum ſcripſiſſet, utique à Doctoribus redarguta fuiſſet. Ita quidem opinatur F. Romanus, ſed opinione ſua fruſtratur, ut nobis luculentiſſimus teſtis eſt Odofrêd. *in d. l. ſicut* §. *in Decurionibus*, cujus Doctrinam ſupra retulimus.

Diſcutiuntur, & refelluntur ex Odofred.

Quin etiam F. Romanus hic oſtendit, ſe minus ſincerè contra nos agere, ſed per verſutias nos circumvenire velle. Siquidem ipſe ſuppreſſis glo. à me nominatim allegatæ verbis alia ſubſtituit, alioſque ſupponit Dd. ut hac ratione Lectorem minus providum à regia juris via ſuperius inculcata in devia, atque in ſuos caſſes impellat. Certè dolo non præſumitur carere, qui rectâ viâ non incedit, ſed per anfractus & diverticula ingreditur, ut tradit Menoch. *lib*. 5. *præſumpt*. 3. *num*. 108. *per l. qui fiſcales. C. de navicular. lib*. 11. 144

F. Romanus pro glo. ſupponit alios Dd.

145 Gloss. *in d. l. sicut.* §. *in Decurionib. ff. quod cujusque Univers. nom. in verb.*
glo. in d. l. sicut § in decurion. *nomen Universitatis*, à me in Eclipsi Astri *q.* 1. *c.* 1. *num.* 3. citata hæc habet: sic
extat rei memoria, nec tamen res, ut est arg. *infra de l. g.* 1. *si grege* §. 1. licet er-
go unus non sit Universitas, nec Universi nec Universus; retinetur tamen per
eum jus Universitatis, licet per unum ab initio constitui non possit Universi-
tas, sed per tres, ut *inf. de V. S. l. Neratius.* Nomen vero ideo dicitur retineri,
146 quia adhuc dicetur schola S. Ambrosii superstite uno solo. Sed nunquid Syn-
dicum hic poterit unus constituere? Cum Syndicus plurium causam dicat?
vel quid si duo sunt? videtur quod sic, *ut hic.* Item quid si *nullus omnino*
147 remansit? *Respond. Ioan.* solutum esse Collegium, & res in nullius bonis sunt,
sicut & hæreditariæ, sed tamen si postea authoritate D. Papæ, vel ejus ad quem
spectant jura ejusdem Collegii, instituatur aliquis in eodem Collegio, juris
artificio fingitur istius fuisse, *ut sup. de rer. divis. l.* 1. §. *id uno. & inf. de R. I. omnia*
fere. & l. omnis hereditas. Licet quidam Archiepiscopus Moyses ipsos parietes
148 possidere dixerit, etiam durante Collegio, quod durissimum est dicere, & con-
tra legem videtur, *ut infra si quis testam. liber esse. jus. l.* 1. §. *Scævola.*
Verum tamé id esse videtur, ut nullo modo dicantur esse ullius, scil. ab eo
149 tempore, quo solutum est Collegium, sed ipso jure sint Fisco vel Papæ quæ-
sita, *ut supra de publi. & vectig. l. commissa. & de jure fisci l.* 1. §. *an bona. & l. Im-*
peratores, & hoc quantum ad dominium, secus quantum ad possessionem, *ut*
infra de acquir. poss. l. cum heres. Posset tamen pro Moyse allegari, quod ple-
150 rumque Ecclesia dicitur ipse locus parietibus circumdatus, & etiam conse-
cratus, & alias dicitur Ecclesia jus habere & possidere & vindicare, *ut C. de SS.*
Eccles. l. jubemus. §. *scientes, &* §. *sanè, vers. si quando igitur.* Unde videtur, quod
talis locus sive parietes possideant etiam durante Collegio, & vindicent per
Prælatos, tanquam quilibet privatus per Procuratorem vel colonum. Ha-
ctenus Glossa: quæ etiam videatur *in instrumento publi. o supra allato num.* 11.
151 Ex qua patet, quod illa priorem Joannis sententiam à se relatam quoad Col-
legii per mortem omnium dissolutionem amplectatur, licet etiam posterio-
rem Moysis opinionem quoad possessionem bonorum Collegii, de qua mo-
do non quæritur, tanquam probabilem proponat, quæ tamen ab aliis Dd.
exploditur, ut videre est apud Bald. *in Margarit. verb. mortuus. Iacob.* Butri-
gar. Alber. de Rosat. *in d. l. sicut.* §. *in Decurionibus. num.* 9. *sub fin. & ibi* Paul.
Castr. *n.* 8. *prout infra ostendetur.* Priorem Joannis & glo. *in d. l. sicut.* §. *in De-*
curionibus, de Collegii per mortem omnium dissolutione sententiam si F.
152 Romanus sincere inspexisset, & *d. allegat.* 375. attulisset, nec pro ea substituis-
set alios Dd. qui tamen nec ipsi pro F. Romano faciunt, luce meridiana cla-
rius deprehendisset, in terminis illud ipsum, quod à me *in Eclips. d. q.* 1. *c.* 1. *n.*
3. asserebatur, inculcari, nimirum, *quod Collegium mortuis omnibus Collegis,*
153 *nullo omnino superstite ab solutè & simpliciter dicatur esse solutum.* Assertionis
Ratio contra F. Rom. facit. Ratio hæc est, quòd Collegium, licet ab initio non per unum, sed per tres de-
beat

beat constitui; tamen per unum possit retineri, non quidem *formaliter & actu*, ut palam est; Cum unus non sit Universitas, sed per unum retineatur *virtualiter* & habitualiter quoad jus Collegii. Unde ducto argumento à contrario, necessariò sequitur, quod Collegium, in quo nullus omnino remansit vivus aut superstes, non possit dici *actualiter* vel *habitualiter* exsistere aut retineri, sed solutum esse, prout *supra sub initium* etiam ex aliis *Dd.* in terminis est demonstratum. 154

Deinde in eadem Glo. astruitur, quod ego *q.* 1. inculcavi, nim: *quod bona illius Collegii morte omnium dissoluti transeant ad Papam, & quidem*, ut hic vult glo. *ipso jure, quoad ipsorum dominium*, secus quoad possessionem. Et licet bona illa transeant ad Papam; non tamen transeunt ad ejus fiscum propriè dictum, ut contra F. Romanum P. Laymanno & mihi istud impingentem ostendi in *Eclipsi. q* 4. *c.* 2. sed de hoc *inf. in resolut. d. q.* 4. 155

Doctores, qui à F. Romano & D. Prælato supponebantur, nihil contra nostram doctrinam tradunt. Nam Bald. *in d. l. sicut. n.* 1. impertinenter huc allegatur. Si quidem ipse istic agit, de ejectis, non verò emortuis Collegis, prout *inf.* videbitur, præterquam quod ille locus in aliis & antiquis Editionibus non contineatur, atque in novis duntaxat *inter additiones* recitetur. Videatur *suprad* Instrumentum, *n.* 5. 156 157

Suppositi Dd. pro F. Romano non faciunt.

Baldus in d. l. sicut.

Angelus vero in *d. l. sicut. n.* 3. prout videre est ex *d. Instrum. sub n.* 12. nihil contra me, aliosque istic decidit, nec Glossam *in d. l. sicut.* cõtra me tanquam pro D. Prælato facientẽ inducit, sed potius pro me facit 1. *statuendo absolutè*, quod Collegium morte omnium sit dissolutum, quod & Ego *d. c.* 1. *Eclips.* inculcavi atque etiamnum inculco. 2. tradendo, quod dissoluti Collegii bona non confiscẽtur, quia Collegium renovabitur, quod ipsum & ego tradidi *Ecl. q.* 4. *&* 5.

Angelus.

Forte, inquiet, Prælatus, Collegium dicitur illic renovari, Ergo Collegium Monachorum vel Monialium istic *actu* tantum & non habitu erit dissolutum, quia alias illic Collegium non diceretur renovari. 158

Obj.

At Respondeo, Inde potius contrarium concludendum, nim: *quod Collegium vetus absolutè sit finitum.* Nam *renovari* dicitur, quod finitum est; *protelari* autem, quod durat, ut tradit Alber de Rosat. *in dictionar. suo verb. Renovatur per l dies. ff. de damn. infect. l. sed si manente. de precario.* Sic sacrum chrisma vetus dicitur renovari, vetere combusto, & novo consecrato. *c. literis de consecrat dist* 3. Ita feudum beneficium, dicitur linea seu generatione finita seu exstincta renovari & quidem proximis agnatis; si sint descendentes ex primo acquirente; secus si sint collaterales: tunc enim in aliis extraneis renovari poterit. Rosf. de feud. *c.* 7. *concl.* 24. *n.* 21. *& seqq.* & Dd. *ab ipso lit.* 2. *cit. sed de hoc q.* 5. 159

Resp.

Renovari, protelari quod.

Angelus verò *in Rub. de Colleg. illic. n.* 3. *&* 4. supra exadversum citatus, ita loquitur, prout ex *sup. d instrum. n.* 12. videre est. *Quod si dissolvitur Collegium authoritate superioris, desiit esse Collegium, & pereunt privilegia; secus si dissolvitur morte; cum sint alii surrogandi.* Ex hoc minimè efficitur, imo nec effici potest, quod glo. *in d. l. sicut §. in Decurionib. verb. nomen Universitatis. ff. quod cujusq. Univers.* 160 161

Angel. in rubr de Colleg. illil.

92 Quod ad contrariam rationem attinet, ea gratis à F. Romano assumitur. Nos enim vel *in Eclipsi* vel *censuris vel Theoricis*, ex Unionis actualis dissolutione haud uspiam intulimus Unionis habitualis dissolutionem, prout Nobis F. Romanus affingere videtur, sed ex utriusque Unionis & actualis & habitualis inter plures personas dissolutione, cum Doctoribus arguimus, Collegium esse omninò dissolutum seu extinctum: quod etiam ex concessa à F.
93 Romano, *Majore* omnino est consequens. Proinde F. Romanus in mari aquam quærit, quādo conatur ostendere, Unionis actualis inter plures personas dissolutionem posse consistere cum unionis habitualis conservatione, quod ipsimet Nos teste F. Romano *in alleg.* 357. ante tradideramus. *Nobis autem in proposito nostro* ne vel minimum contrariatur.

§. III.

Porrò ex Dd. ostendendum est, quod quando omnibus originariis alicu-
94 jus Conventus ab alio alienigenarum vel exterorum Monachorum ejusdem Ordinis Monasterio superstite, tanquam membrum non dependentis Religiosis personis mortuis nulla omnino remanente, Conventus seu Collegium dicitur *per se* aut *rerum naturam* desinere esse, tunc dicatur actu & habitu dissolvi, adeoque exstingui. Nam F. Romanus limpidos Dd. fontes in Eclipsi
95 „ apertos *æquivoca sua distinctione juris & facti*, de qua supra, turbare se existimat, inculcans, *quasi ipsi tradant, Collegium alicujus loci morte omnium Collegarum (Originariorum vel incolarum) Religiosorum, de facto duntaxat & non de „ jure; seu illud actu quidem, non vero habitu dissolvi, adeoq; nec morte omnium e- „ jus loci Religiosorum extinctum; consequenter male à me Dd. contra se allegatos „ esse.*

Commenta Hayana.

96 Ast vehementer *fallitur* F. Romanus. Fontes ipsi inspecti aliud ostendunt. Anton. de Butr. *in c. dilecta.* 14. *vers. item quæro. n.* 16. *de Excess. Prælat.* glo. *in l. sicut.* §. *in Decurionibus ff. quod cujusque Univ. nom.* Bart. *in l. sodales. ult. n.* 22. *ff. de Colleg. illi.* glo *in c. statutum. verb. Collegiatas. de Elect. in* 6. Chocquier. *lib.* 3. *de jurisd. Ordinar. in exempt. q.* 19. *n.* 2. Card. Zabarell. Flor. *in Clem. in plerisque* 2. *q. de Elect.* Bertachin. *in repert. in verb. Collegii.* Bald. *in d. l. sicut* §. *in decurionibus ff. quod cujusque Univ. nom.* Dd. *à me q.* 1. *c.* 1. *in Eclipsi* allegati unanimiter tradunt, morte omnium Religiosorum uno remanente, jus Collegii in illo conservari; nullo vero remanente Collegium dissolvi. Horum Dd.
97 verba ferè *in Eclipsi* descripta non minus à F. Romani, quam cujusdam Reverendissimi Domni Prælati Ordinis Præmonstratensis impugnatione *in Horti confinibus* relata mox vindicabo.

Discutiuntur.

Jus Collegii in uno, non verò in nullo conservatur.

98 Ad eosdem Dd. accedit Guid. Pancirol. *cons.* 128. *n.* 6. ubi ait; *Et licet destructis ædibus injuria temporum evenerit, ut Canonici cum Clericis non potuerint „ cohabitare, non propterea dissolutum fuit Collegium, quia retentum fuit in ipsis Cle- „ ricis licet separatim habitantibus, sicut videmus, quod licet necessario tres requi- „ rantur ad constituendum Collegium*, juxta l. Neratius. ff. de V.S. *duobus tamen*

Pancirol.

mor-

mortuis Collegium remanet & conservatur in uno, qui supervivit, licet ille solus non »
potuerit ab initio Collegium facere, juxta l. ficut §. ult. ff. quod cujusque Univ. »
nom. ibique Dd. *tradunt & Abb.* in c.2.n.9. de postul. prælat. *Nec enim sol-* »
vuntur Collegia nisi authoritate superioris, aut omnibus mortuis, vel volentibus sol- »
vere Collegium, ut ibi Abb. tradit. n.12. & *Bart.* in l. ult. n. 21. vers. quæro, quali- »
ter Collegia dissolvantur, ff. de Colleg. illic. Hic autem ipse agit de omnimo- » 99
da dissolutione, prout arguit particula, (nisi,) præcedente negativa, juncta *particula (nisi) qua vu.*
authoritati superioris, quà constat, Collegium omnino dissolvi. Cum qua
etiam mors omnium jungitur per particulam disjunctivam & alternativam *Item, Aut.*
(Aut) de qua Barbos. *in dict. usu freq. dict. Aut* 46. *n.*1.2. cujus vis est, ut attri-
buat actum cuilibet in solidum, per not. glo. 1. *in c. cum plures. de off. deleg. in 6.*
& ibi Archid. Joann. Andr. Domin. Franc. & Barbos. *d. loc. n.* 2. Unde etiam ip- 100
se Bartolus intelligetur tam propter particulam (nisi,) quàm ob alteram istam
alternativam (Aut) morti omnium Collegarum dissolutionem Collegii in
solidum tribuere, idque non minus, quàm authoritati superiorum aliquod
Collegium destruentium. Authoritate verò superiorum Ecclesiasticorum, 101
Collegium non tantum actu, sed etiam habitu destruitur. Ergo *à pari*, ob
mortem omnium Collegarum Religiosorum Collegium illud non tantum
actu, sed & habitu intelligetur esse destructum. Modestin. Pistor. *cons.* 47. *n.*
67. *vol.* 2. Accedit quoque Odofred. *in d. l. sicut* §. *in decurionibus*, n. 1. ubi ait, 102
Imò si omnes moriuntur, uno excepto, nomen Universitatis retinetur, & ille solus *Odofred.*
poterit experiri & respondere. Et hoc dicit iste §. Videatis expositionem littera (ma- »
neant) *subintellige, qui ab initio Universitatem constituerunt. Et conveniri sub* » NB
nomine Universitatis (& stet) *id est, duret in uno nomen Universitatis. Unde not.* »
hic, Unitas non facit Universitatem, sed factam retinet. Nam si omnes de Universi- »
tate moriuntur excepto uno, adhuc dicitur Universitas, ut hic & inf. de verb. sign. l. »
Nætatius: *sic etiam nomen gregis retinetur in uno, non tamen unus porcus ab initio* »
facit gregẽ, ut inf. de Usur. l. equis, & inf. de legat. 1. l. grege legato. *Or signori, Do-* »
minus Io. & Azo super isto §. *formant multas quæstiones, obscurè tamen, de quibus* »
non facio magnam vim. Dicunt ipsi, pone quod in aliqua Ecclesia sunt 100. *Mona-* »
chi, omnes de Collegio sunt mortui, ita quod non remanet, nisi Ecclesia, eritne Colle- »
gium solutum? Dicimus quod sic: quia nomẽ Universitatis retinetur usq; ad unũ; sed »
nullo exsistente non retinetur, sed desiit esse Universitas, ex quo ibi nullus remansit. » NB
Idem dicimus in civitate &c. Postea ibidem aliam de patrimonio istius Collegii » 103
subiicit quæstionem, de qua *in resolutione q.* 2. *seq.* agetur. »

Quod autem hi Dd. non tantum de dissolutione, quæ est meri facti; sed eti- 104
am de ea, quæ per se & per rerum naturam fit, adeoque quæ juris est, sint intel- *Zasius.*
ligẽdi, videre est ex Udalrico Zas. qui *in l. poss.* 1 §. *munic. n.* 19. *ff de acquir. poss.* ait: »
Imò si totum Collegium desineret usque ad unum ex Regentibus, nihilomi- »
nus consisteret Universitas in illa unica personâ, & retineretur per eam posses- »
sio *d. l. sicut* §. *fin. sup. quod cuj. Univ. n.* Quid autem, si Collegium totum desinat, »
ne una quidem persona manente? Hoc loco refert: quia aut Collegiũ desinit »
& trans-

» & transfertur in aliud Collegium, sicut Templarii sunt translati in Hospitalarios, *ut dicit* Bald. & tunc bona Collegii transeunt cum ista translatione, allegat Bald. *c.1. ne sed. vacant.* Aut Collegium desinit, quia destituitur per Superiorem, & tunc bona Collegii sunt vacantia, & deferuntur fisco. Bald. *alle-*
105 » *gat. c. cum ex iniuncto. de op. nov. nunc.* Aut Collegium desinit per se, *quod omnes personæ moriuntur, & tunc* (quemadmodum ibidem pergit Zasius de bonis ejusdem Collegii alio spectantibus agens) *si est Collegium sæculare, bona apprehenduntur per Superiorem; & desinet possessio: si autem est Collegium Ecclesiasticum, tunc bona una cum possessione remanebunt penes Ecclesiam Universalem.* Ita Bald. *in d. l. sicut. in fin. &c.*

106 Idem confirmant Dd. qui tradunt; Universitatem hominum conservari in uno ad huc superstite, dummodo subsit spes Collegii numerum supplendi; aliàs non. Ita parte priore probatâ *ex l. sicut 7. §. in decurionibus. quod cujusq. univers, nom.* sentiunt Bart. junct. Trott. *in l. si grege legato n.1. ff. de legat.*
107 1. Nam ibidem Bart. inquit: *oppon. quod in uno resideat universitas l.* sicut §. „ fin. quod cujusque Univ. *Sol. glo.* ibid. *nomine durat, non re, & illam tenet* Dyn. „ *Vel dic, ibi loquitur in Universitate hominum, in qua sunt consideranda duo, sc. ipsi* „ *homines & res & jura eorum. Vnde propter jura in uno homine dicitur remanere Vniversitas & jus Vniversitatis.* Ad quam vocem, *Vniversitatis*, ibi pro par-

Trottus. tis posterioris probatione notat *Trottus in addit.* Jura etiam Colle-
108 gii remanent integra penes unum, qui superfit, ut docet esse communem opinionem Villalobos, *inter communes opiniones. verb. Collegii. n.102.* Puto tamen, tunc demum jus penes unum remanere, si sit adhuc spes, alios superventuros, in locum mortuorum, aut aliter instaurari posse corpus Universitatis, alias non, ex textu hic bene ponderato, ut innuit Gaspar Vallasc. *in l.*

NB

Valascus. *imperium, n.82. de jurisd. omn. jud.* Hæc Trott. Valascus autem *d. loc.* ait: quia
109 jus Universitatis potest in uno remanere *l. sicut 7. quod cujusq. Univ. c. si forte cum glo. 65. dist. & habetur c. gratum de post. prælat. & l. si grege. de leg.1.* sed de jure crederem, esse verum dictum Cyn. (*in l. fin. de petit. hæred.*) quia licet jus Universitatis possit remanere in uno, ut in *juribus supra allegat.* Illud est verum, quando spes est, quod alii de Universitate vel Collegio subrogentur in locum deficientium, Nam tunc, quamdiu non subrogantur, Universitas di-

Vniversitas hominum conservatur in uno, sed Spes instaurationis requiritur.

110 » citur sustineri & remanere in Uno. *l. mortuo. ff. de fidejuss.* Sed si non est aliqua » spes, quod alii surrogentur, ut in casu nostro, certè tunc jus Collegii dicitur
111 » deficere, & esse dissolutum. Facit text. *in l. inter stipulantem §. sacram. ff. de V.O.* ubi spes reficiendi vel non reficiendi navem, inducit diversitatem *l. quod in rerum §. fin. ff. de leg.1.* & pro ista solut. videtur. *text. non violando literam. d. l. si grege. ibi* quamvis grex desiisset esse. *de leg.1.* & erit novus intellectus

NB » *ad illam* l. & hæc sunt notanda, quia alibi ita non declarantur. Hactenus Va-
112 lascus d. loc.

Alia est ratio Vniversitatis hominum, & alia rerum.

Cujus doctrina obtinet in *Vniversitate hominum*, secus verò, ut contra Odofred.

dofred *cit. loc.* Bart. *supracit.* notat, in Universitate rerum, quæ non habet bona, neque jura, & ideo si devenerit ad unum, non est propter quod dicatur remanere nomen Universitatis. Bartolo consentit Paulus Castren. *in d. l.* 113
si grege legato. n. 7. ubi ait: Ultimo Nota, quod hic Universitas hominum, remaneat in uno solo, omnibus aliis mortuis *ut l. sicut §. fin. supra quod cujusq; Univers. nom.* secus tamen est in *Universitate rerum* seu corporum, *ut hic.* Nam *prima* Universitas habet jura, quæ non exstinguuntur propter mortem hominum, ut *not. in c. cum ex iniuncto. de nov. op. nunc.* & propter illa jura repræsentatur tota Universitas in uno: sed tota Universitas *corporum* non habet 114
jura, sed duntaxat illa corpora: Unde non est necesse inducere hanc repræsentationem. Et hoc voluit Glossa. Idem tenet Alber. de Rosat. *in l. Neratius n.* 4. *ff. de V. S.* ubi ait, in glo. *per unum retinetur, in verb. retinetur*, scilicet 115
Jus Universitatis, non autem ipsum Collegium, quia est exstinctum *arg. supra de leg.* 1. *l. si grege. & not. x. de post. c. gratum* ubi Pan. *sub n.* 9. ait: Non obstat, quod dicitur de grege animalium; Quia illud procedit in Universitate rerum inanimatarum, quæ quidem Universitas non habet bona seu jura, nec est ibi animus hominis, in quo conservetur illud jus Collegii, merito extinctis capitibus animalium desinit Universitas seu grex. Sed Nos loquimur in Universitate Personarum, quæ habet bona & jura, ideo jus Collegii residet, in uno solo. Hæc ibi.

Castrensis. *Albericus.*

Idem expressè sentit Martinus Delrio *in suis Miscellaneis juris civilis.* Hic enim *in d. l. sicut §. in Decurionibus ff. quod cujusque Univ. nom.* (quem sequitur 116
ibidem Broslæus *ex editione secunda Lugdunensi Ann.* 1590.) dicit, Universitas semper remanet, licet personæ mutentur *l.* 85. *ff. de V. S.* & quod magis est, si unus solus ex Universitate remaneat, jus & nomen Universitatis conservat: Universitatis nomen in uno retinetur, licet per Unum ab initio constitui non potuerit, sed per tres. Hinc constat, Universitatem solvi, si nullus ex ea V- 117
niversitate remanserit, secus si unus. Hæc ibi. Idem videtur insinuare Lan- 118
cellot. Decius *in l. proponebatur ff. de judic.* Nota etiam, inquiens, quod idem est populus & Universitas cujusque civitatis & loci, qui fuit retro mille annis; Quia successores repræsentant eandem Universitatem, & jus Universitatis potest remanere in uno solo. *l. sicut §. fin. cum ibi not. supra quod cujusq; Univers. nom.* Accedit Alban. *qui in additione ad* Bart. *in d. l. sicut §. in Decurioni-* 119
bus verb. licet persona. ff. quod cujusq; Univers. nom, ita docet: ubi etiam habetur inquiens, notabilis limitatio ad hunc textum, *in §. in Decurionibus*, non semper Universitatis jus in uno solo retineri, sed in eo tantùm casu, in quo subsit spes, ut alii in locum deficientium subrogentur. Hæc ille. Similia tradit Alberic. de Rosate. *in l. non ambigitur ff. de legib n.* 3. ubi dicit (scilicet glo.) eti- 120
am intelligendum esse jus Universitatis vel Collegii in uno remanere, quando spes est, quod alii de Universitate vel Collegio subrogentur in locum deficientiũ, quia tunc Collegium repræsentatur in illo, *ut inf. de fidejus. l. mortuo;*

M. Delrio. *Lancellot. Decius.* *Albanus.* NB *Albericus.*

» Sed si non est spes, quod alii subrogentur, tunc dicitur Collegium & jus Collegii esse dissolutum, *arg infra de legat.3.l.pater.§.Tusculanus.*

Francisc. Aretinus. Spes instaurandi quando dicatur adesse.

121 Eisdem astipulatur Francisc. Aretin. *in l.grege legato,n.3.ff.de legat.1.* Ubi insuper decidit, quod tunc spes restituendi numerum Collegii non adsit, quando à longissimo tempore non fuerunt alii istic substituti. Ita enim ait *verb.in glo.posita,super verbo desiisse,&c.* quod jus Universitatis resideat in uno, non solum nomine, sed & re, quia possidet omnia jura, quæ possidebantur ab » Universitate, *ut ibi not.* Item exercet omnes actus, quos exercet Universitas,

122 » ut plenè declarat glo. ord. *in c.gratum de post.prel.* Hoc tamen limitatur notabiliter per Bald. & alios *in l.non ambigitur.ff.de ll.* Videlicet, quod jus Universitatis non residet in uno, quando non est spes, quod Collegium restauretur amplius, sicut videmus in senatore Urbis, ut ibi plenè per eum. Cum » enim longissimo tempore sit observatum, non eligere senatum, videtur quodammodo superior tacitè voluisse non durare jus Collegii in unius persona. » Hactenus ille. Istuc facere videtur, quod beneficium curatum desinat etiam

123 » esse habitu, si non sit verisimilis spes intra 40. annos actum curæ recuperandi » & steterit 40. annis sine Parochianis. Hactenus Aretinus.

124 Ex quibus concluditur, quod si Collegium aut potius jus Collegii vel Universitatis conservetur in uno, & quidem tunc tantum in illo casu, quando subest spes intra 40. annos redintegrandi numerum personarum Collegii. Ergo à contrario, quod in jure fortissimum est; Everard. *in loc. à contrario*, quando nullus omnino ex Collegio superest, non poterit dici Collegium vel jus Collegii vel Universitatis conservari, adeòque necessario necessitate con-

125 sequentiæ dicendum erit, Collegium omnibus ipsius Personis omnino e- » mortuis desinere esse, seu esse dissolutum per se, ut ait Zas. *in d.l 1.§. municipes. n.19.ff.de acq.poss.* vel per rerum naturam *per l.si duo.§.ergo.3.ff.de Cōst.pec.&ibi*

126 *supra cit.* Dd. Desitioni autem per rerum naturam æquiparatur desitio Collegii de jure vel destructio authoritate superioris facta. Bald. *in l. non ambigitur 9.n.3.ff.de ll.* Felin. *in c.dilecto sub n.21. in fin.de rescript.* Modestin. Pistor. cons. 47.n.67.vol.2. Proinde quod in uno reperitur dispositum, in altero quoque

127 obtinebit. Everard. *in loc à parib.* Barbos. *in ax.æquiparatum*, Collegium verò authoritate Superioris destructum, censetur omnino actu & habitu dissolutum. Ergo etiam quod desinit per se, vel per rerum naturam, censebitur & actu & habitu desinere, esse, ut ex præmissis Dd. authoritatibus est colligere, atque mox infra ex Dd. demonstrabitur.

128 Quorũ omnium ratio pẽdet ex iis, quæ subtiliter Cagnolus in repet. *l.2.C. de pact.inter empt.& vẽd.n.127 &seqq.* à Martino Delrio *in l.prosoneb ff.de jud.* laudatus affert, ostẽdendo Collegium alias non permansurum idem. Nam ut

129 ipse ex Aristotele contra Heraclitũ sentientem *omnia in continuo motu & fluxu* » *esse, nec mãere eadẽ*, ostendat contrarium, tandem post aliquam disputationẽ, » hæc duo ponit fundamẽta, ex quibus dignosci possit, utrum res maneat eadẽ,

» *Primum* est, quod tripliciter possit intelligi aliquid permanere idem nume-

130 ro substantialiter: *primò* quia nulla in eo sive quoad totum sive quoad partem

substantialem, id est, sive in substantia sua, sive in materia (si eam habeat) sive in forma fiat variatio. Et sic Deus, Angelus aut cæli sunt iidem, qui fuerunt in principio. *Secundo* dicitur aliquid idem, quia licet una pars varietur, altera tamen & principalis manet invariata, & sic homo quilibet per totam vitam suam dicitur idem; quia licet partes *materiales* defluant, tamen anima rationalis manet invariata. *Tertio* dicitur idem illud, cujus partes sunt in continua successione, in situ consimili & figura, sine interruptione vel mutatione notabili in ordine ad totum & sic Padus, Rhenus, Visurgis est idem, qui fuit temporibus Cæsaris, sic etiā eadē vinea, idē populus atque eadem civitas dicitur esse. Alias enim sequeretur positio Heracliti dicentis, nō contingere, ut idē equus eundem fluvium bis intret, quia partes materiales fluvii fluxère, & tamē verè affirmam⁹, ꝙ eūdem fluvium bis, ter, imò sæpi⁹ idē equ⁹ intret, quia remanet idē fluvi⁹ quoad consimilē situm partiū, & figuram in ordine ad totū, quamvis partes sint in continua successione, idemque de identitate populi & civitatis dicendum est. *Secundum* est, quod augmentatio fit secundum partes formales & non materiales, ex Arist. 2. *de generat. sext. comment.* 35. & quia partes 131
formales eædem remanent antē & post augmentationem, quamvis *materiales* fluant, dicimus id, quod augetur, manere idem numero, ante & post augmentationem. Idemque declarat *ibid.* Cagnol. ex D. Thom. 1. *part. q. ult. seu q.* 119. „
art. 1. *ad.* 2. quod hæc distinctio Philosophica secundum partes materiales & „
formales carnis aut ossis vel nervi non sit secundum diversas carnes, sed sit e- „
jusdem carnis, secundum diversas considerationes, si consideretur caro se- „
cundum speciem & formam, id est, secundum id, quod est formaliter in ipsa; „
sic semper manet, quia semper manet natura carnis & dispositio naturalis i- „
psius: dicimus enim idem esse brachium Socratis per totum vitæ suæ tempus, „
sed si consideretur caro sive brachium secundum materiam, sic non manet, „
sed paulatim consumitur & restauratur. Unde demōstrato brachio Socratis in „
juventute, non dicimus ex hac materia & forma aggregatū permansurum per „
totam vitam; Cum fortè tota illa materia fluxerit & alia successerit; demon- „
strato tamen brachio Socratis in juventute, dicimus id permansurum, per- „
mansisseq; per totam vitam, quia significat indifferenter aggregatum ex hac „
materia, quæ nunc est, vel ex ea, quæ illi succedet, & forma manente simili di- „
spositiōe naturali membri figura. Hoc applicari potest vineæ, agro, fluvio, po- „ 132
pulo, Regiōi, navi; ex quib. poterit quisq; bene intelligere illam elegantissimā „
l. proponeb. de jud. Hæc ferè Cagnol. Unde consequenter inferri poterit, quod, „
pariter Collegiū Religiosum dicatur manere idē, quando aliæ personæ Colle- 133
giales aliis mortuis vel per mortē defluētib⁹ sine interruptiōe sub eadem Uniōis & Congregationis forma substituunt, vel succedūt, vel accedūt; ecōtra verò quādo personæ ōnes simul cū ipsa Uniōis & Cōgregationis forma per mortem defluxerunt, non poterit illud Collegium dici idem remanere, sed perire.

Hanc difficultatem minimè evadit F. R. quando *in Asbesto & hortis Confinibus* cum Reverendissimo Domino Prælato *ex ordine Pramonstratensi in Recessu* 134

Exceptionali 15. *Januar.* 1642. *coram Adm. R. & Eximio Domno Ioanne Maes S Theol. Lto ad D. Cuniberti Decano & Prælato apud omnes integerrimo, Compulsore Apostolico exhibito* distinguit; Collegium quidem morte omnium Collegarum *actu* desinere esse, non verò *habitu*, quasi eam Baldus *in l. si grege legato. n.* 1. *ff. de legat.* 1. traderet, uti volebat suprad. Domnus Prælatus in cit. loc.

135 Nam hæc distinctio ad casum, ubi omnes omninò, nullo superstite, mortui supponuntur, non quadrat. Si quidem Doctores tunc Collegium *actu* durare docent, quando non pauciores, quam tres in eo numerantur personæ Collegiatæ; *Habitu* verò durare, quando una alteravè persona in illo adhuc superest, cum spe probabili numerum personarum Collegarum

136 redintegrandi, ut videre est in Villalob. *in com. opin. verb. Collegium n.* 102.

Alberic. Ita quoque docet Alberic. de Rosat *in d. l. si grege legato. n.* 5. *ff. de leg.* 1. inquiens, *in glo.* imo non deest, ibi propter res, vel propter alia jura Universitatis, quæ per unum retinentur. Dyn. *in fin.* ibi, numerus, id est, Universitas, quæ consistit in numero. Quare si unus tantum superest, finitur numerus, & sic Universitas. Nam cùm ad unum redeat, rediit ad non numerum. Cum

137 unus nō sit Numerus, sed principium numeri, *ut inf. de gradib. l. Ictus* §. *affines.* Dyn. Vel dic secundum Petrum, quod remanet *aptitudine*, ut in contrario, sed non *actu*, & ita hic: Sic & alias de *aptitudine* habetur *supra fam. hercisc. l. si filia* §. *familia &c.* Idem tradit Jason. *in d. l. si grege n.* 12. *ff. de leg.* 1. ubi ait: imo non solùm nomen, sed etiam jus *Universitatis* Personarum residet in uno, etiam in re & in effectu; Cum possit *ille* & agere & conveniri nomine Univer-

138 sitatis. *d. l. sicut* §. *fin. ff. quod cujusque Univers. nom. & cap. fin.* 65. *dist.* Et *n.* 13. ibidem subiungit, intellige, inquiens, conclusionem glo. & Dd. quando habitu & sic *aptitudine* possunt esse plures, licet Actu non sit nisi unus. Tunc in illo solo bene consistit jus Universitatis, *juribus preallegatis*, secus si *habitu & actu non esset nisi unus.* Ita limitat Baldus *in l. non ambigitur. ff. de leg.* ubi per

139 hoc infert, quòd authoritas Senatorum non consistat in uno Senatore, qui nunc est Romæ, & quia aptitudine & habitu sublata est authoritas, & non subest amplius spes instaurandi Collegium Senatorum Romæ.

140 Contra hæc tam manifesta, tamque aperta Doctorum fundamenta, cum F. Romanus nihil solidè opponere possit, ipse *in horti confinibus*, dimissis Antonio de Butr. *in c. dilecta. n.* 16. *de excess. prælat.* & Bartolo in *l. sodal. ult. n.* 22. *ff. de Colleg. illic.* Chocquier *lib.* 3. *de jurisd. ordin. in Exempt. q.* 19. *n.* 2. quos ego citaveram *d. c.* 1. ac quorum verba ipse cavillari non poterat, cùm præfato Reverendissimo Domno Prælato *in d. Recessu Exceptionali* alios Dd. à me itidem citatos invadit, ita ut vel ipse idem verbotenus à dicto Reverendissimo Domno Prælato, vel hic ab ipso mutuatus esse & descripsisse videatur. Sed, quidquid sit, Nos ordine allegationum in Eclipsi factarum (quem frustra F. Romanus, disturbare conatur) servato & retento singulatim proponemus & quid de ejusdem F. Romani impetitione sit sentiendum, aperiemus.

F. Ro-

F. Romanus. *allegat.* 375. & D. Prælatus *in d. Recessu Exception. n.* 4. *tradunt, quod ego glo. juris civilis in l. sicut* §. in Decurionibus ff. quod cujusque Univers. nom. *pro fundamento Eclipseos* q. 1. c. 1. n. 3. *adducam quasi docentem, mortuis omnibus Collegis Collegium dissolvi totaliter actu & habitu, seu essentialiter esse exstinctum, quod tamen glossa minimè dicit, sed potius consensu omnium Juris interpretum, ipsam glossam hîc exponentium directè contrarium tenet, quòd videlicet Collegium morte solutum adhuc juris intellectum habeat, nec dicatur, non exsistere, sed vacare, eo quod non sit de jure destructum, secus verò si esset de jure destructum.* Bald. cit. l. sicut n. 1. *Item quòd Collegii propter delictum authoritate Superioris dissoluti bona, ut nemora, molendina &c. velut bona vacantia pertineant ad Fiscum vel Superiorem, ut est Papa: dissoluti verò per mortem omnium de Collegio bona non confiscentur, sed Collegium sit renovandum.* Subiicit D. Prælatus *Angel.* in l. sicut ff. quod cujusque Univers. nom. n. 3. *Item quòd si dissolvatur Collegium authoritate Superioris, desinat esse Collegium, & pereant ejus privilegia, secus si dissolvatur morte; cùm alii sint subrogandi &c.* quibus omissis F. Romanus subjungit prioribus. Ita (Pro hac particula D. Prælatus habet. Idem) *Angel.* ff. de colleg. illic. in rub. n. 4. *Denique quando destruitur Universitas, casu fortuito aut propter mortem, desinat quidem esse actu, non tamen habitu, nec pereant privilegia, quia sperantur alii substitui, & tunc redibit de habitu ad actum: si autem authoritate Superioris propter delictum, tunc desinat esse in actu & habitu, & omnia privilegia pereant, etiamsi personæ extarent. Ita Paulus à Castro*; in d. l. sicut §. in Decurionibus, &c. 141 142

Commenta Hayan. de glo. juris civilis in l. sicut. §. in decurionib. ff. quod cuimque Univ. nom.

Ex quibus ad oculum videre licet, quæ sit sententia Dd. & glossæ, (Addit F. Romanus) *hæc enim, si contrarium scripsisset, utique à Doctoribus redarguta fuisset. Ad quæ intelligenda, cum Ego sim voluntariè saxeus, aliud hic non videri, quàm arundines vento agitatas, qualibus & olim prima veritas, & vita per ludibrium illusa ingemuit, &c.* Hactenus F. Romanus. 143

Qui sibi imaginatur, quod si glo. pro nobis contra ipsum scripsisset, utique à Doctoribus redarguta fuisset. Ita quidem opinatur F. Romanus, sed opinione sua frustratur, ut nobis luculentissimus testis est Odofred. *in d. l. sicut* §. *in Decurionibus*, cujus Doctrinam supra retulimus.

Discutiuntur, & refelluntur ex Odofred.

Quin etiam F. Romanus hic ostendit, se minus sincerè contra nos agere, sed per versutias nos circumvenire velle. Siquidem ipse suppressis glo. à me nominatim allegatæ verbis alia substituit, aliosque supponit Dd. ut hac ratione Lectorem minus providum à regia juris via superius inculcata in devia, atque in suos casses impellat. Certè dolo non præsumitur carere, qui rectâ viâ non incedit, sed per anfractus & diverticula ingreditur, ut tradit Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 108. per l. qui fiscales. C. de navicular. lib. 11.* 144

F. Romanus pro glo. supponit alios Dd.

145 Gloss. *in d. l. sicut. §. in Decurionib. ff. quod cujusque Vnivers. nom. in verb. nomen Vniversitatis*, à me in Eclipsi Astri *q. 1. c. 1. num. 3.* citata hæc habet: sic extat rei memoria, nec tamen res, ut est arg. *infra de l. g. 1. si grege §. 1.* licet ergo unus non sit Vniversitas, nec Vniversi nec Vniversus; retinetur tamen per eum jus Vniversitatis, licet per unum ab initio constitui non possit Vniversitas, sed per tres, ut *inf. de V. S. l. Neratius.* Nomen vero ideo dicitur retineri,

glo in d. l. sicut §. in decurion.

146 " quia adhuc dicetur schola S. Ambrosii superstite uno solo. Sed nunquid Syndicum hic poterit unus constituere? Cum Syndicus plurium causam dicat? vel quid si duo sunt? videtur quod sic, *ut hic.* Item quid si *nullus omnino*

147 " remansit? *Respond. Ioan.* solutum esse Collegium, & res in nullius bonis sunt, sicut & hæreditariæ, sed tamen si postea authoritate D. Papæ, vel ejus ad quem spectant jura ejusdem Collegii, instituatur aliquis in eodem Collegio, juris artificio fingitur istius fuisse, *ut sup. de rer. divis. l. 1. §. id uno. & inf. de R. I. omnia fere. & l. omnis hereditas.* Licet quidam Archiepiscopus Moyses ipsos parietes

148 " possidere dixerit, etiam durante Collegio, quod durissimum est dicere, & contra legem videtur, *ut infra si quis testam. liber esse. jus. l. 1. §. Scævola.*

" Verum tamē id esse videtur, ut nullo modo dicantur esse ullius, scil. ab eo

149 " tempore, quo solutum est Collegium, sed ipso jure sint Fisco vel Papæ quæsita, *ut supra de publi. & vectig. l. commissa. & de jure fisci l. 1. §. an bona. & l. Imperatores*, & hoc quantum ad dominium, secus quantum ad possessionem, *ut infra de acquir. poss. l. cum heres.* Posset tamen pro Moyse allegari, quod ple-

150 " rumque Ecclesia dicitur ipse locus parietibus circumdatus, & etiam consecratus, & alias dicitur Ecclesia jus habere & possidere & vindicare, *ut C. de SS. Eccles. l. jubemus. §. scientes, & §. sanè, vers. si quando igitur.* Unde videtur, quod talis locus sive parietes possideant etiam durante Collegio, & vindicent per Prælatos, tanquam quilibet privatus per Procuratorem vel colonum. Hactenus Glossa: quæ etiam videatur *in instrumento publ. o supra allato num. 12.*

151 " Ex qua patet, quod illa priorem Joannis sententiam à se relatam quoad Collegii per mortem omnium dissolutionem amplectatur, licet etiam posteriorem Moysis opinionem quoad possessionem bonorum Collegii, de qua modo non quæritur, tanquam probabilem proponat, quæ tamen ab aliis Dd. exploditur, ut videre est apud Bald. *in Margarit. verb. mortuus. Iacob.* Butrigar. Alber. de Rosat. *in d. l. sicut. §. in Decurionibus. num. 9. sub fin. & ibi* Paul. Castr. *n. 8. prout infra ostendetur.* Priorem Joannis & glo. *in d. l. sicut. §. in Decurionibus*, de Collegii per mortem omnium dissolutione sententiam si F.

152 Romanus sincere inspexisset, *& d. allegat. 375.* attulisset, nec pro ea substituisset alios Dd. qui tamen nec ipsi pro F. Romano faciunt, luce meridiana clarius deprehendisset, in terminis illud ipsum, quod à me *in Eclips. d. q. 1. c. 1. n. 3.* asserebatur, inculcari, nimirum, *quod Collegium mortuis omnibus Collegis,*

153 *nullo omnino superstite absolutè & simpliciter dicatur esse solutum.* Assertionis Ratio hæc est, quòd Collegium, licet ab initio non per unum, sed per tres debeat

[illegible] contra F. Rom. facit.

beat constitui; tamen per unum possit retineri, non quidem *formaliter & actu*, ut palam est; Cum unus non sit Universitas, sed per unum retineatur *virtualiter* & habitualiter quoad jus Collegii. Unde ducto argumento à contrario, necessariò sequitur, quod Collegium, in quo nullus omnino remansit vivus aut superstes, non possit dici *actualiter* vel *habitualiter* exsistere aut retineri, sed solutum esse, prout *supra sub initium* etiam ex aliis *Dd.* in terminis est demonstratum. 154

155 *Deinde* in eadem Glo. astruitur, quod ego *q.* 1. inculcavi, nim: *quod bona illius Collegii morte omnium dissoluti transeant ad Papam, & quidem*, ut hic vult glo. *ipso jure, quoad ipsorum dominium*, secus quoad possessionem. Et licet bona illa transeant ad Papam; non tamen transeunt ad ejus fiscum propriè dictum, ut contra F. Romanum P. Laymanno & mihi istud impingentem ostendi in *Eclipsi. q.* 4. *c.* 2. sed de hoc *inf. in resolut. d. q.* 4.

Suppositi Dd. pro F. Romano non faciunt.

156 Doctores, quià F. Romano & D. Prælato supponebantur, nihil contra nostram doctrinam tradunt. Nam Bald. *in d. l. sicut. n.* 1. impertinenter huc allegatur. Si quidem ipse istic agit, de ejectis, non verò emortuis Collegis, prout *inf.* videbitur, præterquam quod ille locus in aliis & antiquis Editionibus non contineatur, atque in novis duntaxat *inter additiones* recitetur. Videatur *suprad* Instrumentum, *n.* 5.

Baldus in d. l. sicut.

157 Angelus vero in *d. l. sicut. n.* 3. prout videre est ex *d. Instrum. sub n.* 12. nihil contra me, aliosque istic decidit, nec Glossam *in d. l. sicut.* cõtra me tanquam pro D. Prælato facientẽ inducit, sed potius pro me facit 1. *statuendo absolutè*, quod Collegium morte omnium sit dissolutum, quod & Ego *d. c.* 1. *Eclips.* inculcavi atque etiamnum inculco. 2. tradendo, quod dissoluti Collegii bona non confiscẽtur, quia Collegium renovabitur, quod ipsum & ego tradidi *Ecl. q.* 4. & 5.

Angelus.

158 *Forte*, inquiet, Prælatus, Collegium dicitur illic renovari, Ergo Collegium Monachorum vel Monialium istic *actu* tantum & non habitu erit dissolutum, quia alias illic Collegium non diceretur renovari.

Obi.

159 At Respondeo, Inde potius contrarium concludendum, nim: *quod Collegium vetus absolutè sit finitum.* Nam *renovari* dicitur, quod finitum est; *protelari* autem, quod durat, ut tradit Alber de Rosat. *in dictionar. suo verb. Renovatur per l. dies. ff. de damn. infect. l. sed si manente. de precario.* Sic sacrum chrisma vetus dicitur renovari, vetere combusto, & novo consecrato, *c. literis de consecrat dist* 3. Ita feudum beneficium, dicitur linea seu generatione finita seu exstincta renovari & quidem proximis agnatis; si sint descendentes ex primo acquirente; secus si sint collaterales: tunc enim in aliis extraneis renovari poterit. Rof. de feud. *c.* 7. *concl.* 24. *n.* 21. & *seqq.* & Dd. *ab ipso lit. z. cit. sed de hoc q.* 5.

Resp. Renovari, protelari quod.

160 Angelus verò *in Rub. de Colleg. illic. n.* 3. & 4. supra exadversum citatus, ita loquitur, prout ex *sup. d instrum n.* 12. videre est. *Quod si dissolvitur Collegium authoritate superioris, desiit esse Collegium, & pereunt privilegia, secus si dissolvitur morte; cum sint alii surrogandi.* Ex hoc minimè efficitur, imo nec effici potest, „ quod glo. *in d. l. sicut §. in Decurionib. verb. nomen Universitatis. ff. quod cujusq.* „ 161

Angel. in rubr de Colleg. illic.

Univers.

Vniverſ.nom. doceat, Collegium morte omnium Collegarum non eſſe abſolutè & ſine ulla diſtinctione, adeoque & *actu* & *habitu* diſſolutum. Cùm Angelus d.gloſſæ *in d.l.ſicut.* ne quidem meminerit, & ipſe *d.loc.* contrarium

162 in terminis ſupponat: *ſecus*, inquiens, *ſi diſſolvitur, ſcil. Collegium, non pereunt Privilegia*; unde patet, quod Collegium morte omnium diſſolvatur, ſed non pereant ejus privilegia. Quæ vero ibidem ſubiicitur ratio, quòd alii ſint ſurrogandi, non huc *ad q.1. ſed ad q.5.* pertinet, ubi de ea videbitur, quamvis de

163 ſurrogatione idem ſit ſentiendum, quod paulo ante de renovatione inculcavimus.

164 At, inquies, particula (*ſecus*) qua utitur Angel. *in d. rub. de colleg. illic.* eſt

Inſtantia. adverſativa, importans conditionem contrariam diſpoſitioni præcedenti. Barboſ. *in dict. ſecus n.* 1. Proinde cum in præcedenti diſpoſitione apud Angel. *cit. loc.* dicatur, quod Collegium auctoritate Superioris diſſolutum dicatur deſinere eſſe, & perdere privilegia, neceſſariò ſequitur, quòd Collegium morte omnium diſſolutum non deſinat eſſe, nec perdat privilegia. Cùm ita membrum hoc poſterius per particulam (*ſecus*) opponatur membro priori præcedenti.

Nam *Reſpondetur*, hic fallaciam committi plurium quæſtionum, nim: *an*

Solvitur. *Collegium morte omnium deſinat eſſe*, & an *morte deſinens, perdat ſua privilegia.*

165 Ad *Priorem* Reſpondet abſolutè & indiſtinctè, *Collegium morte omnium*

166 *deſinere eſſe.* Ad *Poſteriorem* vero Reſpondet, *Collegium morte deſinens non perdere ſua privilegia*, quia alii ſunt ſurrogandi iis privilegiis fruituri. *Prior* Reſponſio huc ſpectabat: *poſterior* vero *inf. ad c.3.* pertinebat, quare utriusque quæſtionis reſolutionem & reſponſionem ſuo loco redonabimus. Et par-

167 ticula (*ſecus*) ſivè conſideretur ut adverſativa, idemque ſignificans, quod di-

Particula ſecus. ctio aliter. *c.fin. de locat. l.2. in fin. C. de temp. appellat.* quæ qualitatem rei concernit. Batt. *in l.1. §. quod autem ff. ne quid in flum publ.* ſive ut contraria, idemque ſignificans, quod dictio contra. *c.2. ut lit pendent. in 6. Clem. fin. de ſepult. l.*

168 *ſires in fin. C. de ord. cognit.* ut videre eſt apud Alberic. de Roſate, *in dictionar.* ſuo ipſa refertur immediatè ad privilegia, an nim: *ea pereant diſſoluto Collegio*, ut patet ex ipſo Angeli textu allegato, & *Reſpondetur* ſub diſtinctione, diſſoluto per authoritatem Superioris Collegio, perire privilegia, aliter verò, ſeu ſecus, ſi Collegium morte omnium diſſolvatur, vel, contra non perire privi-

169 legia diſſoluto per mortem omnium Collegiô: Qui ſenſus eſt clariſſimus, nihilque contra me aut ullum ex noſtris facit, uti perperam F. Romanus & D. Prælatus exiſtimabant.

170 Denique F. Romanus & D. Prælatus Paulum Caſtr. ſupra cit. glo. juris civi-

Paul. Caſtr. in d.l. ſicut §. in decur. ff. quod cujusq. Vniv. nom. lis, *in l. ſicut § in Decur. ff. quod cujusq. Vniv. nom.* explicantem adducunt, uti *n.* 7. ait *in glo. ibi*, Item quid ſi nullus remanſit. Hic occurrit duplex dubium. *Primo*, an deſinat eſſe Vniverſitas. Et *glo. hic* ſimpliciter videtur dicere, *quod ſic.*

„ Nec obſtat iſte textus. Quia loquitur, quãdo ſaltem unus remanſit, qui poteſt

„ omnes repræſentare. Sed hic nullus remanſit, & ſic non eſt, qui repræſentet,

quod

„ quod tenet etiam glo. *in c. statutum. de Elect. lib. 6.* Intellige hoc dictum,
„ quod desinat esse *actu*, non tamen in *habitu*, quod patet, quia non pereunt 171
„ privilegia Universitatis, ut not. Innoc. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.*
„ quia sperantur alii substitui & tunc redibit de habitu ad actum. Hoc tamen 172
„ verum, quando destruitur Universitas, casu fortuito & propter mortem; si
„ autem authoritate superioris propter eorum delictum, tunc desinit esse in a-
„ ctu & in habitu, & omnia sua privilegia pereunt, etiamsi personæ extarent,
„ nec possunt amodo dici de illa Universitate, secũdũ Innoc. *in eod. loc.* & proba-
„ tur infr. *quib. mod. usufr. amit. l. si usufructus civitati.* Hæc Castr. quib. similia tradit, ut ego noto, Lancellot. Decius. *in l. si grege legato col. 3. ff. de legat. 1.* qui 173 citat Innoc. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* Bart. *in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de V. O.* Vid. & Socin. *in c. sicut unire. n. 9. 10. de excess. prelat.*

Lancellot. Decius in l. si grege legato. ff. de legat. 1.

Verum Castr. Lancellot. Innoc. & Bart. loquuntur de *Universitate reali*, non *personali*, ut ostendit hæc Castri subjecta ratio, *quia non pereunt privilegia Universitatis*, ubi privilegia intelliguntur realia, quemadmodum ex Innoc. *in d. c. cum ex injuncto. n. 2.* per ipsum Castrensem *citato* videre est. *Deinde* idem expressis verbis significat Bart. à Lãcell. allegatus, quod agat de Universitate reali, non autem de personali. Proin cum hi Dd. à Castr. & Lancell. citati & relati agant de Universitate reali, & non personali, etiã ipsimet referentes de 174 eadem agere censendi sunt: Tum quia relatum censetur esse in referẽte, cum 175 omnibus suis qualitatibus. Rot. Rom. *decis. 181. n. 3.* apud Postium *de summariiss. possessor. tom. 2. per l. asse toto. ff. de hared. instit.* tum quia Doctoris dictum secundum ea, quæ allegat, intelligendum venit. per not. Everard. *in loc. à rat. legis strict. n. 3* Privilegia autem Universitatis realia sequuntur & supponunt Universitatem realem, *per l. in omnibus causis. 68. & ibi* Dd. *not. & l. privilegia. 196 ff. de R. I.*

Respondetur ad præfatos Dd. quod agant de Universitate reali, non personali.

Proinde cum subjecta ratio Castrensis sit strictior ipsius dicto, & illa agat 176 de Privilegiis realibus, Universitatem realem sequentibus; faciet, ut ipsum Castrensis dictum de Universitate reali alioqui indefinitum immediatè præcedens restringat ad ipsius subjectæ rationis limites, *per* not. Everard. *in loc. à rat. legis stricta n. 1. & seqq. per text. in l. cum pater. §. dulcissimis. & ibi* Bart. Joan. de Imol. & alii *not. ff. de leg. 2. & pulchrum text. in l. adigere. §. quamvis, de jure person.* adeoque ad Universitatem realem. *Confirmatur* ex traditis per Ripam. 177
„ *Respon. 12. de rescript.* ubi tradit: *Aliud est Collegium, aliud Collegiata Ecclesia.*
„ *Collegium dicit personas, ut unitas in aliqua certa Ecclesia Collegiatâ. At Collegia-*
„ *ta Ecclesia dicit ipsam Ecclesiam materialiter consideratam. Collegium & Colle-*
„ *giata Ecclesia non sunt Correlativa, sed Collegiata Ecclesia & Ius reale Collegii: quia*
„ *posita Collegiata Ecclesia ponitur etiam jus reale Collegii, non vero ponuntur per-*
„ *sonæ Collegiales,* Joan. Baptist. à S. Blasio. *de correlativ. fall. 7.* Vid. & Bart. *in l.* 178
„ *damni. §. si is, qui vicinos. n. 1. ff. de damn. infect.* alia enim sunt Correlativa jurium; alia Personarum. Deinde etiamsi essent Correlativa, non essent Corre-

Correlativa jurium, personarum in essendo, efficiendo.

lativa in *essendo*, sed tantum *efficiendo*; eò quòd ex reditibus illis excitari possit aliquod Collegium. Baptist. *d. loc. fallent.* 4. Hæc ipse.

179 Hinc cum Castrensis, cæterique Dd. agant de juribus realibus Universitatis Collegii, etiam ipsi de altero ejus correlativo, nim. de Universitate, Collegio reali, seu de Collegiata Ecclesia, non autem de Collegio personali, quod absolutè Collegium vocari solet, agere præsumendi sunt, ut ita posito uno

180 Correlativorum, ponatur & reliquum. glo. *not. in Clem. Uni. in verb. æternaliter. de summ. Trin. & fid. Cathol.* Vid. Everard. in loc. *à correlativo. n. 2. 3.* Consequenter quando Universitas & Collegium reale dicitur casu fortuito, & propter mortem destrui, dissolvi, dicetur locus ipse retinere jura & privilegia sua *habitu*, & non *actu*. per not. Card. Tusch. *lit. D. Concl.* 228. *n.* 15. 16. ex Bald. *cons.* 368. *in fin. lib.* 1.

181 Deinde *posito*, quod Castrensis, aliiq; supra cit. Dd. agerent de Collegio personali; tunc tamen ipsi duntaxat loquerentur de Collegio *habituali*, non ut *habitu* dicitur *perseverare*; sed ut *potentiâ* potest resuscitari, ut ex eorundem Dd. verbis palam est; vel certè illi Dd. accipiendi essent de eo casu, quo adesset spes juridica & proxima Collegii similis reparandi, (qualis hic non datur) prout *q.* 3. videbitur, vel alterius ex dispositione superiorum subrogan-

182 di. Dd. à me *supra cit.* quemadmodum ibidem videbitur. Itaque F. Romanus homonymia vocis, *habitu*, lectorem fallit.

183 Ex deductis relinquitur, quod d. lex *sicut.* §. *in decurionibus & ibi* glo. ex mente Barr. & aliorum *in d. l. sicut. & in d. l. si grege legato. n.* 1. *& ibi* Trot. Alberic. de Rosate. *de legat.* 1. *& in rub. de Colleg. illic* tum *in l. Neratius de V.S.* Zasii *in l. possessio.* §. *municipes. de acquir. poss.* Valasci *in l. imperium n.* 82. de jurisdict. Pancirolæ *cons.* 128. *n.* 6. non à me, sed à F. Romano & D. Prælato malè fuerit allegata.

184 Quomodo verò ex præmissis F. Romanus, per particulam, *Unde*, arundines vento agitatas, qualibus olim prima Veritas per ludibrium illusa ingemuit, inferre possit, nemo est qui videat; nisi quod ipse arundine mutabilior & fragilior in omnem partem moveatur.

§. IV.

Glossa Canonica in c. Statutum. verb. Collegiatas. de Elect. in 6. Card. Bertachin. Bald. defenduntur.

Glo. in cap. Statutum de electione in 6. verb. collegiatas.

185 F. Romanus ordine præpostero *allegat.* 374. una cum D. Prælato *in d. Recessu Exceptionali. n.* 4. accusat me, quasi ego d. c. 1. *n.* 4. non bona fide citarim glo. *in c. statutum. de Elect. in 6. verb. Collegiatas.* Nam *cum Glossa*, inquiens, *expressè sentiat, in casu, quo Collegium desinit Canonicorum morte, locum esse Decretali: & alios habere substitui, & si id non faciant, hi, ad quos primò pertinet, intra debitum tempus, ad superiores gradatim devolvi: In casu vero, quo Collegium destruitur authoritate superioris, non esse locum decretali; prout ejusdem glo. verba formalia*

Commenta Hayana.

„ *formalia adduxerat* in Astro q. 1. n. 15. quæ erant *nim. hæc Glo. in c. statutum. de*
„ *Elect. in 6. verb. Collegiat. sic loquentis. Sed quæro, pone quod Ecclesia fuit Colle-*
„ *giata, tunc desivit ibi esse Collegium, quid erit? habebitne locum hæc decretalis?* Et
videtur, quod non: *quia deficientibus personis desinit esse Collegium.* Dico brevi-
„ ter, *quod si Collegium desinat ibi esse, puta Canonicorum morte, locum habet De-*
„ *cretalis, quia alii habent substitui, & si hoc non faciunt hi, ad quos primò pertinet,*
„ *infra debitum tempus, ad superiorem devolvetur, & sic de singulis usq; ad Papam.*
„ *Si autem destruatur Collegium authoritate superioris, tunc non habebit locum* 187
„ *Decretalis.* Ego *iterum pro fundamento Astri Eclipseos, omissis ultimis verbis pri-*
„ *mi membri, & toto secundo membro assumam fragmentum ex primo divisionis mē-*
„ *bro*, videlicet *si Collegium desinat ibi esse, puta Canonicorum morte, locum habet*
„ *Decretalis, quia alii habent substitui. Majusculis illis cupiens persuadere Lectori, ex*
„ *mente glo. Collegium morte Canonicorum desinere esse totaliter, & quoad Actum &*
„ *habitum exstingui, ita ut bona sint vacantia, non minus ac si destructum esset au-*
„ *thoritate superioris. Cujus tamen contrarium in terminis doceat non solum glo. hic*
„ *alium effectum tribuens desitioni per mortem omnium, & alium destructioni per*
„ *superiorem, sed etiam alii Dd. communiter glossam allegantes & explicantes*, Ego
„ *glossam, tam scitè tam peritè ponam & applicem, ac si linguam bovis haberem, unde*
„ *in horto cresceret Buglossum, à Monacho Ochsenhusano merito decerpendum.*

Hæc ferè cum D. Prælato F. Romanus, qui dum me incusat, se ipse condemnat, quod *glossam* mutile & truncatim lineâ integra, quâ opinio F. Romani de errore convincitur, inducta, ac reliquo glo. textu per affictum alienum sensum corrupto alleget. *Discutiuntur.* 188

„ Ita verò glo. *in d. c. statutū. verb. Collegiatas. de Elect. in 6.* præmissis quæstioni 189
„ & rationi dubitandi, quæ supra ex adversum fuere recitata; Subjungit suam
„ Responsionem, *Dico & breviter* inquiens, *quod, si Collegium ibi desinat esse,*
„ *puta Canonicorum morte, locum habet Decretalis, quia alii habent substitui, & si*
„ *hoc non faciunt hi, ad quos primo pertinet, infra debitum tempus, ad superiorem de-*
„ *volvetur, & sic de singulis usque ad Papam* (sequuntur verba per F. Romanum
„ inducta, ejusque intentionem elidentia) *& jus Collegii bene remanet in uno:*
„ quod dic, *ut not. supra de post. gratum. Si autem destruatur Collegium superioris*
„ *authoritate, puta, quia hoc facit ex causa, tunc non habebit locum decretalis.* Hactenus Glo. quam Vid. *in d. Instrumento. n.* 11. Unde apparet, quod cit. *glo. in* 190
d. c. statutum. loquatur. *non de eo casu*, quo omnes omnino de Collegio, nullo prorsus superstite aut remanente, sunt defuncti; prout somniat F. Romanus, sed de eo casu, quo omnes de Collegio præter unum sunt mortui, ac tunc ait Collegium desinere esse, videlicet actu: & habitu manere; quia alii in aliorum defunctorum locum habent substitui. *Sensus glo. in d. c. statutum. verb. collegiatas.*

Hinc ex d. glo. à contrario tale contra F. Romanum deducitur argumentum. *Quando una duntaxat persona Collegii cæteris omnibus mortuis superest, dicitur jus Collegii in una illa persona manere, & ipsum Collegiū habitu perseverare,* 191 *Arg. contra F. Roman.*

& actu desinere esse. Ergo à contrario, quando nec una amplius Collegii supererit, sed omnes omnino obierint, tunc jus Collegii non poterit dici in una persona manere, nec ipsum Collegium etiam habitu perseverare. Et *Confirmatur* ex eo, quod

192 *Confirm.* essentia Collegii etiam Ecclesiastici *in fieri seu produci* requirat minimum tres personas unitas & congregatas, & non tantum socias; *in facto* verò *esse* conservetur etiam in una, non verò in nulla persona, prout supra ex communiori & veriori Dd. sententia, est demonstratum. Atqui in casu, de quo nobis sermo est, nulla amplius persona ex Collegio superest. Igitur &c.

193 Unde relinquitur, quod citata glo. *in d. c. statutum. verb. Collegiatas. de Elect. in 6.* pro nobis contra F. Romanum faciat, prout ipsemet Paul. Castr. *in d. l. sicut. §. in Decurionibus. ingenuè fatetur.*

194 Quinam autem Dd. eandem glo. pro F. Romano exponant, necdum vidi, nec ipse eos nominavit, quos tamen nominare tenebatur, si aliquid præstiturus fuisset. Non pro ipso glo. in cit. c. statutum. Ancharanus, Archidiaconus, Barbos. Franc. Gemin. Ioan. Andr. Ioannes Kœlner de Vancle, Vivinianus exponunt, imò ne verbo quidem interpetationis Hajanæ meminerunt.

195 *Alexander.* Alexander qui *in cons. 74. lib. 4. n. 1.* meminit. d. glo. *in c. statutum:* agit duntaxat de Collegiata Ecclesia, & non de ipso Collegio, asseritque Ecclesiam dici Collegiatam habitu tantùm, quando *desinit Collegium morte ipsorum Canonicorum, aut privatione propter aliquod ipsorum delictum, & tunc talis Ecclesia gaudet privilegio ipsius Collegii, & jura, quæ de Collegiis Ecclesiasticis faciunt mentionem, talem Ecclesiam comprehendunt, istud* expressè decidit Glo. *in materia valde notabili. in c. statutum. verb. Collegiatas, de Elect. in 6. &c.* Vid. *Instr. n.* 19. Quan-

196 tum vero Ecclesia Collegiata & Collegium differant, jam supra ex Ripa *Respons. 12. de rescript.* inculcatum est, atque hinc etiam eadem distinctio Ripæ confirmatur; dum vult Alexander Ecclesiam ipsam *habitu* tantùm manere Collegiatam, quando Collegium *morte Canonicorum aut privatione propter aliquod ipsorum delictum*, esse definit, indeque simul contra F. Romanum, concluditur, quod Collegium morte omnium omnino, nullo superstite, dicatur actu & habitu desiisse, sicut privatione propter delictum Collegium definit actu & habitu, ut fatetur ipsemet F. Romanus.

197 Hinc quid Dn. Prælatus *in Recessu suo Exceptionali n. 6.* aut F. Romanus *implicitè* contra me aut alios concludere velint, quod sit ad rem præsentem; non video, nisi ex quolibet quidlibet, atque à diversis & disparatis optimè argumentum duci existiment.

198 *Angelus.* Angelus quidem *in d. l. sicut. §. in Decurionibus & in Rubric. de Colleg. illic. n. 3. & 4.* meminit Ioan. Andr. *in d. c. statutum.* At non dicit, quod Ioan. Andr. *in d. c. statutum.* contrarium sensum, quem sibi F. Romanus imaginatur, inculcet, prout supra in glo. *d. l. sicut. §. in Decurionibus ff. quod cujusq. Univers. nom.* inculcatum fuit.

199 *Comment. Hayana.* Quod asserit F. Romanus verba glo. *in d. c. statutum,* desinat ibi esse Canonicorum

nicorum morte, *majusculis* à me notari, quasi cupiam persuadere Lectori, ex mente glossæ, Collegium morte Canonicorum desinere esse *totaliter*, Impostura est F. Romani, nunquam id ego *in Eclipsi* asserui, quinimo contrarium docui, nim: *Collegium morte omniū nullo omninò remanente superstite essentialiter quidem desinere esse, non verò effectualiter*, seu quoad effectum, ut ex Baldo *in d.l. sicut. §. in Decurionibus.* expresse colligitur *in Astri Eclipsi hoc capite*, 1. *n.* 4. *pag.* 6. *col.* 2. Cum jura & privilegia ejus realia maneāt, *Eclipſ. q.* 1. *c.* 3. 200 *Distinuuntur.*

Deinde nusquam in Eclipsi ego istam Conclusionem ex suprad. glo. *in d.c. statutum.* intuli, quam hic F. Romanus mihi affingit, nim: *Collegium morte Canonicorum desinere esse totaliter & quoad actum & habitum exstingui, ita ut bona sint vacantia, non minus, ac si destructum esset authoritate Superioris.* 201

Quæso, F. Romane, ostendas mihi in tota Astri Eclipsi hanc propositionem à me propositam, designa paginam & lineam. Rectè Lavanda *in notis ad Nicolaum Tedescum edit.* 1. *pag.* 9. *edit.* 2. *pag.* 11. inquit, ita *F. Romanus more solito aut corruptè aut non ad rem*; prout manifestè patet ex titulo, seu Rubrica. *q.* 1. *cap.* 1. *in Astri Eclipsi*: An nim: *Monasteria ut Collegia morte omnium Monachorum aut Monialium, nullo aut nulla remanente superstite dicatur exstingui.* Conclusio est *affirmans*, quoad *essentiam Collegii*, non *autem*, *quoad* ejus *effectum seu jura & privilegia realia.* Ab hac est diversissima illa assertio & conficta *Conclusio* F. Romani, quam postea miserè conatur impugnare. Quid ego concludam, patet ex modo deductis. 202 203

Adhæc *devolutio ad superiores*, cujus meminit glo. *in d. c. statutum*, obtinet in casu, quo omnes Canonici præter unum mortui sunt, nec alii substituuntur, at huc, ubi de omnibus non Canonicis sed Monachis mortuis nullo remanente superstite, quæritur, omnino est impertinens, ideoque neque in Eclipsi *ad q.* 1 *cap.* 1, *neque huc* fuit referenda. 204

Similiter ea, quæ de *bonis vacantibus* ab eadem glo *in d.c. statutum*, afferuntur, hinc ubi non de bonis, sed de Collegio personali, ejusque essentia disceptatur, aliena sunt, neque quippiam glossa in terminis contra Astri Eclipsin *in c.* 4. docet, neque Eclipsis tradit, quod bona Collegii mortui non minus sint vacantia, ac bona Collegii auctoritate Superioris destructi. 205

Quid denique F. Romanus ex destructione Collegii authoritate superioris facta, contra traditam in Astri Eclipsi doctrinam colligere aut concludere velit vel possit, nemo ædepol videt, ne ipse quidem F. Romanus, dum hanc absurdam proponit argumentationem: *Crusius docet Collegium morte omnium nullo remanente superstite, essentialiter dissolvi & exstingui.* Glossa *in d. c. statutum. alium effectum tribuit desitioni Collegii per mortem omnium, & alium destructioni per superiorem facta. Ergo glo.* in d. c. statutum, *Contrarium Crusio in terminis docet.* Bona argumentatio, quia concludit in buglosso apud F. Romanum. 206

Idem *allegat* 373. Cum D. Prælato *in Recessu Exceptionali n.* 3, *atq. in materia Commenda* 207

 suain Haynau

circa Card. Zabarell. in Clē. in plerisque de elect. q. 2.

sua inhæsiva sub n. 9. mihi supponit; *Male*, inquiens, *applicata & immutata sunt verba Cardinalis Zabarellæ* in Clem. in plerisque de Elect. q. 2. *Nam cum Cardinalis, in ratione dubitandi, in sensu Pauli adferret hæc verba*, Collegium esse desinit remotis personis illius, *ad hoc solum ut ostenderetur, Cathedralem clero & populo noviter expulso, desinere de facto, eo quod Sacramenta ibidem non administrentur (quod factum Clemētina ponderat) non verò de jure. Ego verò verba in ratione dubitandi posita, mihi pro authoritate seu ratione fundanda Eclipseos Majusculis iterum characteribus usurpavi; Collegium*, inquiens, *esse desinit, sublatis Personis illius, ac si essent formalia Cardinalis, & ex mente ejusdem allata ad hoc, ut Collegium mortuis omnibus Collegiatis diceretur essentialiter, seu de jure & quoad habitum etiam extinctum. Cum tamen vox* remotis, *quæ est apud Zabarellam, mutata* dicatur fuisse à me *in vocem* sublatis, *veluti magis symbolizantem cum voce* mortuis, *ut hoc astu suaderetur, Cardinalem sentire, quod sublatis seu mortuis omnibus de Collegio, illud de jure, seu quoad habitum sit extinctum: cujus contrarium Cardinalis non solum hic concludendo infert, scilicet, Ecclesiam non desinere esse Cathedralem, nisi authoritate legitima superioris sit destructa, sed & alibi, adeo expressè & disertè docet, ut etiam velit in casu, quo nulli Canonici sunt in Collegio, Superiorem non posse providere de prælato, nisi servatis terminis juris: ex ratione, quia non propterea exstinctum est jus Collegii Ecclesiastici, quod conservatur in Ecclesia, cui concessum est, in cujus præjudicium non debet Superior*
208 *Discutiuntur.* *extra terminos juris communis aliquid facere.* Hactenus F. Romanus, qui relicta Collegii, de quo quærebatur, Congregatione ad Collegiatam vel potius & ad Cathedralem Ecclesiam, profugit, putans, Collegium esse Collegiatam vel Cathedralem Ecclesiam, quæ tamen toto genere differunt, ut supra fuit notatum. Ita F. Romanus nihil ad rem.

209 Nam Ego ex variis Authoribus *q. 1. cap. 1. Astri Eclipsſ.* ostenderam, Collegium mortuis omnibus Personis, nulla remanente superstite desinere esse, atque inter alios attuleram & *Cardinalem Zabarellam*, qui *citat. loc.* hanc affert & tradit propositionem, quod remotis personis illius desinat esse Collegium. *ff. de Colleg. illic. l. 3.*

210 Non officit, quod Cardinalis Zabarella ad quæstionem secundam à se *in d. Clem. in plerisq; de Elect.* propositam, qua quærebatur, *utrum Constitutio d. Clem. in plerisque (ut videlicet nullus sine licentia Papæ Ecclesiæ Cathedrali Clero vacanti & populo Christiano providere possit) locum habeat Clero & populo Christiano noviter expulso*, & ibidem in resolutione ejusdem hanc propositionem,
211 *(Remotis personis Collegii desinit esse Collegium)* afferat tanquam rationem dubitandi, seu quę possit animum in contrariam partem negantem movere, itaque constituerè positivè dubium, quia alias nonnisi ineptè & irrationabiliter ea ratio fuisset à Cardinali allegata, quod authoritati Cardinalis repugnaret, neque id est præsumendum, *per l. antiqui 3. & ibi glo.* verb. *quæsierunt*, atque ad
212 eandem Apost. Gothofredi *in verb. rationaliter ff. si pars hæred. pet.* Deinde aliā ex *l. cum loca ff. de Rel. & sum. f[illegible]* simul adducit dubitandi rationem, quòd

nim:

nim: ibi locus facer ab hostib⁹ occupat⁹ desinat esse facer: quam posteriorem rationem ex jure civili petitam rejicit, utpote quæ in Canonica materia non 213 obtineat. *Ad Priorem* verò Rationem respondet, *Remotis personis Collegii non desinere locum esse sacrum; quia licet locus sit viduatus ministris, adhuc tamen possunt ibi verè Sacramenta administrari.* Atque ita Cardinalis de solo loco Collegii nominatim & expressè respondendo videtur aliud sentire de ipso Collegio personali & agnoscere, *Aliam* esse rationem *Collegii*, & *aliam* loci Sacri seu Ecclesiæ Collegiatæ vel Cathedralis, nim. ut cum remotis Personis Collegii 214 sacri speciatim & expressè locum sacrum desinere esse neget, colligatur tacitè affirmate, *Remotis Personis Collegii, ipsum Collegium esse desinere.* Sicuti enim uni duntaxat, quando aliquid attribuitur, illud ab omnibus aliis removeri censetur. *l. cum ita legatum* 63. *ff. de Condit. & demonst.* ita in uno, quando aliquid prohibetur, vel negatur, in aliis concessum videtur *l. cum prætor. & ibi glo ff. de judic. l. ex eo quod prohibet. ff. de testib.* illudque S. Gregorii M *Homil.* 18. *in Evangelia* obtinere; *Duo ei illata fuerunt, unū negavit, aliud tacēdo consensit.*

Quod autem F. Roman⁹ cum D. Prælato objicit, quasi ego pro voce *Remotis*, substituerim *sublatis. Resp.* 1. *negando*, à me substitutionem ejusmodi 215 factam, sed esse errorem Typographi, qui ex loco Cardinalis Zabarellæ à me citato defluxerit in locum Bertachini immediatè ibidem subsequētem, quod is iisdem fere verbis constatet, ut mirum non sit, Tygographum ex uno in aliū locum immediatè subsequentem deviasse; cum id quotidie in accuratis etiam Descriptionibus usu veniat. 2. posito etiam, quod ego ita verba Cardi- 216 nalis Zabarellæ d. loc. prout ea in Eclipsi à Typographo expressa, atque à Bertachino *in repertor. verb. Collegium*, recitata sunt, annumerarim, nihil tamen in sensu immutarim, cum non verborum literæ & syllabæ, sed significationes veniant attendendæ. glo. 1. *in rubr. ff. de verb. signific.* Significationes autem vocum *remotis*, & *sublatis* personis Collegii in effectu hic coincidunt. Nam cum 217 Cardinalis Zabarella *in d. Clē. in plerisq.* indiscriminatim dicat, *remotis Personis Collegii desinere esse Collegium*, per remotionem personarum Collegii dicetur intellexisse omnes modos, quibus Personæ Collegii removentur, adeoque & illum, quo nim: omnes ex *Collegio* morte removentur, seu tolluntur vel etiam moriuntur, vel mortui sunt, *nemine* remanente, queadmodum & apud Bald. 218 *in c. imperialis.* §. *nos Romanorum. n.* 10. *junctis priorib. ibidem numeris antecedentibus. de pace Constantiæ.* tolli & removeri tanquam Synonyma accipiuntur. Quærit enim ibi Baldus, *an mortua seu sublata Civitate privilegia ejus deleantur, tollantur, seu removeantur. &c.*

Voces, Remotis & sublatis hic æquipollent.

Idem probatur ex Menoch. *lib.* 3. *conf.* 282. ubi *tolli & removeri* tanquam 219 æquipollentia & idem significantia accipiuntur. Nam ibi propositam Regulam, *causa remota removentur & omnes effectus, qui ex ea prodire possunt*, mox *n.* 28. hiscè inculcat verbis, *sublata radice tolluntur & omnes effectus qui ab ea prodire possunt.* Vid. *Instrum. n.* 10. *Idem quoque probari poterit ex aliis Classicis Authoribus,*

thoribus, quos F. Romanus cum D. Prælato in Calepino vel Thesauro linguæ latinæ videre poterit.

220 Unde cum *removeri* & *tolli, remotum* & *sublatum*, sint æquipollentia, sufficiet ex iis tanquam æquipollentibus alterutrum poni. Everard. *in loc. ab æquipoll. n. 1. per l. mulier, in pr. ff. ad Trebell*, glo. *in l. si mater. C. de instit. & substit. sub cond. fac.* Nec poterit quis culpari, si unum pro altero ponat. Cùm æquipollentium sit idem judicium. *c. in his. de V. Sign. c. tuam. cum ibi not. de consang. & affin.* Everard. *d. loc. n. 2.*

221 *Comment. Hayan. circa Cardin.* Quod vero F. Romanus addit, *Cardinalem Zabarell.* alibi expressè & disertè docere, *in casu, quo nulli Canonici sunt in Collegio, Superiorem non posse providere de Prælato, nisi servatis terminis juris, quia non propterea extinctum est jus Collegii Ecclesiastici, quod conservatur in Ecclesia, cui concessum est, in cujus præjudicium non debet superior extra terminos juris communis aliquid facere.* Illud eadem facilitate, quâ à F. Romano asseritur, ab aliis negatur.

Negantur & diluuntur.

222 *Deinde* posito, non concesso, quod Card. Zabarell. ea verba narrarit, ea tamen forent ad propositum omnino impertinentia, quia Cardinalis loqueretur de ipso Collegii loco, seu Ecclesia materiali, quam nemo nostrum dixit aut docuit, morte omnium esse extinctam, sed ei per Superiores providendum esse. Quod nihil contra me aut alios facit, qui agimus de Collegio Personarum.

223 Ex quibus relinquitur, Rationem Card. Zabarell. *in d. Clem. in plerisq. q. 2* à me, non verò à F. Romano rectè allegatam.

224 *Bertachinus Commenta Hayana.* Cardinali Zabarellæ subjeceram, *in Eclipsi Bertachinum*, qui in *repertorio suo. verb. Collegii*, expressè, docet, *sublatis personis desinere Collegium.* At putat F. Romanus, *allegat. 216.* & Dn. Prælatus *in Recessu exception. n. 6.* Bertachinũ à suis stare partibus, affirmando, *sublatis personis desinere Collegium, sed ejus jura remanere apud ipsam Ecclesiam Collegiatam* (addit Romanus) *materialem, atq;* infert. *Ergo ego me meo jugulem gladio.* Hæc F. Roman. sed Dn. Prælatus paulo fusius ista prosequitur, dicens *quod* Bettachinus *d. loc.* se *ipsum explicet, tradendo jura talis Collegii, scil: morte omnium destructi remanere apud Ecclesiam ipsam Collegiatam habitu, scilicet, manentem, seu Collegium per mortem dissolvi solum actu, non vero habitu, & remittat Lectorem expressè* ad verb. Ecclesia Collegiata, *ubi ex doctrina Alexandri & glo.* ad c. statutum, de Elect. in 6. *docet, quod Collegiata habitu dicatur Ecclesia, cujus Collegium desiit morte vel privatione, & retineat privilegia Collegii: & quidem de glo.* supra n. 4. *actum est. Alexander verò, ad quem à Bertachino fit remissio*, cons. 74. lib. 4. *hanc veritatem ex communi scribentium sententia adeò clarè & dilucidè expresserat, ut stante remissione Bertachini Eclipticè præteriri aut obscurari ipsius authoritas minimè debuerit: sic enim ait* n. 1. *Ecclesia dicitur Collegiata habitu tantum, quando desinit Collegium tantùm morte ipsorum Canonicorum, aut privatione propter aliquod eorum delictum; & tunc talis Ecclesia gaudet privilegio ipsius Collegii, & jura, quæ de Collegiis Ecclesiasticis*

Quibus addit quidam Dn. Prælatus.

225

" *siasticis faciunt mentionem; talem Ecclesiam comprehendunt. Istud expressè decidit glo. in materia valde notabili*, in c. statutum verb. Collegiatas de Elect. in 6.
" *Istud voluit glo.* in c. & hoc diximus 16. q. ult. *Et cadunt ea, quæ notantur* 226
" *& habentur per Abb.* in c. 2. de postul. præl. *ubi expressè tenet, quasi idem* 227
" *in terminis, & fuit dictum Innoc.* in d. c. 2. de oper. nov. nunc. *& voluit*
" *Bart.* in l. sicut ff. quod cujusque univers. nom. *& per eund.* in leg. fin. de
" Collegiis illicitis. *& per eundem* in leg. 1. ff. de acquir. possessione. *ubi concludendo dixerunt, quod ubicunque sumus in Collegio Ecclesiastico, quantumcunq; illi de Collegio discesserint, vel alias mortui sint, Nihilominus jus Collegii remaneat apud Ecclesiam. Allegat etiam glo. valde notab.* in d. c. statutum de Elect. in 6.
" *Eousque* Alexander. *Ex cujus clarissima & planissima doctrina relucet luce meridianâ clarius, quæ sit sententia non solum Bertachini & Alexandri, sed etiam* Bartol. Abbat & aliorum *scribentium, quisvè sit sensus Glossæ.* c. statutum. de Elect. in 228
" *6. de qua supra n. 4. Econtra verò aque clarè relucet, quam falsè* (ut ipse asserit,
" non verò probat) *Ego artificio clausularum particulatim, mutilatè & truncatim*
" *extractarum Lectori imponere & suadere conatus fuerim, Dd. mecum contrarium*
" *docuisse.* Hactenus Dn. Prælatus.

Verum & F. Romanus, & Dn. Prælatus extra curriculum feruntur, quando ea, quæ Bertachinus, *citato à me loco* tribuit Collegio, *reali*, ipsi attribuũt Collegio *Personali*. de quo prius egerat ipse Bertachinus, atque impræsentiarum quæstio est. Nam *duo* istic pertractat Bertachinus. *Prius* de Collegio personali, quod illud sublatis ipsius Personis desinat esse : *posterius* de realibus Collegii juribus, quod ea maneant apud ipsam Ecclesiam Collegiatam, seu apud Collegium reale. Pro *priori* citat Bertachinus duntaxat Cardinalem *in Clem. in plerisque q. 2. de Elect. & . 3. ff. de Colleg. illic.* nec se alio remittit. At pro *posteriori* remittit se infra ad verbum *Ecclesia*; Quod autem hæc *duo* tanquam *diversa* membra ab ipso ponãtur, arguit particula adversativa, *Sed*, inter utrumque membrum posita. Hęc enim facit, ut *posterius* membrum *priori* in jure & facto adversetur. per not. Barbos. *in diction. sed. n. 1.* unde ego etiã ista duo membra opposita diversis proposui capitibus, *prius* quidem *in Astri Eclipsi q. 1. c. 1.* ubi cum ipso inculcavi, Collegium sublatis per mortem Personis illius desinere esse: *posterius* verò *in d. q. 1. c. 3.* cum eodem docui, quod nimirum jura realia sublatis etiam personis Collegii non desinant esse, sed remaneant apud ipsam Ecclesiam Collegiatam. Ita enim *ait Bertachinus* cit. loc. 229 *Discutiuntur. Et Bertachinus defenditur* 230 231 *Particula sed.* 232 233
" Collegium esse definit sublatis personis illius, *Card. in Clem. in plerisque, 2. q. de Elect. per l. 3. de Colleg. illic.* Sed ejus jura remanent apud Ecclesiam ipsam Collegiatam. *inf. Ecclesia.* Hactenus ibidem Bertachin. Vid. de hoc *Instrumentum Dd. n. 19.* Unde palam est, quod Bertachinus non à F. Romani, sed meis stet partibus. 234 235

Deinde quod, quando Ego *in d. Astri Eclipsi. q. 1. c. 1.* prius duntaxat Bertachini membrum propono ac teneo, non possim ex posteriori Bertachini 236 *Dn. Prælatoy.*

membro oppugnari. Quemadmodum Dn. Prælatus me impugnare fuit conatus, nisi ipsum quoque Bertachinum velit oppugnare & arguere, quasi non cohærenter istic docuerit, quod plus quam frivolum est de tam Eximio Doctore & Episcopo sentire, aut, ex uno separatorum & differentium aliud co-
237 netur inferre *contra l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fin. & ibi not.* Bart. *ff. de calumn.* Everard. *in loc. à separatis n.* 1. Cum separatorum *separata* sit ratio. *d. l. fin. & ibi* Bart. Everard. *d. loc.*

238 Tum quando Dn. Prælatus allegat, quasi Bertachinus *d. loc.* se remittat ad §. *Ecclesia Collegiata.* in eo decipitur, Siquidem Bertachin. *d. loc.* in puncto jurium & privilegiorum etiam sublatis per mortem omnibus personis remanentium remittit se tantum simpliciter *ad verb. Ecclesia,* non verò determinat ad verb. *Ecclesia Collegiata,* ut ita possit dici, quod forsan se remiserit *ad* §. *Ecclesia destructa, relatum sub n.* 70. *circa med. & n.* 80. ubi tradit: Ecclesia destructâ ejus privilegia persistere ac durare.

Bertachin. remittit se ad verb. Ecclesia. non ad verb. Ecclesia Collegiata.

239 Quod hactenus traditis nihil adversatur, quin imo cum *q.* 1. *Astr. Eclips. c.* 3. rectissimè congruit, huc verò *ad c.* 1. ubi de Collegii personalis exstinctione agitur, impertinens est.

240 Quin Posito, non concesso, quod Bertachin. *d. loc.* se retulerit *ad* §. *Ecclesia Collegiata. relatum sub n.* 50. ubi refert Alex *conf.* 74. *lib.* 4. ac cum eo sentiat, quod *Collegiata habitu* dicatur Ecclesia, cujus Collegium desiit morte vel privatione, & retineat privilegia Collegii. Vid. glo. 16. *q. ult. Et hoc diximus*: & glo. *in c. statutum, de Elect. in* 6.

object.

241 Verum istic Bertachinus & citatus Alexander *conf.* 74. *lib.* 4. non de Collegio agunt, sed de Ecclesia Collegiata, quæ plurimū à Collegio differt, ut supra ex Ripa *Respons.* 12. *de Rescript. n.* 3. fuit ostensum.

Respondetur.

242 Cum Ecclesia Collegiata, ut rectè advertit Dn. Prælatus, istic intelligatur *materialis*, quæ Innocentio *in d. c. dilecta n.* 4. 5. *de excess. Prælat.* dicitur Collegium reale, adeoque non poterit per eam istic intelligi Collegium Personale, de quo *in d. c.* 1. *Astr. Eclips.* agitur, eò quòd in diversis ac separatis ab uno ad aliud non inferatur *l. Papinianus, de minor.* & diversorum diversum sit judiciū. *l. inter stipulantem.* §. *Sacram, de verb oblig.*

243 Unde cadit Argumentum, quod fortè non nemo formaret: *si Ecclesia Collegiata*, inquiens, *etiam post mortem omnium Collegarum dicitur adhuc habitu esse Collegiata*, Ergo *etiam istic Collegium personale dicetur adhuc habitu manere.* Videntur enim hæc Correlativa, quorum uno posito, ponatur & alterum.

Alia objectio.

244 At negatur Consequentia. *Ratio* vero, cur negetur, est. 1. quia non personæ Collegiales, sed jus reale Collegii est Correlativum Ecclesiæ Collegiatę. Ripa *d. Respons.* 12. *n.* 3. *de Rescript.* Alia enim sunt Correlativa rerum & juriū, alia Personarum: unde posita Ecclesia Collegiata etiam ponitur jus reale Collegii, non verò etiam personæ Collegiales ponuntur, uti tradit Baptist. de
245 S. Blas. *de Correlativo. fallent.* 7. 2. quia posito etiam, quod Ecclesia Collegiata

illi Respond.

giata

Correlativa alia in essendo alia in efficiendo.

giata & Personæ Collegiales, seu Collegium, essent *Correlativa*, non tamen
forent Correlativa *in essendo*, sed tantum quasi *in fiendo vel efficiendo*, eo quod
ex reditibus illius Collegiatæ Ecclesię Collegium aliquod excitari possit. Cor-
relativa autem in fiendo non se mutuo ponunt aut tollunt. Blas. *d. loc.* Proinde
posita Ecclesia Collegiata *in habitu*, non propterea statim poneturCollegium
in habitu existere. Baptist. *d. loc. fallent.* 4. 246

Rursum posito, quod Collegium habitu esset Correlativum Ecclesiæ Col-
legiatæ habitu; non tamen propterea sequeretur, quod Collegium habitu
debeat esse ejusdem certæ & specificæ qualitatis, cujus antea fuit actu, respe-
ctu Ecclesiæ Collegiatæ habitu. Ratio est, quia quando obligatio aliqua po-
nitur alicujus certi generis, cujus executio est per certū corpus, tunc pereunte 247
illo corpore, extincta quoque est obligatio certi generis. Albert. de Rosat. *in l.
inter stipulantem. §. Sacram. n. 4. ff. de V. O.*

Obligatio generis quando dicatur extingui.

In Proposito autem casu F. Romanus & Dn. Prælatus supponunt obliga-
tionem alicujus certi generis, cujus executio fuit data per certum aliquod 248
corpus quorundam Religiosorum. Hoc autem certum corpus seu Collegiū
personale morte omnium istius loci Religiosorum dicitur periisse. per not.
Dd. *supra allatorum.* Igitur pereunte illo certo corpore exstincta quoque erit
obligatio generis certi; licet aliqua obligatio alicujus generis, sed indefinitè, 249
sivè hujus sivè alterius alicujus maneat, per glo. *in c. inter quatuor. de relig.
domib.* Et *Confirmatur* ex eo, quod illud, quod est tantum in potentia & qui- 250
dem remota, non sit in potentia formata & certa, sed incerta. Guilielm. à
Monferrat. *de success. Regum. dub.* 3. *n.* 5. 6. Cujusmodi potentia remota est
pendens ab aliena voluntate, nim: Superioris instituentis & introducentis,
adeoque illa potentia seu habitus non est in jure considerabilis, & perinde se
habet, ac si non esset, per not. *Eclips. q.* 1. *c.* 1. *n.* 13. *& q.* 3. *in princ. n.* 1. tum Mon-
ferrat *d. l.* Petr. Anton. de Petra *in tract. de jure quæsito non toll. c.* 32. *n.* 74. Vid. 251
Instrum. n. 46. Atqui Collegium in locum demortui surrogandum in Eccle-
sia Collegiata habitu, est tantùm in potentia, & quidem remota pendente à 252
voluntate superioris instituentis seu instituturi, & introducentis seu introdu-
cturi, ut videbitur *qq.* 3. *&* 4. Vid. Bald. *in l. sicut §. in Decurionibus ff. quod cu-
jusque univers. nom.* Igitur Collegium in demortui locum subrogandum non
erit in potentia formata & certa.

In remota potentia quod est, non est in potentia formata & certa. Et qua potentia remota

Alexander.

Accedit, quod Bertachin. & Alexand. *cit. loc.* velint Ecclesiam Collegiatam 253
habitu manere, etiam quando desinit Collegium, privatione Canonicorum
propter aliquod eorum delictum: quo casu Collegium ipsum personale ex
omnium omnino Doctorum, ipsius etiam F. Romani *alleg.* 368. 373. 374. 375.
&c. & Dn. Prælati *in d. recessu Exceptionali. sub. n.* 3. 4. *&c.* consensu dicitur
non tantum actu, sed & habitu desinere esse, adeoque extinctum esse. Ut pro-
inde quisque videat Bertachinum & Alexandrum *in cit. loc.* de Collegio reali

Ff 2 agentes,

agentes, huc ubi de Collegio certo personali, ejusque desitione actuali agitur, frustra & impertinentur allegari.

254 Similiter glo. *in d.c. statutum. de elect. in 6.* ab Alexandro citato nequaquam huic doctrinæ repugnat, sed *prout supra vidimus*, cum ea omnino facit. Quare illam huc reperere supersedeo.

255 *Dn. Prælati asserto &c.* Quod vero addit Dn. Prælatus, per doctrinam Alexandri *d. loc.* cadere ea, quæ tradit Abb. *in c. 2. de post prælat.* oscitantia quædam est, Siquidem Alex. *cit. loc.* plane Contrarium docet inculcatque per tradita à se cadere ea, quæ moventur, *c. 2. de nov. oper nunc.* Non vero ea, quæ habentur & notantur ab Abb. *in d.c. 2. de postulat. prælat.*

256 Deniq; quod Dn. Prælatus ex Alex. *cit. loc.* Innoc. Barr. aliisque affert, docentibus, mortuis omnibus Collegis jus Collegii adhuc permanere, planè convenit cum Astri Eclipsi. *q. 1. c. 3.* sed huc ad *d. q. 1. c. 1.* ubi agitur non de juribus Collegii, sed de Collegio ipso personali, ejusque desitione & exstinctione, est omnino impertinens; Ut proinde nihil adhuc, aut F. Romanus, aut D. Prælatus attulerit, quo mea doctrina *d. q. 1. Eclips. c. 1.* conficiatur, quam potius ex Bertachino *in loc. supra allato* mirè defendatur.

257 *Baldus proponitur.* Bertachino, aliisque astipulatur ex Legistis Bald. *in l. sicut §. in Decurionibus. ff. quod cujusque univers. nom.* imo, inquiens, quæro, quid si nullus remansit in Collegio, utrum per hoc dicatur Collegium dissolutum, *& hæc est opinio Ioan.* tamen si postea authoritate superioris, Collegium restituatur, videtur idem Collegium cum priore; tamen reverà non est idem Collegium, sed est novum Collegium. Ista *est opinio Ioannis*, pro quo facit *supra de legat. 3. l. pater filium. §. Tusculanus.* Sed Innoc. dicit aliter *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc*, ubi sic distinguit, aut Collegium est destructum authoritate superioris, aut casu: puta mortalitate. *Primo* casu *essentialiter* & *effectualiter* desinit esse Collegium, & perdit privilegia. *Secundo* casu desinit esse Collegium, quantum ad juris intellectum. Ita Bald. Unde colligitur, non tantum de facto, ut vult Hajus q. 1. n. 37. circa fin. sed etiam de jure, seu quoad juris intellectum, Mortalitate destructum Collegium, vel si omnes Collegæ sint mortui, Collegium desinere esse, nimirum essentialiter, ut nos supra probavimus, non verò quoad effectum, ut perdat privilegia realia, de quo infra.

258 *Impugnatus à F. Romano. Commenta ejusdem.* Contra hunc Baldi locum & F. Romanus *allegat.* 1. & 368. 369. 370. 371. 372. & D. Prælatus *in Recessu Exceptionali* omnes contendunt nervos, ut eum sibi suum faciant. Ita vero ajunt; *quod ego non debuissem dicere, ita Baldus, sed ita Typographus. Ne enim optimus iis frater sum, si præcipua fundamenta stabilienda Eclipseos super errores & menda Typographorum ponere velim.*

259 2. Verba Baldi sunt hæc: *aut Collegium destruitur authoritate superioris, aut destruitur casu, puta mortalitate. Primo casu essentialiter & effectualiter desinit esse Collegium, & perdit privilegia: Secundo casu desinit esse Collegium, quantum ad juris intellectum: Unde privilegia Collegio concessa, adhuc durant, nec est necesse,*

quod

quod ista privilegia renoventur. Et hac est ipsa Veritas. Ita Bald. *loc. cit. in Editione Veneta apud Iuntas. Anno* 1585, *reliquis correctiore & accuratiore, quaque jam primum nobis exhibita fuit.*

3. *Quæ verba cum plenissimè sententiam Baldi, ipsamque veritatem lucidè continerent & exprimerent,* Ego, ex ipsorum assertione *truncatè & mutilatè retulerim. Nam non solum ultima verba illativa,* unde *privilegia, in quibus præcipua vis inest, studiosè pertransierim, (* uti *supra dictum.* allegat. 2. 33. & 34. *) sed etiam in altero divisionis membro particulam negativam* Non *(quæ totius rei basis est) omnino prætermiserim, nihil veritus, eadem verba grandiusculis literis, ac si essent ipsissima Baldi, exprimere, ut ita Lectori dubitandi ansam eriperem & Baldum in secundo divisionis membro affirmare facerem, quod negabat. Et quia huic principio, ex truncata Baldi authoritate posito, tota Eclipsis majori ex parte nititur, hinc non obscurè lucescat, quanta sit authoritas Eclipseos in fundamento mox fatiscentis. Infecta namque radice omnes rami sunt infecti.* 260

4. Si fortasse dicam, *me usum Exemplari mendoso & corrupto (quali & ipsi antehac) in quo particula negans omissa fuerit, cum & alii simili modo decepti, illa verba retulerint. Verum difficile fit credere mihi accuratiorem Editionem defuisse, in tot præstantibus Bibliothecis nostræ Societatis. Quidquid autem sit, ex ipsa oppositione, quæ debet inveniri inter membra bona divisionis, defectum negativæ facillime deprehendere potuissem. Baldus enim diversis locis docuerat ex communi Dd. signanter in* Margarita. verb. Civitas, & l. si grege legato. ff. de legat. 1. n. 1. *Collegium de facto tantum aut casu, seu per mortem omnium Collegiatorum dissolutum, adhuc habere juris intellectum, & durare ac superesse habitu, licet non actu, atque privilegia ejusdem Collegii & jura manere, eaque per Instaurationem superioris, de habitu ad actum reduci: secus vero esse, si Collegium de jure aut per superiorem destrueretur, quo casu, actu & habitu, exstingueretur, neque ejus privilegia durarent.* 261 Anteoccupatio.

5. *Eandem doctrinam planissimè & aptissimè tradiderat* ad l. sicut. ff. quod cujusque univ. n. 1. in verb. solutum. *ubi sensum suum aperuerat, explicando glossam dicentem: si nemo remansit, Collegium esse solutum. ad quæ verba sic Baldus commentatur. Tu dic, quod adhuc juris intellectum habet, cum non sit de jure destructum: secus si de jure esset destructum.* de leg. 3. pater. §. Tusculanus. *Et non dicitur non existere primo casu, sed vacare &c.* Et in cit. Margarita. verb. Civitas: *Si autem* inquit *idem Baldus, de facto opprimatur à prædonibus vel latronibus & tyrannis capiatur & destruatur Monasterium, Ecclesia vel Civitas, tamen sine ullo corpore Materiali vivit, quodam intellectu, & exstat anima, ut ita dicam, quasi sine ullo corpore, & retinet omnia privilegia. His consentanea habet* Consil. 322. n. 1. & alibi. 262

6. *Quibus lectis & intellectis, facillimum erat, mihi, perspicacis ingenii homini,* (addit Dn. Prælatus in d. l. sicut. §. in Decurionibus n. 3. *ubi clarissimè suam mentem aperiebat) advertere mendum Typographi, seu defectum negativæ in* 263

secundo Divisionis membro, & ita Baldum à contradictione in Comment. d. legis vindicare. Sed ut Baldum mecum sentire, incauto Lectori persuadere maluerim hæc omnia citata loca & sinceram Baldi doctrinam dissimulando præterire, quam Typographi errorem agnoscere &c. ««

264 *7. Simul apparet, quam iterum imponam Baldo* loc. cit. *quasi doceret, Collegium morte omnium destructum desinere esse essentialiter, & tamen manere effectualiter, seu quoad effectum, ut loquar ego, cujus tamen contrarium ex ipsiusmet bonæ divisionis requisita contrarietate* Baldus *docuit, quin etiam implicat, id manere effectualiter, quod essentialiter esse desinit, cum non entis nulli sint effectus.* ««

265 8. *Insuper cum quanta Baldi injuria, ex truncata istiusmodo ipsius doctrina inferam,* Collegium per mortem omnium destructum, non de facto tantùm, sed de jure destructum censeri, eo quòd ex mente Baldi, jure seu lege approbante, adeoque secundum Juris intellectum destructum sit essentialiter: *cujus iterum contrarium è diametro Baldus tam expressè docuerat.* ««

266 9. *Unde & ulterius videre licet, alibi frustra allegari Baldum, uti & glo.* in l. sicut ff. quod cujusque univers. *ad hoc, quod Monasterium non exsistens in immediata subjectione Pontificis cum bonis & pertinentiis transierit in immediatam potestatem & dispositionem sedis Apostolicæ, exclusis immediatis superioribus, eo ipso quod ab hæreticis violenter occupatum, & omnes personæ casu mortuæ fuerint, quod Baldus ne somniavit quidē, & Glossa communi juris interpretum consensu, minimè gentium docuit &c.* ««

267 Hæc Dn. Prælatus paulo contractius proposuit *d. n. 1.* cujus Summa eo procurrit, ut dicat, *Collegium emortuis personis illius omnibus non desinere esse aut dissolutum esse quoad juris intellectum, sed durare habitu, licet non actu, sicut privilegia & jura, hancque ait esse communem Dd. sententiam.* Hactenus illi.

268 Quibus Respondeo, *Primò* quod *communiter Dd. sentiant, Collegium omnibus ipsius Personis emortuis, non esse dissolutum, sed durare habitu, licet non actu, si. ut privilegia & jura,* id nusquam in Baldo vel ullo Doctore radicem fixam habere. Siquidem Dd. fere omnes, imo ipsimet, à F. Romano & Dn. Prælato citati, aliter de Collegii, & aliter de privilegiorum ac jurium desitione loquuntur, prout & ocularis ipsorum Dd. in Astri Eclipsi, atque hic supra allatorum inspectio manifestè ostendit; unde ille *§. de Privilegiis* apud Baldum agens, huc, ubi de personali Collegio præcisè agebatur, à me non erat citand', secus ac F. Romanus existimat, cum à Baldo in iis tamquā diversis & separatis à Collegio diversum etiā inferatur judicium, nim: quod licet Collegium morte omniū dissolveretur, non tamen ejus privilegia destruerentur, sed hæc durēt.

Discutiuntur.

269 *Baldi lectio recepta defenditur.*

270 Deinde quod F. Romanus & Dn. Prælatus me accusent, quasi Baldum *in d. l. sicut. §. in Decurionibus. n. 3. ff. quod cujusque univers. nom.* non fideliter citaverim, atque in secundo divisionis membro omiserim particulam negativam (Non) quæ tamen præcipuè fuisset attendenda; ad illud Respondeo: me frustra ab iis accusari, Siquidem Ego F. Romano Responsur' debui locum Baldi,

prout

prout eum ipsemet F. Romanus *in astro, suo q. 1. n. 38. pag. 48. col. 1. & in sententiis præambulis*, in sententia, quam ex Baldo *ibidem loc.* 37. referebat: atq; hic *ipse n.* 4. fatetur, contra eundem F. retorquere: ut quod quisq; juris contra aliū statuerit, ipse eodem utatur. *ff. d. tit.* Sed quod ad rem ipsam spectat, nego ego Venetam Editionem apud Iuntas, *Anni* 1585. *& seqq.* quoad secundum casum & divisionis ibidem allatæ membrum esse correctiorem. Cum nec Bald⁹ ipse, nec alius ex Baldi jussu, annis 1585. & seqq. (quib⁹ dicitur Commentarius Venetiis apud Iuntas correctior prodiisse) ita ipsum *in d. l. sicut. §. in Decurionibus. correxerit*, eo quod tunc amplius nō vixerit Bald⁹, sed jam ante 200. circiter annos obierit, nec etiam in tabulis ullis alicui imperitaverit, ut suum Commentariū *in d. loc.* corrigeret, vel si alicui hoc ipsum imperavit aut ab aliquo petiit, de eo istud legitimè & authenticè docendum, quod fiet ad Græcas Kalendas. 271

272 Fortè dicent, à Baldo quidem eum errorem non fuisse correctum, nec aliis ut corrigerent, ab ipso Baldo jussum aut petitum fuisse, sed Venetum Baldi Commentariorum exemplum ex aliis aliarum etiam editionum exemplarib⁹ vetustioribus esse correctum, quēadmodum testatur Venetæ Editionis apud Iuntas Anni 1586. frontispicium, ubi dicitur, illam correctam esse ex collatione cum veteribus exemplaribus, etiam aliarum Editionum, atq; ex iis verā antiquamq; lectionem esse restitutam. *Anteoccupatio.*

273 Verum Respondetur, vetera Exempla Baldi tam Venetæ, quam aliarum Editionum, *secundum* supra propositæ divisionis membrum mecum affirmare, non verò cum F. Romano, & Dn. Prælato negare. Ita enim illud affirmatur in Editione Veneta *super primum ff. veteris librum* per Andream, de Thorresanis, de Asula impressa, *Anno* 1493. *die* 16. *Mensis Octobr.* In Editione Lugdunens. *Annis* 1517. 1538. 1539. 1547. 1549. 1551. 1558. *& demum Anno* 1585. quæ Editioni Venetæ ex adversum allegatæ est suppar; Tum Taurinensi, seu Augustæ Taurinorum *Anno* 1576. Unde cum Antiquiores & Veneta & Lugdunēs. atq; illa Augustæ Taurinorum Editiones, cum ipsius F. Romani Hay exemplum, quib. ego sum usus, in d. secundo Baldi divisionis membro, non habeant particulā negantem, quam habet adjunctam recentior Veneta Editio *apud Iuntas Anno* 1585 ex adversum allegata, sequitur, quod ego omittendo isti c illam particulā *negantem* rectius me vetustioribus, & diversarum Editionum Exemplis conformârim, imò conformare debuerim, eo ꝙ plus fidei mereantur ipsa exemplaria, quam exemplotum exemplum, vel exēplum exemplatum, ut not. Dd. *communiter in Auth. si quis in aliquo. C. de edend.* contra Bart. *ibid.* maximè cum illud exemplum exemplatum ipsis exemplis vetustioribus, *ut vidim⁹*, sit contrarium, imò ex iis corruptum ostendatur. 274 275 *Recentior Veneta Editio est Corruptior.*

276 Siquidem in d. recentiori editione Veneta. §. *in Decurionibus* manifestè erroneè, & corruptè refertur, *sub l. si tibi:* quæ numeratur ibi nona, cum alioqui *d. §. in Decurionibus.* juxta editiones varias ipsius corporis juris & juxta præcedentem Baldi editionem Taurinensem referatur & referenda sit *ad l. sicut.* 7. quemadmodum *in d. Instrumento* notatur. *alleg.* 1.

Quod

277 Quod verò F. Roman⁹ & D. Prælatus asserunt, defectũ negativę particulę, ex oppositione mẽbrorũ distinctionis à Baldo allatę meliori judicio potuisse, imò debuisse à me deprehẽdi, eo ꝙ mẽbra bonæ divisionis debeãt esse opposita, Ad illud Respondetur, quod si F. Romanus & Dn. Prælatus ex eo, ꝙ membra bonę distinctionis aut divisionis debeãt esse opposita, velint inferre, quod ideo explicitè atque expresè tum adæquatè, quoad omnia debeant esse *contradictoriè* opposita, valde falluntur. Cum haud dubiè disparata, contraria, aut quæ in moralibus per excessum aut defectum minimum sibi opponuntur, sint alicujus bonæ distinctionis aut divisionis membra opposita.

Oppos. argum. 1. solvitur.

278

279 In præsenti verò casu membra à Baldo *d. loc.* secundum antiquiores editiones affirmativè allata, sunt sufficienter opposita, eò quod dicatur Collegium authoritate superioris destructum, desinere essentialiter & effectualiter esse: morte verò omnium dissolutum dicatur desinere esse, quoad juris intellectũ, seu desinere quidem esse *per se*, ut definit Zas. *in l. possessio. §. municipes. n. 19. ff. de acquir. poss.* seu quoad ejus naturam & essentiam à jure requisitam, quæ est, ut Collegium *in fieri* per tres minimum constituatur personas; in *conservari* verò saltem unam vel alteram habeat personam superstitem cum spe instaurandi numerum Collegii, quæ si deficiat, desinat & ipsum Collegium esse per

280 rerum naturam, quemadmodum Baldus loquitur *in l. non ambigitur. ff. de ll.* adeoq; essentialiter, cujus contrarium hic minimè astruit Baldus, prout perperam voluerunt F. Romanus, & Dn. Prælatus.

281 Nec propterea tamen Collegium desinet esse *effectualiter*, quoad privilegia realia, locum, res seu bona ipsi Collegio acquisita, vel ab ipso Collegio antehac occupata, possessa vel administrata tanquam Ecclesiastica. per not. Bald. *in c. Imperialis. vers. Nos Romanorum. de pace Constantiæ. circa med.* quemadmodum in Astri Eclipsi ostenditur *q. 1. c. 3. 4.* ubi licet civitas dicatur mori, non tamen propterea ejus privilegia sunt mortua aut deleta.

282 Atque hinc etiam per se corruit instantia F. Romani & Dn. Prælati *in d. Recessu* allata, quasi implicaret, Collegium desinere esse *essentialiter*, & manere *effectualiter*, eo quod non entis nulli sint effectus. ℞. Nam ut supra ostensum est, Collegium non dicitur respectu ejusdem, sed respectu plane diverso desinere esse & manere. Et quidem dicitur Collegium Ecclesiasticum omnibus ipsius personis emortuis quoad *essentiam suam* desinere esse, manere vero sive non desinere quoad *ipsius effectum* seu media, quæ sunt bona, res, reditus, loca, per quæ Collegium aut fundatum est aut dotatum, atque etiam, per quæ potuit conservari. Vid. Bald. *in d. c. Imperialis. §. Nos Romanorum. n. 10. de pace*

Oppositum argum. 2. solvitur.

283 *Constantiæ.* Et *in Margarit. verb. civitas. Quæ* autem dicuntur involuere contradictionem, necesse est, ut ostendatur, ea de eodem, & respectu ejusdem affirmari & negari, quod hic nunquam ab Adversariis poterit ostendi aut verificari.

284 Ad axioma ex adversum allatum (*quod non entis nulli sint effectus*) quod attinet,

Nō Entis nulli sunt effectus, quomodo intelligatur.

dnet, illud huc impertinenter omnino affertur. Vel enim intelligitur illud de non ente simpliciter, quod nūquam exstitit, vel de non ente secundùm quid, vel denique de non ente, quod antehac quidem exstitit, nunc vero amplius non exsistit. Si consideretur illud, *non ens*, prout simpliciter nunquam exstitit, verissimum est, quod non Entis nulli sint effectus, sed huc, ubi supponitur, Collegium ante exstitisse, nunc vero desiisse, est impertinens.

Si verò illud *non ens* consideretur secundum quid, nempe quod secundum quid non exstitit, utrum non Entis nulli sint effectus, videndus est Gonzalez. *in regul. 8. Cancell. glo. 57. n. 32. & seqq.* ubi ostendit pluribus exemplis, quod licet aliquid perfectè non exstiterit, seu non fuerit perfectum; tamen adhuc habeat effectum, qui casus huc quoque sunt impertinentes, ideoque omittuntur. 285

Demum si *non Ens* accipiatur pro eo, quod antehac quidem exstitit, nunc vero non existit; axioma ex adversum allatum, quod *non Entis nulli sint effectus*, tunc verum esse intelligitur, quando ipsum Ens jam nec formaliter, nec virtualiter exsistit, & illi effectus sunt de novo producendi; secus quando ipsum Ens non quidem formaliter, attamen virtualiter adhuc exsisteret, ut patet in arboribus, oleribus, herbis &c. consumptis, quæ virtualiter adhuc in suis seminibus exsistunt operanturque, vel quando effectus jam ante sunt perfectè producti, & in conservatione sua ab illo non exsistente non dependent, per not. *in c. accessorium. de R. I. in 6.* Et Barbos. *in axiom. caussa cessante.* Ita mortuo aut deficiente artifice seu fabricatore domus, nihilominus adhuc ipsius effectus seu domus manet ac perseverat, nec dicitur ullo modo desinere esse, & artifex in illa domo causaliter fingitur vivere, licet ipse quoad essentiam & naturā suam sit exstinctus. &c. Similiter aut pari ratione, licet omnes omnino de Collegio aliquo Religioso mortui sint; manent tamen eorum media, bona, locus &c. Seu licet Collegium Religiosum quoad naturam & essentiam suam seu essentialiter desinat esse, manet tamen effectualiter, quoad media & bona &c. Ut proinde F. Romanus *d. loc. n. 7. & 8.* Baldum *in loc. cit.* malè contra ipsius Baldi mentem & doctrinam à me sincerè propositam detorquere conetur. Unde consequitur, quod contra modo allatam distinctionem à F. Romano atque à Dn. Prælato illud axioma quod non Entis nulli sint effectus, frustra sit allatum. 286 287 288

289

Opposs. Argumēnt. 3. ex Bald. in l. sicut. §. si quid. n. 1. verb. solutum, quod cujusque univers. nom.

Quod vero iidem F. Romanus & Dn. Prælatus pro negativa in secundo supra positæ divisionis membro inserenda citant eundem Baldum *in d. l. sicut. §. si quid. n. 1. verb. solutum.* ubi explicat glossam dicentem, si nemo mansit, Collegium esse solutum, & *ibi ad verb. solutum.* sic commentatur: Tu dic, quod ad-
" huc juris intellectum habet, cum non sit de jure destructum (*arg. infr. de petit.*
" *hæred. l. hæreditas; & de hoc not.* Innoc. *de nov. oper. nunc. cum ex injuncto:* sed
" per F. Romanum *hic n. 5.* omisso) secus si de jure esset destructum *de leg. 3. pater.*
" *§. Tusculanus.* Et non dicitur non exsistere primo casu, sed vacare (addit ibidē

Bald. sed omittit F. Romanus d.loc.) ut not. Archid. *de rescript. si gratiosè in glo. mirabiliter.*

290 Ad illud Respondetur, quod si Baldus secundum authores à se allegatos, sed

Respondetur. malè à F. Romano omissos (Cum ex iis Doctorū dicta intelligenda veniant. Wesemb. *part. 1. cōs. 25. n. 7. & ibi cit.* Dd. Everar. *in loc. à ratione legis strictæ. n. 3.*) consideretur, omnino deprehendetur, illum huc impertinenter allegari; eò quod Baldus illic, si integrè consideretur, juxta citatos ibidem authores *duos* in primo à se proposito membro involvat casus, quorum *prior* desumitur ex

291 Innoc. *in c. cum ex injuncto. n. 2. de nov. oper. nunc.* nim: quando Collegæ per hostilem incursionem sunt dispersi, & sese recolligere possunt, quod tunc adhuc secundum juris intellectum dicatur Collegium perseverare, adeoq; illic de vivo & nō de emortuo agatur Collegio: *posterior* casus desumitur ex Archid.

292 *in d. c. si gratiosè n. 2. verb. mirabile. de rescript. in 6.* quando nim: emortui sunt omnes de Collegio, quod tunc locus ipse Collegii dicatur vacare. Qui *duo*

293 casus sunt diversi ab isto *q. 1. c. 1. Astri Eclipseos,* quo asseritur, quod Collegium, emortuis omnibus ipsius personis dicatur quoad essentiam suam & naturam desinere esse: sin verò citatus Baldi locus secundùm supra citata verba consideretur, tunc palam est, istic alterum ex Archid. *in d. c. si gratiosè ver: mirabile. de rescript. in 6.* recitatum casum, eumque diversum à casu *q. 1. Astri Eclipseos*

294 inculcari. Siquidem Archidiaconus *d. loc.* prout videre est *ex Instrum. sub n. 5.* non de ipsomet Collegio Ecclesiastico vel Religioso personali (de quo vivo adhuc & quidem ejecto loquitur Innoc. *supra cit. loc.*) nec itidem de Collegio *personali emortuo,* de quo tamen in *Astri Eclipsi q. 1. c. 1.* agitur, sed de ipsius Collegii emortui loco, seu sede agit & tradit, quod hujusmodi locus post omniū mortem nō dicatur non exsistere, sed vacare, quod idē ego in astri *Eclipsi. q. 1. c. 4.* approbando demonstravi. Atq; hinc F. Romanus & D. Prælatus *ex d. loc.*

295 ejusque verbo *vacare,* nihil contra me, sed potius contra se ex Baldi *cit. loc. in d. l. sicut. § si quid.* possunt argumentari; quod ne adverteret incautus lector, videntur ipsi authores à Baldo nominatos Innoc. & Archidiacon. suppressisse,

296 ne ex iis falsæ vel impertinentis allegationis redarguerentur. Nam qui tacet verum, committere videtur falsum. *l. testamentum. ff. ad L. Cornel. de fals.*

297 Nec obest, quod Baldus *cit. loc.* utatur voce *Collegii;* Nam illa vox *Collegium*

Instantia 4. non tantum accipitur pro Collegio personali, sed & Collegio reali, seu non tantum pro ipsa personarum congregatione, sed & pro loco congregationis, ut docet Lucas de Penna. *in l. 2. C. de Curialib. Urbis Romæ.* Vid. *Instrum. n. 6.* Innoc. *in c. dilecta. n. 4. 5. de excess. prælat.* & hic apud Baldum accipi debet *per supra deducta* ex Archid. *in d. c. si gratiosè n. 2. de rescript. in 6.*

298 Unde manifestissimè relinquitur, quod F. Romanus & Dn. Prælatus ex Bald. *in d. l. sicut. n. 1. verb. solutum.* nihil contra *Astri Eclips. q. 1. c. 1.* doctrinam attulerint, prout tamē falsò persuasi, se afferre asseruerant; quin potius meam doctrinam in ejusdem *q. 1. c. 4.* propositam expresse confirmant.

Quod

Quod verò F. Romanus *n.* 5. addit, quasi Baldus *in conf.* 322. *n.* 1. iis, quæ in modo *d. l. sicut. n.* 1. tradiderat, consentranea habeat; erroneum est; quod ut non adverreretur, à F. Romano, volumen, in quo ejusmodi Consilium referretur, omissum est. 299 Oppos. arg. 4. R. ex Bald. cons. 322. vol. 4. R.

Quod si F. Romanus volumen illud addidisset, erat autem *quartum*, statim deformitas illius allegationis apparuisset. Siquidem *in vol.* 4. *conf.* 322. *n.* 1. Baldus tractat, quomodo intelligatur dictum Innoc. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* si Civitas inquiens, Castrum, vel Collegium authoritate superioris destruitur propter suum delictum, de cætero nullus est civis vel municeps. 300

Et definit, quod intelligatur præcedente sententia demolitionis vel jussu Papæ, aliàs non esset verum. *ff. de re mil. l.* 3. *§. si ad diem.* maximè quia Universitates propriè non delinquunt, nec incidunt verè in crimen perduellionis. *de poenis. aut facta.* §. *fin.* Ecce ergo qualiter Innoc. intelligo, facit quod not. idem ex Innoc. *de Simon c. dilectus filius.* Ex quo videtur aliud dicendum de eo casu, quo providentia superioris castrum destrueretur, ut quia castrum erat debile & in confinio hostium, non aptum ad bonum: *C. de off. praef. pra. Afr. l. in nomine Domini &c.* quod ibi initio in contrario attulerat. R.

Sed quid hæc ad rem præsentem. Nec plus pro F. Romano atq; Dn. Prælato faciunt alia ex Baldo allegata loca.

Nam Baldus *in Margarita. verb. Civitas*, huc quoque impertinenter allegatur. Siquidem illic non docetur, quod Collegium omnibus ipsius personis emortuis habitu adhuc duret, sed *duo* istic proponuntur casus. *Prior* est, quod Collegium dispersis ipsius per tyrannicam oppressionem personis, adhuc intellectu duret. *Posterior* est, quod omnibus Collegis emortuis privilegia exemptionis & cætera jura, videlicet realia adhuc habitu durent, quorum neutrum *ad q.* 1. *Astri Eclipf. c.* 1. spectat. 301 Oppos. arg. 5. ex Bald. in Marg. verb. Civitas. R.

Cum *prior* casus supponat Collegas vivos, qui se ipsos reædificare seu restituere possint, secundum Bald. *d. loc. Posterior* verò nihil definiat de exsistentia vel duratione ipsius Collegii Personarum, aut de ejusdem desitione, sed de duratione habituali privilegiorum, exemptionis ac jurium, quæ *ad d. q.* 1. *Eclipf. c.* 3. spectat, atque huc, *ad c.* 1. *d. q* 1. est impertinens. Traditur igitur hoc loco à Baldo longe aliud, quàm F. Romanus & Dn. Prælatus Lectori voluerunt persuadere, nim: quod Universitas, dispersis ipsius per hostium tyrannidem personis videatur quidem *corporaliter*, quoad formam suam, quæ est unio plurium personarum inter se actualiter vel habitualiter in una alterâve persona perseverans, destrui; attamen nihilominus animo & intellectu, quoad suam formam, seu d. unionem retineri, atque adeo animam quodammodo existere sine corpore, quæ in corpore sit extitura, si qui dispersi sunt, semetipsos restituant istuc loci, unde ejecti sunt, Collegio reali, seu ut loquitur Baldus *cit. loc.* ipsi semet ipsos reædificare possunt. 302 303

 Quod si

304 Quod si verò nemo ex illa Universitate amplius vivat, non dicit illic Baldus, quod Universitas personarum adhuc habitu duret, sed superior illam, restauret, & privilegia exemptionis, & cætera jura, quæ durabant habitu, reducantur ad actum ipso jure secundum Innoc. qui hoc notat *in c. cum ex injuncto, de nov. oper nunc, n. 2. &c.* Ita enim loquitur Bald. *cit. loc.* Si autem de facto opprimatur à Prædonib. & latronibus vel tyrannis, & capiatur & destruatur Monasterium, Ecclesia vel Civitas: tamen sine ullo corpore materiali vivit quodam intellectu, & extat anima, ut ita dicam quasi sine corpore, & retinet omnia privilegia. *ut ff. de fideiuss. l. mortuo. de petit. hereditatis l. hereditas* & ipsi semetipsos reædificare possunt. Et si nemo vivit, superior restaurat, & privilegia exemptionis & cætera jura, quæ durabant habitu, reducuntur ad actũ ipso jure secundum Innoc. *qui hoc not. in c. cum ex injuncto. de nov. op. nunc. n. 2.* Vid. Instrum. *sub n. 2.*

305 *Anteoccupatio. 1.* Fortè quod Baldus *de juribus habitu durantibus, casu, quo omnes mortui sunt,* asserit, illud F. Romanus & Dn. Prælatus accipiunt de ipso Collegio personali, Universitate particulari personarum. Verum si ita Baldum ipsi acciperent, vehementer fallerentur. Cùm alia sit ratio durationis Collegii, & alia durationis jurium, nec una cum alia sit confundenda, eò quod Collegium personale & jura ipsius, sicut diversam habent naturam, ut palam est, ita & diversam habent durationem, prout satis in astri Eclipsi ostensum est.

306 *Anteoccupatio. 2.* Quod si fortè F. Romanus & D. Prælatus modò recitata verba Baldi (*si autem de facto opprimatur à prædonibus & latronibus vel tyrannis, & capiatur, & destruatur Monasterium, Ecclesia vel Civitas: tamen sine ullo corpore materiali vivit quodam intellectu, & exstat anima, ut ita dicam, sine corpore*) ita intelligant, quasi in iis ageretur de illo casu, quo omnes de Universitate particulari sunt mortui, tunc certè non rectè ea verba intelligerent, ut colligitur ex sequentibus verbis, præcedentia declarantibus, Everard. *in preamb. topic. n. 27. sub fin. per l. si cum fundus. cum sua glo. ff. de V. S. l. qui filiabus. in pr. & l. si Servum plurium. §. fin. cum. utrobiq; not. ff. de leg. 1. l. non est novum. cum 2. seqq. ff. de ll.* Baldus enim istic subjicit, quod ipsi (qui scilicet de facto opprimuntur à præ-
307 donibus & latronibus vel tyrannis) semetipsos reædificare possunt, adeoque Baldus istic supponit, adhuc eos de Universitate oppressa vivere, prout paulo ante fuit demonstratum. Videatur & Bart. *in l. Sodales. n. 24. ff. de Colleg. illic.* Anton. de Butr. *in c. dilecta. de excess. prelat.*

308 *Oppos. arg. 6. ex Bald. in l. si grege legato. n. 1. ff. d. leg. 1.* *Oppos. arg 7 ex Bald. in l. non ambigitur. ff. de ll. 7.* Insuper ad illud, quod F. Romanus & Dn. Prælatus allegant, Bald. *in l. si grege legato. n. 1. ff. de legat. 1.* statuere, Collegium mortuis omnibus, adhuc *habitu manere. Respondetur*, quod generalis illa Baldi propositio tum ex jure communi *in l. Neratius 85. ff. de V. S. & ibi* Alber. de Rosat. *junct. l. sicut. 7. §. in Decurionibus. ff. quod cujusque univers. nom.* Bart. Iason. *in d. l. si grege legato. n. 12. 13. ibidemque* Alber. de Rosat. tum ex limitata ejusdem Baldi propositione *in d. l. non ambigitur. ff. de ll.* atque *in Margarit. verb. Civitas.* veniat limitanda

tanda ad eum casum, quo omnes sunt mortui, præter unum, qui ex eo Collegio reliquus est & superstes, cum spe restaurandi numerum personarum illis ad Collegium formatum requisitarum. *Ratio est*, quia propositio Doctoris generatim proposita, tunc generatim venit intelligenda, quando in alio loco ea ab eodem non restringitur aut limitatur; secus quando ea in alio loco ab ipsomet reperitur restricta vel limitata per not. Everard. *in loc. àrat. legis strictæ seu limitata. n.* 5. Bald. *in l. fin. C. de hæred. vend.* Illuc facit, quod generale dictum restringatur per rationem subsequentem & expressam vel tacitè inhærentem. Bald. *in l. si quis servo: C. de furt.* Atqui in modo relato generali dicto Baldi *in d. l. si grege legato: &c.* Collegii existentiā & conservationē concernente, tacitè inhæret, utriusque ratio, quæ requirit, ut ipsum initio sit constitutum ex tribus aut pluribus personis & postea mortuis personis conservetur in superstite adhuc una alterave persona. *d. l. Neratius* 85. *& ibi* Alberic. de Rosat. *junct. l. sicut.* 7. §. *in Decurionibus.* Nec enim Collegium conservatur in nulla persona, seu ubi nulla amplius superest persona. Zas. *in l. possessio.* 1. §. *municipes. n.* 19. *ff. de acquir. poss.* Pancirol. *cons.* 128. *n.* 6. Odofred. *in d. l sicut.* §. *in Decurionibus. n.* 1. *& ibi* Delrio & Bross, Trott. *in addit. ad Bart. in d. l si grege legato n.* 1. Unde per hanc ipsam juris rationem, quæ essentialiter & tacitè Collegio, seu ejus essentiæ actuali & durationi inhæret, supra allatum dictum generale Baldi, quoad durationem & conservationem habitualis Collegii post mortem omnium, restringetur ad eum casum, quo mortui omnes præter unum vel alterum, in quo adhuc jus Collegii conservatur. Atque hinc patet, quòd Baldus à me rectè citatus fuerit. 309 310 311

Tum ex juris principiis bene intellectis constat, quòd Collegium intelligatur *actu* esse & durare, quando in eo tres, pluresvè personæ uno fine permanente congregatæ reperiuntur; *habitu* vero adhuc existere vel conservari; quando ex Collegio adhuc una vel altera persona superest, cum spe restaurandi numerum Collegii; secus verò nec actu nec habitu existere vel durare, si nulla istic amplius persona exsistat, spesque absit juridica redintegrandi prius Collegium: contra ac F. Romanus *hic n.* 8. malè existimavit. 312

Denique quod F. Romanus *d. loc. n.* 9. ac Dn. Prælatus movent, quasi alibi frustra allegentur Baldus, uti & glo. *in l. sicut. ff. quod cujusque univers. nom.* ad hoc, *quod Monasterium non existens in immediata subjectione Pontificis cum bonis & pertinentiis transierit in immediatam potestatem & dispositionem sedis Apostolicæ &c.* omnino huc ad *q. t. cap.* 1. *astri Eclipseos*, est impertinens, rejiciendum *ad quæst.* 4. *ejusdem astri Eclips.* ubi tamen ego illud non in iis terminis proposui, nec ad propositum illud Bald. & glo. *in l. sicut.* §. *in Decurionibus* citavi. Sed S. Rota Romana in decisione *Trevirensis unionis*, 29. *Maii. Anno* 1641. *coram Eminentissimo Dn. Verospio*, *tunc S. Rotæ Auditore*, *nunc S. R. E. Cardinali*, allegavit Baldum *in l. hæreditas. num:* 8. *ff. de hæred. instit.* & glo. *in l. sicut.* §. *in Decurionibus ff. quod cujusque univers. nom. in* 313 *Oppos. arg.* 8. *ex Bald. in d. l. sicut.* 32. *Est suppositus locus pro Bald. in l. hæreditas. n.* 8 *ff. de hæred. instit.* 314

verb. nomen. quám cum F. Romanus & Dn. Prælatus apertè impugnare non audeant, æquivoca voce *(alibi)* utuntur, ut Lectori illius Decisionis nescio persuaderent, à me id ipsum proponi, quod non à me, sed à S. Rota Romana fuerat decisum, quia alias haud dubiè decuisset virosReligiosos submissius & laudabilius de S. Rotæ Romanæ Auditoribus loqui, nec asserere, quasi ipsi auditores Baldum citassent ad aliquod propositum, quod ne quidem Baldus somniasset.

315 Sed de hac S. Rotæ Romanæ allegatione infra q. 4. agam, eamq; ab utriusque impugnatione defendam. Saltem videant F. Romanus & D. Prælatus, qua ratione se apud S. Rotæ Romanæ Auditores de ejusmodi impugnatione purgent.

§. V.

Cur Collegium morte omnium Collegarum nullo superstite dicatur extinctum.

316 POrrò *d.c.1.n.1.q.5.* attuleram rationem, cur *personale* Collegium Universitatis morte omnium originariorum vel *incolarum* nullo omnino superstite, diceretur extinctum, quod nim. juxta F. Romanum *q.1. in Respons. ad 2. n.47.* id, quod ante fuit, & nunc amplius non est, seu desiit esse, dicatur extin-
317 ctum. Atqui Collegium Monachorum stabilitatem loci voventium ac promittentium, de quo quæstio est, ante fuit, & morte omnium originariorũ vel *incolarum* istic Professorum interveniente amplius, non est, seu desiit esse non tantum actu, sed & habitu, non tantum de facto, sed & de jure. Igitur &c.
318 *Minor* Probatur: Nam Collegium de jure ad sui constitutionem *formalem & actualem* tres minimum requirit personas. *l. Neratius. 85. ff de V. S.* eò quod in duabus personis non reperiretur major pars Universitatis, quæ in discordantibus sententiis prævaleret. Cæpoll. *in d. l. Neratius in pr. & n. 2.* ex Bald. *in rubr. C. pro soc. in princ. per text. in simili in l. item si unus §. fin. de arbitr* adeoq; & Collegium sive ConvẽtusReligiosorum stabilitatem loci voventium (quæ est Congregatio aliqua Ecclesiastica plurium Personarum ad certum locum deputata *c. 1. de Elect. & ibi* Barbos. *n. 3. 4.* ubi citat Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 1. q. 23. art. 3 concl. 2.* Seraphin. *decis. 860. n. 7. & decis. 1050, n. 2.* Tambur. *tom. 1. de jure Abb. disp. 5. q. 9. n. 3. 4.* Rot. *in Cremonens. Præposi:ur. 25. Febr. 1622. coram Ubaldo.* Navarr. *cons. 6. n. 2. sub tit. de elect. in nov.* Bald. *in Margarit.*
319 *verb. Collegium* Fac. *l. 4 ff. de Colleg. illic.)* ad sui constitutionem formalem & actualem minimum tres requirit personas Religiosas; ad sui verò conservationem, seu ut habitu maneat, minimum requirit unam personam *in l. si grege legato, & ibi in addit.* Trott. Alber. de Rosat. *in d. l Neratius. n 4. & in l. si grege legato, n. 5. ff. de legat. 1.* Delrio & Broff. *in suprad. l. sicut. §. in decurionib. quod cujusq; univers. nom. per illum text.* & quidem cum spe restaurandæ congregationis

tionis seu restituendi numerum personarum Congregationis. Alban, *in addit. ad* Bart. *in d. l. sicut.* § *in decurionib. verb. licet personæ.* Bald. *in l. non ambigitur. ff. de ll.* Trott. *d. loc.* Valasc. *in l. imperium. n. 82. de jurisd. omn. jud* Unde à contratio 320
sensu, si ne una quidem amplius persona supersit cum ejusmodi spe restaurandi numerum Collegii, non poterit Collegium de jure dici esse & exsistere actu ac conservari habitu, sed necessario necessitate Consequentiæ dicetur extinctum esse. Alberic. de Rosat. *in d. l. Neratius n.* 4. Delrio & Bros. *cit. loc.*
quod argumentum mutilè & truncatè proponit F. Romanus *in Asbesto suo* 321
n. 51. & cum larva mutilata per exclamationes sibi depugnat. Sed suas ipse sibi servet larvas, sibique in eis applaudat. Ubi, quæso F. Romane, hoc ego formavi argumentum, *Collegium ad sui constitutionem requirit tres personas,* Ergo 322
mortuis omnibus de Collegio, illud de jure dicetur exstinctum. Non sic, F. Romane, mutilandum est argumentum, sed illud, prout ex Astri Eclipsi paulo ante retuli, erat integre proponendum, quo integrè recitato tua detegebatur impostura, meique argumenti soliditas elucescebat.

Quod verò ad ratiocinationis à te confictæ conclusionem *Respondes in* 323
Aula Asbesto. n. 9. Contrà facere illud, *Sap. 7. vers.* 10. *proposui pro luce habere illam, quoniam inexstinguibile est lumen illius.* Et Levit. 6. n. 13. *Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari* nemo est, qui videat, quomodo huc quadret. Ergone Collegium Religiosum Religiosorum stabilitatem loci voven- 324
tium morte eorundē non dicetur exstingui. An non eadem ratione argumentari potuisses ex illo *Marci 9. 44. Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur,* Ergo Collegium aliquod Religiosum Religiosorum stabilitatem loci voventium morte eorundem non dicetur exstingui. Tam enim hoc conse- 325
quens cohæret cum antecedente posteriore, quam antecedente priore. Solemnis hic error est F. Romani, ex quolibet quidlibet inferre, atq; omni pedi calceum eundem inducere velle.

At, inquit, *ibid. n* 9. F. Romanus *haud ullus textus ex utroque jure produci* 326
potest in medium, qui affirmet, per mortem omnium de Collegio Ecclesiastico, vel **Commenta Hayana.**
occupationem violentam Collegium de jure exstingui.

» Et *sub n.* 16. ac 17. tradit, duab. dūtaxat *vis fundatā perpetuitatē Monasterio-*
» *rium funditus tolli.* 1. *De jure per superioris authoritatem legitimam veluti per cau-* 327
» *sam efficientem.* 2. *per rerum naturam, quasi per causa materialis aut formalis o-*
» *mnimodam extinctionem, ubi manifesta impossibilitas reparationis dictam perpe-* 328
» *tuitatem tollit & exstinguit.* Unde Bald. *in l non ambigitur ff. de ll. num.* 3.
» Paria sunt, *inquit*, aliquid esse destructum de jure & per rerum naturam.
» *Quod ipsum quoq; docet Franc. Suar.* lib. 8. de legib c. 5. n. 5. *ex Felino & aliis.* Et *sic* 329
» *in hac secunda via, à destructione facti, devenitur ad destructionem juris, ut ait idē* 330
» *Baldus* in procem. ff. veteris. n. 9. & 10 *quia remoto actu & potentia removetur*
» *habitus. frustra enim esset habitus, ubi divina potentia resistente nulla superesset pos-*
» *sibilitas actus. Cum omnis actus egrediatur à potentia.* *Rota* decis. 5. in 1. addit. de 331
» off. delegat. in nov. &c.

Et *n.* 17

332 Erat.17. subjicit. *Mors autem omnium de Collegio, per se loquendo, quamdiu inveniuntur Regulares ejusdem Ordinis, non causat impossibilitatem* reparationis, *aliâs nullum Collegium per mortem omnium dissolutum, posset restaurari. Cujus tamen contrarium & olim sæpissimè factũ, & quotidie fieri videmus, per juris non conniventiam, sed executionem.* *Reliqua*, quæ adjungit F. Romanus pro

333 Responsione, non Collegium personale, sed reale, ejusque titulos, jura ac privilegia concernunt, ideoque huc, ubi de Collegio personali, ejusq; existẽtia actuali, atque habituali agitur, omnino sunt impertinentia.

334 *Disentiuntur.* Contrà verò facit, quod illud, quod colligitur ex mente vel ratione tacita juris aut legis, licet non exprimatur verbis specificis, in jure dicatur expressum, *l. prætor* 20. §. 1. *& ibi* glo. *verb. expressum. de nov. oper. nunc.* Stephanus

335 *Expressum intelligitur, quod ex mente vel ratione tacita juris colligitur.* Daoyz *in indice juris civilis verb. expressum.* Atqui Collegium Religiosum morte omnium Religiosorum stabilitatem loci voventium nullo omnino superstite, dissolvi tam actu, quam habitu colligitur ex tacita mente juris, legis, ac Canonum, ut supra est ostensum. Igitur Collegium Religiosum morte omnium Religiosorum stabilitatem loci voventium dissolvi actu & habitu, est in jure expressum.

336 Deinde notandum est, quod neque ego, neque P. Laymannus, neq; P. Valentinus Mangionius, aut ullus ex Societate docuerimus, *Collegium aliquod per violentam occupationem de jure dici exstingui.* Quin imo expresse contrariũ *F. Romanus Lectori imponit.* variis in locis proposuim⁹ & docuim⁹, ut mirum sit, quo ardore inflammatus F. Romanus tantam nobis calumniam impingat, ac lectori imponat, de qua nunquam cogitavimus.

337 Altera ejusdem F. Romani Responsio jam supra est sufficienter refutata. Siquidem Dd. tradunt, non tantum de jure, seu per sententiam superioris condemnatoriam propter delictum incolentium, sed etiam vel *per se* vel *rerum naturam*, mortuis videlicet omnibus, Monasterium aliquod destrui, vel si Collegium non sit Ecclesiasticum, desinere esse omnibus vivis volentibus, ut videre est apud Zas. *in l. possessio.* 1. §. *municipes. n.* 19. *ff. de acquir. poss. &* alios supr. cit. Doctores.

338 *De jure, æquivoce accipitur.* Repetendum autem hic *primò* est, quod supra notatum fuit *in phrasi* F. Romani, quando ipse tradit, *Collegium de jure destrui*, latere æquivocationem, quia nim. accipi potest illud *de jure* vel prout opponitur alteri, quod est *de facto*, vel idem significat, quod fit *per sententiam* superioris, quemadmodum Innoc. & Dd. illud accipere ostendi ex Bald. *cons.* 322. *vol.* 4. F. Romanus autem ordinariè confusè accipit, contra Dd. à se ipso citatorum mentem, ut supra ex P. Laymanno ac P. Valentino Mangionio fuit demonstratum.

339 *F. Romanus addit particu-* Deinde advertendum est, in supra *allata* F. Romani *Responsione iterum* supponi aliquod vocabulum, quo neque ego neque quisquam nostrum in hac

in hac materia fuit usus. Nam ipse F. Romanus asserit, nos docere, Collegium Religiosum Religiosorum omnium stabilitatem loci promittentium morte *Funditus* tolli, ut persuadere possit lectori ignaro, quasi nos doceremus, ejusmodi Collegium morte omnium Collegarum, non tantum essentialiter, sed & effectualiter, quoad ipsa jura realia, media, fundamenta, & ipsum fundum, (illam enim vim particula ea *funditus* in se continet, per not. Rebuff. *in l. questio est* 115. *ff. de V. S.* Alberic. de Rosat. *in dictionar. verb. funditus. l. de-* 340
cernimus C. de SS. Eccles. l. præscriptio. 45. *pro empt.*) simul tolli. Cujus tamen contrarium cum Baldo *supra cit. in d. l. sicut §. in Decurionibus*, nos asserimus, nim. Collegium morte omnium Collegarum Religiosorum d. stabilitatem promittentium essentialiter quidem destrui seu dissolvi; non tamen effectualiter quoad ejus privilegia, jura realia, media &c. prout supra pluribus est demonstratum. Eo faciunt not. à Bertachin. *in repertor.* Quin imò licet dicamus Collegium Monasticum ab alio independens morte omnium Re- 341
ligiosorum Originariorum vel incolarum actu & habitu desinere esse; non tamen negamus, quin illud potentia superiorum Ecclesiasticorum, ad quos pertinet, *possit resuscitari.*

lam, funditus, qua nemo nostrum fuit usus.

Particulæ funditus quæ vis sit.

Tum etiam F. Romanus laborat æquivocatione nominis *Collegii reparan-* 342
di, vel enim intelligit Collegium reale, & hoc per substitutionem aliorum Collegarum dicitur *reparari*; vel intelligit Collegium personale, & hoc, quia exstinctum est, non dicitur *reparari*, sed resuscitari vel illi exstincto aliud substitui; prout etiam Dd. *supra cit.* loquuntur, quando de Collegii desitione actum fuit. Adhæc *desitio* Collegii *per rerum naturam* non involvit manifestam 343
impossibilitatem reparandi Collegii realis, vel Collegii personalis similis, vel alterius substituendi, ut sine ullo juris fundamento supponit F. Romanus, neque pro F. Romano facit Baldus aut P. Suarez *locis ab ipso citatis.* Quid? 344
quod exstinctio alicujus Collegii Religiosi non involvat impossibilitatem Collegii realis reparandi, vel personalis similis vel alterius substituendi, vel hinc manifestissimè redarguitur, quod in feudali materia, exstinctio alicujus lineæ aut certæ generationis in familia non involvat impossibilitatem substituendi vel surrogandi aliam lineam, quæ sit ejusdem familiæ, non *jure proprio*, (Ita enim exstincta ponitur) sed *jure communi.* Ita etiam familiam accipi do- 345
cet *l. pronuntiatio* 195. § *familiæ cum seqq. ff. de V. S.* Cum lineæ extinctæ aliam ejusdem jure communi familiæ lineam substituere possit feudi dominus, ad quod quidem de rigore juris non erit obligatus; secundùm tamen aliquos Dd. *de æquitate quadam* videtur teneri. Vid. Rosenthal. *de feud. c. 7. concl. 24.* 346
lib. 5. ubi refert, ita judicatum esse. Schrader. *de feud. part. 2. c. 3. n. 51. 52. text. ad id mihi videtur sing. in l. un. C. si liberalitatis Imperialis socius, &c.* Alii tamen Dd. contra sentiunt, ut videre est apud Rosenthal. *d. loc.* & Bacchov. *in Treutleri disp. 29. Thes. 13 sub lit G. in verb. Nec tenetur Dominus. vol. 1.* Ex qui- 347
bus relinquitur, quod quando alii ejusdem jure communi familiæ & Ordinis

fuerunt exstinctis Collegis religiosis substituti, fuerint non de rigore juris substituendi, sed de æquitate quadam substituti, ut videbitur *infra ad q.5. Astri Eclipseos*: Ut proinde nihil contra nos faciant F. Romani allegata, quæ re-
348 ctæ rationi etiam repugnant. Nam si quis navem aliquam quoad materiam & formam destrueret, diceretq; destructionem navis illius involvere impossibilitatem similis alicujus reparandæ navis vel substituendæ, Orestis somnium is narrare videretur.

349 Tandem F. Romanns *in fin. retractationum suarum fol.* 570. cum nihil aliud haberet, quod opponeret, ad titivillitia convertitur, asseritque *l. Naratius. ff. de V. S me malè citari* 85. *cum sit* 84. sed ego provoco ad ipsum corpus juris, ejusque titulum *de V.S.* sub quo *d.l. Naratius.* numeratur 85. quemadmodum & eam sub eodem numero explicant Rebuff. & Gœddæus, *de V.S.* Videtur F. Romanus incidisse in exemplum mendosum Sebastiani Nævii, ubi in Systemate ipsius *d.l. Naratius. sub n.* 84. refertur, non advertens, id ex errore factum, quod anteà *l. impensa. & l. in generali. sub n.* 79. fuerant erroneè per typographum relatæ, cum sola *l. impensa. sub illo. n.* 79. *& l. in generali. sub n.* 80. fuisset referenda. Sed has quisquilias & lappagines F. Romano relinquamus persequendas. Miror adeo oculatos Laudatores ad eas non advertisse.

Error F. Rom. circa numerum l. Naratius ff. d. V.S.

350 Quod addit F. Romanus, quasi ego ex *d.l. Naratius*, afferam *requiri, ut Collegium aliquod Vniversitatis sit eodem loco congregatum*, itidem, *ut ex* d.l. sicut. §. In decurionibus ff. quod cujusque Univ. nom. *subsit spes restituendæ » Congregationis; Cum tamen in neutra lege de ejusmodi assertis requisitis fiat men» tio.* Vtrumque ab ipso gratis assumitur. Siquidem ego in præsenti *n. &* §. 5.
351 non de loco Collegii disputavi, sed de numero personarum, quæsivi, quot nim. ad Collegii constitutionem requirerentur atque in quot personis Collegii ratio conservaretur. *Priorem* quæstionem expressè determinabat *d.l. Naratius*, quod nim. tres requirerentur personæ. *Posteriorem* verò quæstionem similiter definiebat *d. l. sicut* §. *in Decurionibus*, quod nim. in una persona Collegium conservaretur. De *loco* verò & *spe* restituendi Collegium jam ante egeram & ostenderam, ea requiri, prout hic supra pluribus est deductum.

Commenta Hayana.

Diluuntur.

§. VI.

352 *Vtrum Monasterium ob mortem omnium Collegarum istius loci rectè dicatur emortuum?*

Hoc numero in Astri Eclipsi tradideram, quod F. Romanus *in Astro q.1. in marg. ad n.* 35. concessisset, Monasterium sumptum pro habitatoribus sive Monachis ipsis, morte omnium istorum interveniente, Germanis dici, das Kloster ist außgestorben/ id est, Monasterium est emortuum &c. quod suum dictum, propriamque confessionem à nobis acceptatam F. Romanus diffiteri non poterit; licet nunc in horto sub *allegat.* 250. *& seqq.* sibi contrarius *neget, Monasterium morte omnium de Collegio isto emortuum.* Num fortè Germanis concedet, das Kloster sey außgestorben / Latinis verò & Italis negabit,

Commenta Hayana sibi contraria.

negabit, Monasterium morte omnium de Collegio interveniente esse emortuum, ne Pontifex de Monasterio Conventu ob mortem omnium destituto tanquam vacante disponat, de quo Germani non nisi ad lubitum F. Romani sint dispositurі, ut suis locis videbitur. Ita F. Romanus contraria à se allegata idiomatum varietate conciliabit.

§. VII.

Monasteria morte omnium Collegarum istius loci dicuntur non modo de facto, sed & de jure exstingui.

ULterius *n.7. d. q.1. c.1.* ego pro ostendendo eo, quod etiam Collegium Religiosum morte omnium istius stabilitatem loci voventium aut pro- 353
mittentium, diceretur *non tantum de facto*, sed & *de jure* desinere esse, attuleram, quid esset *fieri de facto*, & *quid de jure*, nim. de facto tantum dici fieri, quando ipsum fit non lege, nec ratione legis approbante. *De jure* 354
verò, quando vel lege vel legis ratione approbante aliquid fit. *l. 38. §. hi qui sunt. ff. de V.S. & l. 41. ff. de pecul. l. 24. ff. de R.I. c. inter alia. de sent. excomm.* Vide latè Rebuff. *ad l. verbis legis 120. ff. de V.S.* Cum jus & factum sibi opponantur. *dd. ll.* ubi id Dd. notant. Atqui morte omnium Religiosorum alicujus loci stabilitatem loci voventium legibus, legumque rationibus approbantibus dicitur illud Collegium desinere esse, prout supra vidimus. Unde directè contra F. Romanum *in Asbesto n. 12. 51.* concluditur, quod Collegium aliquod Religiosum morte omnium Religiosorum, ejus loci stabilitatem voventium, dicatur non tantum de facto, sed & de jure desinere esse seu exstingui.

Contra F. Romanus opponit *alleg. 3.* quod ego *d. n. 7.* asseram, *hac duo mem-* 355
bra opposita, eumq; in finem allegem inter catera c. inter alia de sent. excomm. *in quo tamen capite, ne vestigium hujus floris appareat, adeoque umbrā fugientem insequar*

Verum F. Romanus hic iterum à linea aberrat. Nam *duo* ego *d. n. 7.* in- 356
culcavi. *Primo* utriusque membri definitionem. *Secundo* oppositionem. Pro definitione utriusque attuleram *respectivè* leges, & pro definitione ejus, quod jure dicitur fieri *d. c. inter alia de sent. excomm.* Dixi *respectivè*, quia dictum alicujus respectu, accipiendum est secundum ea, quæ allegat. Everard. *in loc à rat. legis stricta n. 3. ex c. intelligentia & c. propterea. de V.S.* Oppositionem verò *ex dd. ll. & ibi Dd. notatis* demonstrari dixeram, non vero *ex d. c. inter alia.* Ut proinde hic F. Romanus fallaciter agat, vel umbram fugientem insequatur.

§. VIII.

Porrò *n. 8. 9. 10.* proposui varia pro F. Romani opinione argumenta, quæ 357
partim F. Romanus repetiit *in Asbesto suo n. 48. & seqq.* partim ego ex princi-

piis aliunde petitis, uti fieri solet, proposueram, atque ea etiam resolveram.

Verùm à resolutione mea ad argumentum *primum* (quod hic *supra* §. 2. pluribus discussi) data, F. Romanus vel ad jura realia, privilegia, bona, vel etiam ad quæstionem spei, de qua *in q. 3. Astri Eclipsis* tractatur, dilabitur, ut proinde nihil ad rem afferat. *Vid. d. §. 2. & seqq.*

§. IX.

Locus Beroii examinatur.

Ad Confirmationem primam ex Berojo in *c. quoniam. num. 64. de jure pa-*
358 *tron.* de conflata auri massa ad primævum formæ suæ statum reducenda, *n. 9.* propositam *sub. n. 13.* respondi, auri massæ ad formam primam reducendæ, & Collegii actu habituque exstincti disparem esse rationem, quod *in priori* materia maneat etiam formâ distructâ; *in posteriori* verò *materia* Collegii, quæ sunt personæ; & *forma*, quæ est unio certo fine inter illas personas, inita, sit per mortem ipsarum personarum actu & habitu destructa. Deinde Berojus d.
359 loc. solùm proponit considerandum, quod id, quod potest sæpe reduci ad sua initia & ad eandem materiam, non possit dici omnino vel penitus exstingui; quod huc applicari nequit, quia licet dicamus Collegium morte omnium nullo omnino superstite actu & habitu exstingui, seu *actu non existere*, nec *habitu perseverare*; non tamen negamus, quin potentia superiorum, ad quos pertinet, possit resuscitari, de qua potentia resuscitandi Berojus loquitur.

Ad priorem nostram resolutionem F. Romanus nihil aliud Respondet *in*
360 *aula asbesto n. 53.* quam *quod ipse hoc argumentum non proposuerit, illi tamen ego imputarim.*

R. Verum ego nusquam vel ullo apice illud argumentum ipsi imputavi; Sed tantum indefinitè proposui, ex qua indefinita propositione minimè potuit inferri, quod ego illud ipsi tribuerim per *Auth. si quando. C. de constit. pec.*

§. X.

361 *An Monasteria emortua sint extincta, vel dormiant.*

Ad Cõfir. 2. (qua propõebatur n. 10. q̃ illud non videatur exstinctũ, sed potiꝰ dormire & sopitum esse, quod possit ad primævum statũ reduci, per not. Bald. *in c. cum accessissent n. 15. C. de Const. per l. sicut. §. non sex⁹. C. de præscript. 30. ann. & n. 14.*) hæc data resolutio fuit, quod positis hisce duobus extremis, nim: *quod prius Collegium Religiosum sit exstinctum, eique substitutum aliud ejusdem jure communi familiæ & Ordinis*; dicatur fictione juris potius dormire & sopitum, quàm exstinctum esse, *per d. l. sicuti. §. non sexus. C. de præscript. 30. ann.* secus si duntaxat poneretur exstinctum & alterum ejusdem familiæ Collegium non

esset

esset surrogatum, *per jura in Astri Eclipsi allegata, ac per not.* Menoch. *6. præs.* 362
36. n. 1. & 13. eò quod, quando plura conjunctim requiruntur ad esse rei vel probationis, non sufficiat alterum esse vel probari. Everard. *in loc. ab effect. n. 1. & seqq. per text. in l. unde etiam. §. hoc autem. vers. itaq; & ibi glo. ff. de itin. actuque privat. in l. Fulcinius. §. cum hoc & ibi* Bart. *quib. ex caus. in poss. eat.* Atqui in casu nostro alterum duntaxat ponatur extremum, nim: *extinctio Collegii, non vero resuscitatio.* Nec etiam adsit spes certa, juridica ac proxima Collegii similis reparandi; Cum illius reparatio directè à superioris pendeat volunrate, teste 363
F. Romano. *Item q. 7. n. 6. & seqq.* ac Petr. Perus. *tract. de Vnio. stat. Eccles. c. 3. num. 9.*

Commenta Hayana.

Verum F. Romanus *allegat.* 240. dicit, *me ipsius nomine formasse argumentum ex authoritate Baldi* in c. cum accessissent. n. 15. de Constit. per l. sicuti. §. non sexus. C. de præscript. 30. annor. *quæ tamen loca ipse Romanus in applicatione mea non citaverit. Alias autem F. Romanus* n. 54. aulæ suæ Asbesto *reponit, quod ad illam resolutionem responderit* allegat. 5. 6. & 7. *quodque Dd. à se allegati dicant*, Collegium mortuis omnibus Collegis dormire, ” *non facta mentione* 364
” *evigilationis, quod signum est, evigilationem illis esse affictam. Verba enim gene-*
” *ralia generaliter sunt intelligenda. Rot.* decis. 327. n. 2. *apud Oliver. Beltram. & ipse*
” *ego*, q. 4. c. 2. n. 3. in fin. per l. fin. in fin. C. de dot. promiss. l. 1. §. generaliter. ff. de
” legat. præstand. *Everard.* à generalit. n. 2. *Nec ad essentiam somni ex Menech.* 365
” *(qui duntaxat* loc. cit. *tradit, media ipsa præsumi, cum principium & finis probata*
” *sunt)* jure civili *requiri, ut quis postea evigilet, quia alias secundum eam senten-*
” *tiam, Sisara Princeps Regis Jabin, non dormivisset, quando Iahel clavum malleo* 366
” *defixit in illius cerebrum, quia nunquam deinceps evigilavit, sed soporem morti con-*
” *socians defecit, & mortuus est.* Judic. 4. *Similiter nec Holofernes dicetur dormivis-* 367
” *se, qui præciso sibi capite per Iudith, ut expergefieret, oblitus fuit.* Judith. 13. *Ita plu-*
” *rimarum Ecclesiarum in Syria, Africa vel Asia vacantium jura dicuntur dormi-*
” *re, etiamsi non sint reparata, &c. Proinde somnum agnoscit F. Romanus, nondum* 368
” *visa evigilatione, quod ipsum & Baldus docet; & in cit. l. loquuntur Imperatores*
” *duntaxat de actionibus civilibus, quæ minori tempore non sunt limitatæ, ajuntq;,*
” *eas triginta annorum præscriptione tolli, quam tamen præscriptionem volunt pupil-*
” *lis non currere & interrumpi per missionem Executeris.* Sed quid hæc ad rem
” præsentem. Ita F. Romanus *dd. allegg.* 4. 5. 6. qui *allegat.* 7. subiicit, inquiens: 369
” *Adhuc Petrus de Perus.* in tract. de mutatione stat. Eccles. c. 3. n. 9. *non tradit,*
” *in nostro casu non adesse spem certam, juridicam ac proximam similii Collegii prio-*
” *ri illic reparandi, cùm illius reparatio directè pendeat à superioris voluntate, quod*
” *teste ipso Petro* d. loc. *affirmaram.* ”

Et rursum *allegat.* 241. 242. dicit F. Rom. *frustra se* in q. 1. n. 6. & seqq. *à me* ”
ad illum finem fuisse allegatum; Cum ego ipse mea q. 3. n. 4. *tradam, ipsum* q. 1. n. ” 370
53. Ordini vel unioni asserere spem juridicam, quam illi negem, & vanam concedam. ”

Circa Bald. & alios Dd. de Monasterii dormitione & somno.

Verum ”

Discutiuntur. Verum in his multipliciter aberrat F. Romanus, quin etiam ex parte sibi
371 F. Rom sibi contradicit. contradicit. Nam *d. allegat.* 140. negat, illud à se formatum agumentum, & contra *in Aulæ suæ Asbeston.* 54. fatetur, à se illud depromptum fuisse.

Sed ad rem ipsam quod attinet, vehementer hic aberrat F. Romanus, quod ea, quæ de *vero* & naturali somno traduntur, ipse velit applicare *ficto*
372 somno. An nescit F. Romanus illud ICtorum, quod *fictio* sit veritati contraria, licet pro veritate assumptio, Daoyz *in indice juris civilis. verb. fictio.* ex glo. *in verb. præsumpt. & ibi addit. Marg. in l. fin. quod met. caus.* Alber. de Rosat. *in dictionar. verb. fictio, per l. in rebus, C. de jure dot.* Unde & figmentum dicitur. *c. 2. de tempore ordin. in 6. & ibi not.* Committit igitur F. Romanus à somno *vero* ad somnum *fictum* argumentando, fallaciam vel *æquivocationis* in voce *somni*

Differentia inter somnum verum & fictum, ad evitandam fallaciam F. Rom.

373 latentis, vel certè fallaciam *à dicto somni* secundum quid ad somnum simplici-
374 ter & absolutè sumptum vel contra. Notandum autem, quod quando Col-
375 legium aliquod Religiosum personale morte omniũ Collegarum istius loci desinit esse seu extinguitur, & intra breve tempus aliud ejusdem *jure communi* familiæ & Ordinis resuscitatur, dicatur illud per subrogationem aliorum ejusdem Ordinis interim dormisse, atque à somno resuscitari, *per not.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conventio: tom. 2. lib. 22. tit. 34. n. 9.* Si enim non resuscitaretur, diceretur mortuum & extinctum. *per not.* Imol. & Benedict. Ca-

Fictio.

376 præ *in Clem. literas. de rescript.* Ut autem non mortuum, seu extinctum, sed dormire tantum fingatur, necesse est, ut re ipsa resuscitetur, *per not. Dd. in l. qui res §. aream ff. de solut. fac. not. Card.* Tusch. *lit. E concl. 677. extinctum n. 19. &c.* Angel. Imol. & Dd. *in d. l. qui res §. aream. ff. de solut.* Siquidem fictio non
377 habet locum, nisi reperiat rem, super qua figat pedes. Daoyz *in indice juris civilis verb. fictio. per l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peric. & comm. rei vend.*
378 Ita in Evangelio filia Archisynagogi mortua dicebatur dormire. *Matth. 9. 24. Marc. 5. v. 39. Luc. 8. 52.* Itidem & Lazarus dicebatur dormire. *Ioan. 11. v. 11.* propterea quod essent brevi resuscitandi gloss. ord. *in d. c. 9. Matth.* Tolet *in c. 11. v. 11. Ioan.* Chrysol. *serm. 34.* Barrad. *tom. 2. in Evangel. lib 5. c. 25.* Jansen. *in*
379 *concord. Evangel. c. 34. in verb. Et veniunt in domum Archisynagogi, &c.* Vnde & mos est Christianis, ut mortui, qui resurrecturi non dubitantur, dormientes vocentur. 1. *Thess.* 4 glo. ord. *d. loc.* Consequenter mors propter certam resurrectionem fingitur somnus esse.

380 Contra hæc frustra F. Romanus *alleg.* 247. 248. allegat. S. Augustin. in *Psal.* 61. *ad vers.* 7. ubi dicit: *quid est, quod dixisti, ô infelix astutia? Tantumne deseris lucem consilii pietatis, & in profunda versutia demergeris, ut hoc dicas, &c.* Cum „ ipse nihil horum istic habeat. Psalmo autem 63. *in vers. Et infirmatæ sunt con-*
381 „ *tra eos linguæ eorum.* ita discurrat: *Quid est, quod dixisti, ô infelix astutia? tantumne deseris lucem consilii pietatis, & in profunda versutia demergeris, ut hoc dicas: dicite, quia nobis dormientibus venerunt discipuli ejus & abstulerunt eum? dormientes testes adhibes, verè tu ipse dormisti, qui scrutando talia fecisti. Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo testes sunt?*

Commenta Hayana ex S. Augustino.

Discutiuntur. S. Augustin.

sunt? sed defecerunt scrutantes scrutationes. Defecerunt à luce Dei, defecerunt in ,,
ipso effectu consiliorum suorum, quando quod voluerunt, nihil perficere potuerunt, ,,
utiq; defecerunt. Quare hoc? quia accessit homo ad cor altum, & exaltatus est De- ,,
us. Propterea postea cum innotuisset Christi resurrectio, & veniens Spiritus San- ,,
ctus impleret fiducia timentes quosdam Discipulos, ut auderent jam mortem non ,,
timentes prædicare, quod viderant exaltato Deo in majestate sua, qui propter no- ,,
stram infirmitatem humilis judicatus est; Et ubi cœperunt tuba cœlestes persona- ,,
re judicem venturum, quem primò viderunt judicatum. ,,

His S. Augustini verbis quomodo F. Romanus hanc suam sententiam ad- 382
aptare aut possit, imò velit, nemo est, qui videat, dum ita loquitur.

Replico & applico S. Augustinum; Quid est, quod dixisti, ô infelix astutia? tan- 383
tumne deseris lucem consilii pietatis, & in profunda versutia demergeris, ut hoc di- *Commenta*
cas; Monasteria veraciter esse extincta, uti fuit Lazarus; dici tamen impropriè, *Hayana in*
& juris fictione dormire, ut Lazarus à Christo? Verè tu ipse obdormisti, qui scru- *applicatione S.*
tando talia scripsisti. Ita F. Romanus, sciens volens S. Augustini verbis abu- *Augustini.* 384
titur interpolando, adeoque se ipso judice in præambulis suis, ante hortum, *Discutiuntur.*
falsum committit; Fortè ipse ea approbatoribus sui horti poterit applicare,
qui quæ non viderunt, dixerunt, approbarunt.

Neque quæ ibidem *dd. allegg.* 247. 248. F. Romanus *n.* 2. & 3. obiicit, sunt 385
ullius momenti, nim: *quod Lazarus omnipotentia Dei fuerit resuscitatus; Iura* *Nova Commenta Hay.*
vero Collegii suscitentur à superiori jure devoluto, eligendo Prælatum ex eodem
Ordine, qui Monachos creet: neque hic aliquis prodeat ligatus pedes & manus in- ,,
stitis, tum etiam, quod lepidum sit audire, Christum Iurisconsultum, qui Lazarum ,,
dixerit dormire juris fictione. Nam hæc puerilia omnino sunt in F. Romano, ,, 386
qui verba non civiliter novit intelligere, sed Judaicè *contra l. si cui 9. ff. de ser-* *Discutiuntur.*
vitut. & ibi not. explicat.

Deinde F. Romanus non videtur nosse, quod, quæ similia sunt, non debe-
ant in omnibus convenire. Nam in jure venatio & piscatio in quibusdam 387
comparantur, juxta Everard. *in loc. à simili. n.* 1. nemo tamen propterea dicit,
quod sicut venatio instituitur canibus, ita & piscatio fieri debeat canibus, 388
quemadmodum F. Romanus de Lazari & aliorum Religiosorum Collegio-
rum resuscitatione fabulatur.

Neque quis salva fide Christum negare potest esse legislatorem, nisi velit 389
inficias ire illud *Iac.* 4. *v* 12. *Unus est legislator & Iudex.* Adhæc quando ali- 390
quid contra veritatem ipsius rei, pro veritate assumitur, tunc dicitur illud à
jureconsultis esse *fictio juris* glo. *verb. præsumptio, & ibi addit. Margin. in l. fin. ff.*
quod met. caus. Daoyz *in indice juris civilis, verb. fictio.* Unde cum Lazarus verè 391
esset mortuus, at quia paulo post resuscitandus, dicitur in Evangelio à Chri-
sto, dormire, *prout supra ostendi.*

Neque propterea opus fuit, ut Christus diceret, quemadmodum F. Roma- 392
nus somniat, Lazarum fictione juris dormire. Annon Theologi secundum
modum

393 modum nostrum intelligendi distinguunt attributa divina, atque inter actus
divinos cognitionis & decretorum constituũt aliquem ordinem; nec tamen
propterea ipse Deus dicit, in attributis suis talẽ distinctionẽ, vel in actibus suis
394 ordinem talem dari. Ita ICti secundum suum modum intelligendi, fingunt
dormire extincta, quæ mox resuscitanda sunt. Ut videre est apud Petrum
Brixiensem *in Repertorio suo. verb. Fictio.* Quandoque fingimus mortuum vivum,
vel vivum mortuum. *Inst. de excusat. tutor.* §.1. *ff. pro soc. l. actione* §. *publicatione ff. solut. matr. l. si quis. C. de Episc. & Cler. l. Deo nobis.*

395 His quando F. Romanus contrarium asserit, videtur somnum declinaturus,
nimia vigilantia suas debilitasse animi vires, ut quid verus, quidvè fictus
requirat somnus, discernere haud possit.

396 Ex eadem vigilia nimia profectum est, ut non adverterit, Dd. à se citatos
non docere, Collegium morte omnium interveniente dormire; Cum Joan.
Massob. *in prax. habendi concurs. prælud.* 2. *n.* 28. illud duntaxat *de jure Collegii*,
non vero *de ipso Collegio* tradat. Collegium vero à jure Collegii valde distinctum
est: uti discere potest F. Romanus, *in sentent. praamb. & q.* 1. *n.* 38. *ex polit.* Shönborn *lib.* 1. *c.* 11. *edit.* 2. *vel in mscr. c.* 10.

§. XIV.

Bald. authoritas examinatur, & commentis Hayanis Respondetur.

397 Bald. *in c. cum accessissent. n.* 15. *de Const. per l. sicut.* §. *non sextus. C. de prascript.* 30. *an.* videbatur pro F. Romão facere & tradere, quod *Collegium post mortem omnium ante aliorum substitutionem dormiret; sicuti præscriptio, quæ semel currere inceperat contra pupillorum parentem, ipso defuncto contra pupillos hæredes non pergit currere, sed tempore ætatis pupillaris dormire, postea vero resurgere dicitur*: d. l. sicut. *ideoq; in confirmat.* 2. *pro F. Romano*, sub n. 10. q. 1. astri Eclips. c. 1. *fuit allegatus.*

398 Ego *n.* 14. Respondi. Bald. *in d. c. cum accessissent, cum d. l. sicuti*, intelligendum
esse de eo casu, ubi duo similia extrema reperiuntur, quæ fictione aliqua
juris conjungantur, prout conjungi posse docet Menoch. *6. præsumpt.* 36 *n.* 1.
& 13. tum inde hanc conficiebam propositionem, quod *quando res aliqua,
quæ cessavit vel desivit esse, ob impedimentum aliquod, vel aliquem alium casum
intervenientem, & modico tempore durantem, cessante impedimento ex
æquitate quadam juris restituatur, censeatur reviviscere, atque eadem cum
priore esse vel continuari, propter Vtriusq; extremi conjunctionẽ*, secundum Card.
Tusc. *lit. E. concl.* 677. *n.* 19. *l. servitutes.* §. *si sublatum. ff. de serv.* Urb. *præd.* Dd.
in l. qui res. §. *aream. ff. de solut. & in l. inter stipulantem.* §. *sacram. ff. de V. O.* Can.
399 *in Clem. literas. de rescript.* Quæ propositio tanquam Major rei præsenti applicabatur,
ita, ut si Collegium Religiosum morte omnium exstinctum intra
breve

breve tempus à superiori secundum eandem formam restitueretur, tunc fictione juris censeretur idem esse cum priori, alias non.

In casu verò nostro præsenti Superior seu Summus Pontifex in Collegio Religioso Religiosorum stabilitatem loci voventium post mortem eorundem intra breve tempus non restituit aliud ejusdem jure communi familiæ & Ordinis Religiosi Collegium personale, ut palam est. Igitur. 400

Eod. §. XIV.

Præterea sciendum est, nec Petrum de Perus *in tract. de mutat. stat. Eccles. c. 3. n. 9.* nec F. Romanum *q. 1. n. 6. & seqq.* à me *n. 12. & 14.* immediate ad hanc propositionem comprobandam allegari, quod in casu nostro non adsit spes juridica & proxima Collegii similis priori istic reparandi, ut perperam asserueerat *supra cit. loc.* F. Romanus; sed ad rationem ibidem subsequentem, *quod illius Collegii reparatio directè pendeat à Superioris voluntate*, Cujusmodi rationem vel propositionem à me causaliter allatam Petrus Peruſ. & F. Romanus *cit. loc. sufficienter* tradunt & inculcant: licet F. Romanus *alleg. 241.* velit quidem *reparationem* illam à voluntate superioris dependere, sed non libera, de quo videbitur infra *ad. q. 3.* 401 402

Saltem exinde infertur, quod F. Romanus necessario supponere debeat, eam substitutionem à Superioris voluntate dependere, prout & ego *in q. 3. Astri Eclips.* comprobo, simulque ostendo, ex ea propositione tanquam causali supra nominatum antecedens de spe incerta sufficienter colligi; Ut proinde huc referre non sit necesse. 403

Eodem §. XIV. juncto §. XII. antecedente.

De spe juridica & non juridica agitur, & Ludovici Romani locus examinatur.

Illud tantum obiter moneo, quod ego *d. q. 1. c. 1. astri Eclips. n. 12. & 14.* ex Anton. de Petra, *de jure quæsit. non toll. c. 30. n. 35. 36. 37. 38. & c. 32. in princ. n. 74.* 404
attulerim, quod *spes juridica* sit & considerabilis, quæ fundata est in aliquo existente firmamẽto, ut loquitur Bald *in l. spem. in pr. C. de Donat.* apud Petrũ de Petra *d. c. 30. n. 35.* quale est jus quæsitũ alicui re vel spe. Petr. de Petra *d. loc.* Spes 405
autem *non juridica* & remota sit, quæ directè pendet ab alterius voluntate. Hæc enim cum sit causa libera, indeterminata, facit, ut & incerta sit omnino spes in ipsa fundata, eò quod aliter se habere possit pro alterius voluntate, i- 406
deoque nec sit cõsiderabilis, nec alicujus existimationis. Ita Petrus de Petra *d. loc.* Aretin. *cons. 7. incip. procedendum est breviter. col. 2. in fin.* Rom. *cons. 256. incip. approbo sententias. per l. si ita scripsisset. ff. de legat. 2.* hæcque est communis Dd. approbata à Rota Rom. *decis. 25. de rescript. in nov.* Æ- 407
gid. *decis. 749. in fin. relata* à Felin, *in c. in nostra in 7. cor. de rescript. Vid. infra q. 3.*

Commenta Hayana. Ad hæc Respondet F. Romanus, *alleg.* 200. *&* 201. *subtit.* de leg. 2. *nulla est*
408 „ *lex, qua ab his verbis*, si ita scripsisset, *incipiat, Cōstat Ludovicum Roman.* d. conf.
„ *de spe juridica non loqui, cum ne semel quidem spei, nedum spei juridicæ, memine-*
„ *rit.* Loquitur *autem de jure quæsito purè, & de jure quæsito conditionaliter, atque*
„ *inter hæc distinguit* per l. si scripsisset. 46. de legat. 2. *quæ sic habet*, si scripsisset,
„ qui legabat, Quicquid mihi L. Titium dare, facere oportet, Sempronio lego,
409 „ nec adiecisset Præsens in Diem vè, non dubitarem, quantum ad verborum si-
„ gnificationem attineret, quin ea pecunia comprehensa non esset, cujus dies,
„ moriente eo, qui testamentum fecisset, nondum venisset. Adiiciendo au-
„ tem hæc verba, Præsens in Diem vè, apertè mihi videtur ostendisse, eum quo-
„ que pecuniam legare voluisse. *Et quid ista pro me. Testator hic habuit jus purè*
410 „ *quæsitum ad ea, quæ tunc L. Titium dare facere oportebat. Ius autem quæsitum*
„ *conditionaliter habebat ad eas pecunias, quarum solvendarum dies nondum ad-*
„ *venerat. Ergo alia spes est juridica, & alia non juridica. Dicit me falli, & reti aquam*
„ *haurire. Annon utriusq; pecuniæ spes est juridica, utrobiq; nimirum fundata in*
„ *jure quæsito, seu in pravia aliqua causa legitima, & titulo præsente? pecunia enim*
„ *in diem mihi solvenda, ex aliquo titulo præterito, in præsens durante, necessariò erit*
„ *solvenda, alias esset incapax, quæ hodie à me Sempronio legaretur. Vnde manife-*
411 „ *stum evadit, distinctionem spei juridicæ, & non juridicæ nullo modo sequi distincti-*
„ *onem juris purè quæsiti, & juris quæsiti conditionaliter, adeoque factas allegationes*
„ *more Cancrorum retrogredi, & me in aere piscari.* Hæc ipse.

412 Verum hic F. Romanus more Acatholicorum agit, qui quando plura à
Discutiuntur. Catholicis afferuntur scripturarum loca, unde ipsorum confutantur errores, quorũ aliqua sunt aperta, aliqua minus aperta, tunc ipsi neglectis aut dissimulatis apertis minus aperta invadunt, ac circa ea occupantur, ne videantur suo silentio ipsis, quæ à Catholicis sunt proposita, tacitè approbare; simili ferè
413 modo hic agit F. Romanus, Siquidem loca aperta ipsius Petri Antonii de Petra. *d. c.* 30. *n.* 35. *& seqq. & c.* 32. *n.* 74. Itidem Francisc. Aretin. *in conf.* 7. *procedendum est breviter. col.* 2. *in fin.* ipse dissimulat, ac Romanum legemque ab ipso ita citatam, *l. si ita scripsisset. ff. de legat.* 2. invadit, atque inde absurdè argumentatur, ut statim patebit. Nemo est, vel in Grammaticis, Philosophicis
414 vel Theologicis tam tenuiter eruditus, qui nesciat regulæ, definitioni aut Conclusioni alicui subiici solere ex authore aliquo, vel etiam scripturis sacris Exemplum, quo regula, definitio aut conclusio collustretur, nec tamen propterea requiri dicat, ut author ille vel scripturæ sacræ expressè in actu signato hoc ipsum indigitent, quod Regula, definitio, aut Conclusio tradunt; sufficit enim in actu exercito, hoc ipsum, quod regula, definitio, vel conclusio incul-
415 cant, verificari. Ita quando Grammaticus dicit, acer nomen substantivum prima syllaba brevi, est generis neutri, quemadmodum videre est apud Ovidium, in Eleg. At quondam vile fuistis acer.

Non propterea, ipse Grammaticus asserit, quod Ovidius debeat in actu signato

gnato

gnato exprimere, Acer est generis neutri, sed sufficit scire, quod in actu exercito usurpet in genere neutro, dicendo, Acer vile. Ita quando Syntaxista dicit. 416
Verbum personale finiti modi, antecedit Nominativus apertè vel occultè ejusdem numeri & personæ, atque ex Cicerone lib. 14. Epist. affert hoc exemplum: Si vales, bene est, ego quidem bene valeo.

Non propterea dicit, quod Cicero in actu signato debeat dicere, verbum personale (vales) finiti modi antecedit Nominativus occultè ejusdem numeri & personæ, & verbum (valeo) antecedit Nominativus apertè, nim. ego: sed sufficit, quod ex ipso Cicerone ostendatur in actu exercito, regulam illam istic usurpari.

Ita quando Logicus dicit, bona definitio debet constare genere & differentia, atque ex Aristotele *in lib. de generatione. c.* 4. affert, quod generatio sit mutatio totius in totum, nullo sensibili subjecto remanente. Non propterea dicit Logicus, quod Aristoteles *d. c.* 4. afferat in actu signato, mutationem esse genus, & reliqua esse differentiam specificam; sed sufficit ostendere, quod Aristoteles in actu exercito, ita definiat generationem. Ita quando Theologi docent, quod aliquis ad alterius famam læsam restituendam teneatur, inde inferret, Ergo F. Romanus accusando alium falsæ allegationis, tenebitur ad restitutionem, tūc non necesse erit, ut in ipsa conclusiōe reparatio ponatur in actu signato læsionis famæ, sed sufficit in actu exercito, famam læsam allegari, 419
præterquam quod medium concludendi non debeat ingredi conclusionem. Ita enim alii rotunde concluderent: qui alterius famam lædit, tenetur ad ejus restitutionem & revocationem. At F. Romanus temerè accusando alium falsæ allegationis, famam alterius lædit, Ergo F. Romanus temere alium accusando falsæ allegationis, tenetur ad ejus restitutionem & revocationem. Simili modo, quando Petr. Anton. de Petra & Franc. Aretin. *cit. loc.* tradunt, duplicem esse *spem*, aliam *juridicam*, bonam, proximam, considerabilem; aliam *non juridicam*, remotam, non considerabilem, ac priorem fundari in præsenti aliquo firmamento existente; non verò posteriorem, sed hanc directè à voluntate Superioris vel alterius pendere. Hoc casu si quis pro exemplo prioris spei ex Rom. *in cit. cons.* 256. *Incip approbo sententias.* allegaret *l. si ita scripsisset.* 420
de legat. 2. (videtur enim ita ipse suo tempore legisse, quamvis in corpore juris prout nunc extat, legatur *l. si scripsisset* 46. *de leg.* 2.) radicatam in jure, vel quæsito pure, vel in jure quæsito conditionaliter, tunc non erit necesse, ut in actu signato addat, esse jus quæsitum in re vel spe, quamvis in actu exercito sit jus quæsitum in re vel spe, ut videre licet ex Franc. Aret. *in d. cons.* 7. *pro edendum est. col.* 2. *circa fin.* ubi ait: *Sed dicendum est unum verbum ex superabundanti ad illam notabilem Decisionem Rotæ, quam allegat primus Dominus Consultor. Videtur enim esse probabilis & vera: quia non potest negari, quod post collatum Episcopatum etiam ante acceptationem ipsius Episcopi & multo fortius post acceptationem ipsius fuit quæsitum ex causa de præterito, patrono jus præsentandi Spe, quæ quidem Spes ubi habet originem à causa de præterito, videtur esse considerabilis, sicut jus* 421 422

„*quæsitum re*, ut l.post emancipationem.§.1.*& ibi per Bart.* ff.de lib.legat. *& per* „*eundem* in l. is potest. ff. de acquir. hæred. *& prob.* in l.spem. C.de donat.in l. „ nomina.ff.de hæred. & act. vend. *unde sicut jus quæsitum tertio ex facto contra-* „*hentium re ipsa non potest ipsi tertio per contrahentes auferri, ita nec jus quæsitum*
423 „*tertio Spe, ut est casus, & ibi per Bald.* in l. si constante.in fin. C. de donat. ante „ nupt. *Vnde dixit not. Iacob. Butr.* in sua disput.*quam refert & sequitur Petr. de* „ *Anchar.*in c.1.de Constit.q.13.princ.*quod sicut nova constitutio sive lex non tra-*
NB „*hitur ad jus quæsitum de præterito re ipsa, ita non trahitur ad jus Conditionale, quod*
424 „*non potest dici quæsitum, nisi Spe, secundum Bart.* in d.l.is potest. *Pro his facit opti-* „*mè text.* in c.quamvis de rescript.lib.6.*ubi probatur, quod restitutio facta à Prin-*
425 „*cipe intelligitur sine præjudicio juris quæsiti alteri Spe. Nam loquitur ibi de eo, qui* „*habebat literas exspectativas ad beneficia vacatura, quæ sine dubio, priusquam be-*
NB „*neficium vacet, non conferunt ipsi, nisi Ius conditionale, & in Spe, & facit omne jus*
426 „*conditionale secundum Bart.* in l.is potest præall.*posset enim exspectans præmori, &* „*sic exspiraret gratia, & ideo dicitur jus quæsitũ Spe, ut clarè tradit Ioã. Andr.* in Mer- „ cur.in regula.Ignorantia de R.I &c. *prout pluribus ibidẽ persequitur Frãc. Aret.*

427 Ex hisce patet, quam absurdè F. Romanus ex Romano *d.loc.* argumentetur, quasi ipse, qui proponit re ipsa & in actu exercito, istum casum *Spei probabilis & juridicæ*, debeat etiam in actu signato ad jus quæsitum conditionale addere esse illud quæsitum spe probabili & juridica: vel si non addatur, non intelligi ibi spem probabilem: quod foret absurdum.

428 Denique nec constat de jure quæsito Ordinis S. Benedicti in emortua Monasteria, ut decidit S. Rota Rom. 29. *Maii*, 1641. Imò quod Ordini nullum jus in emortua Monasteria ejusdem Regulæ competat, jam pridem, nimirũ 1497. *Vlt. Sept.* Alexander. VI. Papa definivit. Ut proinde F. Romanus contrarium asserens, contra definitionem Apostolicam ac rem judicatam sentiat.

429 Denique F. Romanus *in Anchora n.*104.106. ad spem confugit, quam asserit Ordini suo juridicam similis reparandi Collegii à P. Laymanno *in censuris Astri loco* 1. §. *aliqui.* atque à me *q.*1. *c.*1. *Eclips.n.*7. liberaliter concessam, exindeque infert, quod Collegium Religiosum morte omnium istius loci Collegarum non sit extinctum.

Commenta Hayana.

Diluuntur.

Verum nec Pater Laymannus, nec ego F. Romano *absolutè* concedimus,
430 quod ad Collegium Religiosum morte omnium Religiosorum originariorũ vel incolarum stabilitatem loci voventium, isticque commorãtium alii exteri aliorum Monasteriorum licet ejusdem Ordinis habeant spem juridicam; sed *conditionatè* tradimus, quod, si in uno alterovè ejusmodi spes juridica ac proxima subsit similis Collegii reparandi, tunc fictione juris non dicendum sit exstinctum, per not. Card. Zabarell. Imol. Ancharan. *in Clem. literas. de rescript.* Alber. de Rosat. *in l. inter stipulantem. §. sacram. de V.O.* & Dd. *in l. qui res. §. are-*
431 *am. ff. de solut.* Absolutè autem negamus, Ordini, in quo Religiosi stabilitatem loci vovent, *spem esse juridicam* & proximam similis Collegii reparandi: uti pluribus *in Resolut. q.*3. videbitur.

Nihi-

Nihilominus, ut F. Romano, qui ubique ſpem juridicam jactat, eamque 432
undique firmare ac ſtabilire allaborat, paucis hic ſatis fiat, illi ſpem omnem a-
dimit, ſaltem eorum Monaſteriorum, quæ ad hæreſin defluxerunt, recuperan- *Menoch. contra F. Romanum ſentit.*
dorum, Menoch. *conſ.* 185. *lib.* 2. *n.* 28. 29. ubi tradit, quod ubi aliquid eſt ex-
ſtinctum & ſublatum, non poſſit ulterius redintegrari, niſi interveniant cauſæ „
habiles ad illud de novo conſtituendum *l. ejus & l. ſi filius ff. de teſtam. l. cætera.* „
§. 1. *ff. de leg.* 1. *l. ſervus inſtitutus. C. de legat.* & ſubjungit, in ſimili quodam per a- „ 433
nalogiam loquens; *Extinctum igitur eſt hoc legatum & illius obligatio* per hæ- „
reſin, *quæ produxit ſuum effectum in precio etiam conſummatum, cum ipſos debi-* „
tores ob hæreſin ipſo jure liberatos eſſe voluerint ab omni nexu obligationis, nec fue- „
rit ipſis legatum per cauſas habiles redintegratum, quia inſpecta perſona ejus, qui le- „
gavit, jam ille vita functus fuit tempore hujus defectionis ad hæreſin, & ad errores. „
Igitur non poteſt ex nova quadam voluntate ipſius teſtatoris dici redintegratum „
legatum. Deinde *inſpecta perſona hæredis tolerantis, non ille poſtmodum ſe agnovit* „
debitorem, Igitur, &c.

§. XVI.

An Monaſteria emortua conſerventur in S. Benedicto?

In *Eclipſ. n.* 16. *q.* 1. *c.* 1. proponebatur hæc Inſtantia: *Collegium ſervatur in uno,* 434
Ergo & Collegia emortua Ordinis S. Benedicti in uno S. Benedicto cõſervabũtur, Re-
ſpõdebaturq́; *Inſtantiã præclarã eſſe*. Hæc enim Conſequẽtia ſi quippiam vale-
ret; ſequeretur, nũquam Collegium aliquod Eccleſiaſticũ, qualecunq; demũ
ſit, extinctum iri, Cum ſemper illud alicujus ſit ſancti, cujus in honorem illud
ſecundariò ab initio dicatum ſit, cujusque anima apud Chriſtum vivat. *Dein-* 435
de Reſpondebatur ad *Antecedens*: Collegium, de quo hic agitur, eſſe viſibile,
quod conſervari debeat minimum in una perſona viſibili, hic in terris exi-
ſtente, cum ſpe juridica ſimilis Congregationis reparandæ, ut nemini non no-
tum eſt. Atqui S. Benedictus, modo non eſt perſona, nec viſibilis, hic in terris
exiſtens; Cum anima ejus in coelum ſit tranſlata, & corpus in monte Caſſino
aſſervetur. *Proinde* Collegiũ aliquod emortuũ Ordinis S. Benedicti non poſſit
dici in uno S. Bened. conſervari. Unde relinquatur, emortuis omnibꝰ alicujus
loci Religioſi Collegis ſtabilitatẽ loci voventibus, Collegiũ illic eſſe extinctũ.

Reſpondet F. Romanus *allegat.* 243. *In turbida piſcari hic maritimum lintra-* 436
rium, fingereque ſuo nomine inſtantiam, quam nec per ſomnium in caput admiſit, *Commenta Hayana.*
aitq; ut eam inſtãtiam mihi ipſi ſervem & c. ut pote qui data opera ipſi ſoleã affin-
gere abſona, ut ego conſona communi ſenſui tueri videar, &c. Hactenus ipſe.

Verum cum ego indefinitè & abſtractè à perſona F. Romani, ſeu nulla fa- 437
ctâ ejusdem mentione, *inſtantiam* illam propoſuerim, ideo F. Romanus non *Diſtinguntur.*
potuit de me jure conqueri, nec affirmare, quod ego illi inſtantiam aſcripſe-
rim, *per auth. ſi quando. C. de Conſtit. pec.* Deinde ſi ego ipſi F. Romano eam in- 438
ſtantiam aſcripſiſſem, non injuria aſcripſiſſem. Cum ipſe *q.* 1. *aſtri ſui n.* 58. ex
Martino Magero. *c.* 9. *de advocat. arm. n.* 624. & 625. S. Benedicto Proprieta-

tem Monasterii tribuat, ita ut ipsi dicatur ea post Deum, &c. residere penes S. Benedictum. ceu Caput ordinis & familiæ, & consequenter penes filios sive Ordinem ipsum, adeoque ipse F. Romanus S. Benedictum caput Collegii faciat, in quo ipsum etiam Collegiũ conservetur. Sed cum hanc Instantiã ipse F. Romanus tanquam absurdam agnoscat, quam confessionem libenter acceptamus, non est, quod illi diutius immoremur.

439 Solum ex deductis relinquitur, quod Collegium Religiosum propriè acceptum morte omnium Religiosorum Originariorum vel incolarum stabilitatem loci illic voventium, nullo omnino superstite, nec ulla spe probabili juridica proxima similis Collegii reparandi, reliquâ ostensa, nec unquam ostendenda, sit ac dicatur esse exstinctum, quodque F. Romanus ad præcipua argumenta nostra in Astri Eclipsi hic allata vel nihil responderit, vel ea tacitus præterierit;

RESOLUTIO CAPITIS II.

An Monasteria ut Tituli sint exstincta.

§. I.

PRo Explicatione quorundã dubiorũ, quæ partim F. Romanus hinc inde in *sua aula*, partim D. Caramuel Lobkovvitz *in Tractatu suo, an pax sit licita*, contra me moverunt, partim
1 etiam aliunde moveri possunt. Notandum 1. Nomen *tituli* tam à sacris quam profanis Authoribus variè derivari: Nam alii *titulum* quasi tutulum dici volunt à tutando, ut ex Varron. Turneb. *lib. 26. c. 10.* Adrianus Junius & Alciatus *in Rubr. ff. si cert. pet.* quos sequitur Hœping. *in tract. de insign. cap. 22. §. 1. n. 13.* asserunt, quod sicut tutulus seu amictus Sacrificantium, seu pallium, quo sacerdotes ad sacra accessuri caput tegebant, tutabatur: ita titulus, quasi nomen, factum memoriam authoris tutetur, vel Titulus ejus, cui liber, vel memoria inscribi-
2 tur, nomen authoris protegat ac contutetur. *Alii* Titulum à tuendo, id est, cernendo derivant, ita ut quemadmodum tutulus, seu ornamentum capitis Flaminicarum in altitudinem exstructum (quod fieret ex vitta purpurea crinibus innexa, authore Festo. *lib. 18.*) eminus conspicitur; Sic titulus, seu inscriptio libri, quod in capite fieret, adhibito ornamento & rubro colore (ut colligitur ex Ovidio *lib. 1. Tristium in princ.* indeque Rubrica dicebatur) etiam eminere videatur. Magius 1. *Miscellan. crit. cap. 14.*

Titulus unde dicatur.

Aliquorum opinio.

3 At hæc derivatio refutatur à Dausquio *in Orthographia sua*, ubi inculcat, nomen tutuli pro titulo nusquam aut scriptum aut acceptum reperiri. Lucas
4 de Penna, *in l. Nullus 2. C. de his, quæ ex publica collat. illata sunt, non usurpand. in verb. Titulum.* putat, ipsum à *Titane*, id est, sole dictum, quòd sicut Sol mundum, vel quæque obscura illuminat, ita Titulus librum vel ejus tractatum indicet. Sed hoc divinatorium est.

Refutatur.

Luca de Penna opinio refellitur.

5 Alii Nomen *Tituli* à *Τίειν* derivant, ut inde honor & titulus ipsis idem significare

ficare videatur, quemadmodum Josephus Scaliger *lib.1.poetic.c.9.§.Titulus.* *Scaligeri & Cerda opinio.*
atque ex eo Ludovicus de la Cerda *in 3.Æneid.vers.545.n.10.* & Hœping *sup.*
prad.loc. tradunt. At nomen hoc non Græcum esse, sed Latinum indigitant 6
Nonnus Panopolitanus *in paraphrasi sua Græca in Ioannem* apud Dausquium *Refellitur.*
in Orthographia.verb.Titulus & Matthias Martinius *in Radicib.lingua Græca.* Cũ
nusquam apud Classicos authores Græcos, & solum apud S. Joañem Evange-
listam in novo Testamẽto, atq; ex eo apud Hesichium reperiatur, sed à Latinis
mutuatum. Ita Non. &, Mart. *dd.loc.* Ego salvo aliorum judicio Titulũ à radice 7
תלל *talal* derivo, quod apud Syros in futuro *Kal* formam habet תתול Tittul. o- *Vera opinio.*
mnesq; admittit significatiões, quas Authores voci *tituli* attribuũt. Nam apud 8
Chaldæos & Syros, ut notat Guido Fabricius, *in suo Lexico Syro-Chaldaico* תלל
telal significat 1. *elevavit* instar tumuli vel cumuli, exaltavit. *prover.26.Deut.4.*
unde תליל talil. *Psal.8.excelsus,* vel ut habet Targum, *excellens:* תלול *talul.* Ezech.
17.22. Elevatus. S. Hyeronimus vertit, *eminens.* Item תל *tel.* Deut.13.16. Jer.49
cumulus. Et Cant.4. *fortis, elevatus* 2. significat, *extendit.* Jer.51.3. *Munivit* קריין 9
תלילן *Kirjan telilan* Deut.3. *civitates munita* תלילין telilin Exod.1. *munitiones.* 4.
comere, polire. Unde Cant.5. cum Rabbi Schel. תלתלים *taltallim* cincinni, capil- 10.11
li crispi, compti. 5. pro ענה *anah* respondere, exaudire. prov.26. Item Syriace 12
תלילותא *taliluta,* humorem significat, ex quibus variæ *tituli* significationes de- 13
rivantur. 2. Notãdum, quòd sicut radix, unde derivatur *Titulus,* variæ est signi- 14
ficationis, ita & ipsum derivatum nomen *Titulus,* non unam tam apud sacros,
quàm profanos authores sortiatur significationem; sitque non *univocum* sed
analogum teste Carraria *in Theologia morali seu Canonica, quæst.3, art.1. punct.3.*
vel æquivocum, juxta Theodorum Hœping. *in tract. de insignibus c.22.§.1.n.23.*
glo. *in c. dudum 54. de elect. verb. intitulatam*, ac per *titulum* intelligitur 1. in-
scriptio vel totius libri, vel capitis alicujus. 2. causa dominii vel possessionis. 3.
nomẽ, officium, sedes &c. Pro hoc *tertio significato* sciendum, quod *titulus* præ- 15
cipuè inscriptionem alicujus importet. *Marc.15.vers.26. Joã.19.19. Act. Apost.*
17.v 23. Ita apud profanos authores in sacris per titulos significabantur 1. In-
scriptiones Nominum Deorum, Dearumque, & eorum attributorum, qui-
bus aliquid cõsecrabatur vel dedicabatur 2. templorum, ædis, arearum, loco-
rum sacrorum, quæ Diis dedicabantur, vel in quibus Diis sacrificabatur. 3. sa- *Varia Tituli significatio.*
cerdotum, Religiosorum, Magistratuum sacris faciundis, ac Ministrorum sa-
crorum, qui vel sacris operabantur, vel loca sacra publicè Diis dedicabant. 4.
tum ipsorum sacrorum, quæ peragebãtur, Ludorum, Theatricorũ, Circensiũ
Amphitheatricorum quinet Ministrorum, Artificum, Operarum, Collegiato-
rum, Corporatorum, ludorum & sacrorum causa coeũntium, ut vel sacris vel
ludis festivis cooperarentur, vel assisterent, vel interessent.

Similiter per *Titulos* intelligebantur inscriptiones Magistratuum majo- 16
rum, minorumque, & eorum Epithetorum, dignitatum, honorum, & rerum
militarium, officiorum Domus Augustæ & privatæ

In profanis, Artium, Artificum, Professionum, Negotiationum, Collegi- 17
orum, Corporatorum, Ordinum;

Tum

Tum Provinciarum, Regionũ, Tribuũ, Urbium, locorum publicorũ, privatorũ, quæ *v.c.* victi in triumpho aut trophæo, in tabulis ligneis ad oblongas perticas suspẽsis descripta præferre solebãt: teste Vopisco *in triũpho Aureliani Imp.* & Cerda *in* 8. *Æneid. vers.* 714. *n.* 19. *&* 11. *Æneid. v.* 12. *n.* 7. *& v.* 72. *n.* 16.

18 Itidem Nominum Appellativorum, Affectuum, Cognationum, Affinitatum, nec non votorum publicorum & privatorum, Consecrationum, Dedicationum, Eucharisticorum, Donationum, Sepulturarum, quando imagines Defunctorum vultu in cera expresso, & subjectis honorum & rerum gestarũ titulis, in feretris circumferebantur, quemadmodum Justus Lipsius *in Critic. lib.* 1. *Elect. c.* 29. enotavit, sepulchrorum, Monumentorum Inscriptiones accipiebantur, de quibus fusissime Janus Gruterus *in tract. de Inscript. antiquis.*

19 Nec minus intelliguntur *nomine Titulorum* Inscriptiones lupanarium, ædificiorum: itidem *Epimetatica* seu inscriptiones foribus impingi solitæ, quibus innotescebat, cuinam ex militibus vel hospitibus destinata foret domus, hospitii gratia. Cœl. Rhodigin. *lib.* 25. *antiq. lection. c.* 20.

20 Similiter Inscriptiones meretricum, servorum in frontibus, Reorum damnatorum, quibus in longa pertica præferebatur causa condemnationis, ut patet ex Christo condemnato, eoque crucifixo, cujus cruci ascriptus fuit titulus; *IESVS Nazarenus Rex Iudæorum.*

Variæ inscriptiones.

21 Ad hæc *tituli* accipiuntur pro Programmatibus seu Proscriptionibus, quibus res venalis, item locanda &c. ascripto Domino & pretio &c. proponebatur. Sic servi, ancillæve cum ejusmodi Titulo venales proponebantur: Et majores 10. annis, si sine arte essent, 20. *Solidis*; minores 10. annis, 10. *tantum solidis* nisi servi essent Eunuchi; tunc minores 10. annis, *usq; ad* 30. *majores usq; ad* 50. *solidos. l.* 3. *C. commu. de legat. l.* 1. §. *ne autem C. de commun. serv. manum.* si minores isti Eunuchi præterea essent artifices, *usq; ad* 78. *solidos.* Alii verò non Eunuchi artifices *ad* 30. *solidos*, æstimabantur. Quod si etiam iidem Notarii essent, *hoc est*, scriptores librorum, 50. *solidis*: si medici, 60. *solidis* æstimabantur: similiter si ancillæ essent obstetrices. *d. l.* 3. *& ibi* glo. 4. *& d. l.* 1. Quod si servi venum expositi mare fuissent transvecti, tunc pedes eorum alba creta illiniebantur, ut Alexand. ab Alexand. *lib* 3. *dier. genial. cap.* 16. *indicat.*

22 Notandum 3. quod hujusmodi Inscriptiones variè fuerint solitæ fieri. Ordinariè autem in Tabulis ligneis fiebant, quæ ad oblongas perticas vel suffigebantur, vel suspendebantur, Hotoman. *in Lexico suo verb. Titulus ex Novell.* 30. *c.* 8. *sub fin.* atque ex illo Claud. 3. *Rapt.* ubi excitato trophæo de victorum Gigantum nomina in *arbore*, id est, tabula lignea referuntur consignata fuisse: *Nullaq; non Magni iactat se nominis arbor.*

Quomodo fieri inscriptiones fuerint solitæ, vel Tituli inscribi.

Idem patet ex Titulo crucis Christi. *Marc.* 13. *& Joan.* 19.

23 Alias etiam columnis, statuis incidebantur vel insculpebantur Tituli.

24 Servorũ frontibus imponebantur Tituli in charta conscripti, teste Philone *lib.* 1. de *Monarch.* postea etiã notis pungebãtur, vel inurebãtur, si essẽt fugitivi, ut fugientes internoscerẽtur. Ex Artemidoro *lib.* 1. *onier.* & Plutarcho in Nicia, ubi

ubi servorum venditorum fronti nota equi est inusta. Bart. *in adversar. lib* 49. *c.*3. *sub fin.* Cuiac. 7. *obs.* 13. Hinc servi à stigmate in jure apud ICtos Stichi vocantur, authore Tholosano. *lib.* 31. *syntagm. juris univers. c.*35. *n.*3 Ita Hydrophylacum, seu eorum, qui publicè aquarum custodes erant, aquæ ductuum 25
urbis Regiæ manus signo Imperatoris notabantur, ut omnibus manifesti essent ab usu, cui fuissent deputati, neq; ab eo avellerētur. *l. unic. C. de aquæduct.* Similiter Fabricensium brachiis *Stigma*, id est, nota publica infigebatur. *l.* 1. *C. de Fabricens.* 26
Captivi quoque & in scelere deprehensi *nota seu signo Notæ* in fronte notabantur, Tholosan. *d. loc.* Calumniatoris fronti litera K. antiquitus ex L. Rhemnia inurebatur *l* 13. *ff. de testib. l.* 1. *§.* 2. *ff. ad Sc. Turpill. & ibi* Dd. 27
Cujusmodi tamen notæ postmodum Reorum frontibus, ne amplius inurerentur, prohibuit Imperator Constantinus, voluitque in manibus potius & suris pœnam damnationis inscriptione comprehēdi *l. si quis* 17. *C. de pœn.* Vid. Anton. Matthæum *de Criminib. ad lib.* 48. *ff. tit.* 18. *de pœn. n.* 11.

Cæterum Tituli non semel, sed sæpius, seu iteratò, nec una duntaxat lingua, sed variis linguis inscribebantur, vel incidebantur vel insculpebantur. 28
Prius ex Pindaro *Od.* 7. *Olymp.* notavit Cerda *in* 3. *Æneid. vers.* 287. *n.*14. ubi ex Pindaro demonstratur, *Diagoræ Victoris nomen & titulum* lapidibus aut columnis sæpissimè incisum aut sculptum fuisse ἐν μεγάροισιν τ' οὐκ ἕτερον λιθίνα ψᾶφος ἔχει λόγον, id est, *Apud Magaram non aliud nomen lapideus habet calculus*, quasi dicat, Nullius nomen pluries incisum aut sculptum fuit in lapidibus aut columnis quam Diagoræ. 29

Posterius de variis linguis, quibus *Titulus* aut nomen inscribebatur, constat ex Livii. *lib.* 28. *extremis verbis:* ubi perhibetur: „ *Propter Iunonis Luciniæ* „ *templum æstatem Annibal egit; ibique coram condidit, dedicavitque cum ingenti* „ *rerum ab se gestarum titulo, Punicis, Græcisque literis insculpto. Iulius Capitolinus* „ *in Gord. Gordiano* inquiens, *sepulchrum milites apud Circium castrum fecerunt,* „ *in finibus Persidis, titulum hujusmodi addentes & Græcis & Latinis & Persicis, &* „ *Iudaicis & Ægyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur.* Divo Gordiano, Victori „ Persarum, Victori Gothorum, Victori Sarmatum, depulsori Romanarum „ Seditionum, Victori Germanorum, sed non Victori Philipporum. *Hæc ibi.* 30

Tituli sæpius uni coluñæ & variis linguis inscribebantur

„ Idem licet videre ex titulo Crucis Christi. *Ioan.* 19. *v.* 19. 20. variis linguis inscri- 31
„ pto. *Scripsit autem*, ut inquit textus, *& titulum Pilatus, & posuit super Crucem* „ *Erat autem scriptum.* Jesus Nazarenus Rex Judæorum. *Et erat scriptum Hebraicè, Græcè & Latinè. &c.*

Ex his patet, quod tituli prædiis affigi soliti, fuerint *inscriptiones* nominis insignium Principis in tabula lignea expressæ *Novell.* 30. *c.* 8. *sub fin.* vel in columna aut statua incisæ vel insculptæ, ac prædiis imponi solitæ; minimè autem fuerint *vela Regia*, quibus depicta Imperatoris imago, vel nomen inscriptum appendebatur, quasque *cortinas regias* Ambrosius *ad Marcellinum* appellasse fertur, uti existimant Martinus de Roa. *lib. de die Natali sacro & profano. c.* 21. 32

Tituli prædiis affigi soliti. Tituli à velis seu cortinis Regiis differût

Lorin. *in Levit.c.26.v.1.* Luc. de Penna *in l. absit. C. de privileg. domus August.*
33 *in verb. titulo.* Nam hæc ab illis distingui, patet *ex titulo C. ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel Vela Regia suspendat.*

34 Deinde Titulus *Metonymicè* per Metonymiam adjuncti, nempe signi pro signato, dicit & significat *columnam* aut Pyramidem in trophæū Victoriæ aut insignis facinoris erectam. 3. *statuam*, imaginem, *idolum* erectum ad cultum & adorationem, qualis titulus prohibitus est Levit. 26. v. 1. 4. *lignum*, lapidem, vel rem aliam positam vel erectam in memoriam & indicium alicujus rei. *v. c.* visionis Angelicæ Jacobo Patriarchæ factæ. *Genes.* 28. 18. qui etiam lapidem in
35 altare consecravit. *Genes.* 28. *v. ult.* Unde titulus non tantum monumentum, sed etiam altare significat, uti notant Jacobus Gretserus *lib. 2. de Cruce c. 7.*
36 Cornel. à Lapide. *in c. 28. Genes. v. 18.* Inde iidem existimant, quod primi Christiani ad exemplum Jacobi Ecclesias suas vocarint titulos à *Titulo & signo* Crucis, atque à *Titulo*, *id est*, *nomine* alicujus Sancti, in cujus honorem intitulabantur, id est, *nominabantur*, consecrabantur, dedicabantur & distinguebantur Ecclesiæ, ut *Titulus S. Praxedis*, id est, Ecclesia S. Praxedis, *Titulus S. Laurentii*, id est, Ecclesia S. Laurentii, quæ phrasis est frequens in vitis SS. Pontificum.

37 Lorinus *in cap. 26. v. 1. Lev.* & alii existimant, *Titulos* ad res & domos cultui Divino mancipatas trahi & duci, ex titulis seu nominibus & insignibus fisci, quibus res fisco vindicabantur, principique consecrabantur, atque ita Nulli inferiorum in iis sese immiscere licebat. *l. si quādo. C. de bon. vacant.*

38 Ego cum Gretsero, Cornelio à Lapide & Baron. *in annal ad ann. Christi.* 112. *atque in notis ad Martyrolog: Roman. 26. Iul.* tum Ecclesiasticis authoribus, *sentio*, Ecclesias, domosvè Religiosas cultui divino aut Religioso dedicatas dici *Titulos* à Titulo vel Dei, Christi, ejusvè Crucis vel etiam Sancti alicujus, cui dedicantur, *inscriptione*. Sic Evaristus Papa in urbe *Titulos*, id est, Ecclesias Presbyteris divisit. *Vid. & Epistolam Pii Papæ I.*

39 Porrò à Titulis Magistratuum *Novell.* 17. §. *titulos.* & Ministrorum olim sacris operantium vel assistentium &c. potius, quam à fisco, *propter c. consuetudo. 16. q. 7.* existimo dignitates, & officia Patriarcharum, Archi- & Episcoporum, Præpositorum, Decanorum, Archidiaconorum, Archipresbyterorum, Abbatum, Priorum, Canonicorum, &c. Titulos vocari, *c. neminem. 2. dist. 70.* nec minus à Titulis Provinciarum, Regionum, Urbium, Locorum, Ædificiorum, Sedes Romanam, Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Parochiales, Collegiatas, *Titulos*, *Ecclesias* indigitari. *d. c. neminem. 70. dist. lib. 1. feud. tit. 6.*

40 Et quia propter ejusmodi officia ab Ecclesia Catholica iis, qui tanquam Clerici administrant, tribuitur jus percipiendi reditus ex bonis Deo dicatis, quod vocatur *beneficium*, patet, quod jus illud prius ab Ecclesia Catholica vel ejus Antistitibus seu Pontificibus sive summis sive aliis inferioribus in Titulū

erigatur

erigatur spiritualem & stabilem Officii vel Ministerii divini. Monet. *de Commun. ult. vol.* Garz. *de benef. part* 1. *c.* 2. *n.* 81. Andr. Vallen. *in tract. de benef. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 2. ex Host. *in c. relatum. de præb.* Selv. *de benef. q.* 1. id est, ut jus illud percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, assignetur & annectatur titulo spirituali officii vel ministerii divini à Clerico præstandi. *per not.* Rot. Rom. *decis.* 11. *al.* 545. *de jure patron. sub n.* 3. *in antiq.* Vid. infra.

Quod si quid à privato sine authoritate Pontificis in Titulum erigi præsumatur, & dedicetur Deo, non erit beneficium, sed manebit sæculare, ac fundatorũ eorumve hæredum omnimodæ subjacebit dispositioni. Wames. *cons. Canon.* 231. *n.* 7. *tom.* 1. Rot. Rom. *decis.* 11. *al.* 545. *de jure patron. sub n.* 3. *in antiq.* relata à F. Romano *in Asbesto, sub n.* 12. Cum nemo privatus & laicus habeat potestatem aliquid in ministeriis & officiis divinis Ecclesiasticisque constituendi. Wames. *cons.* 2. *sub n.* 3. *de Constit. §. sa. ra. Inst. de Rer. divis.* Ita si *Hospitale* construatur sine Episcopi authoritate, quemadmodum quilibet in domo sua propria facere poterit, juxta Innoc. *in c. ad hac. de rel. dom.* non erit Religiosum, sed privatum, nec illi à solo fundatore privato & laico poterunt jura spiritualia annecti, Card. *in Clem.* 2. *§. fin. post glo. de præb.* Maneret enim in plena potestate ædificantis etiam Laici, in eoq; nullam Episcopus acquireret jurisdictionem, & posset illud construens pro libitu suo destruere. glo. *pen. in Clem. quia contingit. de religios. domib.* 17. *q.* 2. *quidam c. inter dilectos. de don.* & Baldus *in l. orphanotrophos C. de Episc. & Cler.* Secus tamen foret, si in eo altare erigeretur consecratum, addito campanili & cæmiterio, quod quia sine Episcopi authoritate fieri non posset, ideo etiam illi subjiceretur per *d. Clem. quia contingit. in fin. & ibi not. de relig. domib.* Paul. Castren. *cons.* 294. atque id fuit servatum Veronæ. Hæc Cæpoll. *Cautel.* 211. *n.* 2. *apud* Chirodot. *in Synopsi cautelar. sub tit. cautela contractuum & ibi addit.* Eadem obtinent in *Capella*, quæ est oratorium per se, fundata à Laico, quæ si absque Episcopi authoritate fuerit fundata, non erit beneficium. Christin. *decis.* 352. *n.* 2. *vol.* 1. Capellaniæ quoque sine authoritate ordinarii in aliqua Ecclesia à solis testatoribus vel donatoribus fundatæ, non sunt beneficium Ecclesiasticum, sed servitium; quia nemo privatus ex se potest in aliqua Ecclesia officium aliquod Ecclesiasticum instituere, ideoque Capellaniæ ab Episcopo ordinario non approbatæ ac spirituali Titulo affectæ, seu ut loquuntur, non *spiritualizatæ*, non fiunt Ecclesiasticæ. Azor. *tom.* 2. *Inst. moral. lib.* 2. *c.* 8. *q.* 3. *ex glo. in Clem.* 2. *de decim. in verb. si beneficiatus. ad fin.* communiter approbata à Dd. Ioan. Selva. *de benef. part.* 1 *q.* 4. *n.* 9 sed manent ejus naturæ, cujus ante præsumptam institutionem privatam fuerunt, adeoque manent sub dispositione fundatoris, ejusque Hæredum seu Successorum, qui poterunt tales Capellanias sine Episcopo donare, quibus volunt, dummodo sint idonei juxta dispositionem fundatoris. Garz. *part.* 1. *de benef. c.* 2. *n.* 102. *& seqq.* qui tamen præcisè ratione hujusmodi Capellaniarum ad *Horas Canonicas* non obligantur, licet earum reditus

41

42 *Hospitale.*

43

44 *Capella, vel Sacellum.*

45 *Capellania.*

46

47 *Deservientes Capellaniis an*

praeisbratione illarum ad horas Canonicas teneantur. reditus & fructus cedant in Patrimonium deservientis. Hujusmodi Capellanias visitare quidem poterit Episcopus, cum sit opus pium. Ut contra Paris. *cons.*34. *lib.* 4. sentit Garz. *d. loc. n.* 104. 105. non tamen conferre; secus foret,

48 *Saeculares Capellanias Episcopus visitare, non conferre potest.* si illae Capellaniae authoritate Episcopi fundarentur: tunc enim non nisi Clerico, & Episcopi authoritate essent conferendae. *glo. in d. Clem.* 2. *de Decim.* à Dd. Imol. Abb. approbata. Vid. Azor. *d. c.* 8. *q.* 3.

Deinde ut constet quando jus percipiendi reditus propter officium erigatur in titulum, sciendũ est, *jus illud percipiendi reditus ad officiũ*, Deo, Sanctisq;

49 *Beneficium Ecclesiasticum quomodo erigatur in titulũ* praestandum, posse se habere *dupliciter: primò* ut antecedens, quando videlicet quis sufficiens habet patrimonium, ad quod aliquis ordinari, vel ordines sacros suscipere, eorumque titulos consequi possit. *Secundò*, ut consequens, quando Clerico nancifcenti officium vel Ministerium divinum & Ecclesiasticum, datur beneficium. *c. officiũ. fin. de rescript. in* 6. ita ut officium divinum, quod est omnino spirituale, sit fundamẽtum & causa beneficii. Garz. *de benef. part.* 1. *c* 2. *num.* 2.

50 Priore casu, quo jus percipiendi fructus ex patrimonio antecedens ipsum officium erigitur & deputatur ab Episcopo in titulum Ordinationis certae duntaxat & individuae personae, non accensetur illud beneficiis ac bonis simpliciter Ecclesiasticis, sed bonis duntaxat Ecclesiasticorum, & secundum quid

51 Ecclesiasticis. Marchin. *de Ordinib. tract.* 2. *part.* 6. *de subdiaconatu. cap.* 7. *difficul.* 12. Ratio *Prioris* est, quia Clerici Ecclesiastici patrimonium est solum quaedam hypotheca pro alimentis Clerici, estque transmissibile ad haeredes laicos

52 Marchin. *d. loc.* Bona verò Ecclesiastica non possunt ad haeredes laicos transmitti *c.* 2. *de praeb.* Ratio *posterioris* est, quia jus illud, ad quod aliquis est ordinatus, non potest absque Episcopi licentia alii donatione inter vivos donari; nec etiam alienari saltem ex jure novissimo *Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 2. *de Reform.* quicquid sit de jure antiquo. Redoan. *de reb. Eccles. non al. q.* 51. *cap.* 13. *n.* 6. ne in opprobrium Cleri cogatur mendicare. Concil. Trid. *d. loc.* Christin. *decis.*

53 203. *n.* 4. March. *d. loc.* estq; jus illud exemptũ ab onere vectigalium, & collectarionum, ac gaudet patrimonium ejusmodi, ad quod Clericus est, sacris ordinibus initiatus, privilegio bonorum Ecclesiasticorum, quamdiu Clericus ille vivit, *ex cõmuniore* Theologor. Molin. *de just. tract.* 2. *disp.* 670. *n.* 2. Less. *lib.* 2. *de just. c.* 33. *dub.* 3. *n.* 19. Azor. *part.* 2. *lib.* 5. *c.* 19. *q.* 1. Salon. *de just. q.* 78. *art.* 5. *contra.* 2. *n.* 2. Malder. 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 9. Dian. *tom.* 1. *tract.* 3. *de Parlamento Resol.* 22. *in fin.* Et Ictorum Menoch. *de recuper. poss. remed.* 15. *n.* 21. Barbos. *de offic. Episcopi. alleg.* 19. *n.* 91. opinione, *contra* Abb. Imol.

55 Felin. *in c. Ecclesia. S. Mariae. n.* 10. *de Constit.* Covarr. 1. *variar. resol.* 4. *n.* 4. Piasec. *in prax. Episcopal. tit. de immun. Eccles. n.* 58. Vid. Marchin. *supra cit. loc.* Pro exemptione & immunitate eorundem bonorum facit *tex. in c. quanquam. de censib. in* 6. *Bulla Coenae Can.* 18. ubi bona Clericorum patrimonialia dicuntur exempta ab onere vectigalium, qui textus licet à Toleto, Azorio aliisque

supra

supracit. Dd. apud Barbos.*lib. de jure Univers. Eccles. tit.* 39. §. 5. *n.* 29. indiscri-
minatim de omnibus bonis patrimonialibus Clericorum accipiatur; atta-
men quin verè accipiendus sit de bonis patrimonialibus Clericorum in Titu- 56
lum Ordinis erectis, seu assignatis, nemini dubium esse poterit; qui attende-
rit, quod Pontifex istic bona Ecclesiarum, Monasteriorum & Beneficiorum
distinguat à bonis eorum, videlicet Clericorum, *quæ sola sunt bona patrimonia-
lia*, saltem illa, quæ sunt erecta in Titulum sacri Ordinis; aliàs verbum, *eorum* 57
nihil istic significaret, futurumque esset otiosum, seu nihil operaretur. Cum
tamē verba legis non otiosa esse, sed aliquid operari debeant. *l.* 1. §. *non frustra
de jurejur. l.* 1. *quod met. caus.*

Accedit, quod si collectæ imponantur personæ pro rebus, tunc hoc casu 58
ipsa persona sit Ecclesiastica, adeoque exempta; sin verò imponantur *rebus
primariò*, tunc patrimonium in Titulum Ordinis sacri erectum vel assignatum
ab Ecclesia, ejusvè capite subalterno, Episcopo, sit destinatum in alimenta
certi & individui Ministri Christi; Consequenter sit Deo quodammodo di- 59
catum & sacratum, adeoque sit pro tali statu & tempore Ministri viventis
exemptum ab omni Principis jurisdictione. Marchin. *supra d. loc.*

Posteriori casu, quo jus percipiendi fructus ex bonis consequens ipsum of- 60
ficium Spirituale erigitur vel assignatur in *Titulum* ipsius officii vel Ministerii
Divini & Ecclesiæ, tunc solet jus illud percipiendi reditus ex bonis, seu bona
ipsa absolutè à Pontifice vel Episcopo dedicari Deo sub titulo, patrocinio &
invocatione unius vel plurium è Sanctis in cœlo, cujus vel quorum nomina *Tituli benefi-*
etiam illi induntur & attribuuntur, per not. Francisc. Marc. *decis.* 4. *al.* 527. *ciorum an &*
n. 2. *part.* 1. ex glo. *in c. quamvis.* §. *quanquam. de præb. in* 6. *verb. extendit.* & *quomodo in*
Concil. Braccarens. *in c. si quis. de consecrat. dist.* 1. *& ibi* Turrecrem: quæ no- *impetratione*
mina seu qui tituli Sanctorum inditi, ubi beneficium vel officium tanquam *exprimendi*. 61
vacans impetrabitur, exprimendi sunt, aliàs nisi aliunde de beneficii corpore
constaret, impetratio nullius erit momenti. Ioan. Baptist. Ferret. *cons.* 260.
vol. 2. quia demonstratio falsa rei, quæ non reperitur inesse, vitiat. *l.* 1. §. *sed &
si dotem. ff. de dot. prælegat.* Bart. *in l. demonstratio falsa. col.* 3. *q.* 3. *ff. de condit. &
demonstrat.* Illud autem obtinet in Ecclesiis inferioribus, ut Tituli illius San- 62
cti de jure & stylo sit facienda mentio. glo, *antepen. ibi* Ioan. Andr. *n.* 3. Ge-
min. Philipp. *n.* 7. *vers. quanquam in c. quamvis* 1. *d.* §. *quanquam. de præb. in*
6. Ferret. *d. cons.* 260. *n.* 6. *vol.* 2. Secus verò in Ecclesiis Cathredalibus, in qui-
bus non solet exprimi nomen sancti, sub cujus titulo eæ sunt erectæ. Ferret.
d. loc. & cons. 362. *vol.* 2. Francisc. Marc. *d. decis.* 4. *&* 527. *n.* 2. *part.* 1.

Hic notandum est, quod hujusmodi bona ac jus ex iis percipiendi reditus 63
propter officium spirituale Deo præstandum, Sanctoq; exhibendum, quando
publicâ Pontificis aut Episcopi auctoritate ab Ecclesia acceptantur, & Deo,
Sanctisque dedicantur, sint, ac censeantur esse juris divini, seu debita Deo,
atq; illius dominio & potestati immediatè ex peculiari titulo dedicationis &

 appropria-

appropriationis; ſancti verò protectioni, (uti ipſe F. Romanus *alleg.* 444. *n.*3.*pag.* 395. fatetur) ſubjecta; *per not.* Marchin. *ſupra cit. loc. & not.* Alex. ab Alex. *in lib. 6. Genial. dier. c.* 14. ita ut in nullius populi, Principis aut privati ſæcularis dominio ac poteſtate remaneant, ſed ipſo jure ab illis ſint ex diſpoſitione atq; comprobatione legum, interveniente auctoritate Pontificis, vel Epiſcopi nomine Dei ab aliis dedicatũ acceptantis eximantur, *§. Sacra. §. Religioſa. & ibi.* Hotom. *Inſt. de rer. divis. l. 6. §. 2. ff. eod.* Bonaque Eccleſiæ ſic donata & acquiſita, tanquam manum mutantia ad alterius generis juriſdictionem, Eccleſiaſticam ſcilicet tranſeant. Bald. *in c. Clerici n. 2. de judic.* Wames. *conſ.*
64 2. *ſub n.* 3. *de Conſtitut. tom.* 1. nec amplius donans, ſivè Imperator, ſive Rex ſit, poſſit de iis diſponere. Cũ Eccleſiæ de rebus nulla ſit tributa laico facultas diſponendi. Archid. *in c. hoc conſultiſſimo. de reb. Eccleſ. non al. in 6.* ſed ſolus
65 Papa ſibi eam poteſtatem *reſervarit, Extrav. Ambitioſæ. de reb. Eccleſ. non al.* Ita Rot. Rom. *deciſ.* 40. *n.* 11. 12. *part.* 1. *in Recentior.* Secus autem foret, ſi quis privatus privata auctoritate aliquid Deo dedicaret, hoc enim cum per dedicantem, ejusvè hæredem poſſit ad libitum deſtrui, nec Deo dedicatum, Sacrum aut Religioſum reputabitur. *d. §. ſacra & ibi Dd. not.* Alex. *d. c.* 14. Fa-
66 ciunt, quæ ſupra de Capellis & Capellaniis notavi. Hoc tamen de privatim dedicatis intelligendum eſt, quorum dominium & poſſeſſio per donationem aut ultimam voluntatem non transferretur in Eccleſiam aliquam particularem acceptantem; alias enim ipſe donans, aut teſtatoris hæres non poſſet retractare, neque etiam illam voluntatem deſtruere. Cum per donationem dominium à ſe donator abdicaſſet. §. *Alia. Inſt. de donat. & ibi Dd.*

67 Hinc patet. 1. quomodo bona Deo, Sanctisq; auctoritate Põtificis vel Epiſcopi dedicata, ſint ac dicantur juris Divini, nim: quod jus iſtic accipiatur tum pro debito, tum pro poteſtate ſupremi Domini, cui peculiari titulo ejusque in terris Vicario, ſubjiciuntur, *per ſupra deducta*, ita quidem ut ſi Imperator terram, civitatem, pagum liberè donaret, & non per modum feudi concederet alicui Eccleſiæ, monaſterio vel Collegio Eccleſiaſtico, tunc cenſeretur à ſe abdicaſſe omnem ſuperioritatem, adeo ut nullum penitus alti dominii jus illi amplius in re donata competeret, ſed iſtud in Eccleſiam, ejuſque caput Chriſtum, Chriſtique Vicarium Summum Pontificem tranſtuliſſe videretur. Innoc. & glo. *verb. ſuſcipiunt, in c. ſoluta. x. de major. & ibi.* Abb. *in 6. not.* Idem *in c. veniens. col.* 1. *not.* 2. *de accuſat. per c. noverint.* 10. *q.* 1. *& in c.* 1. *in fin. de delict.*
68 *puer.* Felin. *in c. ſoluta. col.* 3. *n.* 4. Quam opinionem *veriorem* tradunt Anchar. *in c. Romana. col.* 3. *in* 14. *not. & ibi clarè* Peruſin. & Gemin. *in §. debet. de appellat. in 6.* Et *communem* Iacob. Mandell. *conſ.* 62. *n.* 14. *& conſ.* 64. *n.* 82. Fulv. Pacian. *lib.* 2. *de probat. c.* 43. *n.* 26. Specul. *de appellat. §. nunc tractemus. n.* 4. Franc. *in d. c. Romana. §. debet. de appellat. in 6.* Barbos. *lib.* 1. *juris Univ. Eccleſiaſt. tit* 39 §. 5. *n.* 53. contra Ioan. Andr. *ad ſpecul. tit. de juriſd. om. jud. in*
69 glo, *vidiſti*, Paul. Caſtr. *conſ.* 125. *col.* 2. *lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 123. *lib.* 1. Rip. *lib.* 2. *Reſponſ. c.* 7. *n.* 9.

c. 7. n. 9. quorum sententiam servari apud Hispanos & Gallos refert Didac. Covarr. *pract. q q. c. 4.* & apud Germanos Andr. Gail. 1. *obs. 30.* eorumque opinionem Peregrin. *de jure fisci. tit. 3. n. 75. lib. 1.* dicit probari *in Pace Constantia. ver. in causis, & alibi.* At *prior* opinio recepta & confirmata est S. Rotæ 70
Romanæ præjudiciis, ejusque fundamenta jam supra vidimus. *Posterior* verò opinio non de bonis in Titulum Ecclesiasticum & Spiritualem authoritate Ecclesiæ erectis vel deputatis agit vel loquitur; sed tantum de bonis privatâ authoritate Ecclesiæ alicui donatis, quæ non nemini dicuntur bona Ecclesiasticorum, non verò Ecclesiastica. Caramuel. *in tract. An pax sit licita. disp. 1. concl. 4.*

§. II.

De varia Titulorum divisione.

NOt. 1. Titulus beneficii si non consideretur, quoad esse suum *spirituale*, sed quoad temporale ipsius, seu quoad ipsum jus percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis; tunc quia illud titulo spirituali annectitur, etiam spirituale dicitur. 71

Not. 2. quod titulus propriè, ut ex superioribus patet, atque ego hic *in Astri Eclipsi* notaveram, accipitur pro inscriptione vel aliquo signo externo rebus 72
imposito *c. consuetudo. 19. q. 6. & l. 2. C. Vt nemo privat⁹ titulos alienis prædiis imponat*; quod unum ab alio distinguit, estque appellatio & denominatio quædam extrinseca, vel à certis sedibus, Ecclesiis, Collegiis totalibus (*ut 1. feudor. tit. 6. c. neminem. 2. 70. dist.*) vel à singulis ipsorum officiis, dignitatibus, gradibus, beneficiis (*ut Novell. de Mandat. Princip. 17. §. Titulos. d. c. neminem 2. dist. 70.*) desumpta. Ubi præterea nota, quod *d. l. 2. Novell. & c. 2.* 73 *Commenta*
errore Typographi malè (prout in mendis Typographicis notatum est) im- *Hayana*
pressa sint, propter quæ à F. Romano *alleg. 8. 9. 10. 11.* perstringor, dicorque *Discutiuntur.*
ipsum *§. Titulos.* malè citare, quippe qui de titulis privatorum tantùm agat. 74.

At vehementer F. Romanus aberrat; quia istic non tantum de titulis priva- 75
tis, sed & publicis agitur. Nam si F. Romanus totum textum perlegisset, suum ipse errorem deprehendisset. Siquidem ibi dicitur; *Si enim causam soli Imperio & fisco datam tentaverit aliquis arripere in suis, agnoscat experimentum, & suis rebus. Titulis impositis publicis fiat aliis exemplum abstinentiæ.* Causa autem Imperii & fisci est, Titulos alienis prædiis imponere, ut Cujac. & alii *ibid.* notant Dd. *in tit. Vt nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat.*

Deinde *in Astri Eclipsi hoc. n. 2.* notabam, tum quod *Titulus* appelletur, ut 76
notat glo. *in c. dudum. el. 2. seu 54. verb. intitulatum de Elect. per c. si quis objecerit. 1. 13. c. relatum. de preb.* ex quo quis intitulatur, seu nominatur v. c. Prælatus, Canonicus, Vicarius; tum quod aliquid dicatur erigi in titulū beneficii, id est,

id est, constitui beneficium, *arg. not.* Butr. *in c. dilecta. n. 1. de Excess. prælat.*
Sicuti & Titulus patrimonii denotet ipsum patrimonium, ad quod quis or-
77 dinatur Hotom. *d. lib. 1. feud. tit. 6. verb. Tituli.* Sed de his supra pluribus. Ex
quibus etiam colligi poterit, quod aliud sit, aliquid erigere in titulum; &
aliud, quod erectum & constitutum est, conferre in titulum, de hoc tradit
Garzias, *part. 4. c. 4. n. 1.* beneficium tunc intelligi concedi in titulum, cum
illud ordinario & legitimo modo, quo beneficia conferri solent, conceditur,
& assignatur alicui, ut sit suum; itaque ipse existimat titulum istic pro quolibet
legitimo modo beneficia obtinendi accipi; quę videtur acceptio satis esse ab-
78 surda. Nam absurdum videtur, dicere, beneficium conferri in titulum, idem
esse, quod conferri alicui in modum ordinarium & legitimum obtinendi be-
79 neficia. Ad quod evitandum absurdum, dicendum est, quod quando be-
neficium alicui datur in titulum, idem sit, quod beneficium alicui detur in
vel propter officium & Ministerium divinum authoritate Ecclesiæ ordina-
tum & constitutum, &c.

80 Deinde ex supra deductis patet, quàm variè Titulus ratione bonorum Deo
dicatorum, Summique Pontificis vel aliorum Episcoporum authoritate
acceptatorum, in propria significatione, ac quàm sæpè tralatitie & Metony-
micè in jure accipiatur. Siquidem accipitur.

81 1. Pro *titulo seu causa efficiente* quasi partiali concurrente ad constituendum
beneficium, videlicet pro titulo donationis bonorum Deo, ejusque Eccle-
siæ factæ, atq; ab hac acceptatæ, à quà in usum Ecclesiasticum perpetuum de-
putatur. Ita *Titulus* accipitur *pro causa* acquirendi dominii, quemadmodum
sæpius in jure accipi solet. glo. *in d. c. dudum. il. 2. seu 54. verb. intitulatum. de
Elect.*

82 2. Pro titulo supremi dominii divini, quod supposito titulo peculiari do-
nationis accedente acceptatione & deputatione Ecclesiæ ad usũ divini mini-
sterii perpetuũ, Deo in bona illa ex virtute Religionis per factam subjectionẽ
tribuitur. *per not.* Marchin. *de Sacram. Ord. tract. 2. part. 6. de Subdiaconatu.
cap. 7. difficultat. 12. sub fin.* Cum alias *Domini sit terra & plenitudo ejus, orbis
terrarum, & universi, qui habitant in eo, Ps. 23.*

Titulus accipitur pro supremo dominio divino.

83 3. Pro *titulo* protectionis & advocatiæ Sancti alicujus vel Sanctorum, sub
cujus vel quorum invocatione, auctoritate Ecclesiæ erigitur beneficium vel
officium aliquod Ecclesiasticum Clericis tribuendum. *per supra not.* & Ferret.
cons. 260. vol. 2. Tholosan. *in Instit. rei benefic. c. 8.*

Protectione & advocatia Sanctorum.

84 4. Pro *titulo dominii alti*, quod Ecclesiæ ejusvè Capiti donationem acce-
ptanti tribuitur ac competit in ejusmodi bona Deo dicata, atque Ecclesiasti-
cis usibus pro Clericis destinata seu deputata, quemadmodum Titulus in civi-
libus aut fiscalibus causis altum denotat dominium teste S. Aug. *in Psalm. 121.
per tit. C. de his, qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt*, Et, *Vt nemo pri-
vatus*

Dominio alto.

vatus titulos prædiis suis vel alieni imponat. & *ibi not.* Athalaricus *apud Cassiodor.* Mager. *de jure advocatiæ. c.* 1. *n.* 11, 12.

Quod verò ejusmodi altū dominiū Ecclesiæ, ejusvè Capiti in bona Deo dicata & ab Ecclesia nomine Dei acceptata tribuatur, *Ratio est:* tum quia Deo dicata ipso jure eximūtur à potestate sæculari. *per* §. *sacræ. Inst. de rer. divis.* & *acq. rer. dom.* & subjiciuntur summæ potestati Dei, cujus in Ecclesiasticis vices gerit hic in terris Summus Pontifex, aliique Episcopi. *per not.* Rot. Rom. *d. decis.* 11. *n.* 3. *de jure patron. in antiq.* Vide supra deducta. 85 *Altum dominium in bona Ecclesiastica Pontifici ut Capiti cōpetit.*

Tum quia Imperatores jubent sacros Canones ac in iis privilegia Ecclesiasticis attributa observari: *l. omni innovatione.* 6. *l. privilegia.* 12. *C. de SS. Eccles.* 86
In sacris autem Canonibus bona Deo dicata & ab Ecclesia acceptata sunt exempta à potestate sæcularium, & subjiciuntur Summi Pontificis potestati, seu alto dominio, *c. conquestus. de for. compet.* glo. *alegans. in c. relatum.* 21. *verb. coram sæculari. per illum text. de jure patron.* 87

5. Pro titulo dominii, seu pro dominio. Cum titulus accipiatur pro causa possessionis *in l. cogi C. de petit. hæred.* Carrat. *in Theol. morali Canonica, quæst.* 3. *art.* 1. *punct.* 2. *n.* 1. 2. Et dominium vel quasi, in actione reali sit proxima causa possessionis, ut not. Dd. *in* §. *omnium. Inst. de act.* illudque sit vel directum vel utile. Hinc nomine *tituli* accepti pro causa proxima possessionis accipietur 1. pro titulo dominii directi, quod Pontifici in d. bonis concedit Zasius *in l. si quis vi.* 17. §. *differentia. n.* 15. *ff. de acquir. poss.* quodque in proposito casu piæ donationis &c. Ecclesia, ejusve caput Sūmus Pōtifex in bona donata & acceptata acquirit. *c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. Fac. *c. ad Apostolicam. de sent.* & *re jud.* Pan. *in c. constitutus. n.* 13. *de rel. dom.* Quæ acceptio est recepta à S. Rot. Rom. *in decisione Trevirensis Vnionis.* 29. *Maii.* 1641. *coram Eminentissimo D. Verospio.* Et *fac. not.* ab Hotom. *in disp. feud. c.* 9. Archidiacon. *in c. fin.* 16. *q.* 7. apud Zech. *de Rep. Eccles. tit. de Statu Summi Pontificis sub n.* 24. quia cum ejusmodi bonorum donatorum directum offeratur Deo Dominium, & sic Summo Pontifici tanquam Dei vices gerenti; ideo censetur bonorum illorum dominium directum ipsi Pontifici à principio donatum fuisse. *per not.* Rot. Rom. *in d. decis. Trevir. Vnion.* 29. *Maii.* 1641. tum quia una persona aliam repræsentans censetur eadem cum alia, esse persona, atque eadem privilegia habere. glo. *quam reus. in l. minor. ff. de procurat.* tum quia Pontificis est de bonis Ecclesiasticis disponere. Anton. *apud* Pan. *d. loc. n.* 14. 88 89 *Pontifici in bona Ecclesiastica directum dominium competit.*

6. Accipitur etiā pro titulo dominii *utilis.* in d. bona donata; seu pro titulo ipsius beneficii Ecclesiastici, quod sub invocatione alicujus Sancti vel etiam plurium Sanctorum authoritate Pontificis vel Episcopi post bonorum Ecclesiasticorum antè communium divisionem tempore Simplicii Papæ circa Ann. Domini 470. factam juxta Sarmient. *defensionum. part.* 1. 68. *monito.* Zabarell. *consil.* 150. *n.* 12. & *cons.* 142. *n.* 1. Tusch. *lit. T. concl.* 306. *n.* 9. fuit erectum *per supra not.* Quint. Hæd. *in repet. Clem. dispendiosam, n.* 2. *de jud.* 90

91 Inde enim est, quòd null⁹ dicatur sine titulo ordinand⁹ esse. *dist.* 70. Ita in feudis Vasalli titulum utilis dominii bonorum feudalium, seu beneficium à directo domino consequi dicuntur. Hotoman. *supra d. loc.* Et sic Titulus est realis, seu pro re ipsa accipitur. Hædv. *in repet. c. de multa. n.* 145. 146. *de preb.* Quin etiam Metonymicè pro ipso loco ac domo Religiosa vel Ecclesia, in qua ejusmodi fundatum est beneficium, vel ex qua aliquis intitulatur, accipitur, *per supra not.* glo. *in c. dudum il. 2. verb. intitulatam.* Asteran. *in summ. de V.S. verb. Titulus*

92 7. Titulus Metonymicè accipitur pro ipso officio Ecclesiastico Clericis conferri solito, pro Episcopatu, Abbatia, Prioratu, Canonicatu, Vicariatu, Unde variè intitulantur Episcopi, Abbates, Priores, Canonici, Vicarii in tali Ecclesia. Archid. *in c. Clericus ab instanti.* 21. *q.* 1. *n.* 5. sic dicuntur tituli alii Clericales, alii Presbyterales apud Tholosan. *in syntagm. juris univers. lib.* 25. *c.* 9. *n.* 2. Jacob. de Belviso. *in Auth. de Ecclesiast. titul.* Can. *in c. dudum. il. 2. de elect.* & ibi Host. *§. insuper. col.* 4. Mandos. *in Regul.* 7. *Cancell. q.* 2. Atque hi tituli sunt personales. *arg. not. per d.* Innoc. *in c. dilecta. de excess. Prelat. n.* 4. 5. & Hædv. *supra d. loc.* Asteran. *in summ. de V.S. verb. Titulus.*

93 8. Per Titulum beneficii intelligitur etiam *causa*, qua ipsum beneficium vel officium Ecclesiasticum jam constitutum Clerico Canonicè & legitimè acquiritur. *c. ordinarii. de off. ordin. in* 6. Garz. *de benef. part.* 4 *c.* 4. *n.* 1. 2.

94 Cujusmodi est *præsentatio, institutio, collatio, electio, confirmatio &c.* unde dicitur, quòd beneficium Ecclesiasticum sine Canonico titulo sive Canonica institutione non possit obtineri. *de R. I. in* 6. *& ibi* Dyn. Ioan. Andr. Gemin. *not.* Vel etiam *largè* accipitur pro quolibet modo, à jure tamen approbato, obtinendi aliquod beneficium, vel etiam bona Ecclesiasticorum. Garz. *d. part.* 4. *c.* 4. *n.* 2. gloss. *pragm. sanct. de pacif. possessor. in verb. titulum. in §. ordinarii.* atq; ita datio in commendam, est titulus Canonicus. Dd. *communiter in c. nemo de elect. cit. à. d.* gloss. pragm.

95 *Titulorum divisiones insufficientes.* Hinc consequitur 1. Carrar. *in Theol. moral. Canon. quæst.* 3. *art.* 1. *puncto.* 2. minus sufficienter explicuisse *tituli* significationem, quando tradit, per illum significari vel *causam possessionis*, qualis est pro donato, pro empto &c. vel *signum possessionis.* 16. *q.* 6. *c. consuetudo.* qualia sunt pali, sive hastæ vel vexilla, vel quodvis aliud signum pro declaranda possessione sive dominio cujusque rei. *tot. tit. C. ut nemo privatus titulos.* tum quod titulus dicat quemlibet *ordinem, quamlibet dignitatem*, sive *prælationem*, Unde quis dicātur intitulari in aliqua Ecclesiâ, id est, ordinari vel præfici in illa *dist.* 70. *c. sanctorum.* neque regulariter possit habere duas Ecclesias, vel quoad titulum Clericatus, vel quoad titulum Canonicatus, vel Ordinationis, vel Prælationis aut dignitatis, ut: *in eadem dist.* 70. *c. sanctorum.* & gloss. *in d. c. dudum. il.* 2. *de elect.* videre est.

96 Consequitur 2. eundem Carrariam *ibidem* non sufficienter divisisse *Titulos* in *Exe-*

in *Exequialem sive Memorialem*, *Praeconialem*, & demum *Triumphalem*, ex quo *Exequialis seu Memorialis* sit, qui inscribitur super tumulos in memoriam Defuncti, illiusque præclaram recordationem, de quo *Genes.* 35. *Hic est titulus monumenti Rachel*, quo titulo declarabatur, ibi sepultum fuisse cadaver Rachelis, ejusque vita recolebatur. *Exequialis, Praeconialis, Triumphalis.*

Praeconialis fit, qui & laudis dicitur, inscribiturque in clypeis Victorum ad laudem ipsorum, vel in portis Civitatum, ad laudem eorum, qui illas ædificârunt.

Denique *Triumphalis* sit, qui continet causam & ordinem triumphi. De hujusmodi arcubus triumphalibus habeatur illud 1. *Regum* 15. ubi Saul dicitur, *quod erexit sibi fornicem triumphalem*, id est, fecit quendam arcum in signum triumphi. *Fornix* enim testudinem vel arcum significat, scilicet parietem elevatum in modum arcus &c. 97

Quam divisionem & distinctionem Carrarias *loc. cit.* desumpsisse se scribit ex S. Hieronymo *in Psal. Conserva me Domine* 58. qui est error Typographi, cum sit Psalmus 15. qui in ejusdem Psalmi titulo seu inscriptione ita commentatur; *tres sunt tituli, qui inscribuntur: Unus super tumulos mortuorum: alius in liminibus Civitatis vel domorum: Tertius in Victoriâ Regis.* 98

Verum istic S. Hieronymus de titulo duntaxat agit in ordine ad istum Psalmum, qui agebat de Christi passione, ejusque post Pascha Victoria, ut ibidem ipse S. Hieronymus explicat. 99 *S. Hieronymi authoritas explicatur.*

Adhæc notandum, quod idem Carrarias *cit. loc.* videatur *signum* & *titulum* pro eodem accipere; Cum tamen in jure aliqua inter utrumque detur differentia, quod *signum* rebus mobilibus *juxta tit. C. ut nemini liceat sine Iudicis authoritate signa rebus imponere alienis*; titulus verò rebus immobilibus *juxta tit. C. de his, qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt. & tit. seq. C. ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat &c.* solitum sit imponi. *Novell.* 164. *c.* 1. *& ibi* Matthias Stephan. Hæping. *de jure insigni. c.* 22. §. 1. *n.* 24. 100 *Signum & titulus in jure differunt.*

Consequitur 3. Asteranum *supra cit. loc.* Tituli significationes breviter & nervosè fere accepisse, quando ita loquitur: *Titulus quandoque dicitur signum, quandoque causa dominii acquirendi, quandoque ipsa Ecclesia, ut Titulus S. Petri, quandoque Clericatus vel Canonicatus in aliqua Ecclesia, Unde dicitur quis intitulari, id est, Clericari vel Canonicari, quandoque quilibet Ordo Ecclesiasticus, dignitas vel Prælatio, unde dicitur quis intitulari in aliqua Ecclesia, id est, ordinari vel præfici*; hæc bene *x. de elect. dudum. Titulus possidendi est initium possessionis, ut emptio, donatio, permutatio; per hæc enim incipimus possidere.* Hactenus Asteranus. 101 *Asteranus breviter tradit divisiones tituli.*

Fusius Titulorum materiam persequitur Hœping. *in tract. suo de jure insigni. c.* 22. §. 1. *&* 2. sed non usque adeo in omnibus assequitur tituli perfectam significationem. Hoc tamen ex illo Observandum quod *ibidem.* §. 1. *n.* 24. tradit, *Titulos in specie sic dictos*, esse tabulas vel potentiorum, *tot. tit. C. de his*, 102 *Fusius Hœping. non tamen assequitur.*

 qui poten- 103

qui potentior. nomine titulos; *vel regias tabulas*, quarum appositione prædia suis Imperatores consecrant *substantiis. tit. C. ut nemo privatus titulos &c.*

§. III.

Quomodo hic titulus accipiatur.

104 Notandum præterea hic est quod in *præsenti c. 2. Resolutione* non agatur de titulo, prout *est causa* acquirendi beneficii, vel bona Ecclesiastica, vel bona Ecclesiasticorum, nec prout importat *dominium altum directum*, *vel utile* bonorum Ecclesiasticorum, sed prout denotat *Officium Ecclesiasticum*, quemadmodum in *Astri Eclipsi. d. c. 2. n. 3.* fuit monitum. Reliquæ acceptiones Tituli ad alias quæstiones & capita spectant, uti suo loco monebitur.

His positis nunc quæritur 1. *An in Monasteriis Ordinis S. Benedicti dentur Tituli, & quinam.*

105 F. Romanus asserit, *istic dari titulos tam fixos, nim. Abbatia, Prioratus Conventualis & Claustralis, Decanatus, Cellerariatus & similium administrationum seu officialium qui numerum faciunt, quam non fixos, Canonias simplices Monachales, titulos concreatos seu non numeratos.* Vid. allegat. 406. 407. quos vult esse beneficium. ex glo. *in Clem dispendiosam. verb. de beneficiis. de judic. allegat.* 319. 320. contra Azor. *part. 2. lib. 3. c. 26. q. 7.* Idemque videtur inculcare *in propylæo aulæ. sub n. 7. & Volvolo sub n. 70. & ligata libertate. n. 81.*

Hayana Commita de Titulis

106

107 De istis titulis *in Asbesto, ad n. 59. in assert. Respons. ad octavum.* tradit inter alia, *quod hujusmodi beneficia sint Regularia, & quidem aptitudine perpetua, deciique ut de perpetuis judicetur.* Rot. *decis.* 18. *n.* 7. *apud* Joan. Baptist. Coccin. *Unde consequens est, quod in beneficiis ejusmodi etiam manualibus, detur vacatio per obitum.* Rot. *ibid. decis.* 296. *n.* 6.

108 Idem videtur ipse *confirmare* ex eo, quod *hic detur præbenda, quæ nascatur ex Canonia, sicut filia ex Matre* F. Roman. *in Astro. q. 1. sub n. 33. pag. 44. col. 2. vers. præbenda.* adeoque, ubi datur præbenda, debeat supponi etiam Canonia.

109 Atqui *Monachis datur præbenda, non quidem ea, quæ ab* Innoc. *in c. dilecta* 19. *n. 6. de præb.* dicitur, *esse jus percipiendi proventum distinctum Ecclesiæ, sed ea, quæ ab eodem perhibetur esse jus percipiendi quamlibet rem, quæ præbetur ad sustentationem vitæ.*

110 *Primam* asserit Innoc. *d. loc.* non habere locum *in Religiosis, quia dicit aliquod proprium*;

111 *Secundam non negat oriri ex Canonia Regulari; Cum notorium sit, quod aliunde non oriatur, atque hinc receptus in Professum Regularem, mox acquirat jus ad alimoniam, ad victum & amictum, à Monasterio vel Ordine percipiendum. Definitio itaq; præbendæ in genere sumpta ex* Host. *quod sit jus percipiendi proventus in Ecclesia competens percipienti tanquam uni ex* Collegio, *æque convenit huic secundæ speciei ac primæ. Et sic patere dicit in hoc falsas esse* Innocentii *allegationes.* Vid. *allegat.* 13. 14. 15. 16. 17. 18.

Verum

Verum, ut constet, quinam hic tituli intelligantur, quamque multipliciter circa eosdem F. Romanus exerret, nunc ostendendum est. *Diluuntur.*

112 Inprimis de Monachatu, Abbatia, Prioratu, Præpositura &c. hic quæstio est, *Vtrum sint Tituli spirituales Ecclesiastici, & beneficia*; Deinde *utrum asserti Tituli morte omnium Originariorum vel incolarum Religiosorum in Monasterio Conventu destitutis, habitu maneant, vel sint extincti.*

Dub. I.

Vtrum Monachatus sit Titulus spiritualis Ecclesiasticus, & quidem beneficialis.

113 F. Romanum asserentem audivimus. Cum ipso videntur idem affirmare *Vallens. in tract. de benef. tit. 2. n. 6. 7.* ex Rebuff. *in prax. benef. Tit. Regularia beneficia qua, n. 26.* Barbos. *lib. 2. de jure Univ. Eccles. cap. 4. n. 69.* *F. Romanus affirmat.*

114 Sed omnino *negandum* est, cum Azorio *tom. 2. Instit. mor. part. 2. c. 26. q. 7.* ex traditis Pan. *in Clem. dispendiosam, n. 2. 3. de jud.* quia beneficium Ecclesiasticum nonnisi Clerico, minimè verò Laico confertur. Barbos. *d. lib. 2. c. 4. n. 26. ex c. cum adeo. de rescript. c. ex literis de translat. c. 2 de Instit,* & ita fuit consideratum à S. Rot. Rom. *in Monopolitana Hebdomade* 1. *Iul.* 1613. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.* Vid. Dd. *apud* Barbos. *d. loc. c. 1.* Atqui Monachatus confertur etiam fratri laico, *ut notorium est,* Igitur &c. *Sed negandum est.* 115 *Ratio. 1.*

116 *Deinde* idem probatur ex eo, quod tunc forma beneficii Ecclesiastici introducatur, quando fundus *v. c.* vel aliud relictum aut donatum à Fundatore per Episcopum vel superiorem Ecclesiasticum sufficienti potestate munitum sub invocatione alicujus Sancti erigitur in titulum spiritualem officii divini propter quod aliquis jus percipiendi exinde reditus, eosque vel per modum præbendæ distinctæ, vel per modum portionum privilegiatarum consequatur *per not.* Rot. Rom. *decis. 11. al. 545. de jure patron. sub n. 3. in antiq.* Anton. Butr. *in c. cum M. Ferrariensis. de Constit.* Cujusmodi jus titulo spirituali officii divini auctoritate Eccesiasticorum Superiorum annexum ad percipiẽdos reditus, dicitur *beneficium,* ut notant omnes *in tit de preb.* Atqui licet certum sit, quod fundus vel aliud relictum pro Collegio Religioso bonorum capace, authoritate Episcopi vel alius superioris Ecclesiastici in titulum spiritualem officii divini, vel Ministerii spiritualis aut corporalis erigatur, non tamen inde quis jus percipiendi reditus per modum præbendę distinctæ aut portionis privilegiatæ consequatur; Cum Religiosus proprii ejusmodi non sit capax. Unde consequens est, quod in tali casu fundus vel aliud aliquod relictum auctoritate Episcopi vel superioris Ecclesiastici erectum in titulum officii divini vel ministerii spiritualis aut corporalis, non sit *beneficium Ecclesiasticum.* 117 *Beneficiũ Ecclesiasticũ quid* 118

 Confirmatur

119 *Confirmat.* *Confirmatur* ex Petr. Gregorio Tholosan. *in syntagm. juris Canon. lib. 1. tit.* 27. ubi *beneficium Ecclesiasticum* ita definitur, quod *sit distincta, & spirituali muneri conjuncta jurium* seu proventuum, *Ecclesiasticorum portio, certis ædibus sacris, ad hoc adsignata, ut Clerico alicui in perpetuum legitimè conferatur utenda.*

120 *Beneficium latius acceptū quid.* Dicitur *beneficium Ecclesiasticum*, quia aliàs *beneficium* latius acceptum pertinet etiam ad profana, quæ liberali largitione aliquibus conferuntur, *ut l. fin ff. de Constit. princ.* atque ita generatim *beneficium* ex Seneca definitur *in §. 1. in quib. caus. feud. amitt. in usib. feudorum*, ut sit benevola concessio tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo in id, quod facit prona volun-
121 tate, & sponte parata. Dicitur *distincta*: Nisi enim distinctio fiat in præbendis & aliis beneficiis, hæc nomen beneficii Ecclesiastici non obtinent. *c. ex par-*
122 *te Agastensis. de concess. preb.* Dicitur, *spirituali muneri conjuncta jurium seu proventuum Ecclesiasticorum portio.* Duo enim sunt, ex quibus constat beneficium, *nempe* officium divinum & proventus, ut homo anima & corpore *c. si quis objecerit. 1. q. 3.* & propter officium dicitur beneficium *c. fin. de Rescript. in 6.* Di-
123 citur *certis ædibus sacris assignata*, ex c. *Ecclesias 13. q. 1. c. nemo de consecrat. dist. 1.* quare beneficium requirit assiduitatem seu residentiam, atq; ut in ea Ecclesia, in qua intitulatus est, inserviat officio divino, *c. quia nonnulli. c. ex parte c. con-*
124 *Perpetuò.* *querente. de Cler. non resid. c. sanctorum. 70. dist.* Dicitur, *perpetuò*, id est, quamdiu vixerit is, cui confertur beneficium, sicut & perpetuum explicatur *in l. 1. pro soc.* Dicitur *Clerico*, alicui per *jura supra adducta.* Denique additur, *conferatur legitimè, id est*, Canonicè juxta præscripta juris Canonici *de R. I. in 6. &c.* Vid. Tholosan. *d. tit. 27.*

125 Atqui *Monachatus* non est proventuum Ecclesiasticorum portio &c. uti ipsemet F. Romanus *allegat.* 18. concedit. Igitur Monachatus non est beneficium Ecclesiasticum.

126 *Confirm. 2.* Et *confirmatur* ex eo, quòd forma consistat in indivisibili, nec patiatur additionem vel detractionem, seu ei nihil addi vel detrahi possit, *per l. 1. §. opus novum. ff. de nov. oper. nunc.* Bald. *in l. quoties. col. 1. C. de suis & legit. hæred.*

Forma consistit in indivisibili. Everard. *in loc. à defectu formæ*, quin ipsa additione vel detractione forma destruitur. Cantiunc. *in loc. à forma, per l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad Exhib. l. Seja. §. item quæritur. ff. de aur. argent. leg. junct. l. si convenerit. §. si quis. ff. de pignor. act.* Unde si quid formæ beneficiariæ addatur vel detrahatur, ipsa for-
127 ma beneficiaria destruetur. Consequenter cum in Collegiis Religiosis alterū
128 requisitum formæ beneficiariæ, *nim.* jus percipiendi reditus per modum præbendæ aut portionis privilegiatæ, vel proventuum Ecclesiasticorum portio deficiat, etiam ibi forma beneficiaria deficiet, seu istic non dabitur beneficium Ecclesiasticum, adeoque nec Monachatus in Collegio ejusmodi Religioso erit beneficium.

129 Nihilominus si quis *beneficium largè* accipiat pro quocunque jure percipiendi fructus à quacunque persona Ecclesiastica, tunc poterit Monachatus *largè*

largè dici beneficium. Ita intelligendi sunt Frideric. de Senis *q.* 97. *n.* 2. Archid. & glo. *in c. quia sæpe. de Elect. in* 6. *& ibi* Ancharan. Alio sensu *claustrum Monachi* dicitur esse beneficium Host. *in c. possessione side reb. Eccles. non alien. per c. placuit.* 16. *q.* 1. 130 Dispari quoque sensu *Monachatus* perhibetur esse *beneficium*, 131 quatenus nimirum est donum Dei, quo aliquis in Religiosum statum assumitur. Alvin. *de potest. Episc. Abbat. Abbatiss. c.* 16.

Monachatus quomodo sit beneficium?

Dub. II.

Vtrum Monachatus sit Canonia simplex Monachalis?

F. Romanus quidem *affirmat esse*, sed non probat. *Contrarium* autem verum ostenditur ex eo, quia si Monachatus esset Canonia simplex, jam Monachatus non erit beneficium, nec habebit annexam præbendam, eò quòd Canonia vel Canonicatus simplex non sit beneficium, ut tradit Quint. Hædv. *in c. de multa. de præb. n.* 9. Abb. *in c. in nostra. de Rescript.* Cum pura & mera spiritualia jura, ut sunt simplices vel singulares Canoniæ vel Canonicatus sine 132

F. Romanus affirmat sed contrarium est astruendum ex proprio F. Romani principio.

præbendis non possint *beneficia* nominari; siquidem beneficium non est, 133
quod est separatum à jure percipiendi fructus ac cujus nullum fructum sentimus, vel nullum dici meretur, quod est sine corporali rerũ possessione, Hædv. *d. loc. n.* 9. 11. 12. *de præb.* 134 Simile est in feudo, quod negant constitui sine investitura & possessione corporali, *quib. mod. feud. constit. potest.* Hædv. *d. loc.* 135

136 Atqui Monachatus F. Romano est *beneficium*, habetque annexam præbendam. Igitur Monachatus non poterit dici F. Romano Canonia simplex Monachalis.

137 *Deinde* si Monachatus esset Canonia simplex, *sequeretur*, quod qui in Ordine S. Benedicti obtineret *Monachatum*, obtineret etiam Canoniam simplicem; consequenter Frater Laicus in ordine S. Benedicti professus obtento Monachatu obtineret etiam Canoniam simplicem; cùm secundùm F. Romanum Monachatus & Canonia Monachalis pro eodem accipiatur, eademque res non debeat diverso jure censeri *l. eum qui ades ff. de usucap.* Absurdum 138 autem est, quod Frater Laicus in Ordine S. Benedicti minimè Clericus obtineat Canoniam; Cum Canonia per se supponat Clericatum. *c. un.* 15. *q.* 2. *& ibi* Gratian. 139 *c. in omnibus. de consecrat. dist.* 5. *c. decimas.* 16. *q.* 1. *juncta inscript.* & ordinetur per se ad divina Ministeria peragenda, ad verbum Dei prædicandum, ad Sacramenta administranda, Barbos. *lib.* 1. *de jure Univers. Eccles. c.* 42. *n.* 98. 99. ex S. Thom. 2. 2. *q.* 189. *art.* 8. *ad* 2. & ibi Francisc. Sylv. quorum omnium notoriè non est capax Frater Laicus Monachus. Unde consequens est, quod Monachatus non sit Canonia Monachalis.

2. Idem arguitur ex absurdo

Taceo alias rationes, quas in *Astri Eclipsi. d. q.* 1. *c.* 2. attuli, ex quibus hanc 140
unam duntaxat addo, quod si Monachatus in Ordine S. Benedicti esset *Ratio* 3.
Canonia,

Canonia, inde *Monachi* ejusdem Ordinis S. Benedicti *essent* dicendi *Canonici*, idque ex natura Conjugatorum. Cum quo enim unum conjugatorum cohæret, cum eo cohæret & alterum Everard. *ab Etymol. n. 15. per l. 1. §. pactum ff. de*

141 *pact. junct. c. pactum. de V. S.* Consequens autem absurdum esse, nemo est, qui inficietur. Igitur absurdum erit & antecedens, quod est F. Romani, nim. quod Monachatus sit Canonia.

142 Interim non nego, quod *Monachatus Ecclesiæ Cathedralis & Canonicorum Regularium*, qui ex prima sua institutione Clericatum requirit, sit & appelletur *Canonia*, & ipsi *Monachi, Canonici Regulares* per not. Ludov. Gomez. *in repet. c. statutum. de Rescript. in 6. num. 37.* Pan. *in Clem. dispendiosam. n. 3. de judic.*

Aliud est in Monachatu Ecclesiæ Cathedralis vel Canonicorum Regularium.

Quod autem aliorum Monachorum Monachatus dicatur Canonia sive

143 propriè, sive impropriè sive fictè accepta, nulla F. Romanus comprobat auctoritate; ideoque ipsi sine auctoritate loquenti non est credendum. *arg. auth. consideremus. de Trient. & semiss.*

144 *Ratio* F. Romani in contrarium adducta nihil concludit; quia falsum est, quod *prabenda* aliunde non oriatur, quàm *ex Canonia*, ut patet *in Vicariis* alicujus Ecclesiæ Cathedralis vel Collegiatæ, qui non Canoniam sed *prabendam* habent simplicem, seu jus spirituale recipiendi certos proventus in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata, competens ob divinum officium, cui præbendatus inservit, ac debitum est Clericis secundi Ordinis ejus Ecclesiæ:

Rationi F. Romani Rz. prabenda unde oriatur. Prabenda simplex.

145 *Econtra* præbenda Canonialis debita est Clericis primi Ordinis illius Ecclesiæ. Tholosan. *lib. 1. syntagm. juris Can. tit. 27. cap. 3.* Hi verò Clerici primi Ordinis seu gradus dicuntur *Canonici*; secundi verò Ordinis vel gradus Clerici vocantur & sunt duntaxat *prabendati* seu *beneficiati*. Tholosan. *d. loc.*

Canonialis.

146 Neque obstat, quod *Canonia* sit jus spirituale, ratione cujus aliquis habeat stallum in choro Ecclesiæ, & vocem in Capitulo, ut colligitur *ex c. dilecto. de preb. & not.* Innoc. ac Dd. *in c. cum M. Ferrariens. de constit.* Atqui Monachatus sit etiam jus spirituale, ratione cujus Monachus habeat stallum in choro suæ Ecclesiæ & vocem in Capitulo. Igitur &c.

Rationi 2. F. Romani. Rz.

147 Nam *primò*, hæc *Major*, si ut debet, convertatur, dicaturque, *Illud jus spirituale, ratione cujus aliquis habet stallum in choro & vocem in Capitulo, est Cano-*

Respondetur.

148 *nia*; non est vera; Cum Canonia per jus illud spirituale non definiatur, nec cum Canonia convertatur: Sin verò *Major* relinquatur, prout posita fuit,

149 tunc *in secunda figura* concludetur *affirmativè*, quod foret absurdum. Verum quidem est, quod Canoniam sequatur jus stalli in choro, & vox in Capitulo, sed hoc jus tanquam differentia specifica non constituit Canoniam, nec etiam eam sequitur tanquam proprium quarto modo; præterquam quod *jus*

150 *illud* longe aliud sit, quàm quod convenit Monacho ad chorum deputato: quia per hujusmodi installationem certa & solita in sede factam acquiritur Clerico possessio dignitatis & beneficii &c. Innoc. *in c. in literis. de restit. spol. per c.*

Jus stalli in choro & vocis in Capitulo.

per c. cum olim. de consuetud. c. Statuimus. de major & obed. Hædv. in d. c. de multa sub n.45. de præb. quin & Canonicus non nisi subdiaconus vocem accipit in Capitulo. Tholosan. d. loc.

Deinde minor nec vera est; quia Monachus per installationem ejusmodi 151 non nanciscitur possessionem Monachatus, sed per professionis emissionē, atque à Superiori suo Religioso factam acceptationem, prout infra tract. 4. lib. 1. cap 7. videre est.

Adhæc non omnis Monachus ex Monachatu suo acquirit Stallum in 152 Choro & vocem in Capitulo, ut patet in fratribus Laicis; quin etiam deputati ad chorum, obtinent vocem in Capitulo, si sint professi; licet non sint subdiaconi, &c.

Non diffiteor, quin Monachi aliqua Jura similia in quibusdam cum Ca- 153 nonicis habeant; inde tamen nemo inferet, quod Monachi sint Canonici, aut vice versâ Canonici sint Monachi.

Insuper illud hic noto, quod Stallus dicatur à Græco στάλιξ, Budæo pertica 154 dicta, quâ expanduntur Retia. Unde videtur vulgo Stallus deflecti & accipi *Stallus quid?* pro loco, ubi res aliquæ sunt expositæ. Et sic à simili; cum mandatur alicui Canonico assignari Stallus in choro, intelligitur locus, in quo maneat & cō- *Potest dici* sistat inter alios Canonicos Chorum facientes; Staticulum latinè dici posset. *Staticulum.*

De hujusmodi Staticulis sive Stallis assignandis observare cōvenit, quod 155 l. 1. de alb. scrib. traditur, prout quisq; venerit in Collegio, hoc ordine sedeat, & sententiam dicat, salvo semper dignitatum gradu; ut dignitatis ordo servetur, lib. 12. C. Hædvus. d. loco.

Similiter Chorus multitudinem significat, non indiscriminatim quorum- 156 cunque hominum, sed canentium. Constat enim Chorus ex multorum vo- *Chorus quid?* cibus & concentu, auctore Macrobio, sic Celsus usurpat, de legat. 3. l. si chorus 79. & Africanus in l. cum ejusdem de Ædil. Edict. ita Chorus hic accipitur pro Sacerdotum aut Clericorum multitudine ad psallendum & laudandum Deum convenientium. Sic Æneid. 6. Servius Chorum exponit multitudinem in sacra collectam. Hædvus. d. loc.

Dub. 3.

Vtrum Monachatus in Ordine S. Benedicti sit officium Ecclesiasticum?

Videntur affirmare glos. in d. Clem. dispendiosam, & ibid. Joan. Imol. n. 3. 157 Card. Zabarella. n. 12. Benedict. Capra. n. 13. *Aliqui videntur affirmare.*

At negant Abbas Pan. in d. clem. dispendiosam n. 2. 3. cui utpote Abbati in 158 Ordine S. Benedicti experto, plusquàm aliis credendum est, & ibi Bonifac. *Rectius alii* Vitalin. n. 31. Frideric. de Senis q. 297. n. 2. Ancharan. in c. quia fere, de elect. in 6. *negant.* Ratio est; Quia Monachatus constituit Monachum ratione voti emissi in statu non perfectorum, sed perficiendorum; Juxta S. Dionysium De Ecclesiast. Hierar. h. cap. 6. & quidem hîc juxta Regulam S. Benedicti; Officium verò 159 Ecclesiasticum, prout definitur esse administratio rerum Ecclesiasticarum Cle- *Officium Ecclesiasticum* ricis *propriè quid?*

ricis Competens, non convenit Monachatui, saltem Fratris Laici in Ordine S. Benedicti, quamvis sit Monachus verè professus; ut palam est.

160 Quod si tamen *Officium* accipiatur *genericè & largè*, prout significat aliquod *ministerium* Dei & obsequium, secundum Archid. *in c.1.n.3. de consuet. in 6.* & not *in l. legatis 65. §. 1. & in glo. ff. de legat. 3.* poterit Monachatus dici aliquod Officium.

Officium etiam accipitur largè.

§. IV.

Dubium 4.

Vtrum Monachus ex Monachatu obtineat præbendam?

161 Concedit quidem F. Romanus *allegat.* 18. Monachum ex Monachatu non obtinere præbendam distinctam; obtinere tamen *præbendam*, quæ est *jus percipiendi quamlibet rem, quæ præbetur ad sustentationem vitæ*, Cui proinde conveniat definitio Hostiensis *in sum. de præb.* quod *sit jus percipiendi proventus in Ecclesia competens percipienti, tanquam uni ex Collegio.*

Affirmat F. Romanus.

162 Verum pro hujus quæstionis Elucidatione noto, quod licet Bonifac. de Vital. *in Clem. si juxta n. 32. de præb.* existimet, præbendas simplices non à præbendo, sed à pretio dici; unde isti versus.

Sed refellitur.

Non à præbendo rectè præbenda vocatur;
Sed magis à pretio, cujus amore datur.

At præbendas Canoniales non distinctas à præbendo nuncupari; eo quod ubi præbendæ non sunt distinctæ, istic detur tantum & præbeatur Uni, quantum alteri ex communibus fructibus Ecclesiæ ministranti; attamen pri-

163 us Epigramma Videtur conceptum in eos, qui amore pecuniæ potius quam zelo officii Divini præbendas acceptant: aliàs non datur sufficiens ratio, quare præbenda simplex, non vero Canonialis à precio derivetur. Unde ego cum

164 Joanne Quintino Hædv. *in cap. de multa. de præb. n. 40.* facio, qui prębendam à prębendo derivat.

165 Nam *præbenda* multitudinis seu plurali duntaxat numero veteres appellarunt ea, *quæ provinciales cogebantur dare Magistratibus, & iis, qui cum potestate aut legatione mittebantur in Provincias, atque omnibus, qui munus aliquod publicum gerebant*; ut ligna, salemque, mulos, Hospitium, Vehiculum & id genus illis necessaria, qui provincias erant sortiti. Omnem enim militarem annonam, militaremque vestem *præbendorum* nomine intelli-

166 gebant, ut colligere est ex Aulo Gell. *c. 4. lib. 15.* & Livio *lib. 3. Secundi Belli Punici.* Ulpianus quoque veteris elegantiæ verborum, loquendique proprietatis observantissimus, *in l. inviti. de testib.* eo vocis significato usus est. Ait enim *Item is, qui exercitui præbenda conduxerit*, quamvis editio vulgaris *præbendam* scripserit.

Vid. Horat. in sermon.

præbenda olim quid apud Romanos. Quid apud Ecclesiasticos?

167 Ad Romanorum aliquam æmulationem Scriptores Ecclesiastici *præbendas* vocarunt obventiones, hoc est, panem, vinum, lignum & alios quotidianos proven-

proventus ad victum in Ecclesia, cuivis attributos. Imò Ecclesiastica omnia 168
beneficia quidam *præbendas* vocarunt. *Can. si quis dator. Can. si ex multis. 1. q. 3.*
Justinianus & Recentiores appellarunt *annonas*, quæ Latinis *præbendæ* sunt. 169
Nempe illis *annona* est genus quoddam salarii seu stipendii añui in pabulis & *Annona quid Quotuplex.*
frumento consistens, quod Civitates & provincias Administrantibus, atque
etiam militantibus, præter pecuniam, publicè per singulos dies præbebatur. 170
Estque *Annona* triplex in Jure. 1. *Annona Administrantium*, & publicas solli- *1. Annona administrantiũ.*
citudines gerentium. *l. 1. C. de Annon. administrant.* Annonæ Prætoris me-
minit Ascanius in Divi, quæ *Verrinarum prima est, & in 3.* Quæstoris Anno- 171
ñas nominat, subdens, quod licebat Magistratibus in usus suos frumẽtum ac- *Æstimatio.*
cipere, si vellent, aut pro frumento precium, quæ *æstimatio* dicebatur, quodq;
adærare Annonas nuncupatur in *l. Annonas. de erogat. milit. annon.* sic species ad-
ærandæ, *id est*, ære taxandæ, & æstimandæ exponuntur, *in l. speciebus. C. de Co-
hortal. lib 12. & de erogatione militar. annonæ.*

Secunda *Annona militaris* seu militum appellabatur, quæ de publico sin-
gulis diebus aut certo competenti tempore militibus capitatim in Stipen- 172
dium erogabatur; Erat hæc æraria, præterque æs continebat buccellatum pa-
nem, Vinum, atque acetum, lardum, carnem, vervecinam etiam, paleas, foe-
num. Hæ sunt appellatæ *species annonariæ*. Hujus Annonæ militaris Vegetius *Species annonariæ.*
non semel meminit.

Tertia denique datur *Annona civilis*, nempe frumentum, quod pro singu- 173
lorum civium meritis, Unicuique de Horreis publicis ex Imperatorum libe-
ralitate tribuebatur, de quibus *lib. 11. C. de annonis civilibus*: Hæc annona in *3. Annona civilis.*
pane cocto, Domibus urbis Constantinopolitanæ erat exhibenda. *eod. lib. 11.
tit. de fructib. Urbis Constant.* Unde & hanc, panes civiles appellat Justinianus 174
in l. 3. C. de quadr. præscript. Pastellos *& pastus* Canonistæ vulgò nominant. *Can. si quis objecerit* 1. q. 3. alicubi etiam *pastonium* vocari videtur. *Pastus* non Cibum *Pastellus pastonium.*
duntaxat aut pabulum notat, sed etiam est stipendium, Annona, distributio, 175
quæ militibus & officiis quibusdam, Velut primipilo dabatur. *l. 3. & l. 7. C. de
Cohortal. lib. 12.* à quo fortè derivatur *Pastellus*, id est, parvus Pastus, media 176
præbenda, sicuti loquuntur. Id genus annonarum qui percipiunt, dicuntur *Annonaria Commoda sentire.*
annonaria Commoda sentire, quasi diceres, Annua salaria ad victum; quos à
præbendis *præbendarios* appellabimus. Non sunt ad hanc Regulam locuti pri- 177
mi Interpretes, qui beneficiatos & præbendatos dixerunt. *Præbenda* verò est *Præbenda quid.*
id, quod præbetur alicui ex fructibus & reditibus temporalibus Ecclesiæ *c. 3.
de prob.* Inno. *in c. majoribus de præb.* Panormi. *in c. suggestum* eod, ubi tradit,
quod præbenda duntaxat constituatur ex rebus temporalibus, non ex *Ecclesi-
is*; id est, oblationibus & Altaribus. Unde quæritur à Canonistis, an *præbenda* 178
sit jus spirituale. Videtur enim apertè *in c. dilecto. de præb* decidi, quod sit jus
spirituale. *Contra* tamen facit, quod *in c. Cum M. Ferrariensis, de Constit.* Inno- 179
centius III. Ecclesiæ proventus appellet præbendas, easque ita dividi posse as-
serat, ut *modò* sint plures, modò pauciores in Ecclesia, ubi not. glo. *ad verb. re-*

ceperunt, præbendam consistere in meris temporalibus, & sola fructuum perceptione, adeo ut laicus sit capax præbendæ, ac consequenter jure Spirituali fructus ii non percipiantur; hoc enim in laicos non cadit. Sed *Respondendum est, præbendarum* quasdam in mero nudoque præbendarum nomine subsi-
180 stere; puta pro fructibus ipsis, & rebus Ecclesiæ divisis in præbendas, ut necessaria quisque percipiat ex his, quæ sibi assignata sunt: prout describuntur
181 præbendæ. 12. *q.* 1. *ultima quæstionis parte.* §. *de rebus*: quæ præbendæ minuuntur, si reditus Ecclesiæ decrescant. *c. pen. de Constit.* Hæ præbendæ profanis & Laicis in Stipendium dari possunt ob aliqua præstita Ecclesiæ obsequia, bene-
182 que merita, de mente *Ber.* ex opinione Vincentii, *in d. c. cum M. Ferrariensis* quales in Canonicorum Collegiis dantur æditnis, quandoque & aliis officialibus & pueris Symphoniacis, quos ad modulationes & concentus Musicos
183 alunt. Alicubi diaria hujusmodi venduntur honestis civibus: neque enim
184 beneficiis Ecclesiasticis annumerantur. De potu & esu loquentes ICti, diaria & cibaria dicunt apud Ulpianum. *l. antepen. de aliment. & cibar. legat.* Interpretes *diarium* unius diei cibum, distributiones quotidanas vocant, & victualia, & portiones quotidianas, Pastũ & pastellos, *in c. licet de præb.* ubi est obser-
185 vãdum; quod *fructuum præbendalium* nomine quotidianæ distributiones nõ intelligantur, quæ solis ipsis debentur, qui rebus divinis intersunt. Hinc etiam videtur *præbenda* largo modo sumpta significare omne præmium, quod alicui pro labore datur, secundum Bonifac. de Vital. *in Clem. si juxta de præb.*

186 Sunt aliæ quædam præbendæ Canonicæ dicendæ, quæ solis iis assignantur, qui recepti seu electi *sunt* in Collegas & Fratres vel sodales ejusdem Canoniæ & Regulæ observatores, hoc est, qui sunt eorundem statutorum Jurati socii,
187 & ejusdem Ecclesiæ ministri (qui in jure nostro Canonici vocantur) Hujusmodi species præbendæ non potest conferri Laico, Cum Laici non debeant in Canonicorum numero computari. *c.* 2. *de Instit.* nec alicui infra decimum quartum annum constituto datur. *c.* 3. *junct. glo. de ætat. & Qual.* Unde patet, quod præbenda Canonialis sit jus Spirituale. Vid. fusissimè & doctissimè *Joan.* Quintin. Hædv. *in c. de multa n.* 40. *& seqq. de præb.*

Præbendarum varia genera.

188 His consentanea tradit Petr. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. juris Canon. lib.* 1. *tit.* 27. *c.* 3. *n.* 2. quod generali nomine *præbendæ* contineatur certa ex Ecclesiæ fructibus portio accepta, quæ nullam habeat notam beneficii, & est
189 præbenda temporalis. *Secundo* quòd accipiatur pro omni genere beneficiorum, ita ut Ecclesiarum præbendæ aliæ sint simplices; aliæ Canoniales. Simplex præbenda est Jus Spirituale recipiendi certos proventus in Ecclesia Collegiali, competens ob divinum officium, cui præbendatus inservit, &
190 debetur Clericis Secundi Ordinis ejus Ecclesiæ, per not. *ad c. cum Mar. de Constit. & c. fin. de præb.* Canonialis est, quæ *debetur* Clericis primi Ordinis seu gradus Ecclesiæ Collegialis, id est, Canonicis, *quia* alii simpliciter beneficiati, dicuntur *Clerici Secundi gradus.* Innoc. *in c. sedes. de rescript.* Canonici isti in Cathedrali Ecclesia dicuntur Fratres Episcopi. *c. novit.* 4. *c. quanto.* 5. *de his*

Clerici primi & secundi Ordinis vel gradus.

Canonici Cathedrales dicuntur Fratres Episcopi.

qua

quæ fiunt à Prælat. sine consensu capit. Est autem Canonialis præbenda jus spirituale percipiendi certos proventus in Ecclesia Collegiali, competens ob 191
officium, cui præbendarus deservit cum stallo seu sede honorabili in Choro,
& voce seu Iure suffragij, & dicendi sententiam in Capitulo. *c. pro illorum.* 22. 192
& c. dilecto. 25. *de præb.* dummodo Canonicus fuerit pubes subdiaconus &: Siquidem impuberes & non subdiaconi excluduntur à Iure suffragij in Capitulo, neque percipiunt integras distributiones. *c. ex ratione de ætat. & qual.* apud Gregor. *Clem. 2. eod. tit. in Clem.* Hæc Tholosan.

Ex quibus colligitur, quod cum monachus etiam Laicus frater ex mo- 193
nacharu suo consequatur Ius ad alimoniam & victum, quod illud Ius possit aliquo modo vocari præbenda generatim accepta. Atque ita intelligenda glo. *in Clem. dispēdiosam. de jud. & ibi* Card. Imol, Benedict. Capr. *n.* 13. *per c. di-* 194
lectus de Simon. Host. *in c. fin. de Regular.* minimè autem præbenda beneficialis aut Canonialis; quia ejus non sunt capaces fratres maximè Laici in Ordine S. Benedicti, licet professi, imò nec ejus (prout à Tholosan. cit. loc. describitur) 195
sunt capaces Canonici Regulares, quemadmodum *n* 5. *q.* 1. *c.* 1. *Astri Eclips.* ostenditur, atque ex Innoc. *in d. c. dilectus* 19. *n.* 6. *de præb.* Card. *in Clem.* 2. §. 1. *not.* 1. *de ætat & qual. per c. ex parte. de concess. præb.* videre est. Unde cessat F. Rom, *allegat.* 12, errore Typographi, subnixa.

Atq; hinc etiam conficitur, quod monachalibus præbendis definitio 196
Host. *supra cit. loc. in sum. de præb* minimè possit adaptari; Cū monachorum Fratres Laici non recipiantur in ejusmodi staturorum Ecclesiæ juratos fratres, sodales, clericos, neque *Canonici* appellentur, quemadmodum fratres illos explicat Ioan. Quint. *Hædv. in repet. c. de multa. n.* 42. *de præb.* prout supra fuit relatum: atque ita excluduntur Vicarii in aliqua Ecclesia, qui licet præbendam habeant in aliqua Ecclesia Collegiali; non tamen assumuntur in fratres illius collegii, nec sunt de Collegio nec habent vocem in Capitulo S. Rot. Roman. apud Cæsarem de Graff. *decision.* 131. *vel decision.* 4. *de his, quæ fiunt à maj. part. Capitul. numer.* 14. Ita nec 197
sacellaui sunt de corpore, collegii. Rochus *de Iure patron. verb. competens.* 198
n. 30. nec vocantur ad tractatus, Rochus *ibid.* Clerici autē, qui extra congregationem, partes bonorum Ecclesiasticorum accipiunt, videntur vocari à S. Cyprian. *epist.* 66. Sportulantes fratres, qui ut idem dicit. *epist.* 34. sportulis ijsdem cum presbyteris honorentur, ut divisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur: *quibus locis*, ut notavit *Iacobus Pamelius*, significat *S. Cyprian.* illud vitæ stipendium, quod clericis ex quarta parte bonorum Ecclesiasticorum competebat; Cui adjungit Carolus Mansfeldius *in Clericorum Canobitico lib.* 1. *c.* 3. quod id stipendij, loco esset cœnæ: Nam antiquis Romanis *Sportula* parvum convivium, panem putat idem Mansfeldius vocari canonicalem, quodque additur, *eos accipere mensurnas divisiones æquatis portionibus partiendas, per illud* indicari videtur, præter victum accepisse illos clericos

Sportulantes fratres qui? 199

200 *Sportula quid antiquis?*

 partes

201 partes aliquas;tam suis (si tamen haberent aliquas ex Can. Apost.) quam pauperum dispensandas necessitatibus Cyprian.*epist.*5. Hæc Carolus à Mansfeld. d.loc.

Ex supradeductis consequens est, quod quando F.Roman.tradit, In-
202 noc.*in d.c. dilectus* loqui de præbendis tantum distinctis, quarum Regulares non sint capaces, non autem de indistinctis, contra Innocentium loquitur. Siquidem, ejus contrarium patet ex his ipsis Innocentij verbis: *& ratio diversitatis est*, inquientis, *quia ex quo distinxerunt præbendas, non debebat ibi esse portiones secundum numerum Canonicorũ, sed ubi non erant præbendæ, distinctæ, justũ est, ut secundum numerum Canonicorum & portiones distinctæ esse intelligantur: nisi essent R.gulares, qui nec proprium habere possunt*, 12.q.1.non dicatis. In hisce
203 enim verbis Innocentii non tantum præbendas distinctas, sed etiam portiones secundum se indistinctas, secundum numerum autem Canonicorum distinguibiles Regularibus negat ex hoc principio, quia ipsi proprium habere non possunt *d.c.non dicatis.* Unde supra allata distinctio F.Romani de præbendis distinctis & indistinctis, quod harum, non illarum sint capaces Regulares, per se collabascit.

§§.5.6.7.

Dubium 5.

Vtrum Tituli Abbatiæ, Prioratus, præpositure, Decanatus, Cantoriæ sint beneficiales perpetui, atque in monasteriis Conventu ob omnium mortem destitutis, dentur superstites?

204 Inprimis certum est, quod *Abbatia* sit Titulus, atque inter majora beneficia & dignitates numeretur, dummodo has *tres* habeat *conditiones* ad *dignitatem Abbatialem requisitas*, videlicet, administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione: nomen dignitatis & prærogativam tam in choro, quam in capitulo, quodque de consuetudine Ecclesiæ habeatur pro dignitate. Rot Rom.*decis.5 & 6, apud* Tamburin, *tom.3.de jure Abbat.*

Et licet nomen Abbatis sonet in dignitatem, & Abbatia dicatur digni-
205 tas. Felin.*in c.2.in princ.de jud.* Dec.*in c. decernimus n.*10.*&* 11.*ubi* Rip.*de communi.n.*30.*& seq.eod.tit.* tamen hoc non provenit à sola nominatione, sed ab effectu, qui colligitur ex exercitiis Anchar.*in clem. si dignitatẽ n.*1.*vers. à nomi-*
206 *ne aute.n.de pr b.* Selv. *in tract. de benef. part.* 1.*q.*2.*n.*37.*vers. à nomine autem.* Quia ad dignoscendum, an sit dignitas, non solum nomen, sed substantia in-
207 spicienda est. Host.*in c.de multa n.*11.*vers. sed nec est.de præb.* Rot.Rom.*d.decis.* 5.*n.*4.5.6.apud Tambur.*Tom.*3. *de jure Abbat.* Similiter de *Prioratu* quæritur, an sit dignitas, & conferatur *in* titulum: Host.*in c.de multa.de prab.& ibi in repet.*

Prioratus Claustralis.

repet. Ioan. Quintin. *Hedv. n.* 27. existimat, *Prioratus claustrales* eos ũ, qui post 207
Abbatem seu Priorem Principalem eidem conventui intra claustrum præficiuntur cum administratione jurisdictionis tantum circa ea, quæ ad claustrum & Regulam monachalem spectant Barbos. *lib.* 1. *de jur. univ c.* 30. *n* 21. 208
& alios quosdam simplices Prioratus Monachorum, in quibus non datur electio aliqua, nec institutio, tametsi redditus habeant, non annumerari *beneficiis*, quia non sunt perpetui, sed ad nutum superiorum amovibiles. Duar. *lib.* 2. *de sacerdot. cap.* 4. Emmanuel. Rodriq. *qq. regular. tom.* 1. *q* 31. *art.* 2.

At contra sentiunt alij, quod nim. *Prioratus claustralis* verè annumeretur beneficiis, & sic in eo committatur Simonia & confidentia. Flam. Paris. *de confid. q.* 16. & obtentus caveetur incompatibilitatem, *juxta c. cum singula de preb. in* 6. Hojeda *de incompat. benef. part.* 1. *c.* 22. *n.* 14. quia beneficia Regularia 209
aptitudine sunt perpetua, licet ea obtinentes potius ratione obedientiæ, atque ex vi professionis, quàm ex natura beneficii possint removeri ad nutum
Abbatis, qui potest etiam non removere. Rot Rom. *decis* 18. *n.* 6. 7. 8. 9. *apud* 210
Coccin. Garz *part.* 1. *de benef. c.* 2. *n.* 69. 77. 78. ubi varia præjudicia S. Rotæ Rom. eam in rem afferuntur. Hujusmodi Priores claustrales, solum habent officium non distinctum à Monasterio, neque habent ullam dignitatem. 211
Barbos. *supra d. loc. n.* 23.

Præpositus idem qui prior claustralis.

Quod spectat ad Præpositum, illud hic observandum, quod Caramuel *ad textum cap.* 65. *de Præposito Monasterij* notat. *num.* 1579. *in* 212
Theol. Regul. Præpositum à Sancto Benedicto nominatum, aliàs vocari Priorem, vel ut loquitur Iacobus de Bruel *Ordinis Sancti Benedicti in annotat.* 1. *ad d. cap.* 65. *Regulæ sancti Benedicti.* secundum morem ipsorum vocari *Priorem* 213
Claustralem, qui, ut addit Caramuel *n.* 1575. subditus Abbati merè spiritualia tractat jurisdictione delegatâ, atque ab Abbate, sicut & cæteri officiarii, deputatur & constituitur ex consilio seniorum, qui de illius, sicut & cæterorum officiariorum moribus & capacitate testimonium certius dare possunt, ut hîc seniores consulti *vocem* habeant non *decisivam*, sed *consultivam*, à quibus 214
nec ideo eligitur. Caramuel. *d. n.* 1575. Perez *in comm. in d. c.* 65. *n.* 3. Unde patet, à Fratre Romano non bene *Præpositum* à *Priore* secerni, & tanquam diversos induci.

A quo constituatur.

Seniores vocem habent consultivam non decisivam.

F. Romani error circa Præpositum & Priorem detegitur.

Deinde observandum est, quod Abbas non teneatur habere *Priorem*, quoties ipse sufficit regimini, quod si tamen necessitas urgeat, ut ipse unus & 215
solus non sufficiat; tunc committat curas uni aut pluribus. Ille unus, cui delegatur Regularis authoritas gubernandi moraliter, vocatur *Pro-Abbas*, seu *secundum Perez* Vicarius Abbatis: ille, cui committitur cura gubernandi poenaliter, vocatur *Præpositus* seu *Prior*: illi autem plures, quibus eadem cura committitur, appellantur Decani. Ita Caramuel. *in d. Theol. Regulari. ad cap.* 65 *Regul. sancti Benedicti, n.* 1575. Idem *in c.* 69. notat, *Priori, seu Præposito, subpriori, Cantori, Decano, Magistro Novitiorum, sacrista* &c. spiritualem, at *Celle-* 216
rario, 217

Prior nec semper Monasterio necessarius.

Pro-Abbas seu Vicarius Abbatis.

rario, Receptori, Magistro Artificum seu Conversorum, ostiario, temporalem Au-
218 *thoritatem* ab Abbate delegati. Vnde patet, ejusmodi Titulos non esse neces-
sarios, nec perpetuos in *Ordine* Sancti Benedicti Regulam accuratè profiten-
219 te; sicuti de *Decano ex capite 21. Regul. Sancti Benedicti* colligere est, & mortuo
Decanatus Titulus non est necessarius. Abbate cessat *Prioris Authoritas*, quam ab ipso defuncto delegatam accepit.
Caramuel. *n.* 1585. etiam ministrorum *n.* 1589. adeoque Romano contrarium
220 nudè asserenti non est credendum.

221 Aliud est in *Prioratibus conventualibus*, in quibus Priores, conventui
Prioris authoritas defuncto Abbate cessat. 222 Prioratus conventuales. Religioso præficiuntur cum administratione bonorum, jurium & jurisdicti-
onis in ijs, quæ Regulam concernunt, de quibus agit text. *in c. nullam* 18. *q.* 2.
ubi Navarr. Barbos. *d. lib* 1. *cap.* 30. *n.* 13. *& seqq.* Hi titulum & dignitatem ha-
bere dicuntur. Barbos. *d. loc. n.* 17. *& seq. ex clem. & si principalis. de rescript.* &
horum Prioratus dicitur dignitas. *c. nisi essent. circa fin. de præb.* Hujusmodi
223 Prioratus non sunt collativi, sed electivi. *d. clem.* 2. *de rescript.* Barbos. *d. l. n.* 14.
224 Neque propterea horum dignitas censetur *perpetua*, sed tunc, quando eorum
electio fit per conventum; quia ipsa electio facta per conventum efficit, ut
225 dignitas censeatur perpetua, cujusmodi alias non erit sed manualis; nec ad
226 perpetuitatem sufficiet, quod dignitas sit conventualis. Cassander. *decis.* 4. *n.*
227 3. *Rot.* Rom. *decis.* 296 *num.* 7. *apud Coccin.* Aliqui sunt Priores conventuales,
Ecclesiæ obedientiariæ. qui ponuntur ab Abbatibus, prout in Parochialibus, vel Ecclesiis curatis Re-
gularibus habentibus conventum suppositum. Et istæ *Ecclesiæ* vocantur *obe-
dientiariæ. c. cum ad monasterium §. tales de stat. Monach.*

228 Et isti, licet amoveantur ab Abbate, & ponantur ad beneplacitum. In-
noc. *in c. in singulis num.* 2. *vers. & ideo hujusmodi col.* 2. *circa med. de stat. Regu-
lar.* sunt tamen veri Priores Abb. *cons.* 25 *quoniam col.* 1. *in fin. vers. & ex ijs lib.*
2. Barbos. *d. loc. n.* 19. 20.

229 *Respondeo* 1. Ejusmodi titulos juxta doctrinam *in astri Eclipsi.
quæst.* 1. *capit.* 2. morte omnium, exstingui, quod in collegiata Ecclesia
Monasterii nec determinatus originariorum vel incolarum Monachorum,
aliorumque officialium, nec etiam præbendarum numerus detur, quo casu
230 morte omnium dicuntur eorum tituli extingui, & non vacare *c. ex parte &*
Commenta Hajana. *ibid.* Ancharan. Anton. de Butr. Host. Imol. Pan. *de concess. præb.* & Anton. de
Butr. *in c. cum M. de constit.* Bald. *in c. cum Ecclesia* 31. *de elect.*

" Econtra F. Romanus *allegat.* 407. *n.* 3. dicit, quod *Ecclesia Monastica*
" *non habeat quidem certum numerum quoad simplices Canonias Monachales, quas*
" *post mortem obtinentis concedit exstingui; habeat tamen quoad titulos Abbatis,*
231 " *Prioris, Decani, Cellerarij, & similiũ administrationum seu officialium, qui nume-*
" *rum faciunt. Et fundator fundans Abbatiam pro Monachis ord. S. Benedicti, hoc*
" *ipso fundat non solum Titulum Abbatis, sed tot titulos & beneficia, quot ad Regu-*
232 " *lam S. Benedicti servandam sunt necessarii vel utiles. Adeoque Monasterialis Ec-*
" *clesia non sit quidem numerata quoad excessum: tot enim suscipi possunt, quot Ab-*
bas commodè sustentandos judicaverit: sit tamen numerata quoad defectum, id est,
ne pau-

ne panciores adsint, quam ut conventum Regularem juxta præscriptum Regulæ vel Fundatorum (qui plerumq; certum numerum primitus intenderunt) constituere valeant: modo proventus & necessitas ad hunc numerum conservandum adsint. Vnde Papa d. c. dilecto *loquens de Canonia, quæ cum Canonico in Ecclesia non* 233
numerata concreatur, seu nascitur, & desinit cum defuncto, non loquitur de Ecclesia ex ea parte, qua est numerata, quoad beneficia quædã fixa & stabilia, sed ex ea parte, qua est non numerata, quoad excessum, sive quoad simplices canonias arbitrarias. Neque quod Anton. de Butr. *in c. cum M. Ferrariensis de constit.* do- 234
ceat, *quod ut titulus dicatur propriè numeratus, requiratur, ut concurrant plures tituli, iique certi ac stabiles, neque ex accidenti facilè mutabiles. Cum solùm agat de distinctione & determinatione canonicorum & prabendarum*, F. Rom. allegat.
208. Præterea ut tradit F. Romanus *d. allegat.* 407. *n.* 4. hujusmodi *beneficia Regularia licet (exceptâ dignitate Abbatiali) quoad personas Religiosas sint ma-* 236
nualia. Id enim habent ex regula S. Benedicti, quæ pro jure communi potest allegari, ut ait Felin. in c. ex parte. de rescript. vers. de diversorum librorum num. 46. *quod idem de dicto S. Benedicti universim tradit Felin.* ibid. *Imo etiam Prælaturas potest Papa dare ad tempus, glo.* in c. un. de capell. mon. in 6. verb. perpetui, *ejusdemque concessione possunt Abbates esse triennales, quinquennales &c. Proinde ad beneficia Regularia, non requiritur simpliciter, ut sint actu perpetua, quoad beneficiarium, sufficit esse perpetua habitu, & quoad titulũ ac fundationem. Cum ejusmodi beneficia Regularia, ut ait Rota* decis. 18. n. 7. apud Ioan. Baptist. 237
Coccin. *aptitudine sint perpetua, & de eis, ut de perpetuis, indicetur, licet obtinentes, potius ratione obedientiæ, & ex vi professionis, quam ex natura beneficij possint removeri ad nutum Abbatis, qui potest etiam non removere. Deturq; vacatio per* 238
obitum. Rota ibid decis. 196. nu. 8. per *glo.* in clem. un. verb. revocari. de suppl. negl. prælat. *& ibi Card. n.* 8. *& Vital. n.* 9.

Et numer. 5. subjicit: *Certè, si mea superius allata conclusio vera es-* 239
set, sequeretur ex iisdem fundamentis, quod mortuis omnibus alicujus Ecclesiæ cathedralis canonicis una cum Episcopo, omnes etiam tituli dignitatum, Personatuum, canoniarum, & prabendarum in capitulo cathedrali essent exstincti. Cujus tamen contrarium tenet unanimis consensus Doctorum, & i- 240
psa praxis Ecclesiæ Romanæ, nec ulli canones in contrarium inveniuntur. Esto namque, quod omnibus de collegio mortuis, subjectum dignitatis, ipsius quoque (ut ego nomino fundamentum, id est, collegium & terminus correlativus (subditi) sint sublati actu, non tamen sunt sublati habitu, quamdiu superioris authoritate non exstinguuntur. Vnde liquet, quomodo idem Mona- 241
sterium sit simul Ecclesia numerata & non numerata. Legatur in hanc rem Astrum inexstinctum q. 1. n. 40. *Idem d. allegat.* 407. *n.* 1. *fatetur, se q.* 1. *Astri n.* 42. *&* 44. docuisse, *singulis vel omnibus de conventu Regulari mortuis, simplices ca-* 242
nonias Monachales seu concreatos secum (in ipsa professione Monastica) Titulos non numeratos pariter exstingui, & non vacare. Inde ego asseram, ipsum idem di- 243

 xisse,

243 *xisse, de dignitatibus, personatibus, alijsque administrationibus, & officiis Regu-*
» *laribus fixis, ut sunt tituli Abbatis, Præpositi, Prioris claustralis, Decani, subprioris,*
» *cellerarij, custodis, cantoris, Scholastici, & si quæ similia majorum officialium in Re-*
» *gula Monastica exprimuntur, aut de consuetudine observantur, quæ à glo.* in ex-
» trav. de præbend. & dign. c. execrabilis verb. quæ alias post med. *& à Vincen-*
244 *tio Filiucio* tract. 41. Posthumo de benefic. c. 1. n. 11. verb. Tertio & verb. quar-
» to. & *à Selva.* tract. de benef. part. 1. q. 2. §. videndum nunc *& à Val. Regi-*
» *nald.* lib. 30. tract. 3. c. 12. n. 165. *Rota passim alijsque expresse beneficia Regularia*
» *nuncupantur ibidem subjungit, n. 2. licet enim, inquiens, moriatur Abbas, & totus*
245 *conventus, Abbatia tamen seu titulus Abbatis non exstinguitur, quippe dignitas*
» *nunquam perit nec moritur; individua verò quotidie pereunt, ut ait glo.* in c. quo-
» niam de offic. & pot. delegat. verb. substitutum *loquens in terminis de dignitate*
» *Abbatiali* & c. si gratiosè de rescript. in *6. Abb.* in c. quia de judic. n. 10. *Bald.*
246 consf. 159. n. 3. *Similiter & reliqui tituli seu beneficia & officia prænominata, sicut*
» *in professione Religiosa non concreantur, ita nec per mortem singulorū exstinguun-*
» *tur; hinc mortuo Decano vel Priore (idem de reliquis) Prioratus aut Decanatus*
247 *non extinguitur, sed vacat aut alteri confertur. Et etiam omnibus de collegio unà*
» *cum capite mortuis, tamen istæ dignitates & beneficia non exstinguuntur, sed sicut*
» *is, ad quem Abbatis electio per mortem omnium devoluta fuit, tenetur intra defini-*
» *tum tempus alium qualificatum ordinare, sic taliter ordinatus Abbas, aliunde*
» *non impeditus, obligatur de novo creare vel assumere Monachos & ex ijs juxta*
248 *Regulam ordinare Priores, Decanos, cellerarios &c. Non de novo hos fixos titulos aut*
» *beneficia creando (ut perperam ego dicor mihi imaginari,* q. 1. c. 2. num. 7. §. Unde
» tale conficitur. ex c. dilecto de præb. *quod hanc in rem etiam præposterè ipsius o-*
» *pinione allegē) sed in vacantes antiquos titulos & beneficia, novos intitulatos sub-*
249 *stituendo. Quæ beneficia Regularia, quamvis sint manualia, sunt tamen (ut docet.*
» Filiucius cit. loc. n. 11.) *perpetua, tum quia nō cessant, aut exstinguuntur vita aut*
» *privatione Beneficiarii, sed aliis conferuntur; tum quia non ad tempus certum, sed*
» *ad incertum, unde etiam possunt esse ad vitam, tum denique quia potestate & ha-*
250 *bitu dicuntur perpetua, ex communi; teste* Azor. lib. 3. c. 1. q. 20. Rursum F. Ro-
man. *in Paradox. Horti. 3. pag. 434. & seq.* ad hoc meum Argumentū *q. 1. c. 2. n.*
6. propositum, quo probabatur, *Ecclesiam Monasticam non esse numeratam,*
adeoque titulos illius omnes, cum morientibus Religiosis exstingui. per text. in c. di-
lecto, de Præb. & ibi Dd. *consequenter & Abbatialem dignitatem,* quod & ipsa
non sit titulus numeratus, *Respondere conatur,* itaque illud proponit. *Nam ut*
titulus dicatur proprie in jure numeratus, requiritur, ut concurrant plures tituli,
251 *ijque certi ac stabiles, neque ex accidenti facile mutabiles. Atqui cum dignitate*
Abbatiali in Monasterio non concurrunt tituli certi & stabiles; quia prioratus
claustralis non est certus, nec certi & stabiles aliarum canoniarum Monacha-
lium tituli. Igitur Abbatialis dignitas in Ecclesia non numerata, non est titulus nu-
» *meratus; cum hic supponat numerum certum, eumque stabilem, & unitas tituli*
252 *Abbatialis non sit numerus.*

Alia F. Romani Commenta quibus argumento meo proposito conatur respondere.

Et titulos numerata Ecclesia impugnare.

Atque

Atque ita ad illud Respondet F. Romanus, *quasi ex meo discursu sequatur* 253
hoc paradoxũ, quod mortuo quocunq; pastore vel parocho rurali, aut Episcopo Titulari, mox talis parochialis vel Episcop. Ecclesia ex paritate rationis sit extincta cũ õnib. suis jurib. & privilegiis: quia talis Ecclesia cũ habeat unicũ sibi intitulatũ Clericum, non est numerata juxta me; ergo cũ ipso extinguitur titulus beneficii, seu parochiæ, vel Episcopatus, juxta cit. c. dilecto. de præb. & ibi Dd. *Hoc autẽ absurdũ*

Non enim ideo in d. c. dilecto. *dicuntur exstingui beneficia non numerata* 254
cum beneficiato, quod sint non numerata, sed quod cũ beneficiato concreentur; Cum intelligatur, ait textus, ad *quoddam jus eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur, & cum electo in Canonicum nascitur & desinit cum defuncto. Igitur unitas, quæ non est numerus, sed principium duntaxat numeri, non causat per se extinctionem beneficij, nisi prius cum beneficiato intulerit creationẽ ejusdem, id quod nõ fit in creatione Abbatis, Parochi vel Episcopi titularis, ut fusius docuisse* allegat. Exemplo phænicis.
407. Tit. Nova Arithmet. *se asserit, exemploq; phænicis rem hanc doceri posse ait,* 255
qui dum sit unicus; tamen moriendo, speciem suam cum individuo non exstinguit, sed in cinere conservatam, in alium phænicem educit, ut habent S. Clem. Rom. S. Cyprian. S. August. & alii *apud* Simon. Majol. *tom. 1. colloq. 6. de avib. citati.* Addit, *falsum esse, quòd cum dignitate Abbatiali in Monasterio non concurrant titu-* 256
li certi & stabiles, eò quod prioratus claustralis non sit certus, nec alii tituli. Aliud est enim, titulos esse certos & stabiles; aliud intitulatos. Hinc licet Prior, cellerarius, custos &c. non sint stabiles & perpetui; horum tamen tituli certi sunt in Monasteriis & perpetui, ut pluribus docuisse se dicit F. Romanus allegat. 407.

Præterea ad illa, quæ ego *q. 1, e. 2. n. 7.* proposueram, *His positis*, inquiens, 257
Respondetur mortuis omnibus alicujus Monasterij collegis, dicto modo congregatis, eorũ Monachatus, canonias Monachales, prabendas, dignitates item ac personatus, adeoq; singulos & omnes omnino titulos esse extinctos, ac subjunxeram; *Hanc propositionem & Responsionem tam certam esse in jure canonico, ut ipsummet adversarium F. Romanum* q. 1. n. 42. & 44. *habeat adstipulatorem*;

Respondet F. Rom. *se ibidem de Canoniis simplicib. Monachalib. concessisse*; 258
non verò de dignitatibus personalibus, aliisq; administrationibus & officiis Regularibus fixis, ut sunt tituli Abbatis, Præpositi, Prioris claustralis, Decani, subprioris, cellerarii, custodis, cantoris, Scholastici, & si quæ similia majora officialiũ in Regula Monastica exprimũtur, aut de consuetudine observãtur, quæ à glo. in extrav. de præb. & dignit. c. execrabilis. verb. quæ alias, post med. *& à Vinc. Filiuc.* tract. 41. posth. de benef. c. 1. n. 11. verb. Tertio & verb. Quarto. & à Selv. tr. de benef. p. 1. q. 2 §. Videndum nunc, *& a Valer. Reginald.* lib. 30. tract. 3. c. 12. n. 165. *Rota passim, aliisq; expressè beneficia Regularia nuncupãtur*, F. Rom. *d. allegat.* 407. ibiq; addit, *quod dignitas non pereat, licet individua quotidie pereant.*

Tum *in horti appendice, paradox. 3. dicit, Patrem Laymannum de extinctio-* 259
ne titulorum docuisse contraria Nam loco 7. censur. §. in eo verò. & censura 6. §. quarta fraus, & censura 7. §. hic iterum, & just. defens. fol. 444. *docet; Titulos morte omnium esse extinctos.* E diametro *contrarium docere dicit Laymannum* 260

» loco 1. censurar. Astri. §. aliqui; *cum dixit; Res in eo consistit, discrimen videlicet*
» *esse inter hos duos casus, quorum unus, si sacrum collegium dissolutum sit sine*
» *spe reparationis, ut si per superioris sententiam exstinctum: alter, si dissolu-*
» *tum sit cum spe reparationis, videlicet, si per mortem omnium Collegiatorum es-*
261 » *se desierit, ita ut spes sit nova ordinationis: nam in priori illo casu, tituli ac ju-*
» *ra Spiritualia seu Collegialia, omnimodè desijsse, atque exstincta censentur: in*
» *posteriore autem casu quodammodo permanere, videlicet, Habitu ac*
» *Potentia. Ita ex Doctrina Alexandri referunt Felin.* in c. accedentes. de
262 » præscript. *Lal. Zech.* de republ. Christian. cap. 26. n. 2. *Hucusq;* Layman. *Sed ob-*
» *secro, subjungit* F. Romanus, *quomodo jura Collegialia & tituli penitus cessarunt*
» *& extincti sunt per mortem omnium de Collegio, ita ut sint non ens, & tamen quo-*
263 » *dammodo permanserunt? An extinctio seu privatio & non ens recipiunt magis &*
» *minus, ita ut unus homo sit magis cœcus aut magis mortuus & extinctus, quam ali-*
264 *us? Et unde spes illa nova ordinationis, cum à privatione non detur regressus ad*
» *formam, & ordinatio illa secundum Laymannum sit in libera potestate Superioris.*
» En *quò antilogia.*

265 Iterum paradox. 8. tradit *P. Laymannum* censur. 4. §. 3. *defendere doctrinas*
» *contradictorias, appellando Monasteria ob mortem omnium vacantia seu extincta.*

266 » Et Paradox 10. *Laymannum* censur. 6. §. ad hoc, ait, *tradere, Monasterium*
» *per mortem Abbatis dici vacare non omnimode & absolute, sed cum addito, va-*
» *cans Pastore.* in c. Messana, id est, *viduatum esse seu orbatum Prælato tanquam*
267 » *sponso suo, mox sui met oblitum, paucis interiectis subjungere.* Falsum quoque est,
» quod mortuo toto conventu, si solus Prælatus supersit, Monasterium non
» vacet, *Addit* F. Romanus (*pastore vel sponso*) *tam de jure, quam de facto.* Subii-
268 » citq; ibidem F. Romanus *quod attinet ad titulos Conventuales; In jure Canonico*
» *nunquam venit Monasterium sub nomine Conventus seu titulorum Conventua-*
» *lium, excluso Prælato & Prælati titulo. Unde hæc acceptio paradoxa est, apud Lay-*
» *mannum hoc loco, alibi non admissa ab eodẽ.* Vide supra paradoxa Crusii n. 3. & 4.

269 » Iterum paradox. 24. asserit, *Laymannum* censur. 6. in fin. *tradere*, per mor-
» tem omnium, ideoque exstinctionem totius Conventus, necessariò dicen-
» dum, titulos vacare, & per novam Creationem conferri oportere. *Subiicit* F.
» Romanus; *Hac Antilogia*, inquiens, *sibi ipsi contradicit in terminis; Cum enim*
270 » *Vacatio sit juris exsistentis, sed possessore vacantis, ut idem Laymannus affirmat*
» censur. 7. §. hic iterum, si per mortem omnium tituli *vacant*, quomodo per
» *novam creationem* conferri debent? quandoquidem id, quod exsistit, *nova*
271 » *creatione* non indiget. Aut si de novo creari debent, quomodo vacant? *Lepus*
» se ipsum induit laqueo. *Unde* d. §. carbasa vertens: *si omnes, inquit, è congre-*
» *gatione mortui sunt, tituli ejus extincti sunt, ac propriè loquendo non vacant.* Deni-
» que se regyrans pag. 270. just. defens. *Monasterium*, ait, *omnibus professis emor-*
» *tuis exstinctum est, ideoque secundum receptissimam doctrinam ejus jura ac tituli*
» *vacant, & nemini de jure debentur* & d. censur. 7. §. veruntamen. *Aio, itaq; non*
incongruè dici posse, quod in nostro casu, si omnes Monasterii professi mortui sint,
tituli aliquo modo vacant. Hæc ibi

Ac Paradox. 36. ait F. Romanus, *Laymannum* censura 6. 5. hic autem *docere* » 272
per mortem Parochi, ipsius Titulum Parochialem, non vacare in Parochia, »
sed in Ecclesia Diœcesana. *Unde infert F. Romanus; Consequenter*, inquiens, *Ec-* »
clesia Parochialis ibi vacat Pastore, ubi non est, & ubi est, non vacat. »

Ad hæc F. Romanus affert, post mortem omnium de Collegio, Monaste- » 273
rio, &c. electionem & collationem devolvi ad Superiorem, adeoque titulos »
per mortem omnium non esse exstinctos, sed vacare duntaxat. »

Verum hoc propriè spectat *ad q. 4.* ideoque illic excutietur. Incidenter 274 NB
autem hic *q. 1. c. 2. Astri Eclipseos.* fuerat duntaxat obmotum.

Idem Allegat. 246. *ait*, quod *ego, ac si in mandatis ab ipso accepissem, nomine ipsius* » 275
argumenter; *Obiicit*, inquiens, *adversarius, nimirum F. Romanus, primo defun-* »
ctis Collegis alii sunt substituendi q. 1. n. 1. ferè per tot. *Igitur eorum Monachatus*, »
Canonia Monachales & prabenda seu tituli non sunt extincti. Subiicit F. Roma- » 276 NB
nus, frigidum hyeme argumentum, quod ipsemet damnet hanc conclusio- »
nem quoad concreatos cum Monachis non numeratis titulos, ut proximè vi- »
sum *allegat.* 244. Ipsius verò *n. 12. & seqq.* hæc fuerit argumentatio. *Superior, ad* »
quem facta fuit devolutio per mortem omnium de Collegio, tenetur alios ejusdem » 277
qualitatis seu Ordinis substituere (Superior enim conferens non potest aliter con- »
ferre, quam natura beneficii requirat) ergo collatio non est libera apud eum, ad » 278
quem devolvitur, sed transit cum onere. Addit F. Romanus *d. allegat.* 246. Si »
quid hic serrare vel errare lubet, dentes applicentur. *Allegatiõ. quoque* 244. as- »
serit F. Romanus, me q. 1. c. 2. n. 8. §. 3. *contra ipsum ita argumentari*; Ulterius, »
inquiendo, argumentatur F. Romanus *d. q. 1. n* 42. Abbatia vel Prioratus per »
mortem Abbatis vel Prioris non extinguuntur, sed vacant tantum. Igitur nec »
si Monachi moriantur, eorum tituli sunt extincti. *Probatur consequentia, &c.* »
Confirmatur, &c. Illud est aerem secare; *Cum nec unum jota hujus argumentatio-* » 279
nis, probationis, consequentia, vel confirmationis, ullibi in Astro reperiatur; *Quini-* »
mo ipse q. 1. n. 42. *disertè contrarium affirmarit*, asserens, *Monachos de Conventu* » 280
successivè morientes, singulos non plus extinguere, quam concreatos secum titulos »
non numeratos, quod ego non attenderim. »

Accedit, quod alii ejusdem Ordinis Religiosi, & non generatim tantum alii Reli- » 281
giosi in defunctorum locum sint substituendi uti contra me F. Romanus *in Volvolo*
atque allegat. 408. pluribus eam in rem citatis Dd. imò ex ipsiusmet Layman-
ni *quæstionibus Canonicis, de Prælatorum Electione n.* 101. nititur comprobare.

Hinc etiam ipse *allegat.* 440. postquam fecerat mentionẽ de hæreditatibus „ 282
& successionibus, & post *allatam glo.* affirmat, quod *hodiernus Abbas verus e-* q. 1. astri n. 41.
rit successor in omni jure Abbatis ante annos 70. *vel* 80. *defuncti. Unde & ipsi debe-* »
tur restitutio omnium fructuum perceptorum à tempore spoliationis, ac si tunc im- »
mediatè successisset. »

Contra quam doctrinam ipsius ego insurgam: *In Ecclesia Dei*, inquiens, » 283
prohibetur successio. c. Apostolica. 8. q. 1. *ipse verò* d. allegat. 440. *sic respondeat*; *Si*

284 „ *ita est, cur Paulo V. Papæ successit Gregorius XV. & huic Vrbanus VIII. ubi dantur*
„ *antecessores, dantur etiam successores. Successio in benecialibus licet detur, non ta-*
„ *men hæreditaria* inquit Rota, decis. 1. circa fin. de locat. & conduct. in nov. *Vn-*
285 „ *de viderem, solam hæreditatem & successionem sanguinis sive cognationis in Ec-*
„ *clesia prohiberi, non autem successionem Ordinis Sacerdotalis, qualis est in omnibus*
286 „ *Episcopatibus, Abbatiis, Præposituris & Parochiis. His omnibus authoritatibus, in-*
„ *quit text. cit. c. Apostolica, prohibentur Episcopi successores sibi instituere, sed aliud*
„ *est de sui successoris electione cum fratribus deliberare. aliud est ex testamento, tan-*
„ *quam suæ dignitatis hæredem sibi quærere. Illud fieri permittitur, hoc autem peni-*
„ *tus prohibetur.*
287 „ *Quod vero Monasteria Religiosorum, eorumque Ordines dicantur etiam hære-*
„ *des bonorum sibi relictorum, nihil novi esse asserit, nam hoc modo Fundator Mona-*
„ *sterii, dicitur sibi Monasterium hæredem instituere.* c. in præsentia. de probat.
288 „ *Et piorum locorum administratores* (ut sunt Abbates, Præpositi, Abbatissæ, &c.)
„ *si quid ipsis piis locis testamento sit relictum, ipsi, inquam, administratores eo casu,*
„ *jus & nomen hæredum sortiuntur ac ferunt. Gotofred.* in l. si quis ad declinan-
289 dam. C. de Episc. & Cler. *ubi ea lex* in §. licentia. claris verbis dicit, *Hæredum eis jus & nomen dedimus.* iisque contra l. quisquis C. de postul. & c. infames. 7. q. 3. amarulenta sed jactabunda attexit verba, quæ contra ipsum non retorquebo, nec dicam, quod ex *allegat.* 182. omnes ipsius allegatiões vasa sint inania, quæ cum plurimum sonent, præter aërem nil contineant, sed infectum,
290 sed corruptum. Verùm his omissis, ut commenta F. Romani diluamus.

Diluuntur. *Sciendum est*, constantem esse omnium Dd. Canonistarum *ex c. dilecto. de*
291 *prab. c. ex parte de concess. præb.* sententiam, quod in Collegiatis Ecclesiis, in quibus non est expressè præfixus certus Canonicorum numerus, nec præbendæ sunt distinctæ, morte Collegarum Canonicorum non detur vacatio, sed extinctio, ac consequenter neque istic locum ullum inveniat devolutio, pro-
292 ut *ex seqq. Dd. locis* hic ad longum recitatis videre est, quæ ideo attuli, ut inde pateat, quàm ineptè F. Romanus *ad d. c. dilecto. de præb.* atque ad unum alterumvè authorem respondeat, quamque immeritò me de Anton. de Butr. *in c.*
293 *cum M. de Constit.* malè allegato accuset. Ita verò Dd. loquuntur.

In Ecclesia nō numerata nō datur vacatio Card. in c. dilecto, de præb.

In primis Card. *in c. dilecto. de præb.* Decimo tertio not. quod in Ecclesia non habente numerum, jus creetur cum electo in Canonicum, & extinguitur cum defuncto, ad quod allegatur quotidiè hoc caput. In Ecclesia verò habente numerum, *jus* non extinguitur, sed vacat, *ut hic in verb. in Ecclesia*, & per hoc
294 „ dicit Innoc. quod si in Ecclesia, ubi non est certus numerus, sunt plures Cano-
295 „ nici, ex quibus unus moritur, non valent literæ, si impetrantur, super illius Ca-
„ nonicatu, alteri conferendo, quasi vacet, quia non vacat, sed desinit: ubi verò
„ est numerus, non definit, sed vacat, ut prædixi, & facit. *C. de proxim. Sacros.*
„ *scrin. l. comperimus. lib.* 12. *C. de SS. Eccles. non plures. de advoc. divers. jud. pe-*
„ *titionem.*

Host.

Host. *in c. dilecto. §. Procurator suus de præb. in verb. desinit cum defuncto.* ubi » 296 *Host. in d. c. dilecto.*
enim non est certus numerus, mortuo Canonico non potest dici jus suum
vacare. Cum non sit necesse, statim ponere alium loco sui, & sic hoc jus per-
sonale est, & extinguitur cum Persona, nec potest dici vacare hoc, quod ex- »
tinctum est *infra de concess. præb. ex parte Asten. sup. de Constit. cum accessissent.* »
Imol. *in c. dilecto. de præb. n. 7.* item not. quod jungitur *cum glo.* quod in Eccle- » 297 *Imol ibid.*
sia non numerata non est dari vacationem, sed creatur ibi jus Canonicatus & »
præbendæ per electionem, & extinguitur cum morte ipsius Canonici, & sic »
facit, quod non possit imperrari Canonicatus tanquam vacans per mortem »
Canonici, cum re vera non vacet: ut est dictum: secus quando in Ecclesia est »
certus numerus Canonicorum & præbendarum, quia tunc per mortem Ca- *Aucto numero Canonicorū*
nonici, bene videtur vacare Canonicatus & præbenda.

Iterum Card. *in d. c. dilecto. n. 9. de præb.* Duodecimo not. quod Capitulum *videtur novū jus creari, quod in persona extinguitur*
augendo numerum videtur creare novum jus spirituale, quod extinguitur
cum creato, *ut hic*, dum dicit: *nascitur & desinit cum defuncto*, si ergo Canoni-
co tali fuisset causa commissa, eo mortuo non cognosceret alius subrogatus. » 298
Item nec posset agere de contemptu & injuria præmortuo illata per ratio- » 299
nem istam, quia nascitur & extinguitur cum persona. *facit quod not. supra de e-* *Commissio an in surrogato continua.*
lect. quod sicut n. 10. & infert hoc *Innoc.* ad aliud, videlicet, quod si in Ecclesia,
ubi non est certus numerus, sunt plures Canonici, & unus moritur, non va- »
lêt literæ, si imperrentur, super illius Canõicatu alteri conferēdo, quasi vacet, » 300
quia nõ vacat, sed desinit, *ut hic dicit.* ubi vero est certus numerus, nõ desinit, »
sed vacat. *facit* ad prædicta. *C. de proxim. Sacr. Scrin. l. comperimus lib. 12. & C.* »
de Sacrosanct. Eccles. l. non plures. de Advoc. div. jud. l. ad petitionem. Aliud enim » 301
est extingui, aliud cessare, sicut aliud extinctum esse, aliud in suspenso manere. »
ut l. illa quæstio. § fin. de hæred. instit. & l. secunda. de V. S. ubi nota. »

Antõ de Butr. *in d. c. dilecto. col. 2. n. 8. de præb.* Item not. quod in Ecclesia non *Antõ. de Butr. in d. c. dilecto.*
numerata non est possibile dare vacationem, sed jus creatur ibidem Canoni- » 302
catus & præbendæ, & extinguitur cum Canonico. *Idem in c. ex parte. de concess. præb.*

Idem Anton. de Butr. *in c. ex parte. de concess. præb.* dicit *in princ.* Lateranen-
se Concilium locum non habet, ubi non sunt distinctæ præbendæ, nec est »
certus numerus Canonicorum, *h. d. n. 1.* Nota primo, quod in Ecclesiis, in » 303
quibus non est dare numerum, nec distinctionem præbendarum, non est da- » 304
re vacationem, *ad hoc supra de præb. dilecto.* & ex hoc *not. quod* Concilium La- »
teranense tempus computans à vacatione in devolvenda *potestate*, non habet »
locum in Ecclesiis non numeratis, & ex hoc not. quod ad illum casum non est »
extēdenda lex ex mēte, ad quē cortex verborū nō adaptatur, seu nullo modo »
adaptatur, quod est notandū. *n. 2.* Not. quod quãquam in Ecclesiis nō numeratis, » 305
non sit dare certum & expressum numerum; est tamen dare quendam juris »
numerū tacitum & modum, ut videlicet tot in Ecclesia sint, quot esse consue- »
verunt, & quot esse possunt, facultatibus Ecclesiæ attentis, & ad istum nume- »

rum

306 rum tacitum complendum compelli possunt per Ordinarium,& hoc notant quidam,& fuit dictum Petri, imo Egid.quod in numero determinando plus operatur statutum,quam consuetudo operetur: quia statutum facit in Ecclesia numerum expressum,consuetudo autem non. Nam posito,quod tot consueverunt esse Canonici in Ecclesia,non per hoc Ecclesia dicitur esse numerata; secus si factum esset statutum. Hactenus Anton. Host. *in c. ex parte in pr. de*
307 *concess. preb. ibi. sed utrique errabant.* Cum in hoc casu,ex quo in Ecclesia non est certus Canonicorum numerus,mortuo Canonico extinguitur jus suum, *ut sup. de preb. dilecto.* §. *preterea.* & sic jus extinctum vacare non potest, *sup. de Constit. cum accessissent.* & per consequens circa beneficium, quod non vacat, non potest negligentia imputari,ut patet in sequentib. Sed quid si Ecclesia pa-

Host. in d. c. ex parte.

308 teretur defectũ Ministrorum , & Episcopus moneret eos,ut supplerent defectum,ex quo ad ipsos pertinet,& Ecclesiæ provideretur infra certum tempus ab ipso limitatum. *ut ff. de jure deliber. l.* 1. *& sup. de Cler. non resid. ex tunc.* & ipsi parere recusarent,nec aliquam rationabilem causam prætenderent,nunquid non posset Episcopus hoc termino elapso in hac Ecclesia Canonicos de novo creare. Putamus quod sic. *arg. sup. de Cler. non resid. cum ad hoc.* Et etiam vi-
309 detur casus pro hac via *infra. de Cler. Excomm. proposuit.*

Glos. *in d. c. ex parte. in verb. distincta.* Et ita ubi præbendæ distinctæ non
310 sunt,nec certus Canonicorum numerus definitus , non dicitur vacare præbenda,nec locum habet sua constitutio. *sup. eod. nulla. ut hic* patet. Sic etiam dicit de Communiter viventibus , quod non debent facere portiones inter se, *arg.* 12. *q.* 1. *quia tua.* ibi ergo non dicitur vacare præbenda , sed ubi certum quid datur,quotidie cuilibet personæ per se viventi,& ubi est certus numerus tantum constitutus. *Lau.*

Glos. in d. c. ex parte.

311 Imol. *in c. ex parte de concess. preb.* Lateranense Concilium locum non habet,ubi præbendæ non sunt distinctæ, nec certus Canonicorum numerus. *h. d. n.* 3. Item not. quod in Ecclesiis,in quibus non est dare vacationem præbendarum,nec certum numerum Canonicorum,non est dare vacationem. *fac. sup. de preb. dilecto.* Et Ratio hujus est,quia in d. casu jura creantur cum electis seu electione,& extinguuntur cum defunctis,ut habetur *in d. c. dilecto. & facit, quod tangitur hic in glos.* 3.

Imol. in d. c. ex parte.

312 *N.* 4. *Item not.* quod Concilium Lateranense disponens tempus computari *ad vacationem* in devolvenda potestate ratione negligentiæ , non habet locum in Ecclesiis,in quibus non habet locum vacatio , ut sunt Ecclesiæ non habentes distinctionem præbendarum , nec certum numerum Canonicorum,&c. *prout supra in* Anton. de Butr.

313 Eadem fere asserit Vivianus *in d. c ex parte.* §. *quia ubi de concess. preb.* ubi etiam ante tradiderat , in Ecclesiis non numeratis vacationem præbendarum seu Canonicatuum,possibilem non esse. Quia in Ecclesia, *inquiens*, non habente præfixum numerum Canonicatuum , cum recipitur quis in Canoni-
314 cum,creatur quoddam jus de novo,quod extinguitur cum illa persona recepta.

Vivianus in d. c. ex parte.

pta. c. dilecto. §. praeterea. de praeb. Et quoniam accidens non potest naturaliter esse sine subjecto, Arist. in praed. de qualit. Et non Entis nullae sunt qualitates l. ejus, qui ff. si cert. pet. Ideo in Ecclesia, in qua non est certus numerus praebendarum, non potest dari vacatio alicujus praebendae, & idem in Canonicatibus; cum vacatio dicatur respectu existentiae & numeri. ut in text. & c. cum accessissent. de Constit. Haec ille. 315 316

Ancharan. in c. ex parte Astensis n. 4. de concess. praeb. sexto ait, quod Concilium Lateranense (videlicet de devolutione ad Superiorem, ubi inferior collator negligens esset,) non habet locum in Ecclesia, ubi non sunt distinctae praebendae, nec certus Canonicorum numerus, sed dicto casu, si Canonici sint negligentes in creatione Canonicorum, Episcopus statuet eis terminum, post quem ipse poterit providere. facit infra eod. c. si capitulo lib. 6. & sup. de elect. c. cum Ecclesia vulteran. Ancharan. in d. c. ex parte.

317 Card. in c. ex parte. in pr. de Concess. praeb. Lateranense Concilium locum non habet, ubi non sunt distinctae praebendae, nec certus Canonicorum numerus. Et post. Quinto not. quod ubi non sunt praebendae distinctae, non vacant praebendae. de hoc. in glos. & in ea in fine. Card. in d. c. ex parte.

Card. in c. cum accessissent. n. 2 de Constit. septimo not. casum, quo per mortem beneficiati non vacat beneficium, ut quando beneficium est suppressum, ut hic. Alius casus est, si non est ibi certus numerus. de praeb. dilecto. tertius, quando beneficium est de mensa, consolidantur enim mensae mortuo Clerico ad instar usufructus. de pignor. cum constet. 318

Ancharan. in c. cum accessissent. de Constit. in pr. Dignitas sublata & Ecclesia per statutum Capituli, postea confirmatum per Papam, ultra non censetur vacare, nisi postea illud statutum fuerit perfectum, contrarium revocatum. Not. 1. quod iste Archidiaconus petebat primiceriatum tanquam devolutum & subditum, quod non erat devolutum, quia non poterat dici vacans cum effectu extinctum. Est ergo unus de casibus, quo morte Praelati non vacat beneficium. Alius est, cum non sunt distinctae praebendae. infra de praebend. dilecto. & de concess. praeb. ex parte: alius casus est, cum beneficium est de mensa, quia mortuo Clerico consolidatur Mensae, ut in Clem. quia Regulares. de suppl. negl. Praelat. Et ibid. n. 2. Tertio nota, quod dignitas in Ecclesia extincta per ordinationem Canonicorum actu contrario reviviscit, etiamsi extinctio fuerit confirmata per Papam, quod & notandum. 319 Ancharan. in d. c. cum accessissent. de Constit. 320 321

Anton. de Butr. in c. cum M. de Constit. circa princ. n. 1, ita ait: Ad primum est sciendum, quod Ecclesiae Collegiatae in modo vivendi quandoque se determinant in numero tam Canonicorum, quam praebendarum; quandoque nō in utroque, sed in altero, semperque contingit, Ecclesias in hoc variari altero de quatuor modis. Quandoque enim se determinant in utroque tam numero praebendarum, quam numero Canonicorum; quia utrumque taxant numerum, & habent praebendas realiter distinctas, ut beneficia separata, separatè & instituta, & de his loquitur de praeb. ex literis. Quandoque se determi- 322 Antō. de Butr. in c. cum M. de Constit. 323 Quando Ecclesia censeatur numerata, quando non. 324

» nant in utroque, sed præbendæ non sunt distinctæ, imo in confuso sunt o-
» mnia bona, & diversæ consuetudines in his reperiuntur: quandoque enim
325 » bona omnia tenentur in communi, & Capitulum administrat per specialem
» administrationem: postea omnia simul colliguntur, & dividuntur pro rata
» inter Canonicos, & vocantur tales portiones privilegiatæ, ut not. Innoc. *de*
326 » *præb. dilectus*; quandoque bona dividuntur, & ad tempus administrantur per
» singulares Canonicos, & postea lapso tempore in communi rediguntur, &
» subdividuntur postea, & sic quandoque datur numerus Canonicorum & di-
327 » stinctio præbendarum. Quandoque datur numerus Canonicorum & præ-
» bendarum, non tamen distinctio præbendarum, ut notant Domini de Rota
328 » *sua ultima Conclusione*; & sic quandoque datur taxatus numerus & distinctio
» præbendarum. & datur determinatio: quandoque datur numerus Canoni-
329 » corum & præbendarum, & datur determinatio, sed non distinctio, ut quan-
» do certa mensura vel numerus fructuum assignatur, & sic propriè erat *hic*:
» quandoque datur numerus Canonicorum & præbendarum, non tamen da-
» tur distinctio, nec determinatio; ut quia non est determinata certa mensura,
» sed omnibus in communi redactis, tot fiunt præbendæ, ut reditus suppetunt:
330 » patet ex scriptis per Dom. de Rota *sua conclusione* 434. & plenius *in quæ. ult.* &
» sic fuit hic secundum unum intellectum: quandoque se determinant in alte-
» ro tantum, ut quia faciunt certum numerum Canonicorum, sed non taxant
» numerum præbendarum, nec distinguunt: ut est *text. hodie de conceß. præb. c.*
» *fin. lib. 6.* ut quia omnia bona contribuuntur in communi, & postea dividunt
331 » inter se; non tamen faciunt aliquas portiones privilegiatas vel præbendas di-
» stinctas, quæ possint dici vacare per mortem Canonici, vel renuntiationem,
» sed extinguuntur; quandoque determinant numerum præbendarum, sed nō
» Canonicorum, *ut hic* secundum alium intellectum; & tunc Canonicatus ibi
» non potest vacare, sed Extinguitur: præbēda tamē vacat, & ibi si qui recipian-
» tur ultra numerū præbendarū, vivūt de aliis bonis cōmunibus, & super excre-
332 » scentib⁹ reditibus, ut patet hic, *& de præb. dilect. filius. L. & c. pro illorum*. Quan-
» doq; neutrum determināt; sed ibi nec est numer⁹ præbēdarum, nec Canoni-
» corum; & tunc cum quolibet in Canonicum recepto creatur quoddam jus
» Canonicum temporaliter, & præbendale, & quod temporaliter cum persona
» nascitur, & cum ea extinguitur, per quod contingit, in talibus Ecclesiis Vaca-
» tionem esse Impossibilem *de præb. dilecto filio cum sim.* Hæc ibi Butr.
333 » *Postea col. 5. ad verb, in text, ibi voluntariè, n. 14. not.* quod sola Voluntaria cō-
» travētio est illa, quæ rumpit numerū, *ad hoc de præb. pro illorū* Secus ergo in ne-
» cessaria, quia illa non rumpit, quia ibi parcitur necessitati. *not. glo.* ibid.

334 Ex his patet 1. quod in Ecclesiis, in quibus non est certus & expressè statutus Canonicorum numerus, vel si is ante fuerit certus determinatus, tamen postea voluntariè ruptus, & insuper in quibus non dantur distinctæ præbēdæ eæq; numero certo, fixoq; constitutæ, non detur vacatio, sed obitu Collegarum tituli illorum extinguantur. *per c. dilecto. de præb.* prout illud à Dd. accipi-

tur,

tur, adeoque istic non detur devolutio, cum hæc supponat vacationem. *Dd. sup. cit.* qui cuiq; propositioni accomodè sunt accipiendi, & applicandi.

Quibus consentanea tradit Bald. *in c. cum Ecclesia.* 31. *de Elect.* à me *q.* 1. *c.* 2. *n.* 6. laudatus, sed à F. Romano *in paradox. horti.* 3. *pag.* 434. è verbis quibusdam meis à se relatis omissus. Hic enim *in princ. ad verb. obsequio.* ita commentatur. 335
Non dicit numero, quia non erat ibi certus numerus, & ideo nulla vacatio, & sic cessat contrarium, ut in glos. per hoc. *Item si fuisset ibi numerus, Episcopus propter negligentiam propriam non posset supplere, secundum glos.* quam nota. *Numerus enim, qui non habet regulam, sed variatur ex accidenti, non est numerus, quia incertus*; ut in Auth. ut determinatus sit numerus Clericorum, *& ideo non est ibi Vacatio, Quæ debet fundari super numero*; *sed est quædam creatio, & restauratio veluti capitum defectorum*; ut infra de præb. c. dilecto. *Solus Numerus Taxatus formalis est numerus, sed non numerus incertus.* arg. ff. de ann. legat. l. Sejo. §. 1. *quia numerus incertus non terminatur ad hoc aliquid.* Hæc ille. » 336 337 NB. 338

Atqui, ut *ex sup. adductis* subsumam, in Monachali Ecclesia non datur certus numerus Fratrum Monachorum, & si fuerit aliquis certus, tamen ille voluntariè per receptionem ultra illum numernm, fuit ruptus, nec istic dantur præbendæ distinctæ, ut ipsemet F. Rom. *sup. d. allegat.* 18. concedere debet. 339 *subsumptio.*

Unde efficitur, quod in Monachali Ecclesia morte Fratrum Monachorum non detur vacatio, sed tituli eorum sint extincti. 340 *F. Rom. Responsio diluitur.*

Nec huc quadrat F. Romani *Responsio*, quando existimat, in Monachali Ecclesia dari numerum certum, nō quoad *excessum*, sed *quoad defectum*, nim: tot fratrum, sine quibus Divinum officium commodè juxta Regulam S. Benedicti expediri nequit, tum quia is numerus non est expressè constitutus, sed tacitus & incertus, atque facile variari potest, ut loquitur Bald. *in d. c. cum Ecclesia*: & quidem loquitur de eo casu, quo debebat esse certus numerus quoad defectum, ibique directè contrarium adversus F. Rom. statuit. *Baldo* consentit Anton. de Butr. *in c. ex parte de concess. præb. & in c. cum M. col.* 5. *de Constit.* 341 342

Neque etiam huc convenit ejusdem F. Romani *distinctio*, quasi in Ecclesia Monachali sint aliqui tituli numerati, aliqui non numerati. Nam hujusmodi *distinctio* ex supra allatis Dd. numerum certum alicujus incerti accessu rumpi tradentibus refutatur, & nusquam in jure, vel etiam à Doctore aliquo asseritur, ut ita F. Romano sine lege & authoritate loquenti non sit credendum. 343 *F. Rom. distinctio quod in Ecclesia Monachali dentur tituli aliqui numerati, aliqui non, diluitur.*

Deinde videtur hic F. Rō. Titulos fixos fingere quos in Ordine S. Benedicti nō dari ostēdi ex Caramuele, quādo ipse Prælat' per se regimini est sufficiens. 344
Quin & F. Rō. videtur titulū numeratū cōfundere cum titulo nominato, cū inter utrumq; sit magna differentia. Item quādo de numero Canonicorū fixo & certo hic ego locutus sum, ipse de beneficio manuali fixo & aptitudine perpetuo, in aliquo Collegio adhuc existente, (de quo agit cit. S. Rot. Rom. *decis.* 18. *n.* 7. *apud Coccin.*) Respondet; Itaque nihil ad rem loquitur; præterquam quod distinctio ea à F. Rom. sine ulla authoritate afferatur, & absurdū quoq; sit, per Professionem Monachi novum jus creari, quasi Monachus professus 345 346

creet novum jus; Cum illud à superioris ac conventus admissione ad professionem potius dicendum sit creari. Insuper cit. Rot. Rom. *deci. 296. apud Coccin.* quæ agit de Præceptoria collegii alicujus adhuc existente, huc malè ad Monachatus extinctos à F. Romano detorquetur.

Instantia F. Romani discutitur.

347 Ad contrariam instantiam F. Romani similiter, *ex supra deductis* patet Responsio, videlicet, quod alia sit ratio Ecclesiarum cathedralium, ubi certus constitutus est canonicorum numerus ac certæ determinatæ præbendæ, vel certæ earum portiones pro rata Personarum sunt distinctæ. Nam in his morte omnium non dicuntur tituli extingui. *Dd. supr. cit.* secus in Ecclesiis non numeratis, ubi nec certus canonicorum, aut communiter viventium numerus, nec distinctæ præbendæ, aut certe earum non distinctæ portiones dantur. Dd *supr. cit.*

Abbatia & Prioratus quando sunt dignitates.

348 Quod affertur de Abbatia & Prioratu conventuali, non eæ dignitates censentur, nisi, ubi datur administratio & conventus. Rot. Rom. *decis. 4. 5. 6. & 9 apud Tambur. tom. 3. de jure Abbat.* quia ut ostensum est, Abbas, ut in dignitate constituatur, necesse est, ut concurrat administratio, & conventus, quem administret. ex d. Rot *decis. 5. & 6.* alias Abbatis nomen non erit dignitatis. Rot. Rom. *d. loc.* Proinde cum Abbas hic cum toto conventu suo obiit, & extinctus sit; etiam ipsius Abbatis titulus, qui est Abbati correlativus &
349 correspectivus, erit extinctus. Nam posito vel sublato uno correlativorum, ponitur vel tollitur etiam alterum correlativum. Everard. *in loc. à correlat. n. 2. & n. 4. per text not. in l. fin. ff. de accept.*

Instantia 2. F. Romani discutitur. de parochia, quando dicatur vacare, & quando extingui.

350 Alia est ratio Ecclesiæ Parochialis, quæ non est collegiata, sed suum proprium habet titulum, suamque distinctam ab aliis præbendam, ut patet *ex c. quia nonnulli c. relatum & c. seq. de cler. non resid. & tot. tit. de Paroch.* ideoque ea morte Parochi dicitur duntaxat vacare, per fundamenta Dd. supra proposita, nisi & parochus cum toto populo sibi in cura commisso periisset; tunc enim parochia non diceretur vacare, sed extincta esse. Vid. Valentini Mangion. *Theor. part. 2. q 1. n. 77.* ex Bald. *proœm. ff. n. 5.*

Quod verò ad argumentum meum à F. Romano inutilè propositum
351 attinet, quo inculcabam, quod in Ecclesia non numerata, seu ubi non est certus Canonicorum & fratrum communiter viventium numerus fixus, nec ubi dantur distinctæ præbendæ aut earum distinctæ portiones, istic morte Canonicorum aut hujusmodi fratrum non detur vacatio, sed extinctio, & nu-
352 merata non possit dici Ecclesia, in qua non concurrunt plures tituli, iique certi ac stabiles, neque ex accidenti facilè mutabiles, uti ex Bald. *in supr. cit. c. cum Ecclesia in pr. de Elect.* ostenderam; atque ad illud ipse F. Romanus sic commentatur, quasi *per instantiam ab Ecclesia parochiali petitam, in qua non detur certus canonicorum aut aliorum clericorum numerus, & tamen ipsa morte parochi vacet, proindeque ad vacationem non opus sit, ut intercedat aliquis certus numerus.*

Argumento F. Romani ex parochia petito.

Ad illud

Ad illud commentum *Respondeo*, istud omnino præter rem afferri; quia 353
nos agimus de Ecclesiis Collegialibus, non autem de non-Collegialibus, *R. spons.*
qualis est Parochialis: proinde fundamentum hoc nostrum, secundùm subjectam materiam (prout verba accipi debent, *text. in c. solita. & ibi Can. not. de Maj. & obed. l. si uno in princ. & ibi* Bart. & Salicet. *not. ff. locat.*) hic accipien- 354
dum erit. Subjecta verò materia est collegiata Ecclesia, *ut patet*: ac de illa agit *supr. cit. cap. dilecto. de prab. ac ca. ex parte. de conceſſ. prab.* At Parochialis Ecclesia morte Parochi dicitur vacare, quia habet distinctam præbendam. *Dd. supr. cit.*

Quare autem juxta *d. c. dilecto.* in Ecclesia non numerata titulus dicatur 355
exstingui, nō est quia est, de novo creatus, sed quia de novo creatus rupit numerum Canonicorum, vel quia non istic reperiuntur præbendæ distinctæ, quemadmodum ex allegatis Doctoribus videre est.

§. VII.

Dubium 6.

Vtrum Monachatus cum Monachis exstinguatur, ubi Laymannus ab insimulata contradictione defenditur.

Deinde ego *q. 1. c. 2. n. 7.* non pro tota propositione mea F. Romanum 356
supr. cit. loc. sed duntaxat pro prima & secunda ejus propositionis parte allegaveram astipulatorem. Ita enim loquor; *His positis Respondetur. 1. Mortuis omnibus alicujus Monasterii collegis dicto modo congregatis, eorum Monachatus, Canonias & prabendas Monachales, dignitates item & personatus adeoque singulos & omnes omnino titulos esse extinctos.* At ibidem sequentia F. Romanus omittit, ut lectorem facilius decipiat; Erant autem isthæc. *Pars 1. de Monachatibus, Canoniis, & secunda de prabendis Monachalibus probatur*, ab Anton. de 357
Butr. *in d. c. cum M. Ferrar. n. 1. & 8. de constit. n. 6. & c.* quibus subijciebam, inquiens; Hæc propositio & Responsio tam certa est jure Canonico, ut ipsum etiam adversarium F. Romanum *q. 1. n. 42. & 44.* habeat astipulatorem. Unde 358
patet, quod ego propositionem de Monachatibus, canonijs & præbendis Monachalibus duntaxat, non autem de dignitatibus &c. *qua demum parte 3. in §. pars tertia proponuntur*) asseram F. Romano, qui proinde fallaciter agit, quando quæ ego de Monachatibus *in parte prima* adduco, ipse etiam *dignitatibus in parte tertia* dicit à me applicari. Ita ipse dicta secundum quid, per 359
fallaciam simpliciter accipit.

Quod addit F. Romanus, paradox. *n. 24.* quasi S. Layman *loco 1. censur. Astri. §. Atqui & c.* contradiceret *loco 7. Censur. §. in eo verè, & Censur. 6. §. quarta fraus. & censur. 7. §. hic iterum. & §. Veruntamen, & c. & just. defens. fol. 444.* Illud minimè est verum, prout & P. Valentinus Mangionius *Theor. part. 2. q. 1. n. 37.* *Comment. Hajan. de contradictione Laymanum Diluitur.*

1. *nume.* 37. *F. Romani, & 38. 47. suo vero numero* 84. *& seq. maximè n.* 117. optimè ostendit, atque jam ego *supr. hic q.* 1. *cap.* 1. comprobavi.

361 Nam rectissimè ipsi docent, quod in Ecclesia collegiali non numerata, ubi non datur certus Canonicorum aut fratrum numerus, nec *etiam distinctæ* præbendæ, aut earum portiones, Tituli extinguantur, *ac re ipsa* sint extincti;

362 Quod si tamen adesset spes certa, juridica, ac proxima similis omnino collegii resuscitandi; tunc fictione juris Tituli censerentur non extincti esse, sed

363 duntaxat dormire, ob spem certam resuscitationis. Unde propter diversum ejusmodi respectum sibi non contradicit P. Layman; cum Veritate inspecta, Tituli sint extincti; fictione tamen juris Tituli, qui sunt re ipsa extincti, non censeantur extincti ob spem certam & proximā resuscitationis, sed *quodammodo* in spe remanere; Cujusmodi dictio *quodammodo* est nota improprietatis & fictionis *l.* 4. §. *Cato & ibi* Bart. 6. *o: pos. ff. de V. O.* Alber. de Rosat. *in addit.*

364 *in verb. quodammodo* Fac. not. Nævij *in d. l.* 4. §. *differentia ff. de V. O.*

Dictio quodammodo.

Fictio quid?

365 Fictio enim est veritati contraria, pro veritate assumptio. ut docet glos. *præsumptio. & ibi addit.* Marg. *in l. fin. ff. quod met. caus. l. servitutes.* §. *si sublatum. ff. de serv. urb. præd.*

366 Proinde quando à fictione Iuris ad veritatem rei F. Romanus infert, nonnisi absurdè argumentatur; haud secus, quam si ex ficto homine, ficto caseo, inferret, Ergo est verus homo, est verus caseus, adeoque qui dicit, est fi-

367 ctus homo, est fictus caseus, & negat fictum hominem & fictum caseum esse verum hominem aut caseum, sibi contradicit. hæc verè F. Romane paradoxa sunt, ad illa oportuisset attendere, & doctrinam P. Laymanni, ac P. Valentini Mangionij suspicere, amare ac venerari, nec te in illos errores Philosophicos induisses; quasi poneretur, non Ens seu privationem recipere magis & minus; sed didicisses, quomodo à privatione ad habitum propter alterum extremum positivum interveniens, detur regressus, non verè, sed fictione ju-

368 ris, ut quod re ipsa est aliud & novum, censeatur fictione juris idem *d. l. servitutes.* §. *si sublatum. ff. de serv. urb. præd.*

A privatione ad habitum subinde datur regressus propter aliquod interveniens positivum.

Annon Itali Medici tam experti, ut homini destituto naso alium illi ex alia parte hominis carnosa, vel etiam ex pullo calido formare possint nasum,

369 ut idem cum priore censeatur nasus recenter efformatus & aggeneratus, ita à privatione ad habitum interveniente aliquo positivo datur reditus.

Taceo, quod argumentum à privatione ad habitum secundum Everard.

370 *in loc. à privat. ad habit. n.* 3. non procedat, quando verba impropriantur, uti hic *impropriè* accipiebatur verbum *permanere*, prout ipsi adjecta particula *quodammodo*, nota improprietatis per *supr. not.* sufficienter indicabat.

Quando P. Laymannus *Cens.* 4. §. 3. vocat Monasteria ob mortē omniū

371 vacantia seu extincta, tunc diverso respectu ita vocat. *Vacantia* quidem respectu jurium realium & bonorum; *extincta* verò respectu congregationis & Titulorum

Titulorum, quemadmodum ego in *Astri Eclipsi q.1.c.1.2.3.4.* ostendi, & peculiariter P. Valent. *in Theoricis suis p.2.qu.1.ad n.44.& 47. Astri, in suo verò n.* 117. clarè ostendit. Ita particula *seu* non accipitur hic expositivè, sed ampliativè, quemadmodum & aliàs in jure accipi docet Daoyz *in indice juris civilis. verb. seu, ex princ. Inst. de Interdict.* 371 372 *Dictio seu.*

Deinde F. Roman. *in paradox.* 10. malè carpit P. Laymannum *censur. 6. §. ad hoc dico ult*, tradentem, Monasterium per mortem Abbatis dici vacare; *nō omnimodè & absolutè*, sed cum addito, & ut bene explicat P. Valentin. *ad n. F. Romani 42. suo vero*, 105. secundum quid vacans Pastore. *cit. c. Messana (de Elect.) id est*, viduatū sive orbatu Prælato, tanquam sponso suo; cum P. Laymannus illud probet *ex cit. c ne pro defectu 41. (de Elect.)* ubi id bene declarat *Abbas* in allegat. n.2. *nota. 3. ibi Ecclesia viduata, quod Ecclesia carens Pastore, dicitur vidua, cujus maritus mortuus est.* Et mox *Ecclesia vacans capitur pro vidua*, quas allegationes F. Rom. omiserat. Post eas verò immediatè subijcit P. Laymannus; *Falsum quoq; est, quod, mortuo toto conventu, si solus Prælatus superfit, Monasterium non vacet, tam de jure, quàm de facto, quod attinet ad Titulos conventuales.* Per hæc verba P. Laymannus sibi non contrariatur, prout notavit etiam P. Valentinus *in Theor. part. 2. q. 1. ad n. 42. suo vero n. 105.* quicquid, inquiens, *fit de hoc modo loquendi, sive moriantur omnes Monachi, superstite Abbate, seu contra moriatur Abbas, Monachis superstitibus; omnia Monasterij jura & Tituli non extinguuntur, sed vacant, quia, ut sæpius dictum, est, omnia & quæcunque jura collegij bene conservantur in uno tantum.* Hæc P. Valentinus. 373 374 375 376 377 *Romanus Laymannum mutilè citat.*

Sed ut F. Rom. agnoscat, quam perperam contra P. Laymannum agat, *Respondeo* ego, quod P. Laymannus agat de eo casu, quo & Abbas sui tituli distincta habet bona, à bonis ipsius conventus (quemadmodum habere potest *per not. Lel. Zecch. de Rep. Eccles. cap. 25. sub n. 6.* ex Abb. *in c. edoceri de rescript. & c. causam quæ. de jud.*) hoc casu omnibus de conventu mortuis, eorumq; Titulis extinctis bona duntaxat ipsius conventus vacant, & hoc est, quod dicebat P. Layman. Monasterium post omnium mortē superstite Abbate vacate quoad conventuales Titulos: secus tamē foret in casu, quo bona Abbatis & conventus non essent divisa; tunc n. omnib. de conventu mortuis, eorumq; Titulis extinctis, bona necdum vacarent, sed pro indiviso ab Abbate possiderentur *per l. 5. §. fin. ff. de reb. eor. qua sub tut. vel cur.* 378 379

Hinc patet, perperam accipi à F. Romano Laymannum, quando ille hujus verba interpolat, allegando, Laymannum docere, *falsum esse, quod mortuo toto conventu, si solus Prælatus superfit; Monasterium non vacet Pastore seu sponso.* cum Laymannus hic ad verba non vacet, non addiderit hæc vocabula, Pastore seu sponso, quæ contra rei veritatem & P. Laymanni sensum ac mentem à F. Romano adijciuntur, falsumque constituunt sensum, atque ita F. Romanus passim & P. Laymanni & meos textus à se allegatos corrumpit, quod tamen in jure severè prohibitum est, *per l. hodie, & ibi Dd. ff. Ad L. Cornel. de.* 380 381 *Romanus Laymanni verba interpolat.*

nel.de falſ.&c. Verum autē erat in caſu, quo omnes de convētu mortui eſſent, ſolo ſuperſtite Prælato; quod tū Monaſteriū non vacet Paſtore ſeu ſponſo.

Sed ea nihil huc ſpectant, ubi non tantum de conventualium, ſed & i-
383 pſius Abbatis vel Prælati obitu agitur, an eorundem tituli ſint extincti, & extingui doctum eſt.

Abbas à Conventu ſubinde diſtinguitur.

Porrò quod F. Romanus paradoxum exiſtimet, de jure conventum ſine Prælato nec accipi nec intelligi, jam ſupra initio *q.* 1. abunde eſt refutatum, ubi oſtenſum fuit, Abbatem in jure dici à Monaſterio ſeu conventu eligi. Læl Zecch. *de rep. Ecc leſ. cap.* 25. *ſub num.* 3. *verſ. V. oportet, ut eligatur.* (Abbas) à conventu illius Monaſterii, non autē ab Epiſcopo. *c. quod ſit. c. Abbatē.* 18. *q.* 2.
384 *&* ibi Can. glo. pragm. *in c. ſicut §. & quoniam verb. pertinet. de Elect. pag.* (*mihi*) 121. Item Abbatem dici matrimonium cum Monaſterio ſeu conventu contrahere glo. pragm. ſanct. *in § quod ſi quis verb. ſuperiorem nu.* 5. *de collationibus* ex Bellamer. *deciſ.* 88. *pag.* (*mihi*) 307. adeoque Abbatem à Conventu
385 diſtingui; quid? quod conventus ſubinde non comprehendat Prælatum, videre eſt ex S. Rot. Roman. *deciſ.* 5. *&* 6. *apud Tambur. tom.* 3. *de jure Abbat.* Aliud eſt, quando ejuſmodi materia ſubjecta eſſet, quæ conventui & Prælato æque conveniret; tunc enim Prælatus non excluderetur *per not. ſupr. init. qu.* 1.

Subinde non.

386 atque ita *intelligendus* erit P. Laymannus, quando Prælatum dicit conventui *includendum*, ut proinde hic F. Romanus quando contrarium aſſerit, mera paradoxa loquatur.

Commentum Hajan.

Similiter quando F. Roman. *paradox.* 24. vult Laymannum *in cenſur.* 6.
„ *in fin.* ſibi contrariari, tradendo, *per mortem omnium titulos vacare, & per novā*
„ *creationem conferri oportere, eo quod vacatio ſit juris exſiſtentis, ſed poſſeſſore va-*
387 *cantis, quomodo autem id, quod exſiſtit, nova creatione indiget, ut conferatur.*

Diſcutitur.

Ad illud Reſpondeo, F. Romanum æquivocatione vocis *tituli* aut decipi, aut alios decipere velle; P. Laymannus hic intelligendus eſt non de Titulo perſonali Monachi, aut etiam totius collegii *&* conventus, ſed de titulo reali, ſeu de re ipſa, & bonis conventus, quæ morte non unius, ſed omnium de conventu, vacant; at ſuperveniente creatione titulorū perſonalium à ſu-
388 periore reſuſcitatorum in Titulos poſſeſſionis illius collegii reſuſcitati cōferuntur, prout F. Romanus *ex ejuſdem §. antecedentibus*, atque ex naturâ verbi
„ *conferri* facilè potuiſſet ac debuiſſet colligere. Ita verò loquitur Layman-
„ nus. *Tametſi enim ſi Eccleſia Regularis numerata non ſit, per mortem ſingulorum è*
389 *conventu Tituli vacare non cenſentur, tamen per omnium, ideoque extinctionem totius conventus, neceſſariò dicendum, titulos vacare, & per novam creationem conferri oportere.* Cujuſmodi verba nullum alium ſenſum admittunt, quam quem paulo ante recitavimus, quemque P. Valentinus Mangionius *in Theor. part.* 2. *q.* 1. *ad F. Rom. Hay n.* 44 *ſuo vero num.* 111. 112. rectiſſimè annotavit. E-
390 undemq; ſenſum ipſemet Layman. *Cenſur.* 7. §. *hic iterū.* ex adverſum allegato confirmat, ubi titulos perſonales morte omnium extinctos, dicit, *propriè le-*

Nec

quendo non vacare, quæ qualiter à F.Romano rodantur, non video, cum optimè cum superioribus cohæreant.

Nec se regyrat Laymannus *in just.defens.pag.*270.§.*fin.a.* versemur, quæ 391 compluribus annis ante censuras edita fuit, ut se ibi regyrare dici nequeat, & istic de juribus realibus ac titulis realibus, vacantibus, accipiendus est, ut hæc sequentia ibidem verba sufficienter indicant; quod *ejus Monasterij pos-* 392 *sessionem sine canonica Prælati Ecclesiastici vocatione, atque institutione capientes,* " *vitium intrusionis incurrant*, juxta c.ad aures.3.de excess.præl.c.relatum 21.de " jure patron.*& de hac re videri potest Abb.*in c.cum jam dudum nu.3.de præb." *Selva* de benef.part.3.q.11.in quinta qual.*Rebuff.*in Reg.Cancell. 29. ubi de " intrusione *§.* quæro, an intrusus & *concil.Lateran.*sub Leone X.sess. 10. ibi " *collationes* (à Principibus Laicis) *factas, nullas & irritas esse decernimus, ac illis* " *utentes reddantur inhabiles ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda*, *donec cum* 393 *eis super hac per sedem Apostolicam fuerit dispensatum*. Hæc ibi. "

Ex quibus patet, quod istic sermo sit de juribus & titulis realibus, seu 394 de re & bonis Monasterii vacantibus. "

Ad locum ex *censur.7.§.veruntamen*, Respondeo illic non determina- 395 ri, Titulos personales morte omnium verè vacare, sed posse dici, aliquo modo, adeoque fictione juris quodammodo vacare ob spem certam ac proximam similis collegii reparandi, prout ex ejusdem Laymanni verbis *ibid.* subsequentibus expresè videre est. A fictione autem ad veritatem non valet argumentum, prout supr.

Quod *paradox.*36 F.Romanus Laymannum *§. censur. 6. §. hic au-* 396 *tem* 2. adducit tanquam absurda docentem, *quasi ex ipsius doctrina sequeretur*, *Ecclesiam Parochialem dici ibi vacare Pastore*, *ubi non est*, *&*, *ubi est*, *non vacare*.

Somnium est F.Romani: quia morte Parochi titulis ipsius, cum sit distinctus, distinctamque habeat præbendam, quando Ecclesia Parochialis 397 non est collegiata, dicitur vacare, & non extingui. Alia est ratio Ecclesiæ Collegiatæ, non numeratæ; adeoque F. Romanus à parochiali Ecclesia propter obitum Parochi vacante ad Monasterium seu Collegium seu conventum in- 398 eptè argumentatur, prout rectè ostendit *cit. loc.* Laymannus, qui ibidem notat, Titulum Parochialem obitu Parochi non in Parochia seu in corpore districtus Parochiani, sed in ipsa Ecclesia Parochiana, quæ est diœcesana, atque ubi titulus Parochi fundatus & loco affixus est *per c.dudum ib.*2.*seu* 54.*de elect.c.quia nonnulli.c.relatum de cler.non resid.& ibi Canon.*vacare.

Unde patet, quam absurda sit commentitia illa F.Romani illatio. 399

A Laymanno redit. ad me F. Romanus, ordineque in verso pugnare 400 contendit, sed videamus, quam feliciter.

Ipsum F.Romanum *d.q.*1.*n.*42. ego, paucis argumentantem induxeram, ut argumentum meum juxta ipsius allegata ac eorundem terminos in-

 telligere-

Commentum Hayanum. telligeretur. De quo, ne causam conquerendi habeat, ego pluribus vim ipsius argumenti hic depingam, ut quisque videre possit, nihil in eo roboris
401 esse, nihil soliditatis. Ita verò ipse discurrit, more suo multis aliis peregrinis, huc non spectantibus, ut cuivis videre licet, admistis, quæ omitto; *Abbatia vel Prioratus vel Monasterium de jure vacat per solius Abbatis obitum aut cessionem, ipse enim est propriè Sponsus Monasterii sui.* cap. Messana & d. cap. ne pro defectu de elect. *Abb.* in cap. quia propter & in d. c. ne pro defectu num.
402 2. ibid. *Ideo si totus conventus moriatur, Abbas autem non, vacare non dicitur Monasterium. Mortuo vicissim Abbate solo, vacat Monasterium, & si deinde*
403 *successivè moriantur etiam reliqui de conventu, plus non extinguerent singuli, quam concreatos secum titulos non numeratos, &* quod F. Rom. omittit *in allegat.* 44. addendum *est ex n.* 43. tituli autem non numerati sunt extincti. *Proinde numerati Tituli morte intitulatorum erunt vacantes.*

Sed F. Romanus hic errat in primis Principiis, quia, ut jam supr.
404 demonstratum est, in Ecclesia non numerata, ubi non est certus ac stabilis numerus fratrum aut Canonicorum expressè præfixu, nec etiam dantur distinctæ præbendæ, aut distinctæ earum portiones, ibi morte obeuntium fratrum aut Canonicorum non datur vacatio, sed extinctio, adeoque nec devolutio *Dd. supr. cita.* Esto in Ecclesia non numerata ante fuerit nu-
405 merus Canonicorum certus, si tamen ille postea fuerit ruptus, censetur non numerus adeoque constituens Ecclesiam non numeratam, in qua non da-
406 tur vacatio. *supr. cit. Dd.* Proinde cum in Ecclesiis Monachalibus, de quibus quæstio est, non sit certus Fratrum numerus expressè præfixus, nec etiam præbendæ, aut earum portiones sint distinctæ, non etiam dabuntur tituli numerati, prout perperam sine lege, ratione, Dd. authoritate F. Romanus supponit, adeoque ibi non datur vacatio.

407 Primum Argumentum nomine ipsius à me propositum, quia à F. Romano *postponitur*, & in subsequente *allegat.* 246. refertur, minimè potest negari, quod ipse illud, quoad suos putatitios numeratos formârit, cum eos non putet morte totius conventus extingui, sed duntaxat vacare, ad quos alii secundum ipsum sint substituendi. *astri quæstio. prima, numero quadragesimotertio. & quadragesimoquarto. allegat.* 407.
408 Ut proinde ego bene ex F. Romani mente argumentum proposuerim, Contra vero ipse frustra dilabatur ad suos titulos concreatos nonnume-
409 ratos, quos concedit extingui. Sed quidquid de hoc sit, F. Romanus, quando in Ecclesia Collegiali non numerata dicit, dari titulos numeratos, sine ratione & authoritate loquitur, & pugnantia tradit, nimirum, dari Ecclesiam collegialem non numeratam, & dari titulos nu-
410 meratos; Cùm tamen à titulis ipsis numeratis vel non numeratis appelletur Ecclesia collegialis numerata vel non numerata, per not. Bald. *in c. cum accessissent. de Elect.*

Fortè

Fortè videtur F. Romanus confundere titulum numeratum ut numeratum, reduplicativè à Nobis atque à Dd. consideratum, cum titulo numerato specificativè accepto, seu titulo, qui numero alicui sive certo sive incerto substat; sed hæc insignis & frigida fallacia est, ex Logicis redarguenda. 411

Deinde nec verum est, quod solus Prælatus sit verè sponsus Ecclesiæ; Cum *Christus* sit verè verus, & *Prælatus* solum ministerialis sponsus Ecclesiæ; Nec quia Christus aut Prælatus dicitur esse sponsus, ideo *negari* poterit, quòd Ecclesia vel conventus tanquam sponsa matrimonium spirituale cum Christo ac Prælato contrahat. Hinc etiam mortuo Prælato Ecclesia vel conventus dicitur viduari, quemadmodum *supra hoc capit.* 2. §. 5. *dubio.* 5. *numer.* 266. *ac dubio.* 6. *numer.* 374. ex Laymanni Censura 6. §. *ad hoc. & ibi cit. capit. Messana. de Elect. & ibi cit.* Abbat. est deductum. Ex quibus consequenter apparet, quàm multipliciter hìc F. Romanus à scopo & jure aberrarit. 412 413

§§. VIII. IX.

Dubium 7.

De devolutione & substitutione in assertis titulis.

QUod verò loco prioris argumenti F. Romanus *ex quæst.* 1. *Astri. numer.* 12. *& sequent.* aliud substituit, *quasi superior, ad quem facta sit devolutio per mortem omnium de collegio, teneatur alios ejusdem qualitatis seu Ordinis substituere (eò quod superior conferens non possit aliter conferre, quàm natura beneficij requirat) ac proinde collatio non sit libera apud eum, ad quem devolvitur, sed transeat cum suo onere.* 414 *Commentum Hayanum.*

Illud, sicut & de substitutione facienda, non huc ad præsentem *quæst.* 1. *cap.* 2. *sed ad quæst.* 4. *& sequent.* spectat. Ut proinde perperam huc oggeratur; præterquam quod ipsomet F. Romano teste *in allegat.* 195. *numer.* 2. *&* 3. *& allegat.* 287. Monasteria ob mortem omnium conventu destituta & Ecclesiæ non numeratæ considerentur *ut proprietas, ac patrimonium, non verò ut beneficium.* Nomine autem *proprietatis* intelligit ipse *ibidem* fundationem aut fundum vel bona Ecclesiæ &c. Quod si igitur Monasteria ob mortem omnium Conventu destituta considerantur ut proprietas, igitur non venient consideranda ut tituli; consequenter nec ut beneficium. Cum multum intersit, an de Ecclesia agatur ut proprietate, an verò ut de beneficio *cap. super eo. junct. gloss. de transact.* Siquidem Ecclesia quando consideratur ut proprietas, nequaquam ipsa involvit, sed excludit Titulum spiritualem Ecclesiasticum, ut notorium est ex materia unionis, per quam dicitur Ecclesia 415 *Diluitur.* 416 *Ex proprio F. Romani fundamento.* 417 418 419

unita perdere titulum suum, & fieri alterius patrimonium & proprietas. Bellamer. *decision.* 617. Verall. *decisio.* 99. *part.* 1. Rot. Roman. *decisio.* 212. *numer.* 6. *pars* 1 *in recentior.* Oliver. Beltram. *ad decis. Gregor. XV.* 174. *lit. a.* Idem Gregor. XV. *decis.* 562. *n.* 2.

420 Ex quibus consequens est, quod in Monasteriis ob mortem omnium conventu destitutis nec detur vacatio Tituli beneficialis, adeoque in ijs, sicut & in Ecclesiis non numeratis *devolutio* locum non habeat; licet aliud obtineat in Ecclesia numerata, prout supra ex Dd. fuit ostensum.

Argumentum Hayanum contra F. Romanum retorquetur.

421 Quin etiam posito, non concesso, quod Monasteria ob mortem omnium conventibus destituta sint *beneficia*; tunc si Monasteria illa darentur societati Iesu, darentur etiam *Regularia Regularibus*, nisi F. Romanus contra constitutiones Apostolicas velit asserere, societatis Iesu Religiosos non esse Regulares, quod quam periculosum ipsius conscientiæ futurum sit, ipsemet perpendat.

422 Dein nec ullus Dd. contradicit, quin omnes unanimiter sentiunt ac tradunt, *mortuis omnibus alios esse substituendos*; at non definiunt, quod *mortuis omnibus alij ejusdem omnino ordinis & qualitatis* sint substituendi, quemadmodum *infra in Resolutio. quæstio.* 7. discurietur, & sufficienter apud F. Romanum *in ligata libertate sub numer.* 84. *ex gloss. in cap. statutum. de Elect. in 6. verb. collegiatas.* Panorm. *in capit. cum ex injuncto. numero quinto de nov. oper. nunc.* & ibi Anton. de Butr. *numero quarto* videre est.

423 Alii Dd. non loquuntur de casu, quo mortuis omnibus alii sunt substituendi, uti *eadem quæst.* 7. docebitur, atque hinc ex ipsis Dd. à F. Romano *in ligata libertate sub num.* 84. 85. allegatis colligere est, quantum F. Romanus à linea aberrarit.

§§. VIII. ET X.

Dubium VIII.

Commentum Hayanum.

424 De successione in Monasteriis at in iis hæreditaria à F. Romano asseratur.

Diluitur.

425 Denique quod F. Romanus assertam à se in sensu composito *quæstion.* 1. *Astri. numer.* 41. hæreditariam successionem nunc *allegat.* 440. conatur per sensum divisum eludere, mihique *allegat.* 246. imputare, *quasi ipsum falsò allegarim*; in eo ipse insigniter fallit; Cum F. Romanus *dict. quæstio. prima numero quadragesimoprimo.* ipsemet ita dicat: *Et confirmatur; quia concessa olim jura vel privilegia reassumuntur & perdurant, nec est necesse noviter impetrare titulum Abbatis, ubi fuit, vel*

usum

usum mitra vel sandaliorum, &c. Restituta enim re in pristinum statum, omnia ju- »
ra restituuntur. glos. c. pastoralis. 7. q 1. *Neque creatur aut innovatur jus novum,* » 426
sed antiquum reassumitur. QUIA IN SUCCESSIONIBUS HÆRE- » NB.
DITARIIS SUCCESSOR SECUNDUS *in jure primi succedit, continuan-* »
do jus primi ad secundum, sine innovatione juris, & idem est in jure proprietario re- »
ali seu personali, quamvis Ecclesiastico. glo. in c. succepti extrav. com. ne sed. va- »
ca. *Et hodiernus Abbas verus erit successor in omni jure Abbatis ante annos* 70. *vel* »
80. *defuncti, &c.*

Ex hisce verbis satis liquido apparet, quod F. Romanus *hic* loquatur *de suc-* 427
cessione hareditaria, quæ (ut ipsemet F. Romanus *d. allegat.* 440. ex Rot. Rom. *decis. 1. circa fin. de locat. & conduct. in nov.* concedit) in beneficialibus non da-tur, prout ego *q. 1. c. 2. n. 9. 10. Astri Eclips.* cum P. Valentino in *Theor. ad q. 1. Astri n. 45. ex c. Apostolico. 8. q. 1. & c. 2. de concess. prab.* comprobavi eam non dari.

Contra id autem, quod ego & P. Valentinus *cit. loc.* asserimus, in beneficia- 428
libus non dari *successionem hareditariam* (de hac enim loquebatur F. Roma- *Successio alia*
nus *d. q. 1. Astri n. 41.*) frustra ipse allegat *d. allegat.* 440. in beneficialibus dari *electiva alia* *hareditaria.*
successionem aliquam electivam, quemadmodum Paulo Papæ V. successit 429
Greporius XV. & huic Urbanus VIII. Si quidem hæc à *successione hareditaria*, de qua prius locutus fuerat F. Romanus, & nobis sermo est, omnino differt, ut patet *ex cit. c. Apostolica. 8. q. 1.* Ut proinde ab una successione ad aliam F. Romanus non sine aliqua fallacia dilabatur.

Adhæc notandum est ex Antonio Burgos. *in repet. c. cum omnes, num. 77 &* 430
seqq. maximè n. 82. & seqq. de Constit. quod ubi vacationi est locus, sicut in Ec- *In Ecclesia non*
clesia numerata videre est, ibi detur successor in beneficialibus; ubi verò non *numerata non*
est determinatus & certus numerus Canonicorum, nec certæ sunt præbendæ *datur successor*
ibi nec detur vacatio, nec etiam successor; eo quod tunc mortuo Canonico, 431
&c. extinguatur jus Canoniæ, & cum novo vel substituto Canonico jus Canoniæ recreetur. Unde cum in Monasteriis Religiosis non detur certus nu- 432
merus Religiosorum, nec etiam separatæ præbendæ, etiam illic non habebit locum vacatio, nec dabuntur *successores*, sed *substituti*; si qui fuerint à Superi-
bus in defunctorum locum instituti. Quo videtur P. Valentinus collinea- 433
re, quando *loc. cit.* monet, quod cum mortuis omnibus de Collegio Religioso non numerato tituli & jura personalia sint extincta, ut probatum est, ideo nec illa dici possint perdurare, nec adesse istic aliquid (personale) quod reassumatur, sed debeat creari de novo, nim. quod ad dictos titulos & jura personalia spectat. Consequenter vult P. Valentinus asserere, non adesse istic titu- 434
los, in quibus successor detur, aut succedatur.

Insuper aliud est, Administratores piorum locorum, si quid his testamento 435
sit relictum, jus & nomen hæredum eo casu sortiti, Gothofred. *in d. l. si quis ad* *Argumento*
declinandam §. licentia. C. de Episc. & Cler. & c. in præsentia. de prob. & aliud, in *F. Rom. Resp.*
beneficialibus dari hæreditariam successionem. Prius de jure licitum & 436

Pp 3 com-

commendabile *d.l.si quis ad declinandam.* §. *licentia.* & *ibi Gothofred.* posterius verò illicitum & reprobatum *d.c. Apostolica.* 8.*q.*1.*d.c.*2.*de concess.preb.* Rot.
437 Rom. *d.decis.*1.*circa fin. de locat.conduct.in nov.* Unde ab uno ad aliud non sine fraude & fallacia transitur, nec Conclusio ulla inferri potest, nisi velit F. Romanus syllogismum quatuor aut pluribus pedibus aut terminis currere.

438 Deinde ego *sub n.*8. proposueram 2. *hoc* argumentum ex F. Romani *Astri q.*1.*n.*37. Jura & privilegia Monasteriorum casu vel facto destructorum dicuntur Doctoribus manere *d.q.*1.*n.*37.& *seqq.* At tituli numerati Monasteriorum sunt jura Monasteriorum. F.Rom. *d.q.*1.*n.*40. Igitur tituli numerati Monasteriorum casu vel facto destructorum dicuntur Dd. manere.

Aliud ejusdem Romani argumentum.

439 Ad quod Respondendum est, quod isti Dd. perperam huc afferantur, prout *infra* videbitur, Cum loquantur de juribus Collegii per *casum fortuitum, facto hominum*, non autem per casum *fortuitum ex natura rerum contingentem* destructi. Hi enim casus fortuiti inter se differunt. Vide Sebastian. de Medic. *in tract.de casib.fortuitis.*

Solvitur. Casus fortuitus alius accidit facto hominum, alius ex natura rerum

Nos autem de juribus Collegii per casum fortuitum ex rerum natura, videlicet ex morte omnium Collegiatorum contingentem destructi agimus;
440 qui casus plurimum differt ab eo, quo agitur de juribus Collegii per casum fortuitum ex facto hominum, videlicet ex violenta hostium invasione contingentem destructi, per not.glos. *in extrav. suscepti. verb. vacantium. ne sed. vacant.* Nec ab uno ad aliud licet inferre, per not. d.glos. *cit.loc.*

§. XI.

Jura & privilegia quando casu fortuito pereant, quando non, ubi de titulis.

441 POsito etiam, minimè concesso, quod Doctores in *Majore* loquantur de casu fortuito nostro, tunc Respondi ego *ibid.d.c.*2. Majorem eam veram esse de juribus realibus, & quidem per se, non autem per accidens consideratis; neque eam veram esse de juribus & privilegiis personalibus, maximè singulariter concessis. Hæc enim cum persona creantur & extinguuntur. Host. *in summ.decretal.de privileg.n.*3. Joan.Andr. *in Mercur.in regul.*7.*de R.I.* Dd.
442 *in l.in omnibus causis* 68.& *in l.privilegia quadam causa* 196.*ff. de R.I.* & *in l.sicut.*§.*in Decurionibus ff.quod cujusq. Univ.nom. Lag.tit. de privil.* Goffred. *in summ.decretal.tit.de privil.* Et consentit P. Valentinus *in Theor.p.*2.*q.*1.*ad num.*
443 35.*n.suo* 74.75.

Ad Argumenti verò minorem Respondi, titulos allatos & assertos, nimirum
444 *Præposituras, Prioratus claustrales, Decanatus, Cellariatus,* & *assertas eorum Canonias ac prabendas* (de Abbatia enim post agemus) esse jura personalia singulariter fratribus Collegis concedi solita; eo quod cum eorum singulis in Colle-
445 giata Ecclesia non numerata creentur, & desinant esse. *supra d.c. dilecto. de preb.*

præb. c. ex parte. de conceß. præb. & utrobiq; Dd. Et P. Mangionius *d. loc. n. 76.* probat, titulos eos esse jura non realia, sed personalia competentia immediatè Collegio Ecclesiastico, & Monasterio accepto in ea significatione, qua significat collectionem & congregationem Monachorum. Et Ratio ipsius est, 446
quia hujusmodi tituli sunt aliquid Spirituale ac fundantur immediate in sacratorum hominum officio & proprietate, hoc est, in Monachatu & Professione Religiosa, sicut jurisdictio spiritualis, quam habet Capitulum Ecclesia *v. G.* sede vacante, fundatur in Clericatu. Unde si subtrahatur hoc fundamen- 447
tum per dissolutionem Collegii & Monasterii, quod constat Personis Religiosis, corruant necesse est, & extinguantur ipsi tituli, qui in eo fundantur, ad eum modum, quo privilegia personalia alicui personæ concessa, ipsa persona mortua extinguuntur. Et hoc maximè verum est, quando Collegia & Mo- 448
nasteria destructa & dissoluta sunt absque spe restaurationis. Idem repetit P. Mangionius *ad F. Rom. q 1. n. 37. suo vero n. 85. & seqq.* Unde Consequens est, 449
quod extinctis vel mortuis omnibus Collegis, ipsorum quoque asserti tituli, nempe assertæ Canoniæ & præbendæ Monachales sint extinctæ.

At F. Romanus *allegat.* 219. 220. 221 222. contra id, q; ego docueram, *jura* 450
& privilegia personalia in Monasteriis casu vel facto destructis, *non manere, maximè singulariter concessa quod hæc cum Persona creentur & extinguantur,* juxta Host. *in summ. decret. de privil. n. 3.* innueramque jura & privilegia etiam " 451
non singulariter, sed communiter personalia cum persona communi, seu "
corpore personatum creari & extingui, *opponit, quod illud fallat in destructione* "
casuali, quia in Monasteriis omnia jura & privilegia Congregationis particularis, "
simul sunt concessa in ordine ad illum locum, seu Monasterium determinatum. "
Privilegium autem concessum corpori Congregationis alicujus, ratione loci, cum " 452
corpore non extingui, sed esse perpetuum. fatear ego ipse q. 1. c. 3. sub n. 3. *Et Host.* "
quidem loc. cit. *dicat, quod privilegium singulariter personale cum persona singu-* "
lari extinguatur, non vero communiter personale. Ideoque perperam ibidem à "
me trahantur in eandem sententiam Ioan. Andr. Dd. Lagus, & Goffredus loc. cit. "

Commenta Hayana.

Iterum *allegat.* 407. *& paradox.* 3. dicit F. Rom. *intitulatos quidem morte ex-* " 453
tingui, non vero ipsos titulos, Abbatis, Præpositi, Prioris Claustralis, Decani, Sub- "
prioris, Cellerarii, Custodis, Cantoris, Scholastici, & si quæ similia Majorum Officia- "
lium in Regula Monastica exprimantur, aut de consuetudine observentur, horum "
titulos certos esse in Monasteriis & perpetuos, ideoque morte omnium non extingui " 454
sed vacare, aut alteri conferri. Et etiam omnibus de Collegio una cum Capite "
mortuis, tamen istas dignitates & beneficia non extingui, sed sicut is, ad quem Ab- "
batis electio per mortem omnium devoluta fuit, tenetur intra definitum tempus ali- "
um qualificatum ordinare, sic taliter ordinatum Abbatem aliunde non impeditum " 455
obligari de novo creare vel assumere Monachos, & ex iis juxta Regulam ordinare "
Priores, Decanos, Cellerarios, &c. Non de novo hos fixos titulos aut beneficia cre- "
ando (ut ego mihi imaginer d. n. 7. §. Unde tale conficitur. ex c. dilecto. de præb. "

quod

456 „ *quod hanc in rem præposterè* (ut ille asserit, sed non probat) *allegem sed in va-* „ *cantes antiquos titulos & beneficia, novos intitulatos substituendo. Quæ benefi-* „ *cia Regularia, quamvis sint manualia, dicit tamen esse (ut docet Filiuc.* tract.41. „ posthum, de benef. c.1. n.11. verb. Tertio & verb. quarto) *perpetua, tum quia* „ *non cessant aut extinguuntur vita aut privatione beneficiati, sed aliis conferuntur,*

457 „ *tum quia nō ad tempus certum, sed ad incertum, unde etiam possunt esse ad vitam;* „ *tum quia potestate & habitu dicuntur perpetua, ex communi, teste Azor.* lib.3. „ c.1.q.20.

458 Sed in his vehementer aberrat F Romanus, ac sine lege, authoritate & ratione discurrit, ideoque ejus discursui non multum est tribuendum, quin & in

Diluuntur.

459 eodem fallaciâ plurium utitur quæstionum. Nam dum à nobis tres proponuntur quæstiones vid.1.quomodo Collegium morte omnium Collegarum extinguatur, ac.2. quomodo cum ipso Tituli. 3. jura & privilegia exstinguantur; ipse F.Romanus secundam & tertiam quæstiones fallaciter confundit, ac quasi etiam pro secunda quæstionis decisione fuisset à nobis allegatus, *supra cit.loc.* Hostiensis; Cum tamen prima quæstio in primo; secunda in secundo capite fuerat discussa, nec veniebat hæc *in c.*2. per Host. *d.loc.* (quemadmodum perperam F.Romanus *d.loc.* asserit) comprobanda; Tertia verò

460 *in seq.capite* 3. erat discutienda, eaque per Host. *cit.loc.* affirmativè decidenda, ubi simul Hostiensis ab imperitione F.Romani vindicabitur, ostenderturque rectè à me *in summ.de privileg. n.*3. citatum docere, non tantùm privilegium simpliciter personale cum persona exstingui, ut perperam asserit F.Romanus, sed etiam privilegia corporalia cum ipso Corpore vel Collegio perire.

461 Deinde F,Romanus contra Baldum aliosque *in c. cum accessissent. de Con-*

462 *stit.* ait, *in Ecclesia non numerata dari Titulos numeratos*; Cum tituli certi ac fixi in certo numero istic non dentur, prout *supra* visum fuit. Aberrat etiam

463 idem, quando existimat, Titulos *supra citatos* fuisse Monachis *in ordine ad locum* datos, adeoque eos esse reales, in quo amphibolia phrasis, *in ordine ad locum*, videtur lectorem fallere. Nam ista verba, *in ordine ad locum*, vel concurrunt *determinativè* ad personas titulis insigniendas, ut significent eos Ti-

Amphibolia phrasis in ordine ad locum explicatur.

464 tulos Monachis hoc in loco , & non alibi professis tribui; Et verissimus est

465 sensus; nec propterea tituli sunt aut possunt dici esse reales; Vel verba ea concurrunt *causaliter* ad ipsos titulos, ut significent, quod quisquis hunc locum occupaverit, per eum etiam illos titulos consequatur, itaque tituli sint reales; qui sensus haud dubiè est falsissimus, ut ex deductione nostra patet, nec unquam contrarius à F.Romano poterit ostendi esse verus.

466 Tum idem F. Romanus contra expressam doctrinam Hostiensis *in summ. de privil.n.*3. Asteran. Sylvestr. Angel. de Clavasio à me supra citatorum allatam, negat, *privilegium corporale cum Corpore, vel Collegio, cui inhæret, pereunte perire.* Ut proinde non ego, sed F.Romanus *in allegat.*219.220.222. Host. & D.d. Contad. Lagum, Goffred, malè & perperam allegaverit.

Illud

Illud quoque contra F.Romanum notandum est, quod ex doctrina Gonzalez *in Regul.*8. *Cancellar.glos.*5. §.7.*n.*154. Beneficium non censeatur, quod ab infidelibus occupatur; quia divino viduatum est ministerio, Vid. *sup.not.* 467

§. XII.&c.

Quando dicantur jura corporalia fictione juris dormire.

INculcaveram, quod si Congregatio repararetur secundum antiquam formam, & personæ ejusdem qualitatis reponerentur, cujus fuerant priores, vel si juridica, certa & proxima spes adesset dictam congregationem ita renovandi, prout ante fuerat, tunc tituli & jura corporalia reipsa extincta, *fictione juris & impropriè* dici possint dormire, per not. Pauli Friderici *in disp. inaugurali.de privil.thesi* 201.*& ibi citat.l.inter stipulantem*.83.§ *sacram.ff.de V.O.l.intercidit.ff.de cond.& demonstrat.tom.*2. *Basileen. disp.* 29. ubi Lazarus qui verè obierat, *Joan*.11.dicebatur dormire. Quam comparationem licet carpat P. Romanus *allegat*.248. ramen ab ejusdem impetitione jam *sup. in Resolutione. c.*1.eam vindicavimus, atque ita ex Dd. ibidem allatis & distinguentibus Panormitanum *in c.quia Monasterium n.*3.*de rel.dom.* indefinite loquentem, interpretamur, ut Doctores Doctoribus concilientur, & plus fidei tribuatur Dd. distinguentibus, quàm simpliciter affirmantibus vel negantibus juxta Gomez. *in* §.*item si quis postulante.n.*31.*Inst.de act.* 468 469 470

§. XIV.

An & quando dignitas Abbatialis in Conventu contineatur, vel cum eo pereat.

AD Argumentum F. Romani *q.*1.*n.*4. *sub.n.*8. tertio loco propositum, *quasi dignitas Abbatialis non videretur perire*, Responderam, quod Abbatialis dignitas mortuo Abbate, sed Conventu actu vel habitu superstite, dicatur vacare *c ne pro defectu.*ibi *vel regulari pralato non vacet.c.Messana.* ibi, *Ecclesia Pastore vacante, de Elect.* Cum caput morale virtualiter contineatur in Collegii subditis adhuc exsistentibus, ab iisque vel eligi vel postulari possit: quemadmodum & P. Valentinus *in Theor.*2.*part.q.*1.*n.*99. rectè notavit. Vivian. *in rational.jur.c.*2.*col.*15.§.32.*de rescript.per c.scire.*7.*q.*1.*l.civibus.ff.de reb. dub.* Econtra si caput aut Prælatus adhuc exsistat, & subditi singuli essent mortui, non dicatur Collegii totius titulus Universalis extinctus, licet singuli eorum tituli cum singulis exspirarint personis. *Rationem attuleram*, tum quia Abbas actu adhuc exsistens, alios in demortuorum subditorum Regularium locum substituere potest; tum quia Collegium etiam in uno virtualiter con- 471 472 473 474

475 servatur cum spe juridica substituendi alios, non verò in nullo, *ut sup. in c.1. & ejusdem Resolutione* ostendi. Quodsi tamen nec Prælatus nec subditi conjunctim exsisterent in Ecclesia non numerata, nec spes juridica proxima & certa reparandi similis Collegii adesset, eo casu dicerentur in Ecclesia non numerata cum Prælato & subditis omnibus Religiosis demortuis tituli etiam dignitatis Abbatialis esse extincti.

476 Contrà opponit F. Romanus *allegat.* 188. 189. 190. quod Vivianus *loc. cit.* de Prælato Vivente, non mortuo, adeoque de Prælatura non vacante agat.

477 „ Textus vero *in c. scire. 7. q. 1.* similiter *loquatur de Episcopo Vivente, non mortuo*, „ *quodque ibi secundum* glos. in verb. scire debet, *tradat* Cornelius Papa *quod* „ *Episcopus, & ei obedientes sint in Ecclesia, Novatiani vero, qui cum Sacerdotibus* „ *Dei pacem non habent, & per obreptionem, dignitatem accipiunt, non sint in Ec-* „ *clesia, quæ tantum una est, nec potest esse divisa. Et secundum Archid. quod qui* „ *viventi & non remoto substituitur per intrusionem, non sit in communione Episco-* „ *pi, & ita non sit in Ecclesia. Et in hoc faciat ad propositum, & loquatur de facto* „ *Novatiani, secundum hoc, in Ecclesia, id est, in Unitate Ecclesiæ, sicut Caput in U-* „ *nitate Corporis, Ecclesiam in Episcopo, per obedientiam & subjectionem, id est, sub-* „ *esse, quia subest tanquam membrum Capiti, vel in Episcopo, id est, in gubernatione* „ *Episcopi, quia ab eo gubernatur & regitur.*

478 „ *Ex his ergò lucidè colligitur, sensum allegatorum textuum non esse, quod Præ-* „ *latus eligendus virtualiter contineatur in Collegio adhuc exsistente, sed quod jam* „ *electus, & de facto exsistens, actualiter & re ipsa sit in sua Ecclesia, sicut caput in U-* „ *nitate sui corporis.*

479 „ Addit præterea F. Romanus: *Tertia*, inquiens, *allegatio* l. civibus ff. de reb. „ dub. *sic se habet*, Civibus Civitatis legatum vel fideicommissum datum, civi- „ tati relictum videtur. *Ergo mortuo Prælato Prælatura vacat; Consequenter à* „ *Collegio superstite vel eligi vel postulari poterit.* Hæc ille.

480 Sed F. Romanus hic vel Calvisii personam induit, ut nesciat, de quo sermonem instituerit; vel more suo nihil ad rem proponit, vel allegatas authoritates in alienos omnino sensus detorquet.

481 Non ego usquam dixeram, quod *Abbas mortuus* virtualiter comprehenderetur in conventu; sed quod Abbate mortuo, & conventu superstite *alius*

482 *vivus* ex ipso substituendus *virtualiter* in conventu contineretur; tum quia per vocem activam eligentium de Congregatione & Conventu eligendus esset. *c. ult. 16. q. 7. c. Abbas c. Abbatem. c. quam sit necessarium. §. defuncto. 18. q. 2.* Tamburin. *de jure Abbat. disp. 5. q. 1. n. 1 tom. 1. c. 64. Regulæ S. Benedicti.* tum quia ipse Abbas vivus eligendus in Conventu professus vocem habet passivam, ut eligi possit, quod nemo, qui jus vel à primo limine salutavit, inficias ire poterit. Vid. Card. & Anchar. *in c. nullus in Ecclesia. de Elect.* ubi tradunt, quòd Capitulum prælaturam non habeat seu non contineat formaliter, sed *virtualiter*, ideoque eam in aliquem ex se eligendum transferre possit. Vide &

Dani-

Danielem Venatorium *in Analysi juris Pontificii, lib. 1. tit. 6. §. qua causa efficiens.* Istuc facit & decisio Rot. Rom. 196. n. 7. Faciunt eo notata à D. Prælato 483
in Recessu suo Exceptionali, 15. Ian. 1642, coram Adm. Rdo. Dno. Ioanne Maes, SS. Theol. Lto ad D. Cunibertum Decano p. m. exhibito. §. interim ex supradictis &c. ubi ait: *Dicitur autem Ecclesiasticum Collegium superesse solo habitu, quando est dissolutum actu tantum seu exercitio, remanet vero potentia, virtute, spe, jure, debito, & Essentia Tacita, qua fit per mortem omnium de Collegio, habitu autem perire dicitur, quando authoritate Superioris &c. Esse Ordo, seu debitum Collegii destruitur, vel per rerum naturam, quod fit, si nemo adesset, qui illud reparare jure posset, vellet aut deberet, etiamsi non esset per Superiorem destructum: Unde à contrario, si* 484 *aliquis adesset, qui illud reparare posset, vellet aut deberet, diceretur virtute adhuc esse, adeoque à simili, quando morte Prælati Prælatura vacat & Collegium adhuc superest, quod Prælatum eligere, aut Prælaturam reparare potest, vult aut debet, Prælatus ille aut* Prælatura *dicetur* virtute *esse, & quidem in ipso Collegio, sicut Collegium dicitur in uno, si ille solus superesset, retineri & conservari.* sæpe cit. l. sicut. §. in Decurionibus. ff. quod cujusque Univers. nom.

Huc quoque facit Pacian. *lib. 1. probat. c. 26. n. 13. & Mayner. in l. omnia ferè* 485 *jura. n. 5. de R. I.* & tum Vivianus *loco à me citato*, ubi dicit; *Abbas negotia communia nec ardua sua Ecclesiæ agens, non necesse habet alium exprimere, quàm se ipsum; Nomine enim Prælati intelligitur Ecclesia, & (vicissim) nomine Ecclesiæ Prælatus, glos.* ibid. in verb. teneantur. *Cum unus eorum intelligatur esse in altero* 486 ca. scire. 7. q. 1. & l. civibus. ff. de reb. dub. *Hæc Vivian.* Unde colligitur, quod 487 licet Prælati nomen non appareat expressum in causa communi, quam tractat Ecclesia, tamen tacitè & virtualiter in Ecclesia intelligatur. Ita licet Prælatus 488 aliquis actu non sit, sed vel obierit, vel renunciaverit; tamen adhuc proximè alter substituendus per electionem repræsentatione videtur idem cum Priore mortuo specificativè, non reduplicativè, seu cum priore, qui, non quà est mortuus, adeoque *tacitè & virtualiter* intelligitur in Ecclesia etiam esse & sicut non impedit Ecclesiam agentem, licet de Prælato non appareat, quo 489 minus Prælatus tacitè illius Ecclesiæ intelligatur, ita nec impediat Ecclesiam, si Prælatus non sit, quo minus alter Prælatus substituendus *tacitè & virtualiter* 490 intelligatur esse; eo quod paria sint habere vel habere posse. *l. item veniunt. §. petitum. ubi* Angel. *de petit. hæred.* vel etiam habere debere. *l. pen. §. 1. ubi* Bart. *de aur. & argent. legat.* & paria censeantur aliquid jam esse, vel de proximo sperari. *l. pen. de militar. testam.*

Proinde cum Ecclesia vel conventus habere possit & debeat, imò intra 491 breve tempus, nempe trimestre, habiturus sit Prælatum, perinde ille juris fictione censebitur ac si jam haberetur & adesset, adeoque & nomine ipsius 492

Conventus veniet intelligendus, tanquam in eo contentus per notata Julii Paciani, *d.lib.1. de probat.c.26. n.13.* Mayner. *in l. omnia ferè jura. n.5. de R.I.*

493 Neque obstat, quod à gloss. & Archid. *d.c.scire. 7.q.1.* unum in alio esse, aliter quam à Viviano accipiatur, quia *unum* potest esse *in alio* pluribus modis, prout colligere est ex Barbos. *in tract. de dict. usu freq. dict. In* & Alber. de Rosate.

494 Neque est necesse, ut semper omnes alicujus verbi significationes *formaliter* ubique verificentur, sufficit, si accommodè subinde intelligantur, ut ita ver-

495 ba secundum subjectam materiam accipiantur. Everard. *in loc. à subjecta materia per l. stipulatio ista habere 38. §. hac quoque ff. de V.O. l. sed & si possessori. §. i-*

496 *tem si juravero. ff. de jurejur.* & verba ambigua secundum intentionem proferentis sunt accipienda. *l. si quis intentione. ff. de jud.*

Ita pariter de citata à Vivian. *d. loc. lege civibus. ff. de reb. dub.* discurten-

497 dum, quod sicut legatum civibus Civitatis factum, censeatur civitati factum,

498 eò quod Civitas in Civibus, & cives in civitate mutuò contineantur, ita à simili procederet illatio per Vivianum facta, quod Prælatus in Ecclesia, & Ecclesia in Prælato veniret intelligenda.

Hoc cum adverteret F. Romanus, argumentum à simili procedere, ipse falso mihi affingit, quasi *cit. l. civibus*, eo fine allegata esset, ut inde inferretur,

499 ergo Prælato mortuo Prælatura vacat. Cujusmodi illatio nec mihi nec Viviano in mentem venit, neque in mentem venire potuit, ubi debebam ipsomet F. Romano *in cit. allegat.* confitente duntaxat ostendere, *quod Prælatus subrogandus virtualiter in Conventu contineretur.* Cujusmodi formanda propositio: ab altera F. Romani illatione, *Ergo Prælatura vacat*, toto cœlo di-

500 versa est. Ita F. Romanus divagando orbi, illusurum se existimat. Non ita, F. Romane, sed da gloriam Deo, & fatere ea, quæ in aperto sunt nec aliò amplius divagare.

§. XV.

An dignitas cum Conventu pereat:

501 DEnique à F. Romano *q.1. n.40. supra* pro confirmatione ejusdem argumenti fuerat propositum, quod jura realia alicujus corporis vel Collegii, hoc mortuo non extinguantur. Dd. *in l. in omnibus causis. 68. & in l. privi-*

502 *legia. 196. ff. de R. I. Item* Andr. *in Mercur. n. 7.* At dignitas est jus reale, quia privilegia concessa dignitati censentur realia. Dd. *cit. loc.* Igitur & ipsa di-

503 gnitas non erit extincta, pro qua conclusione perperam est impressum, Igitur dignitas est jus reale, Cum deberet simpliciter esse impressum. *Igitur*, &c. Statimque illi subjectum: Quod autem ipsa dignitas sit jus aliquod:

aliquod reale, patet; nam propter *quod unumquodque est tale &c.* prout in Astri Eclipsi sequitur.

Cæteroqui ad ipsam *confirmationem* Responderam, prius, distinguendo 504 *majorem*, quod jura realia, *per se* non quidem pereant; secus tamen per *accidens*, ut ibidem comprobaveram. Deinde ad *Minorem* Responderam; quod *Dignitas quadrupliciter accipiatur.* dignitas considerari possit, vel ut officium vel ut beneficium, idque cum jurisdictione & præeminentia ex *Selv. de benef part.* 1. *q.* 2. ut autem connotat beneficium habens annexam jurisdictionem, *dupliciter* accipiatur: primo *generatim* pro beneficio tum proprio tum improprio (cui non *insit* portio distincta, ut est Abbatia Regularis, de qua hic sermo est) *habente* annexam jurisdictionem, & præeminentiam *quomodo Antonomasticè & propriissimè* pro beneficio proprio, eoque seculari. Selva *d. loc.* cui insit portio distincta; ut est 507 *Abbatia sæcularis.* Selva *d. loc.* Tholosan. *de re benef. inst. c.* 10. *n.* 1. Atque hoc modo accepta *dignitas* propriè est jus reale, ut patet &c. 505 506

Respondet F. Romanus *allegat.* 211. Selva citatus, *non habet distinctio-* 508 *nem beneficij Ecclesiastici in proprium & improprium; nec meminit portionis distinctæ, nec Antonomasticè dicti beneficij. quod sit proprium & sæculare, &c. pro quibus tamen rebus cit. loco. n.* 15. *allegabatur.* *Commentum Hajanum.*

At Respondeo, F. Romanum captare duntaxat verba, non verò rem i- 509 psam considerare. Selva à me citatus *part.* 1. *q.* 2. *de benef.* ita loquitur: septimum *beneficium Ecclesiasticum sæculare* dicitur dignitas. *c. de multa de præb. & dignitat. & ibi* dicit Dom. Abb. *col.* 5. *vers. adjicio*; quod ille dicitur habere di- 510 gnitatem, qui habet jurisdictionem, unde quilibet Rector seu Prior Ecclesiæ collegiatæ dicitur habere dignitatem. Ut notat Paul. *in clem* 1. *de elect. & in Clem. ne in agro. de stat. Regular*, Dom. de Rot. *decis.* 166. & aliter propriè & 511 strictè appellatur Prælatus, *ut in c. cum ab Ecclesiarum. ubi bona gloss de off. ord. text. cum* glo. *in c.* 2. *de judic.* licet largo modo Rector curatus dicatur habere Prælaturam. *cap tua. de cleric. agro.* Paul. *in clem. dudum de sepult.* Facit. *c. nisi de præb.* ubi Prior Conventualis dicitur habere dignitatem, & Abbatissa etiam habet dignitatem *c. indemnitatibus facit. c.* 1. *de ætat. &c.* Deinde Tholosan. *in* 512 *Instit. rei benefic. cap.* 10. *nu.* 1. quem Selvæ junxeram, hæc inculcat: Beneficiorum, *inquiens*, divisionem jam tradidimus *lib*, 17. *syntagmatis cap.* 3. quia tamen ordo institutus spectatur beneficiorum, & eum desiderat, paucis ea, quę ibi pluribus explicavimus, & ea, quæ ibi paucis, hic pluribus explanabimus. Prima, itaque divisio erit in beneficia, quæ *Propriè* beneficia, 513 & *quæ non Propriè* talia. *Propriè* beneficia sunt ea, quæ habent has notas vel signa, si insit portio distincta, si in perpetuum conferantur, per Episcopum, & habeant munera spiritualia conjuncta, quibus illa adduntur à Panorm. *consil.* 47. *incip. Illud de jure quæritur, an in literis. volumin.* 2. Ancharan. *ad cap.* 1. *de R. I. in* 6. Dec. *ad Rubr. de rescript.* si provisus sit persona Ecclesiastica, & in summa, si conveniat definitio beneficij Ecclesiastici proximè explicatæ.

Impropriè

514 *Impropriè* beneficia illa dicentur, quæ prædicta non admittunt, de quibus postea.

515 Hos Authores ego conjunxeram, atque ex eorum authoritate conjuncta probationem deducebam, at F. Romanus eas authoritates dividit, atque ex unius duntaxat authoritate nugari incipit. &c.

516 Nos nostram Responsionem per singula membra probabimus; In primis *dignitas* potest considerari *ut officium*, vel *ut beneficium*, idque cum jurisdictione & præeminentia: patet ex Selva *cit. loc.* quando dicit, illum habere dignitatem, qui habet jurisdictionem, & sic quemlibet Rectorem seu Prio-

517 rem Ecclesiæ collegiatæ habere dignitatem: Rector autem vel Prior Ecclesiæ collegiatæ habet vel officium vel *beneficium* adeoque sufficienter Selva indicat, ipsum habere officium seu *beneficium* cum jurisdictione, vel illi

518 annexam esse jurisdictionem. Deinde quod *beneficium* illud *propriè* sit, quod habeat portionem distinctam; & quod eam non habet, sit *impropriè* benefi-

519 cium; patet ex Tholosan. *d. loc.* Insuper Selv. *cit. loc.* dicit, quod ille, qui habet beneficium Ecclesiasticum sæculare cum jurisdictione, aliter *propriè & strictè* appelletur Prælatus. At *largo modo*, adeoque Rector Curatus, Prior

520 conventualis, & Abbatissa *nec strictè nec propriè* dicantur habere dignitatem. Cujus ratio patet ex opposito. Cum oppositorum opposita sit consequentia. *l. & si contra. de vulg. l. penult. C. de solut.* Nam apud Selvam ille *propriè* Prælatus est, qui habet beneficium Ecclesiasticum sæculare cum jurisdictione; videli-

Prælatus qui propriè.

521 cet exteriori. Ergo ab opposito argumentando, quia *Rector Curatus* beneficium habet atque jurisdictionem, sed in foro duntaxat interno, non autem externo, prout requirere videtur dignitas, ipse non erit *propriè* Prælatus, nec habebit *propriè* dignitatem;

522 Similiter *Prior Conventualis* licet habeat in suos jurisdictionem; quia tamen non obtinet beneficium Ecclesiasticum sæculare, cujusmodi apud Tholosan. dicitur habere portionem aliquam distinctam, ideo nec ipse *propriè & strictè*, sed *largo modo* erit Prælatus.

523 De *Abbatissa*, Utrum habeat aliquam in suas Moniales jurisdictionem, controversum est. Eam illi concedit Stephanus d' Alvino *in tract. de jure Abbat. Abbatiss. ex c. dilecta de major. & obed.* Alii eam illi negant; eò quod jurisdictionis spiritualis non sit capax. Sed quia ista huc non spectant, ideo nec ea hic definimus.

524 Nec opus fuit, ut *Selva. d. loc.* uteretur aliquo termino artis; sufficit enim rem ipsam proponere.

525 Saltem ex dictis relinquitur, quod *dignitas* Prioris Conventualis & similis, *non* sit *propriè & strictè* loquendo beneficium; cum non habeat portionem distinctam, ratione cujus dignitas dicitur esse realis, prout *in Resolutione Capitis sequentis* videbitur.

526 Adhæc notandum est, quod Abbatia, Prioratus, non sit dignitas, nisi his

tribus

tribus ad dignitatem constituendam *requisitis* concurrentibus. 1 ut habeat administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione sibi perpetuo assignatam. 2. Ut habeat nomen dignitatis & prærogativas seu præminentias tam in choro, quàm in capitulo. 3. Ut ex consuetudine Ecclesiæ habeatur pro dignitate. Archid. *in c.1.num.2.de consuetud.lib.6 & ibid.* Gemin. *num.7.* Selv. *de benef.part.1.quæst.1.numer.* 42. Aretin. *consil.23.incip.in præsenti consultatione n.1.& multis sequent.* Rot. Roman. *decis.4 nu.1.decis.5.n.1.decis.6.n.1.* *apud* Tamburin. *d.tom.3.de jure Abbat.* vel ut Abbatia, Prioratus habeat curam & conventum; si verò careat cura & conventu, non sit dignitas. Rot. Rom. *decis.9.num.3.& decis.10 ibid.apud* Tamburin. Unde cum Abbatiæ, Prioratus, de quibus agimus, notoriè careant cura & conventu, non erunt dignitates. *Ad dignitatem constituendam tria requiruntur.* 527 528

529 *Instant 1.* Neque obstat, quod Abbatia nomen sit dignitatis, & Abbatia dicatur dignitas. Felin *in c.2.in princ.de judic.* Dec. *in repet.cap.decernimus numer.10.* *& 12.de jud.ubi* Ripa, *numer.30.& sequent.* quia id non provenit à sola nominatione, sed ab effectu, id est, à prædictis requisitis concurrentibus ad veram dignitatem, atque ad dignoscendum, an sit dignitas, non solùm nomen, sed etiam substantia inspicienda Rot. Roman. *d. decis.4.nume.2.3.& d.decis.5.numer.4.5.6.* ex Host *in c.de multa n.11.vers.sed nec est, de præb.* *Rx.*

530 *Instant.2.* Neque satisfaciet respondens, quòd ejusmodi Abbatiæ, Prioratus non sint quidem dignitates *actu*; secus tamen *habitu*; quia facilè possent in actum transire, quando Prior & Monachi in eandem Ecclesiam reverterentur & Conventum ac Capitulum constituerent, ut notat Rot. Rom. *d decis.10.n.2.* ex Iason. *cons.77.Incip.In præsenti consultatione lib.1.*

531 532 533 Nam Respondetur, Rotam Rom. istic loqui de Monasterio in Commendam dato, cujus dignitas dicitur *habitu*, id est, in *potentia* esse; quia posset conventu introducto restitui, quod est verissimum; sed ad propositum non facit. Cum inter nos & F. Romanum disputetur, utrum Monasterium, in quo vovetur stabilitas loci, morte omnium conventualium, nullo omnino superstite, conventu destitutum, dicatur adhuc habitu, seu quoad essentiam habitualem & tacitam permanere ac perseverare; quod nos cum Dd. negamus: F. Romanus verò affirmat, sed non probat.

Instant.3. 534 Quod si velit Monasterium Conventu destitutum, nec aliis Religiosis associatum vel unitum, adhuc habitu seu potentia esse Monasterium, ita ut ab habitu possit ad actum transire, æquivocatione vocis (*habitu*) lectorem decipiet.

Rx. 535 536 Cum hic non de *habitu*, prout *potentia* est; sed de *habitu*, prout dicit *essentiam habitualiter permanentem*, loquamur; quæ duo plurimum inter se differunt, ut *in Resolutione cap.1.* fuit annotatum; Et Abbatia, Prioratus *habitu* seu *potentiâ* possit conferri minori 14 annorum. Rot. Rom. *d decis.9.n.7.* *apud* Tamburin. *supr.d loc.* Vitalin. *in Clem.1.§ cæterum.numer.4.& sequent.*

de stat.

de stat. Regular. Frider. *cons.* 49. *num.* 1. 2. nec sit incompossibilis cum Abbatia,
537 vel Prioratu actu. Can. *in c. de multa. de preb.* Siquidem censetur non esse. Va-
538 con. à Vacun. *lib.* 3. *declarat.* 47. *numer.* 12. *&* 13. secus si essentia habitu mane-
ret; quia tunc eosdem habitura esset effectus, quos haberet Abbatia vel di-
539 gnitas actu existens; eò quod taciti & expressi est eadem virtus, quando taci-
tum includitur in natura expressi. Barbos. *in Axiom, Tacitum* 218. *nume.* 1. 2. 6.
8. *per l. cum quid. ff. si cert. pet. & de reb. cred.* ac patet in peccato actuali & habi-
tuali, quod hominem vel creaturam rationalem æque gratia Dei privat, ac fi-
lium iræ constituit, prout pluribus deducunt & ostendunt Theologi in 1. 2.
quorum doctrinam huc referre, præter institutum foret, ideoque hic præter-
mittenda. Ut verò ex supradeductis ad rem nostram subsumamus & infera-
Instant. 4. mus, Hinc cum eosdem effectus non habeat Abbatia &c. Conventu ob o-
541 mnium incolarum Religiosorum mortem, nullo omnino superstite, destitu-
ta, quos habet Abbatia &c. Conventu instructa, ut jam ex Decisionibus Ro-
talibus vidimus, consequens est, quod Abbatia &c. Conventu destituta non
dicatur habitu quoad essentiam tacitam permanere.

℟. Contrà si institeris, quod etiam videatur Abbatia conventu destituta
542 quoad essentiam habitu permanere; quia aliàs in literis Unionis, quibus
ea aliis aliorum Religiosorum Ordinum domibus associatur, non o-
pus esset suppressione Tituli Religiosi &c. prout videmus usu & praxi re-
ceptum esse, ut Pontifices in hujusmodi literis Unionis Titulos Religiosos
543 supprimant, quos non supprimerent, nisi eosdem istic habitu perseverare
supponerent.

Ad quam objectionem, qua non semel, sed sæpius, nec leviter, sed pluri-
mum gloriari videtur F. Romanus, prætermissis aliis

Respondeo ego, quod quando Pontifices in literis Unionum Titulos
supprimunt, *vel supponatur* Abbatia Conventu destituta, & tunc ipsi Titu-
los quoad solum nomen, non verò quoad tacitam essentiam quasi habitu
manentes supprimant; prout ex supradeductis patet; vel aliàs, quando cer-
tum est, quod Abbatia vel Prioratus plurimis annis fuerit conventu post
omnium omnino religiosorum incolarum vel originariorum istic olim
institutorum obitum nullo superstite, destitutus, tunc ipsi sicut nullate-
nus de jure tenentur, ita de consuetudine non soleant Titulos etiam quoad
solum nomen supprimere.

Cujusmodi literas Unionis à summo Pontifice datas vidi, &
unas ego *infra in tractat.* 3. recitabo. Vel supponatur Abbatia aut Prio-
ratus Conventu habitualiter instructus, seu in una alterave persona su-
perstite conservari, & tunc necesse sit, ut ipsi Pontifices Titulos non
544 tantùm quoad nudum nomen, sed & quoad essentiam tacitam supprimant,
ut palam est.

Hinc

Hinc cum nos agamus de Abbatia &c. plurimis annis conventu desti- 545
tuta, non est necessum, ut summi Pontifices Titulos jam ante extinctos seu
non exsistentes supprimant, vel certè solum nomen supprimere dicendi sint. 546
Consequenter ex solius nominis suppressione nihil pro F. Romano allatum
sit, quod ad habitualis essentiæ conservationem quippiam faciat.

Ex quibus efficitur, quàm multipliciter F. Romanus *in hoc cap. 2.* aber- 547
rarit, quos errores si correxerit, nobiscum sentiet, atque in Unitate fraternitatis Christianæ congaudebit.

RESOLVTIO

CAP. III.

Vtrum mortuis omnibus Monasterii Collegis jura specialia & privilegia sint exstincta, seu, Vtrum Monasteria ut taliter se habentia sint exstincta?

§. I.

Dantur etiam quædam jura & privilegia corporalia, & quænam eorum signa?

1
PRæter *Titulos* supra nominatos tradideram dari alia jura & privilegia Collegii Religiosi *corporalia* vel realia, qualia recensentur à glo. *pragmat.* 2
sanct. tit. de Elect. c sicuti. §. quibus. in verb. collegiatis pag. (mihi) 115. esse; nimirum constituere & habere Syndicum, communes tractatus *c. 3. de probat. cap. cum Ecclesia Sutrina. de causs. poss. & propr.* & sigillum commune *cap. significavit. de appellat. cap. dilecta. de Excess. Prælat.* arcam communem *l. 1. ff. quod cujusque Univ. nom.* res communes *argument. cap. in pertractandis. de juram. calumn.* refectorium & dormitorium commune *cap. quanquam de vit. & honest. cler.* Rot. Roman *decision.* 422. *numer.* 1. *divers. part.* 4. vel etiam consuevisse eligere Prælatum *cap. 1. de Elect.* Frider. de Senis *consil.* 58. Ioan. de Anan. *in cap. nobis de jure patron.* Henric. Boich. *in cap. postulasti. eodem.* Franciscus Marcus *decisio.* 799. *& decisio.* 1245. *numero quinto tom.* 1. proprium locum, ubi conveniatur & tractetur commune negocium. *cap. tertio loco de pro-* 3
bat. Romanus *consil.* 436. *numero septimo.* Non est tamen necesse, ut hæc omnia simul concurrant. Mantic. *decisio. Rot.* 215. *numero secundo.* Cardin. *in Clement.* 2. *quæst.* 4. *numer.* 10. *de ætat. & qual.* Sequitur Felinus *in cap. accedentes numero quarto in fin. de præscript.* Romanus *dict. consil.* 436. *numero sexto.* 4
Ex his alia jura sunt *corporalia*, ut Syndici constitutio, tractatus communes &c, alia *realia*, ut Refectorium, dormitorium &c.

§. II.

Iura & privilegia sunt alia personalia, alia realia, alia corporalia, hæc ad quam speciem referantur?

Divisio iurium & privilegiorum.

5 PRo majore eorundem explanatione notaveram ex Azorio *tom. I. lib. 5. Institut. moral. cap. 22. de privil. quæst. 2.* jura ac privilegia solere *distingui* in realia & personalia; *Realia* esse, quæ certo generi actionis, causæ, vel negocio
6 vel loco conceduntur, immediateque rei inhærent. *cap. mandata. de præ-*

Quæ realia?

sumpt. l. privilegia. 196. ff. de R. I. l. forma. §. quanquam. ff de censibus. Personalia
7 esse, quæ in certam personam conferuntur, illique adhærent; vel certo ge-

Personalia?

neri personarum, vel universitati, vel Communitati, vel collegio hominum
8 conceduntur; Et ita ad personalia revocantur Corporalia, *per not.* Ioa. Ignei *in*

Corporalia.

l. necessarios §. non alias. ff. ad sc. Syllan. n. 41. & pluribus seqq. Aliâs Dd. *in l. quia tale ff. sol. matrimo.* privilegium aliud facere personale; aliud corporale; aliud reale.

Commenta Hayana.

9 Contra opponit F. Romanus *alleg. 376.* & Domnus Prælatus *num. 7. in Recessu Exceptionali*, quorum alter ex altero suum videtur descripsisse conceptum, tradendo, *quod Ioannes Igneus nec corporalis quidem privilegii meminerit, solumque agat nu. 415. de jure seu privilegio ita singulariter ossibus Principis inhærente, ut in aliam personam non sit transmissibile.* Numero autem 418.
10 & 419. *agat solummodo de privilegiis certo & determinato personarum generi*
,, *(non intuitu certi loci) & personæ singulari concessis, adeoque communiter & par-*
,, *ticulariter singularibus, quæ personas generis, aut personam singularem non exce-*
,, *dere docet.*

11 *Quæ verissima esse dicit, sed cum privilegiis corporalibus Collegiorum Ec-*
,, *clesiasticorum nihil commune habere ; imò plurimum differre ; attento quod*
,, *priora personalia sint, & jure personali censeantur ; secus verò* (ut ait Dn. Præ-
12 latus, qui hic à F. Romano nonnihil variat) *corporalia collegiorum maximè*
,, *localium , quæ realia sint & censeantur , utpote personæ fictæ mysticæ seu re-*
13 *præsentatæ, aut corpori mystico, quod est res quædam perpetua, & à persona vera*
,, *distincta, directè concessa* ; pro quibus verbis F. Romanus hæc duntaxat ha-
,, bet; *secus verò corporalia collegiorum localium , quæ realia censentur, utpote in-*
14 " *tuitu loci seu Monasterii directè concessa.*

15 Quæ ibidem immediatè subijciuntur, à F. Romano interpolatè re-
,, citata, spectant ad *ad num. & §. sequent.* ideoque istic examinabuntur.

16 ,, Ac demum infert F. Romanus; *Hinc rectè, inquiens, docet Paulus Laymannus* in Theol. morali. libro primo tractat. 1. cap. 23. numero quarto *hujusmodi privilegia corporalia multum recedere à proprietate privilegiorum personalium.*

personalium, econtra multum participare de natura realium; adeoque potius revocari ad realia, quam ad personalia. Et adhuc clarius in qq. Canonicis. de Prælat. elect. quæstion. 1. cap. 3. numer. 18. *Si omnes*, inquit, *è collegio vel universitate mortui sunt, jus eligendi & similia jura ac privilegia pereunt, si concessa sint certa congregationi seu cohorti. V. G. militum; secus autem est, si concessa sint in ordine ad locum, ut realibus potius, quam personalibus Iuribus annumeranda sint; Talia sunt jura & privilegia, quæ concessa sunt Academiæ, Civitati, Monasterio, Ecclesiæ; nam omnibus mortuis aut fuga dilapsis, conservantur etiã in solo.* Abb. c. 2. de postul. Prælat. *Hæc ipse.* 17 18 19

Verum si F. Romanus & Domn. Prælatus penitus ea, quæ ego *dict. cap. 3. ex* Azorio, atque Ioann. Igneo *in repet. cit.* §. *Non alias.* tradideram, consideraſſent, non ita præcipites in errores prolapsi fuissent. Ut autem hic ordinatè procedatur, *prius* inquiram, *quo seu ad quam speciem privilegiorum, ipsum corporale privilegium referatur.* Secundò, *an extincto corpore ipsum quoque privilegium corporale extinguatur?* 20 *Diluuntur*

Quod ad *prius* attinet, sciendum est, quod *privilegia* alia sint *realia*, alia *personalia*, alia *mista*. Nam ita colligitur ex Cucho *in Institut. major. libro primo de privileg. titul. 6. numero decimo septimo, decimo octavo.* Ripa, qui, *in l. privilegia numero primo. ff. de privil. creditor.* tradit Privilegia *realia* esse duplicia; & quidem *alia* quæ rebus concessa sunt, ijsque cohærent. *l. ætatem §. rebus cum l. sequent. §. quanquam ff. de censibus cap. privilegia 196. ff. de R. I.* & ista sequuntur rem ad quemcunque perveniat. *l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiva &c. Alia*, quæ concessa sunt juribus, quæ habentur in re. Ita intelligitur *tot. titul. ff. & Cod. qui potior. in pignor. hab.* 21 22 23 *Corporalia privilegia ad quam speciem privilegiorum pertineant. Quæ Realia?*

Personalia sunt etiam *duplicia*; *alia*, quæ personis tantum conceduntur. *dict. l. privilegia 196. ff. de R. I. l. Magistros C. de Professor. & Medic. & tot. tit. C. de privileg. Scholar. Alia*, quæ actionibus personalibus ratione contractus seu quasi, ex quibus oriantur, sunt concessa, *tot. tit. ff. de privil. cred.* 24 25 *Quæ personalia?*

Mista sunt, quæ vel personæ in ordine ad locum sunt concessa, ut iis extra locum privilegio expressum uti nequeat, sicut aliàs in privilegiis personalibus extra locum uteretur, eo quod hæc personam quocunq; sequantur, ac comitentur *l. priv. 196. ff. de R. I.* Ripa *respons. 12. n. 4. de jure civ.* vel quæ rebus contemplatione personæ, seu propter personas concessa sunt. Aret. *in l. Paul. Respondit ff. de acq. hæred.* Nat. *cons. 218. n. 7.* 26 27 *Quæ mistæ?*

Eadem ferè colliguntur ex Azorio *tom. 1. li. 5. Inst. moral. c. 22. de priv. q. 2.* ubi præterea privilegia personalia, quę personis cōcedūtur, ex Host. *in Summ. de priv. n. 3.* tradit esse alia *personalia singulariter*, quæ singulis personis nomine proprio aut saltē demonstrativo expressis conceduntur *de offi. leg. volentes.* 28 *Personalia quomodo subdividantur?*

Personalia certo generi personarum nō *proprio*, sed *appellativo* duntaxat nomine expressarum in certis articulis conceduntur, v. c. minoribus Læsis *ff. de minorib.* majoribus reipubl. causa absentibus *ff. ex quibus* 29 30

cauſ. Major. filiisfam. mutuantibus. *ff. ad Sc. Maçedon.* mulieribus ſpon-
31 dentibus *ff. ad Sc. Vellejan.* Alia *corporalia*, quæ Univerſitati, corpori vel col-
,, legio cōcedūtur. *puta* clericis unius collegij. *C. de SS. Eccleſ. L. privilegia.* Præ-
,, dicatoribus. Minoribus *de exceſſ. prælat. c. nimis iniqua & c. nimis prava. de priv.*
,, *c. in his*, Eremitis *juxta Addit. Marginal. ibid. & cit. ibid.* Ang. *in l. quidquid C. de*
,, *advoc. diverſ. jud.* Hoſpitalariis, Templariis *de priv. c. 3.* Hæc vel ſunt *ſingulari-*
,, *ter corporalia*, ita conceſſa, ut quiſquis de eo corpore vel collegio eſt, ijs uti
32 poſſit *de ſent. excom. c. cōtingit. de for. cōp. c. ſi diligenti*, vel *ſingulariter & cōmuniter*

Corporalia quomodo ſubdividantur?

corporalia, ita conceſſa, ut & quivis ex corpore vel collegio, vel etiam corpus aut collegium ipſum ijs ſe iuvare poſſit *ad juribus* vel *communiter tantum corporalia* quibus nonniſi totum corpus aut collegium, minimè autē ſinguli uti poſſunt. 12. *qu. 2. quia manumittitur ff. de jure patron. L. Sed ſi hoc §. qui manumittitur ff quod cujuſq; univ. nom. l. ſicut.* Ita Hoſt. *ſupr. d. loc.* atq; ex eo Azor. *cit. loc.* Hoſtienſem ſequuntur Sylveſter. *verb. privil. n. 1.* Angel. de Clavaſio. *verb.*
33 *privileg. n. 1. q. 2.* Aſteranus Ordinis Minorum *in Summ. lib. 6. tit. 48.* Socin. *in rubr. de privil. n. 17. uſq; ad n. 23.* Lagus *in methodo juris civil tit. de priv.* Salas *de legib. in 1. 2. q. 96. tract. 14. diſp. 17. Sect. 2. n. 10. 11.* Valer. Regin. *in prax. fori pœnit.*
34 *li. 13. tract. 4 tit. 3. c. 22. q. 2, n.* (non 23. errore Typographi in aſtriEclipſi expreſſo, ſed *n.*) 233. *ſub fin.* Et faciunt iſtuc notata Ignei *in repet. l. neceſſario. § nō alias*
35 *ff. ad Sc. Syllan. n. 415. & ſeqq.* Privilegia miſta *alij* ad privilegia *realia*, alij *ad per-*

Privilegia miſta quò referantur.

ſonalia referunt, ut ex infra deducendis apparebit. Acacius Ripol. *in variis reſolutionib. juris c. 10. n. 458.* dicit, inſpiciendum eſſe, ex qua cauſa vel cujus contemplatione privilegium fuerit conceſſum. Nam privilegium ſi reſpectu perſonæ vel contēplatione rei, vel propter rē fuerit conceſſum, non erit ſimpliciter perſonale, ſed accenſebitur reali. Ioa. And. *in Mercur. ad reg. qui ſentit. n. 6. de R. I.* Si vero contemplatione perſonæ fuerit conceſſum, erit perſonale &c. Ripol. *d. loc.* ubi citat. Bald. *in l. maritum ff ſolut. matr. & in l. quod Iulianus. §. idem Julianus circa med. ff. de legat. 1. c. 1. § fin. n. 23 de prohib. feud. alien.* Cravett. *conſ. 404. n. 1. lib 3.* Vid. Azor. *ſupr cit. lo.*

Ex Socin. privilegium aliud eſt perſonaliſſimum, aliud perſonale; aliud reale & aliud realiſſimum.

36
2. Notandum eſt ex Socin. *in Rubr. de privileg. numer. 23. & ſequent.* ubi *ait*, Baldus *verò dicit in l. fin. ff. de conſtitut. princip.* quod privilegiorum quoddam eſt *perſonaliſſimum*, quod non eſt ad aliquem tranſmiſſibile. *ut Cod. de annon. civil. l. 1. libr. 10. & in l defuncta. ff. de uſufr.* Quoddam eſt *perſonale*, in quo ſuccedunt certæ perſonæ *ut ff. de jure immun. in l. 1. §. perſonis.* Quoddam eſt *reale*, quod tranſit ad quemlibet univerſalem hæredem, *ut C. de oper. liber in l. liberti, per* Cyn. Quoddam eſt *realiſſimum*, quod
37 tranſit etiam ad quemlibet ſingularem ſucceſſorem, & ſic poteſt vendi &
38 donari, *ut in capit. 1. de feud. non hab. prop. nat.* Iterum *numero* 25. ibidem *addit.*

Aliud perpetuum, aliud temporale.

Item ſecundum Hoſtienſem aliud eſt *perpetuum*, & aliud *temporale*.

Quod autem perpetuum eſt, ad ſucceſſores tranſit. *C. de Decurionib. in l. neque lib. 10. & ff. de R. I. in l privilegia.* Ruſſus n. 26.

39

Item aliud est *limitatum*, aliud *indeterminatum*. *Limitatum* terminos suos non transgreditur, quia non sunt transgrediendi, *ut in c. 1. supra de sepult. & in c. 1. supra ut lit. pen. & in c. 1. supra de auth. & usu pallii. & supra de præsumpt. c. mandata, & de off. legat. c. novit. ff. de offic. Proconsl. l. 4. §. pen.* Limes autem ex 40
quatuor consideratur; ex *persona*, ex *causa*, ex *loco*, sive re, & ex *tempore*, & se- 41
cundum quod limitatum est, limitari debet & restringi. *Indeterminatum* verò semper & ubique locorum habet, nisi aliquid detrahatur, *ut in c. dilectis. & in c. antiqua, infra eod. de privil.* Demum *n.* 28. subiicit Socin. Qualiter autem prædicta comprehendantur, & cujus speciei dicatur privilegium, vel 42
quam speciem contineat, ex ipsa lectura & forma privilegii apparebit *infra* 43
de privil. c. porro & supra de auth. & usu pallii c. fin. &c. Hactenus Socin.

Aliud est limitatum, & aliud indeterminatum.

Limes ex quatuor consideratur.

Privilegium cujus sit speciei, ex ipsa illius forma colligetur.

His non obstant, quæ in contrarium Dn. Prælatus & F. Romanus supra moverunt.

Inprimis quod attinet ad notata Ignei in reper. *d. §. non alias. l. necessarios. n. 415. al. n. 382 ff. ad Sc. Syllan.* ea istuc facere ostendo ex ipsomet Igneo, quod 44
istic tradat; *Quarto* inquiens *privilegium certo & determinato generi concessum, personas generis excedere non potest.* l. 1. C. de natural. liber. l. 1. ad Muncipal. l. doctitii l. neminem, *cum 2. legib.* seqq. C. de Decurionib. lib. 10. l. libertis. ff. de 45
condit. & demonstrat. c. 1. de alienat. feud. patern. l. 1. ff. de Constit. princ. §. sed quod principi. Inst. de jure nat. gent. & civil. *Vid. Instrumentum* supra cit. n. 20.

Commenta Hayana hic diluuntur.

Ignei authoritas defenditur.

Ex quibus citatis & notatis *legibus* apparet, quod Igneus *d. loc.* inter privilegia personalia, quæ certo generi personarum conferuntur, referat & ea, 46
quæ certo Collegio aut Corpori aut consortio sunt collata, uti sunt, quæ ex *d. l. 1. ff. ad Municipal.* Municipiis vel Muncipalibus, & quæ *ex d. l. neminem, cum duabus ll. seqq. C. de Decurion.* ipsis Decurionibus vel Decurionum Collegio aut Curialibus consortiis sunt concessa. *Vid. Instrum. d. n.* 20. Hæc si Dn. Prælatus & F. Romanus accuratius examinassent, haud dubiè scriptione ab- 47
stinuissent.

Igneus.

Neque obstat, quod Dn. Prælatus obiicit, *quòd privilegia corporalia à perso-* 48
nalibus plurimum differant, eò quòd personalia cum persona ipsa extinguantur, non autem corporalia, maximè localia, quæ sunt realia. Nam *Respondetur*, quod 49
haud dubiè privilegia corporalia plurimum à personalibus differant, sive hæc personalia accipiantur *genericè*, sive *specificè*, & quidem *strictè*, ut singulariter & non communiter sunt personalia. Nam privilegia *personalia genericè* accepta habent se respectu corporalium, ut genus ad speciem: accepta ve- 50
rò *specificè* habent se tanquam species opposita alteri speciei, sub eodem tamen genere personalium privilegiorum. Atque hoc posito principio, nemo est, qui videat, quo collimet Dn. Prælati argumentatio. An quia corporale privilegium differt à personali tanquam species à genere, ideo corporale pri- 51
vilegium non erit personale genericè acceptum? Ecquis enim hominem,

Object. Dn. Prælati.

Respondetur.

quod hic plurimum differat ab animali genericè sumpto, ideo negabit esse animal.

52 Loquimur autem hic de privilegiis corporalibus Congregationi ipsi per se, non autem *intuitu* & *contemplatione loci* concessis; quod ea priora ad personalia referantur: posteriora verò, quæ Congregationi alicui intuitu vel contemplatione loci concessa, reperiuntur, accenseantur realibus; ut videre est ex Azor. *suprad. loc.* & Host. *in sum. de privil. q. 3.* Angel. de Clavas. *verb. privilegium* quamvis propriè sint mista.

53 Atq; hinc patet, quod Dn. Prælatus privilegia localia huc, ubi de corporalibus ad personalia referendis agitur, impertinenter alleget.

54 Neq; deductis obstant, quæ ex adversum à Dn. Prælato ex variis authorib9 moventur. Nam B. Antonin. *part. 1. tit. 13. c. 1. §. 2.* non negat, corporale privilegium posse revocari ad privilegium personale, sicut nec Valer. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 13. tit. 3. q. 2. n. 23. sub fin.*

Ad authoritates B. Anton. Reginald. in contrarium obmotas Respondetur.

Quod verò Suar. *lib. 8. de legib. c. 5 n. 4.* atque ex eo Bonac. *de clausur. & violator. ipsius q. 4. punct. 2. n 8.* ibique ex adversum allegati authores Barbos. *l. quia*
55 *tale. ff. solut. matri.* Roderic. *tom. 1. qq. Regular. q. 47. art. 8. in fin.* Sanchez, *& ibidem* cit. tradunt, quod quando fictæ personæ (cujusmodi intelligitur civitas, Religio, Collegium, Monasterium, Universitas) privilegium conceditur, id satis sit, ut privilegium sit reale, quia perpetuum est. *juxta l. forma. §. quanquam. ff. de censib.* quia talis persona ficta perpetua est. *juxta l. proponebatur. ff. de jud.*

Ad Suar. & Bonac. Barbos. Roder. Sanchez.

56 *Respondeo*, illos Authores intelligendos esse vel de privilegiis corporalibus intuitu loci concessis; vel de iis quoad perpetuitatem duntaxat, adeoque secundum quid consideratis: eò quod privilegia corporalia non cum singulis personis extinguantur, sed cum corpore perseverent, atque ita ratione perpe-
57 tuitatis non sint merè personalia, sed secundum quid etiam realia: quod nobis nihil obest, qui dicimus, privilegia corporalia *per se* considerata absolutè loquendo referri ad personalia. Ita sentiunt Azor. *supra cit. loc.* & P. Joannes Salas. Hic enim *in tract. de legibus ad. 1. 2. S. Thom. q. 96. tract. 14. disp. 17. sect. 2. n. 10. 11.* post privilegia realia & privilegii personalis *definitionem*, nempe quod *privilegium personale* sit illud, quod personæ adhæret immediatè: Subjicit hanc *divisionem*, quod ex privilegiis personalibus alia sint perso-
58 » nalia tantum, quæ personis singularibus conceduntur; alia verò privilegia,
59 » quæ conceduntur personis, non ut singulis, sed ut componentibus unum
60 » Corpus Mysticum seu Morale. Hæc, ut inquit ipse, vocantur *Corporalia personalia*, suntque *duplicia*; quædam quæ ita conceduntur communitati, ut sola ipsa communitas, quatenus talis est, utatur, ut sunt quæ conceduntur Ca-
61 » pitulo ad Electiones, vel alios actus Capitulares, vel quod non possit suspen-
» di, vel quæ dantur ad aliquid simile; Et hæc vocantur *purè corporalia*, quia non
» descendunt ad singulares personas. *Addit idem*, & possunt etiam realia (sed prout supra dixi, atque ex subjuncta ibidem ratione, patet, *secundum quid*)

Respondetur.

Privilegia corporalia per se considerata referuntur ad personalia. Ex Azor. Salas.

appel-

appellari, quia quodammodo respiciunt dignitatem. Et sic intelliguntur » 62
divisiones, quas adducunt cit. Dd. ut personalia alia sint singulariter, alia »
comuniter personalia, alia singulariter & comuniter personalia; itē corporalia »
quædā comuniter corporalia, quædam singulariter & comuniter corporalia. »
Hæc P. Salas. *Vid. Instrum. n. 22. & supra not.* Neque obstat, quod *privilegia* 63
Realia dicantur, quæ Ecclesiæ, Civitati, loco, causæ vel actioni sunt concessa.

Nam *Respondendum est*, quod hæc sententia ex doctrina Host. & Angel. 64
Sylv. *supra* allata, tunc obtineat, quando illa privilegia Ecclesiæ, Civitati, loco
aut personis vel Congregationi ratione loci vel alicujus rei, aut causæ aut a-
ctioni conceduntur. Unde à contrario sensu efficitur, quod ea privilegia, 65
quæ Congregationi alicui, sed non ratione loci sunt concessa, non sint, nec
censeantur esse realia, adeoque sint personalia.

Huic conclusioni locus P. Laymanni exadversum allegatus minimè con- 66
trariatur, quin potius eam confirmat; Cum expressè affirmet, de privilegiis *Ad Layman. Respondetur.*
corporalibus intuitu loci concessis, ea esse realia, adeoque de privilegiis cor-
poralibus Congregationi absolutè, *per se* concessis, neget ea esse realia:
Nam qui de uno dicit, de alio *negare* videtur. *l. maritus C. de procur. c. nonne.* 67
de præsumpt.

Ex hisce ad oculum patet, me doctrinam non ex raro Doctore Igneo, sed 68
ex Classicis maximè Dd. excerptam proposuisse.

§§. III. & seqq.

Utrum privilegia corporalia cum corpore pereant?

QUod ad alterum *supra n. 2.* propositum membrum attinet; *An nimi-* 69
rum Extincto vel mortuo Corpore vel Collegio ipsa privilegia Corporalia ex-
tinguantur; Ego *in Astri Eclipsi q. 1. c. 3 n. 3.* proposueram hanc conclusionem;
quod privilegium merè personale cum persona exstinguatur; *Corporale verò,*
quamdiu aliquis ex Corpore aut Collegio superest, conservetur; si verò nullus super-
sit, nec spes juridica & proxima corporis similis omnino resuscitandi adsit, extin-
guatur; Reale Ecclesiæ (hac casu destructa) non extinguatur. Partem primam 70
& secundam *Conclusionis* F. Romanus concedit; quare pro *Tertia parte* pro-
banda ita loquebar. *Pars tertia*, nim, *quod nullo ex Collegio superstite, privilegi-*
um corporale pereat, est Joan. Ignei, *in supra cit. l. necessarios. §. non alias ff. ad Sc.*
Syllan. Albert. Brun. *de interitu & perempt. conclus. 5. n 13. vers. sic & mortuis o-*
mnibus. Erasmi Chockier *de jurisd. Ord. in Exempt. part. 3. quæst.* non 13. prout 71
typographi errore non minus in Eclipsi, quàm apud F. Romanum *in Asbesto*
n. 35. designatur, de quo me frustra incessit F. Romanus sed *quæst. 19. n. 2.* ubi
ajunt: *Item mortuis omnibus de Collegio, jus Collegii extinguitur, pereuntque ejus* » 72
privilegia &c. (quæ particula similiter errore typographi omissa fuit) tacitè autē si- »

significa-

„ gnificabatur in ibidem citatis Abb. *in c. recolentes. de stat. Monach.* Archid. *in c.* „ *in nullo* 18. q. 2. glos. & Dd. *in l. sicut.* §. *in Decurionibus. ff. quod cujusque Univ.* „ *nom.* Dd. *in c. cum ex injuncto de nov. oper. nunc.* Dd. *in l. servitutes.* § *si sublatum.* „ *ff. de servit. urb. præd.* Bald. & Angel. *in l. proponebatur. ff. de judic. Et n. 7.* ait, *ibid.* „ Chockier. *destructo ordine, tollitur etiam privilegium, si non illi datum ratione*
73 „ *loci. Tunc enim tanquam reale foret perpetuum.* Rationem *prioris* hanc ad-
74 duxeram, quia quod intuitu certi Collegii aut certæ Congregationis conceditur, ipsas Congregationis personas non egreditur. Proinde si nulla amplius ipsius certæ Congregationis persona superfit, ipsum privilegium corporale desinat esse aut fit extinctum.

75 Pro hac conclusione supponit F. Romanus *allegat.* 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. aliam, & quidem hanc; *Mortuis omnibus de Collegio jus Collegii extinguitur, pereuntque ejus privilegia. Hoc asserunt absolutè & sine ulla distinctione.* Albert. Brunus *de interitu & perempt. conclus. 5. n. 13. vers. sic & mortuis omnibus.* Erasm. Chockier. *de jurisd. ord in exempt. p.* 3. *q.* 13. & 19. *n.* 2. Abb. *in c. recolentes. de stat. Monach. n.* 7. Archid. *in c. in nullo* 18 *q.* 2. glos. & Dd. *in l. sicut. § fin. ff. quod cujusque Univ. nom.* Dd. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* Dd. *in l. servitutes. § si sublatum. ff. de servit. urb præd.* Bald. & Angel. *in l. proponebatur. ff. de jud.* Bart. *in l. ult. n.* 22. *ff. de Col-*

Commenta Hayana ab allegat. 19. usque 38.

76 „ *leg. illic.* Hæc me allegare dicit eademque repetere *ibid. c. 4. n. 5.* addendo eos „ docere, talium Collegiorum bona fieri vacantia, postea subiicit, inquiens, „ Erasmus Chockier. *de jurisd. Ord. in exempt. cit. part. 3. q. 13.* hac de re nihil ha- „ bet, sed *q.* 19. *n.* 4 *& seqq.* expressè mentem suam explicat circa prius à se dicta. „ *Declaratur,* inquiens, *primo id verum, si destructio fiat authoritate juridica Supe-*
77 „ *rioris* (en distinctionem clarissimam) *secus verò si violentiâ, aut privati autho-* „ *ritate.* glos. & Franc. *d c. privilegium & d. c. pastoralis.* Gail. *d. obs.* 61. *n.* 6. & 7.
78 „ Ratio *petitur ex Baldo, quia ejusmodi locus destructus intellectu nostro, sine aliquo* „ *materiali corpore dicitur vivere, ejusque anima sine corpore extare, ac proinde* „ *privilegia sua Omnia retinere, non secus quàm de Civitate dicitur, quæ extincta à*
79 „ *tyranno vel hostibus, nihilominus tamen superesse censetur.* Similia docet idem „ Chockier *paulo post q.* 20. *n.* 5. *& seqq.* & apud eundem citatus Albertus Bru- „ nus. *d. conclus.* 5. *per totum*; quem etiam in hanc sententiam allegat Barbosa, „ Collectar. *in c. cum ex injuncto de nov. oper. nunc. n.* 4. Videatur Astrum *q.* 1. *n.* 38.
80 „ *§. cui adjungamus Erasmum.* Hic proinde F. Romanus fidem requirit me- „ am, cur ejusdem Erasmi tam claram & lucidam distinctionem, mea allegati- „ one obscurare voluerim.
81 „ Porrò Abbas *in d. c. recolentes*, ipsi non exhibeat nisi numeros 4. & tamen „ ego allegem *n.* 7. Sed, quidquid sit, Abbas *eo loco*, & Bart. *in l. ult. n.* 22. *de Colleg.* „ *illic.* neutiquam affirmant, *mortuis omnibus de Collegio* particulari, *jus Collegii* „ *extingui, perireque ejus privilegia*, adeoque falsam dicit esse allegationem, sed
82 „ solummodo (illi Dd.) ajunt: *bona Collegiorum dissolutorum, quæ non possunt bona*

bona possidere in particulari, remanere apud Superiorem Collegii, qui disponet de ,,
illis tanquam de vacantibus. arg. in l. 1. ff. de curat. bonis dand. *& sic alias serva-* ,,
tum esse in dissolutione Collegii Templariorum. ,,

5. Archid. *in c in nullo.* 18. *q.* 2 à me citatus, *ne vestigium quidem dicitur con-* ,, 83
tinere meæ allegationi affine; nec loqui de casu, quando mortuis omnibus Collegi- ,,
um dissolvitur, sed quando ex uno Collegio dissoluto, omnibus Viventibus fiunt duo, ,,
ut est ibi text. *tunc enim meritò quæritur, quomodo bona prius indivisa deinceps* ,,
inter hæc duo Collegia sint dividenda. Proinde idem Archid. in fine *sic conclu-* ,,
dit. Ideo melius est, inquiens, *ut omnia communiter dividantur, id est, pro nume-* ,,
ro personarum. ,,

6. Præterea *neque glos. neq; Dd.* in l. sicut §. fin. ff. quod cujusque Univers. ,, 84
unquam dicuntur asseverasse, *omnibus de Collegio mortuis, jus Collegii extingui,* ,,
perireq; privilegia. Et glos. *quidem ne verbulo tangere jus Collegii nec privilegia,* ,,
sed solum quærere, si nullus omnino remansit (videlicet in Collegio Universali) in ,,
cujus nam bonis res Collegii sint futuræ? ,,

7. Baldus autem *ibid.* §. *in Decurionibus*, sic distinguere asseritur cum In- ,, 85
noc. *Aut Collegium destruitur authoritate Superioru, aut destruitur casu, puta,* ,,
mortalitate. Primo casu Essentialiter & Effectualiter desinit esse Collegium & per- ,,
dit privilegia. Secundo casu ex Mendosa Baldi editiōe desinit esse Collegium, quan- ,,
tum ad juris intellectum, (id est, nec essentialiter nec effectualiter) unde privilegia ,,
concessa Collegio, adhuc durant, nec est necesse, quod ista privilegia renoventur, Et ,,
hæc est ipsa Veritas. Hucusque Baldus, quod ipsum & alii Dd. *ibid.* confirmant. ,,
Vid. de his fusius *allegat.* 368. ,,

8. *Jam quod Doctores mihi astipulentur* in c. cum ex injuncto de nov. oper. ,, 86
nunc. *revera non se invenire*, ait F. Romanus. *Contrarium enim ibi disertè do-* ,,
cent Innoc. n. 2. *Abbas.* n. 5. *Socin.* n. 12. *Barbos.* collect. n. 4. & alii. *Imo ipsummet* ,,
Caput, cum ex injuncto, *solummodo loquitur de destructione materialis Ecclesiæ,* ,,
per juris sive Superioris authoritatem facta, ibi: *Fraternitati tuæ mandamus, qua-* ,,
tenus, quicquid ædificatum est in Ecclesia de Lamech, facias penitus demoliri. Vn- ,, 87
de glos. ibid. in verb. non teneat principale, quando subinfert, Destructâ re ,,
destrui privilegia; *non loquitur, nisi de casu per textum allato*; id est, *de destructi-* ,,
one facta Superioris authoritate. ,,

Denique *perperam allegari* dicit F. Romanus *Dd.* in l. servitutes. §. si subla- ,, 88
tum ff. de servit. urb. præd. *Nam præcipuus Doctorum nihil habet ibi Bartolus.* ,,
Baldus autem è diametro dicitur *me impugnare* his verbis. *Iste text. est arg. quod,* ,,
licet destruatur Monasterium, non destruantur ejus privilegia, quod dic ut notat ,,
Innoc. in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc. *ubi tenet hoc, quando destrui-* ,,
tur de facto, secus si de jure. ,, 89

Quod adiicit *ibid.* Romanus, si in factis pro me hic & alibi Doctorum al- ,,
legationibus, *causæ meæ non diffidam, proferam eorum verba formalia, ut Veritas* ,,
per Lectorem lucidè possit agnosci, &c. ,,

90 „ 10. *Postremò, non potuisse me dicit propriam causam efficacius vulnerare,*
„ *quam allegando in fin. Bald. & Ang.* in l. proponebatur, ff. de judiciis. *Baldi*
„ *verba sunt hæc*, n. 1. Compromissum Universitatis, non finitur morte compro-
91 „ mittentium. *Angeli vero hæc*: Compromissum non finitur morte compro-
Alia Commenta Hayana alleg. 376. & 377. mittentium, secus si Collegium esset destructum de jure. *Et infra*: Dissoluto Collegio de facto, remanent privilegia Collegii, secus de jure, &c. Rursus *allegat. 376. 377. sub n.* 1. ait F. Romanus, *quod ego* q. 1. c. 3. n. 3. §. pars tertia (*di-*
92 „ *cam*) Pars tertia, nimirum, quod nullo ex Collegio superstite privilegium
„ corporale pereat, *est Ioannis Ignei* in d. l. necessarios. §. non alias. ff. ad Sc. Syllan.
93 „ *Cum tamen Ioannes Igneus non solùm illam Conclusionem in terminis* loc. cit. *non*
„ *habeat, sed ne corporalis quidem privilegii meminerit, &c. Prout supra hoc c.* 2.
94 „ *fuerunt relata*; ibidemque sub n. 2. addit, *Corporalia Collegiorum localium, re-*
95 „ *alia censentur, utpote intuitu loci seu Monasterii directè concessa. Vnde etiam eo-*
„ *dem modo manent aut pereunt, quo strictè realia, videlicet si res aut Collegium de-*
„ *struatur de jure, aut per Superioris sententiam, etiam privilegia realia & corpora-*
„ *lia pereunt*; si de facto tantùm aut casu, non pereunt, *prout videre potuissem a-*
„ *pud S. Antonin.* in sum. 1. part. tit. 19. c. 1. §. 2. *Valer Reginald.* in prax. for. pœnit.
„ lib. 13. tit. 3. q. 2. n. 23. sub fin. *Franc. Suar.* lib. 8. de legib. c. 3. n. 4. *Barbos.* in l. quia
„ tale. ff. solut. matrim. *Bonac.* tract. de Clausur. & violat. ipsius, q. 4. puncto. 2. n.
96 „ 8. *Roderic.* tom. 1. q 17. n. 8. in fin. *Sanch. & alios*: Iterum *n.* 3. addit; *Et adhuc cla-*
„ *rius Layman.* in qq. Canonicis de prælat. elect. q. 1. c. 3. n. 18. *si omnes*, inquit, *è*
„ *Collegio vel Vniversitate mortui sunt, jus eligendi & similia jura ac privilegia per-*
97 „ *eunt, si per se concessa sint certa Congregationi seu cohorti. V. G. militum: Secus au-*
„ *tem est, si concessa sint in ordine ad locum, ut Realibus potius quam personalibus ju-*
98 „ *ribus annumeranda sint. Talia sunt jura & privilegia, quæ concessa sunt Aca-*
„ *demiæ, Civitati, Monasterio, Ecclesiæ: Nam omnibus mortuis, aut fuga dilapsis,*
„ *conservantur etiam in solo. Abbas.* c. 2. n. 12. de postul. prælat. &c.

Discutiuntur. Hactenus F. Romanus, qui in pluribus hic fallit.

99 1. Quia sicut initio monui, ipse F. Romanus affingit mihi Conclusio-
„ nem, quam ego non formavi. Nam mea Conclusio erat hæc: *Privilegium me-*
„ *rè personale cum persona extinguitur, Corporale, quamdiu aliquis ex corpore aut*
„ *Collegio superest, conservatur; si vero nullus supersit, nec spes juridica & proxima*
„ *corporis similis omnino resuscitandi, extinguitur. Reale Ecclesiæ (hac casu destru-*
„ *cta) non extinguitur.* Et iterum ibidem, *Pars tertia*, Nimirum, *quod nullo ex*
„ *Collegio superstite, privilegium corporale pereat*; Est Joan. Ignei, *sicut ipse* F. Ro-
„ manus supra *cit. allegat.* 374. *fatetur.*

100 At F. Romanus *allegat.* 19. *& seqq.* pro ea supposuit & affinxit mihi hanc
„ conclusionem, *Mortuis omnibus de Collegio*, inquit Crusius, *jus Collegii extin-*
„ *guitur, pereuntq; ejus privilegia. Hoc asserunt absolutè & sine ulla distinctione Al-*
„ *bert. Brun. Erasmus Chockier.* Cum tamen ego ex Dd. ibidem allegatis expres-
101 „ sè in ipsa conclusione distinxerim inter privilegia personalia, corporalia & re-
alia.

alia, quin imò in deductione, ipsa privilegia corporalia vicissim distinxerim in ea, quæ per se Congregationi, & ea quæ Congregationi in ordine ad locum competunt; Ut proinde F. Romanus *hic c. 3.* meum textum suo glossemate valde corruperit, addendo etiam verba, quorum ego *in d.c. 3. q. 1.* haud memineram. 102

Fortè dicet F. Romanus, se ea verba mutuatum esse *ex c. 4. q. 1. Astri Eclipf. n. 5.* At tum F. Romanus contra fidem boni viri & veritatem agit, ut quæ ego distincto capite in distincta & diversa materia de bonorum dominio tradideram, ipse huc ad privilegia referat, itaque plures misceat quæstiones à me integris capitibus distinctas, & quæ de bonis vacantibus istic *c. 4.* erant deducta, nonnisi ineptissimè per fallaciam plurium quæstionum ad privilegiorum desitionem aut suspensionem transferat. Unde colligere est, quam fideliter F. Romanus in aliis Dd. authoritatibus agat, qui mea non tantum paragraphis aut versiculis, sed integris capitibus distincta ita invertere, & capiti ocreas, pedibus verò galeam adaptare inverso more connitatur. 103 104

Alia Verba, quæ recitat F. Rom. *d. allegat. 19. & seqq.* cum annexis authoribus, non sunt mea, sed Erasmi Chockier, *in loc. à me cit. part. 3 q. 19. n. 2.* quibus F. Romanus iterum contra fidem Religiosi viri addidit Bart. *in l. ult. n. 22. ff. de Colleg. illic.* à me non *hoc 3.* sed *capite 4.* allegatum, eo quod istic de bonis ageretur, de quibus & ipse Bart *cit. loc.* agebat. Et tamen me F. Romanus hic impetit, quasi ego Bartolum de bonis agentem huc ad materiam privilegiorum citassem. Ita F. Romanus contra fidem agit. Simili modo F. Romanus agit cum Erasmo Chockier. Hic enim *n. 2. & 3.* duos diversos casus proponit, minimè confundendos, quos iterum F. Romanus confundit & promiscuè accipit. Ita verò ait Erasmus Chockier *cit. loc. n. 2.* Item mortuis omnibus de Collegio, jus Collegii extinguitur, pereuntque ejus privilegia, fiuntque bona vacantia. Abb. *c. recolentes. de stat. Monach.* Archid. *c. in nullo* 18 *q. 2.* glos. Dd. *l. sicut §. fin. ff. quod cujusq. Vn.* Dd. *c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* Dd. *l. servitutes, § si sublatum ff. de servit. urb. præd.* Bald. & Angel. *l. proponebatur ff. de jud.* 105 106 107

Et *n. 3.* subjicit; Unde similitudine eorundem Jurium dicimus, destructo Superioris authoritate loco exempto perire etiam loci exemptionem. *cap.* „ *Abbat. ubi* glos. Abb. & Dd. *de V. S.* Innoc. *in d. c. cum ex injuncto. n. 2. ubi* Dd. *de* „ *nov. oper. nunc.* „ 108

Numero 4. Rationem hujus secundi casus affert Chockier dicens, *quia* „ *per ejusmodi destructionem fit mutatio status, & quadam velut Capitis diminutio.* „ *Petrus de Perus.* tract. de mutat. status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum *ac n. 5 Declaratur primo,* inquiens, *id verum, si destructio fiat authoritate* „ *juridica Superioris.* Dd. *ubi supra, secus verò si violentia, aut propria privati authoritate.* Hinc patet, quod hæc, quæ Erasmus Chockier *secundo casui* expressè applicat, ipse F. Rom perperam ad *primum casum* detorquere conetur; qui tamẽ à secũdo est divers⁹, prout colligere poterat F. Rõ. ex phrasi quâ utitur Chock. 109 110 111

111 nim: *similitudine eorundem jurium*; Inferebat enim à similitudine Jurium Chockier, privilegia loci, si ille Superioris authoritate destrueretur, perire.

Similitudo jurium.

113 Quæ *similitudo jurium* in eo consistebat, quod sicut morte naturali omnium omnino Collegarum, jus Collegii dicitur extingui, perireque ejus (Collegii) privilegia, adeoque privilegia corporalia; ita etiam pereant privilegia morte civili omnium omnino Collegarum, quæ accidit, quando Superior Collegium aliquod propter ipsorum delictum destruit; tunc enim maximam patitur capitis diminutionem, quæ mors civilis dicitur glos. *in l. 2 ff. de pœn.*
114 Daoyz *in indice juris civilis. verb. mors.* & morti naturali æquiparatur, quoad actus civiles. *l. si decesserit & ibi glos. fin. qui satisdat. §. cum autem. Inst. quib. mod. jus patr. potest. per l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum.*

Hic autem scire debebat F. Romanus, quod nullum simile esset idem, *l.*
115 *quod Nerva. depos. §. sed inter eas. Inst. de nupt.* adeoque secundus casus, qui dicitur ex similitudine jurium pro primo casu allatorū peti, esset à primo diversus: tertius vero ibidem additus casus, in quo violentia aut incursione
116 tyranni dissolvitur Collegium personis ejus adhuc superstitibus, licet dispersis, (quemadmodum ex Innoc. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* manifestè videre est) omnino huc esset impertinens; Cum ibi neque mors naturalis, neque civilis intervenerit, ideoque huc frustra à F. Romano allegetur.

117 Eadem ratione hos casus distinguit Albertus Brun. *de interitu & perempt.* inquiens, *conclus. 5. n. 13.* vers. sic & mortuis omnibus de Collegio, jus Collegii " extinguitur, & bona Collegii sunt bona vacantia, ut per Pan. *in c. recolentes. de* " *stat. Monach. & per* Archid. *in c. in nullo. 18. q. 2. & habetur per* gl. & Dd. *in l. sicut.*
118 " *§. fin. ff. quod cujusque Univ. nom.* Et hoc etiam procedit in villa & castro de- " structis authoritate Superioris habentis juridicam potestatem, & non tyran- " ni sine spe refectionis: quia amittunt privilegia & priora jura, & bona fiunt " vacantia, & idem in Monasterio taliter destructo, ut per Innoc. & Can. *in c.* " *cum ex injuncto. per illum text. de nov. oper. nunc.*

Albert. Brun.

119 " Unde patet, quod primus casus, qui est noster, à *secundo* & multo magis à *tertio* diversus sit, prout idem arguit particula (Et) Cujus copulæ natura est, ut cadat inter diversa. Everard. *in loc. à natura copulæ, n. 11.*

120 Atque hinc patet, quam multiplices F. Romanus obtrudat errores, si non imposturis agat.

121 Deinde ut ego Erasmum Chockier *supra cit. loc.* ab imperitione F. Romani liberem, notandum est, quod Chockier *d. loc. à me supra allegato* in casu, quando mortui sunt omnes de Collegio, tria proponat. 1. Jus Collegii extingui, 2. perire ejus Collegii privilegia. 3. bona fieri vacantia, quibus tribus respectivè
122 respondent citati ab ipso Dd. Et quidem Abbas *in c. recolentes. de stat. Monach. qui* licet *n. 3*, tertium membrum fusius prosequatur, tamē & pro primo membro *ibid. sub n. 3.* hæc faciunt verba Abbatis, *secus*, inquientis, *quando Collegium propter*

Chockier. defenditur.

propter personas ex toto dissolveretur, quia nulla persona est capax, quæ verba F. 123
Romanus suppressit, ne inde imposturæ & falsitatis ab ipsomet lectore redargueretur. Hinc enim mox alius subintulisset, *Atqui mortuis omni-* 124
bus de collegio, nullo omnino superstite, non est ulla persona capax. Igitur tunc Collegium ex toto est dissolutum. *Similiter* pro *secundo* membro aliquo mo- 125
do faciunt verba Abbatis *in d. c. recolentes. sub numer.* 1. relata, quod *pri-* "
vilegium certo Ordini tributum propter arctitudinem vitæ ipsius perditur, si non "
Regula instituta antiquitus servatur. Inde poterat lector *subsumere*; Atqui mortuis omnibus de Collegio Religioso non servatur istic Regula; Et *inferre*; Igitur mortuis omnibus de Collegio privilegia illi tributa perduntur. 126
Quæ ibidem F. Romanus loco impertinenti de bonis vacantibus Templariorum annectit, vel cum privilegiis confundit; de ijs *seq. cap.* videbimus, ubi & Laymannum ab ejusdem impetitione liberabimus.

Quod ad citatum ab Erasmo Chockier Archid. *in cap. in nullo* 18. *quæst.* 127
2. attinet, quasi in eo nullum istarum propositionum appareat vestigium, in "
eo F. Romanus vehementer fallitur. Siquidem Chockier hæc Archidiaco- "
ni *cit. loc.* consideravit verba. *Ex quo enim aliqua sunt collata Monasterio, non* "
habet ille, qui dedit, plus juris in eis, quia contulit ea, sed quia & in Collegio illo, cui "
Totum Ius competit nomine Ecclesiæ, non nomine singulorum &c. Unde à contra- 128
rio sensu, si nec Collegium illic adsit, sed omnes omnino ipsius personæ sint mortuæ, nullâ amplius superstite, etiam ipsius Collegii jus perierit, quod illi Collegio *totum* competebat.

Adhac, quod allegat F. Romanus *quasi* gloss. *in cit. l. sicut* §. *in Decurio-* 129
nibus, ne meminerit quidem juris Collegii seu universitatis, illud falsissimum esse constat. Siquidem ibid. gloss *fin. ad nomen Vniversitatis* commentatur. Sic extat rei memoria, nec tamen res, ut est *argu. infr. de leg.* 1. *si grege.* §. 2. licet " 130
ergo unus non sit universitas, nec universi nec universus, retinetur tamen per "
eũ Ius Universitatis, licet per unũ ab initio cõstitui non possit Universitas, sed "
per tres *ut. infr. de V. S l. Neratius.* Nomẽ vero ideo dicitur *retineri*, quia adhuc "
dicetur Schola S. Antonij superstite Uno solo &c. Unde haud dubiè à con- " 131
trario cũ aliis Dd. *supr. c.* 1. *allegatis*, Chockier intulit, *quod igitur nullo omnino* " 132
superstite jus universitatis extinguatur, prout ipsa gloss. *fin. paulo post. ibid.* definit. *Item*, inquiens, *quid si nullus omnino remansit? Respondet Ioan. solutum esse*
Collegium, & res in nullius bonis sunt. " 133

Quem locum F. Romanus non tantum suo glossemate, sed & mutilati- "
one & omissione eorum, quæ ipsius inverterent erroneam opinionem, cor- *Romanus*
rumpit; inquiendo, *sed gloss. solum quærit, si nullus omnino remansit* (videlicet in *corrumpit*
Collegio Universali) *in cujusnam bonis res Collegii sint futuræ*, ubi in primis F. *textum Cho-*
Romanus omittit solutionem & responsionem Ioannis antiqui gloss. *quod* *ckier.*
mortuis omnibus de collegio, Collegium sit solutum. Deinde eam quæstionem 134

 glossemate 135

glossemate suo corrupit F. Romanus, ad collegium addendo *universale*. Cujusmodi glossema erroneum esse, ostenditur *infra* ex ipsa Responsione Ioan.
136 prout eam ibi Bald. *in d. §. in Decurionibus* interpretatur. *Primò*, inquiens, *quaro, quid si nullus remansit in collegio, utrum per hoc dicatur collegium esse dissolu-*
137 *tum seu defectum? Et videtur, quod sic, quia licet collegium salvetur in uno, tamen „ non salvatur in nullo. Et hac est opinio Ioannis; tamen si postea authoritate su- „ perioris collegium restauratur, fingitur idem collegium cum priore, tamen re vera „ non est idem collegium, sed est novum collegium,* Et *ista est opinio Ioannis*, pro quo

Redarguitur 1. facit *su ra de legat. 3. l. pater filium §. Tusculanus*. Cujusmodi restauratio (de
138 qua hic meminit *glo. cit.*) secundùm ipsum F Romanum supponit alios ipsius Ordinis, cujus fuerunt isti in illo collegio dissoluto, Religiosos adhuc super-
139 esse vel adesse. At si collegium morte dissolutum apud gloss. intelligeretur *Universale*, tunc nulli omnino ponendi essent superesse; ex quibus restau-
140 rari posset. Igitur &c. Consequenter non intelligitur istic apud gloss. collegium *universale* dissolutum esse, Et sic nec de ejus collegii universalis dissolutione quęstio proposita, adeoq; nec Respōsio de eo casu data; ut interrogatio & responsio casu, non Grammaticè, sed juridicè conveniant. per not.
141 Alexandr. Raudens. *in tractat. de analog. cap. 19. num. 78. & l. ut responsum C. de transact. §. praeterea. Instit. de inutil. stip. &c.*

142 Deinde quod apud glo. *in d. §. in Decurionibus*, proposita sit quaestio de

Redarguitur. 2. collegio aliquo particulari seu particularis loci, ostenditur ex oppositione Baldi ad Ioannem *in eadem glo.* citatum, facta ex Innoc. *in c. cum ex injuncto.*
143 *de nov. oper. nunc.* ubi agitur de violenta collegii dissolutione per tyrannum facta, definiturque Actus electionis & contractus extra locum domicilij per
144 ejectos celebrari posse. Inno. *in d. c. cum ex injuncto.* Nemo autē dixerit, quod ad actum Electionis *V. G. Abbatis, & contractus celebrandi* in Ordine S. Benedicti, necesse sit, ut collegium *universale*, seu omnia omnino Monasteria S. Benedicti in toto orbe terrarum debeant convenire. Hoc enim patet,
145 manifestè falsum esse. Ut proinde istic secundum Bald. & Innoc. *cit. loc.* apud *d.* gloss. *fin. in §. in Decurionibus* non de collegii universalis, sed particularis dissolutione agatur.

Taceo, quod in dubio verba in propria significatione sint accipienda.
146 Propria vero significatio collegij sit, quam *supra cap. 1.* ex Bart. aliisque attulimus. Ut proinde F. Romani acceptio contraria proprietati verborum re-
147 pugnet.

148 Baldus *in d. §. in Decurionibus*. nihil contra hactenus à nobis tradita affir-

Bald. in d. §. in decurionibus. defenditur. mat, sed citando Innoc. *in d. c. 1. de nov. oper. nunc.* significat, quod ipse sit intelligendus de privilegiis realibus, de quibus *in parte* 4. conclusionis nostrae agitur.

Quod vero F. Romanus Baldi verba in *secundo* divisionis *membro*. quo
149 dicitur collegium, *casu, puta mortalitate desinere esse; quantum ad juris intellectum,*

ctum, interpretatur, dicens, id est, *nec essentialiter nec effectualiter*; per hoc ostendit ipse, quomodo textum Authoris contra ipsius sensum ac mentem, tum etiam contra principia juris à nobis *in Resolutione cap.* 1. allata pervertat, 150
ac falsificet; Cum nihil horum Baldus asseveràrit, ostensumque sit *in d. Resolutione cap.* 1. quod Collegium morte omnium desinat esse, quoad essentiam, non tamen quoad effectum, unde nec ejus privilegia realia cessent, sed illa adhuc perdurent. De quibus suprà est actum.

Dd. *in c. cum ex injuncto. de nov. oper. nunc.* non à me, sed ab Erasmo Chockier ad suam supra positam propositionem vel ejus aliquod membrum 151
vel partem confirmandam erant allegati, prout etiam tertium illius propositionis supra à Chockier allatæ membrum, nim: *quod bona ea sint vacantia, confirmant*, quæ cum sint hinc aliena, ideo verbulo duntaxat innuo, ostendoque Erasmum Chockier ex illo Pan. *in d. c. cum ex injuncto sub num.* 5. Anton. de Butr. *num.* 4. *ibid. quod omnibus Canonicis* (Ecclesiæ per violentiam tyrannicam destructæ) *alij loco eorum debeant subrogari*, 23. dist. In nomine Domini. (*pro quo erroneè* 22. *dist. apud* Pan. legitur, quin nec Pan. *meminit cap. quia sicut. de elect. sed* 7. *q.* 1. *pastoralis.*) supra de elect. quod sicut. videri colligere, *quod collegij emortui bona sint vacantia*, quia alias in ijs nec possent 152
nec deberent alij substitui. Facere istuc videntur notata à Mandos. *in Regul. Cancell.* 3. *quæst.* 9. *nu.* 2. Roffiniac. *de benef. cap.* 2. *num.* 44. Quod itidem 153
asserit F. Romanus, Innoc. *in d. cap. cum ex injuncto. num.* 2. Abbat. *num.* 5. Socinum *num.* 12. Barbos. *n.* 4. glo. & alios *contrarium disertè docere*, est omnino veritati dissentaneum. Siquidem ipsi agunt non de Collegio morte 154 *Innoc. defenditur.*
omnium Collegarum nullo amplius superstite dissoluto, sed duntaxat de 155
dissolutione Collegij, quæ fit in ipsorum Collegarum vita, vel authoritate superioris propter eorum delictum, vel etiam sine eorundem culpa per tyrannidem hostium invadentium, qui eos ex Collegio vel Monasterio ejiciant, vel expellant; *priori* casu docent, eos perdere privilegia; non verò *secundo* casu, ubi omnes per tyrannicam *hostium* invasionem ejiciuntur, de 156
quibus quæritur, quomodo ad actum *eligendi* Prælatum & celebrandi contractum convocari possint ac debeant, ut videre est ex Innoc. *d. n.* 2. Card. 157
Zabar. *sub n.* 4. Barbo. *sub n.* 4. Panor. *n.* 5. Anchar. *n.* 9. Soc. *n.* 12. Bernard. Cõpost. Gaufred. Collectar. Host *col.* 2. *ver. non teneant principale*, Ioa. Andr. *col.* 2. qui secũdus casus, ubi de eis superstitib. & sine culpa ejectis & expulsis, quæritur, huc, ubi quæstio est de omnib. omnino Collegis mortuis nullo superstite, est impertinens; ut palam est; Ut proinde frustra jactet F. Romanus gl. & 158
Dd. disertè contrarium cõtra me docere. Porrò allegavit idem Chockier pro 159
sua propositione Dd. *in l. servit. §. si sublatũ ff. de serv. urb. præd.* ex quib. videtur *à paritate rationis* ita arguměntari; Destructo loco destruitur servitus personalis, seu jus personale, ipsi inhærens, nõ verò servitus realis. Ita notoriè gl. Barr. Bald. Ang. Alberic. de Rosat. Fulgos. Næv. Odofr. Paul. Castr. Iac. Butr *in d. l. servit. §. si sublat. de serv. urb. præd.* & fusè Cagn. *in l. domũ.* o. 1. *al.* 62. *ff. de R. I. n.* 2.

à Delrio

à Delrio *in d.§.si sublatum*, citatus, Ergo etiam destructo Collegio destruetur jus personale inhærens, non vero jus reale, quia à loco ad personam est probabile argumentum. Everard. *in top. à loco ad personam.*

160 Quod verò addit F. Romanus, Baldum *in d.§.si sublatum*, sentire contra me, *contrarium*; omnino à veritate abit.

161 Siquidem Baldus *cit. loco* idem docet, quod Innoc. *in supr. cit. c. cum ex injuncto.* Innocentius autem ibi duntaxat tradit, quod res vel Ecclesia per tyrannicam invasionem occupata non perdat sua privilegia, licet personæ ejusdem sint dispersæ, *prout supra*: Hoc autem nihil contra me, nec contra præsentem casum, Ut proinde nihil *contra* me Baldus *cit. lo.* faciat.

162 Tum Baldus & Angel. *in l. proponebatur. ff. de judic.* nequaquam à me, sed ab Erasmo Chockier erant citati, neque ipsi quicquam contra meam propositionem faciunt, sed eam omnino confirmant.

Bald. & Angel.

163 Nam ita ipse Bald. *in repet. vel addit. ad d.l. proponebatur. in pr.* ait; An Collegium restitutum intelligitur restitutum cum suis privilegiis; Determinat

164 Dyn. *Quod non. de leg. 3. l. pater. §. Tusculanus.* Præsupposuit verò Bald. in ipsa lectura *d.l. proponebatur*; quod in casu à se ibidem proposito mors omnium de Collegio intervenerit; Unde colligitur, quod cum Collegio perierint omnia privilegia, quia alias si privilegia post mortem omniũ de Collegio perdurassent, frustra de eorundem restitutione ageretur. Et sic Erasmus Chockier suæ propositionis membrum secundum habet comprobatum.

165 Similiter Angel. *in d.l. proponebatur*, tradit, quod particularis mutatio non faciat aliam rem. Unde argumento à contrario deducto, ubi non par-

166 ticularis, sed totius rei mutatio intervenit, ibi erit alia res. Nam sicuti eadem judicii instantia intelligitur, quę continuatur, alia verò si inchoetur de novo: Ita à simili (quo utitur etiam ipse Angelus hic, licet alio fine), si morte omnium Collegarum successivè & particulariter mutentur personæ, idem erit ipsarum personarum substitutarũ Collegium; secus si omnes omnino collegæ moriantur, nullo superstite, & postea de novo aliud substitueretur, quia

167 tunc aliud intelligeretur Collegium; atque ita Chockier suæ propositionis *membrum primum* rectè ex Angelo comprobatum produxit.

168 His non obstant, quæ F. Romanus ex Bald. & Angel. movet, quod *morte compromittentium ex aliqua Universitate, non extinguatur compromissum*; quia, ut ipsemet Angelus *jam cit loc.* explicat, intelligitur de mutatione vel alteratione partiali, non verò de mutatione totali alicujus totius universitatis vel Collegii, de quâ nos agimus, Ideoque F. Romanus nihil ad rem affert.

169 Eadem quoque ratione, ad id, quod F. Romanus ex Angel. de dissolutione Collegii, quæ jure vel de facto contingit, in medium affert, respondendum est; quod cum Angelus *d. loc.* referat se ad Innoc. *in supr. dict. c. cum ex injuncto.* ac cum illo sentiat; ideo de eo casu agere intelligatur, quo collegiũ

vivis

vivis adhuc Collegis destruitur. Quod rursus nihil ad rem facit: Ut proinde 170
ex disparatis & diversis & quidem alienis scriptis contra nos frustra conetur aliquid F. Romanus inferre. Hactenus de authoribus à Chockier citatis.

Nunc videamus reliqua, quæ F. Romanus *alleg.* 376. & 377. & Dn. Prælatus *sub n.* 7. producunt; *Allegat. F. Romani 376. & 377.*

In primis referunt ipsi, quod hanc meæ Responsionis partem tertiam, 171
nim. *quod nullo ex Collegio superstite, privilegium corporale pereat, non solum in terminis* Ioan. Igneus *in cit. l. necessarios. §. non alias. ff. ad Sc. Syllan.* non habeat, sed ne corporalis quidem privilegii meminerit.

Verum jam supra ostendi, quomodo Igneus *loc. cit.* implicitè privile- 172
gij corporalis inter privilegia personis communiter concessa, meminerit, *Diluuntur.*
citando leges corporalia privilegia concernentes, unde quando easdem leges ad illam propositionem, quod privilegium certo generi personarum concessum non excedat personas generis, refert Ioan. Igneus, consequenter præsumitur tradere voluisse, etiam privilegia congregationi vel Collegio
concessa, non excedere congregationis aut Collegij personas, adeoque 173
quando eæ personæ omnes congregationis vel Collegij nulla superstite desinunt, etiam privilegia ejusmodi personis concessa simul desinere esse *per reg. Accessorium, de R. I in 6.* Atque ita, quando subjunxi propositioni meæ; Est Ignei, per illud verbum (Est) idem significavi, quod ob leges ab ipso cita-
tas esse præsumitur, quemadmodum verbum Est, ita accipi Albericus de 174
Rosate *in repertor suo in verb. esse.* notat *ex l. si debitori ff. de judic. l. vir mulieri. ff. de don. inter vir. & ux.* non vero ego istic *in cit. loc.* accepi illud verbum
Est, prout perperam exponit F. Romanus, *est in terminis Ioannis Ignei.* De- 175
inde ne F. Romanus existimet, non adesse Doctores, qui in terminis etiam eam Responsionis meæ partem doceant; ideo eos paulo post adducam, ubi prius, quæ ex aliis Authorib. objecerunt F. Roman. & Dn. Prælatus, refellero.

§. IV.

B. Antonin. Valerius Reginaldus, Rodericius, Laymannus defenduntur, ostenditurq; privilegium corporale cum corpore extingui.

QUod igitur ad B. Anton. 1 *part. tit.* 19. *c.* 1 §. 2. ex adversum citatum attinet, 176
non agit ipse ibidem de Collegio per mortem omnium Collegarum dissoluto, sed per violentam hostium invasionem, seu per violentum factum ipsorum actualiter tantum destructo & dissipato, cujus personæ omnes ad-
huc *superfunt*, sed funt dispersæ. Nam tradit B. Anton. *loc. cit.* quod destru- 177
cto *corpore* per authoritatem superioris, privilegium quoq; pereat; destructa verò Ecclesia facto hominum, privilegia non pereant, sed maneant. Quæ ipsa distinctio est Ioa. Andr. Innoc. Host. Anton. de Butr. Collectar. aliorumq; *in c.*
cum ex injuncto. de nov. oper. nunc. Atq; ita hunc locum S. Antonini accipit Va- 178
lerius Reginald. *lib.* 13 *fori pænit tract.* 4. *tit.* 3. *c.* 22. *q.* 2. *n.* 233. *vers. Reale vocat*
ubi 179

ubi ait; quia ut D. Anron, *loc. cit.* §. 2. ex Ioan. Andr. habet, si locus destruatur ab hostibus, & ibi remaneant Clerici, vel authoritate superioris ij transferantur in alium locum, vel alteri loco uniantur, retinent omnia sua privilegia

180 *Vid. Instrum. n. 26.* unde patet, quod D. Anron, secundum Valerium Reginal. *supr. cit. loc.* non agat de interitu Collegij Personalis, qui accidit per mortem omnium de Collegio, sed de destructione violenta, quæ supponat Clericos Ecclesiæ vel Collegii destructi adhuc in loco suo destructo remanere, adeoque illos adhuc esse superstites; qui casus ad Astri *q. 1. c. 3. Eclips.* omnino est impertinens.

181 Aliàs quod attinet ad Valerium Reginaldum *in prax. for. pœniten. lib. 13. tract. 4. tit. 3. c. 22 q 2. n* (non 23. ut errore typographi expressus erat, sed) 233. ipse ibidem in terminis nobiscum sentit, prout infra videbitur.

182 Quod ad P. Suarez & Bonacinæ loca exadversum allegata attinet, in eis tantum inquiritur, Utrum privilegium corporale vel corpori seu Collegio concessum sit personale vel reale; de quibus *jam supr.* satis superq; est dictum, eaque huc non spectant.

183 Neque obstat, quod Rodericins *in qq. Regularib. tom. 1. q. 47. art. 8. sub responso secundo* tradat, jura & privilegia civibus alicujus civitatis (eò quod hæc perfictionē juris *l. proponebatur ff. de jud.* nunquā cēseatur perire) itidem Religioni vel alicujus Ordinis fratribus concessa, esse realia; *per l. forma.* § *quanquam ff. de Censibus*; quia loquitur de juribus & privilegiis realibus in latissima significatione, prout *rei* appellatione etiā venit corpus vel Collegium, quod opponitur personæ strictè acceptæ. Aliis verò Dd. jura & privilegia corporalia ad personalia referuntur, sicuti Universitas, Collegium personæ venit ap-

Rei significatio est varia.

184 pellatione secundum Bald. *in l. qui un. 3. n. 4. col 3. C. de serv. fugit. apud* F. Rom.

185 *in hort. paradox. 5. n. 11. sub fin.* Quamvis jura & privilegia corporalia propriè considerata nec personalia, nec realia, sed mista sint; *personalibus*, quod corpus mysticum seu personam repræsentatam comitentur; *realibus*, quoad perpetuitatem in posteris continuandam, similia, uti ex supradeductis patet, quæ

186 huc non repetimus.

Commentum Hayanū circa Laymannum

Porrò quod asserunt F. Roman. & Dn. Prælatus, P. Laymannum *in tract. de elect. c. 3. n. 18.* docere, *jus eligendi, & similia jura omnibus de Collegio Ecclesia-*

187 *stico emortuis conservari etiā in solo, seu in Ecclesia Collegiata habitu manente &c.*

Discutitur.

Et consequenter privilegia corporalia etiam post mortem omnium Collegarum habitu manere. Ad illud Respondetur; P. Laymannum *cit. loco* planè contrariū docere. Nā ita loquitur, ut videre est *in Instrumento, n. 27. ✠. III si omnes è Collegio vel universitate mortui sint, jus eligendi, & similia jura ac privilegia pereunt, si per se concessa sint certa congregationi vel cohorti v. g. militum: secus autem est, si concessa sint in ordine ad locum, ut realibus potius quam personalibus Iuribus annumerāda sint. Talia sunt jura ac privilegia, quæ concessa sunt Academiæ, Monasterio, Ecclesiæ. Nam omnib. mortuis aut fuga dilapsis conservantur etiam in solo.* Abb. in c. 2. n. 12, de postul. Prælat. *Hactenus ille.*

NB.

Ex quo manifestum evadit, quod P. Laymannus *cit. loco* doceat, Ius eligendi cum Collegio emortuo perire, adeoq; post mortem omnium Collegarum non amplius conservari, secus ac volebant Adversarii. Quod verò *ibidem* P. Laymannus addit, *præter jus eligendi dari etiam alia jura & privilia, quæ omnibus Collegis emortuis simul pereant, nisi illa jura aut privilegia* sint *universitati aut Collegio concessa in ordine ad locum, quod tunc omnibus Collegis emortuis illa jura adhuc in solo maneant.* Abb. *d.l.* Idem illud ego in Eclipsi. *q.1.c.3.conclus.3.parte 4.* docui, quæ hîc non repeto. 188 189

Cætera quæ *d.loc.* F. Romanus & Dn. Prælatus subjiciunt, quia sunt inanes discursus, minimè inter se cohærentes, ideo in ijs refellendis ego tempus & operam minimè perdam. 190

Ex quibus illud est, quod asserunt F. Romanus, ac Dn. Prælatus, *Privilegia Collegio competentia omnibus mortuis Collegis conservari in solo, seu in Ecclesia Collegiata habitu manente &c.* Num in jure eligendi, Ecclesia habitu manens ipsi F. Romano & Dn. Prælato est solum & terra? Ut quid ejusmodi Ecclesia habitu manens huc ad jus electionis adfertur quod Collegio personali cōpetit, de quo quæstio est, utrum post mortem omnium Collegarum habitu maneat? An F. Romanus æquivocatione *Ecclesia* Lectorem studebit circumvenire? Adhæc falsum est, omnia privilegia Collegio competentia conservari in solo, prout supra ego ostendi, nisi forte intelligantur ea privilegia, quę data sunt Collegio intuitu & respectu loci: sed de his jam supra est actum. 191 192 193 194

Alia Commenta Hajana de Laymanni doctrina.

Denique movet F. Rom. *in horti appendice, paradox. 25. n. 18.* quasi omnia recoquendo contra P. Laymannum, *ut Lectori*, inquiens, *constet, qua in re cardo sermonis hic vertatur, observari velim, 1. ex Laymanni* Censura 6. §. ut fraus *quod Iura Monasterii, alteriusvè sacri Collegij, alia sint realia sive localia, quia cēsentur adhærere rei, loco, videlicet ipsi Materiali Ecclesiæ, & fundo, quæ videlicet ipsi loco directè atq; immediatè competunt; in personas autem inibi congregatas indirectè redundant:* ut ait ibid. §. at vero *ita ut quicunq; loco legitimè potiuntur, etiam hæc obtineant. Talia sunt jura localia fructuum, proventuum, censuum, Iurisdictionum, Immunitatum, venationum, piscationum, saltuum, prædiorum, mansorum, molendinorum &c. Alia verò Iura personalia, non singulariter, sed communiter, quæ & corporalia appellari solent, quia corpori seu congregationi inesse censentur; ut sunt spirituales Tituli V. G. Præpositura, Abbatia, Prioratus, jus mitræ, baculi seu pedi, jus Regularitatis, jus eligendi Prælatum, jus stalli in choro, vocis in capitulo, jus Ordinis ex fundatione &c. Et hæc censentur inesse ipsi Sacræ Congregationis corpori,* ut ait Laymann ibid. §. porrò. *eidemque principaliter sunt concessa, licet in ordine ad locum; a quo tamen accipiunt, ut plus participent de juribus realibus quam Personalibus.* Laymannus in qq. Canon. de prælat. elect. q. 1. cap. 3. n. 18. & lib. 1. Theol. moral. tract. 4. cap. 23. numer. 3. & 4. Hactenus Romanus. Sed *Respondeo*, F. Romanum non sincerè afferre doctrinam P. Laymanni, sed vel mutilam vel interpolatam, vel 195 196 197 198 199 200

Discutiuntur & redarguuntur impostura.

Tt 2 certè

certè aliò contra sensum ipsius detortam, prout ex *infra deducendis* apparebit.

201 „ *Inprimis* ait P. Laymannus *loc. cit.* Ut fraus Astrologi, quàm hoc in „ loco egregiè exercuit, deprehendatur, ante omnia animadvertenda est do„ ctrina, quam tradunt ICti in allegatâ *l. inter stipulantem* §. *sacram. circa fin.* „ *de V.O.* (hanc citationem, omittit F. Romanus, ut introducat P. Laymannum „ quasi sine authoritate loquentem) quod jura Monasterii, alteriusvè Sacri „ Collegii, alia sint *realia* sive *localia*, quia censentur adhærere rei seu loco, vid. „ ipsi materiali Ecclesiæ & fundo ejus (additque F. Romanus; *ex* § *at vero ejus-* „ *dem P. Laymanni d. censur. 6.*) quæ videlicet ipsi loco directè atque immedia„ tè competunt, in personas autem inibi congregatas indirectè redundant; ul-

202 teriusque ex se F. Romanus adjicit, *ita ut quicunque loco legitimè potiuntur, etiam hæc obtineant, Talia sunt jura localia fructuum, proventuum, censuum, Iurisdictionum, immunitatum, venationum, piscationum, saltuū, prædiorum, mansorum, Molendinorum &c.* quæ verba apud Laymannum *cit. loc.* non extant.

203 At circa illa Notandum est, quod Laymannus priorem F. Romani additionem ad ipsam definitionem Iurium realium non attulerit, sed postea in declaratione ejusmodi verbis usus fuerit, non ut restringeret regulam, seu definitionem à se propositam, sed tantum exemplificaret, seu exemplis illustra-

204 ret. Ita enim vox, *videlicet*, in *d* § *at vero*, non *restrictivè*, sed *exemplificativè* accipienda est, prout in jure subinde accipi docet Barbos. *in tractat. de dictionibus usu freq in dict. videlicet. 413. numer. 4. fin.* vel etiam *demonstrativè.* per

Vox videlicet explicatur.

205 not. Barbos. *ibid num. 3.* quia alias falsum est, quod omnia jura realia ipsi loco directè atque immediatè competant, in personas autem inibi congregatas indirectè redundent, ut patet *in Iurisdictione*, quæ nec directè nec immediatè ipsi loco competit, sed personæ vel corpori in ordine ad locum &c. Dd *in tit. ff. & C. de jurisd.*

206 Altera verò additio vel interpolatio F. Romani, quam ex se facit, quod *nim. jura realia redundent in personas, ita ut Quicunque loco legitimè potiuntur, etiam hæc obtineant*: nusquam à P. Laymanno approbata fuit, nec e-

207 tiam probari debuit aut potuit. Cum ipse sciret, aliquem posse locum ipsum nudum obtinere; nec tamen potiri omnibus juribus realibus fru-

208 ctuum, proventuum, Iurisdictionum &c. Itidem posse aliquem tanquam Commendatarium temporalem vel Custodem vel administratorem &c. obtinere ipsum locum, & tamen non obtinere omnia jura Realia Sacri Collegii. Ita si mortuo Abbate alicujus veluti depositarii fidei & curæ

De custode, œconomo infra in Resolut. q. 2 sect. 3. c. 1.

209 committatur Monasterium ad tempus, tunc ipse in eo loco se habebit veluti tutor, Curator *sive* Custos, non autem, ut beneficiatius, vel titularis, cum ille non *sibi* illud beneficium & Monasterium possideat. Rot. Rom. *in decis. 243. in antiq* Et hujusmodi modus commendæ ac custodiæ dicatur fa-

210 ctus in utilitatem Ecclesiæ. Quod si verò *commendetur* Abbatia alicui in *perpetuum*

perpetuum, seu ad *ejus vitam*, ut eam gubernet & regat, cum Facultate disponendi de fructibus ipsius, sicut verus beneficiatus, qui modus dicitur in utilitatem Commendatarii cedere. Nicol. Gaiz. *de benef. part. 4. c. 4. n. 7.* tunc *Commendatarii* perpetui habebunt liberam administrationem & jura Monasterii, sicut *Titularis*, nisi hæc ipsis expressè in eadem Commenda in totum vel pro parte sint adempta, Gomez. *in Reg. de triennal. poss. quæst. 5 n. 11. & de idiomate q. 4.* Et fuit decisum à Rota *in Aiheruntina Fructuum. 2. Decemb.* 1591. *coram D. Hieronymo Pamphilio.* Tambutin. *tom. .. de jure Abbat. disp. 4. q. 5. per tot.*

Adhæc quando F. Romanus *cit. loc.* ex P. Laymanno addit, *talia*, inquiens, *esse jura localia fructuū, jurisdictionū, &c.* tunc si ipse particulam, *(talia)* referat ad definitionem jurium realium, ita ut per eam indicet, definitionem jurium realium à P. Laymanno allatam, exemplis, quæ tacitè & implicitè in ipsa definitione continentur, atque alias à P. Laymanno *part. 1. loc. 1. §. hic autem, & in just. defens. pag. 7.* tum à P. Valentino *Theor. part 2. q. 1. n. 35. F. Romani. suo verò* 73. conceduntur illustrari, non improbo, sed omnino approbo. 211 212

Quod autem F. Romanus *supra cit. loc.* ad ista P. Laymanni verba; *Alia verò jura personalia, non singulariter, sed communiter, quæ & corporalia appellari solent, quia corpori seu Congregationi inesse censentur,* adiic at, *ut sunt*, inquiens, *spirituales tituli, v. g. præpositura, Abbatia, Prioratus, jus mitra, baculi, seu pedi, jus Regularitatis, jus eligendi Prælatum, jus stalli in choro, vocis in Capitulo, jus Ordinis ex fundatione, &c. Et hæc censentur inesse ipsi sacra Congregatiōis corpori, ut ait* Laymann. ibid. §. porrò. *eidemq; principaliter sunt concessa, licet in ordine ad locum, à quo tamen accipiunt, ut plus participent de juribus realibus, quàm personalibus.* Laym. *in qq. Canon. de Prælat. Elect. q. 1. c. 3. n. 18. & lib. 1. Theol. Moral. tract. 4. c. 23. n. 3. & 4.*

In hoc F. Romanus affingit aliqua P. Laymanno, quæ ipse *in d. §. porrò*, non asseruit. Ita verò istic P. Laymannus loquitur. *Porrò extra controversiam etiam est, quod spirituales tituli*, qui ab Astrologo *(videlicet q. 1. Astri sub n. 35.)* recensentur, *v. g. præpositura, Abbatia, Prioratus, &c. jura sint non realia aut localia, sed personalia; eò quòd fundata sint in spirituali sacrati hominis officio; non tamen sunt jura singulariter, sed communiter personalia sive corporalia; quia censentur inesse ipsi sacra Congregationis Corpori*; Minimè igitur docet, quod hujusmodi tituli sint corpori Congregationis concessi in ordine ad locum seu sint reales, quemadmodum malè ipsi F. Romanus imponit. Unde consequitur, quod ejusmodi jura non cum singulis personis deficientibus, extinguantur, sed tum demum, ubi Congregatio seu Corpus Collegii deficiat. Quæ doctrina tradi solet *in Reg. jur. 7. in 6. & l. 68. ff. eod.* tum *l. 158.* atque à Legistis *in l sicut. §. in decurionibus ff quod cujusq; Univers. nom.* 213 214 215

Adhæc aliqua ex juribus à F. Romano recensitis, minimè sunt *personalibus* Monasteriorum, maximè Virginum accensenda. Nam in Monasteriis Virginum 216 *De jure mitra, baculi.*

216 ginū nec jus mitræ, nec baculi seu pedi, &c. datur; & quod illud jus aliquibus
Præpositura. Monasteriis virorum competat, est valde speciale ex singulari privilegio com-
218 petens, prout *infra* ostendetur; Nec in Monasteriis virorum, *Præpositura* est
Iure stalli. titulus stabilis, nisi quando Præpositura est illius, qui Monasterio tanquam
219 Abbas vel Prior Conventualis præsit, prout *sup in Resol. c. 1.* est deductum, ubi
simul ostensum est, assertum Monachis jus stalli in choro, nullum esse.

220 Quid per *jus Regularitatis* F. Rom. velit significari, hic pol Oedipo foret o-
Iure Regularitatis. pus; cum sit satis æquivocum. Frustra de hoc asseritur, quod post mortem
omnium Virginum, vel etiam virorum de Collegio, remaneat in solo, seu in
materiali Ecclesia. Quid enim solo inest regularitatis? Commentum hoc
est Hayanum.

221 *Similiter* assertum *jus Ordini competens ex fundatione, &c.* valde æquivo-
Asserto jure Ordini ex fundatione competente. cum est; ex voce tum *Ordinis*, tum *juris*. Quod si F. Romanus per *Ordinem*
intelligat totum aggregatum Ordinis Universi, v. c. S. Benedicti, quale est ag-
gregatum per accidens; & deinde per *jus* intelligat jus reale ex fundatione
competens; tunc falsum est, quod ex fundatione jus competat toti Ordini S.
Benedicti; Cum sit facta fundatio pro iis, qui istic votum stabilitatis in loco
222 emiserunt, quod certè non totus Ordo S. Benedicti ibidem emisit, prout su-
pra est insinuatum, atque ex definitione Apostolica Alexandri *VI. incip. Acce-
pimus. dat.* 1497. *ult. Septemb.* notorium, quin etiam inferius *in q. 2. Resolutione
uberius ostendetur.*

Sin verò F. Roman⁹ nomen *Ordinis* accipiat *synecdochicè* pro parte Ordinis,
223 seu prout hoc in loco est congregatio similis aliis aliorum locorum S. Bene-
dicti fundata, quemadmodum Caramuel *in Theol. Regular. notat*; & per *jus ex
fundatione competens* F. Romanus intelligat fundum, bona, census legatos,
224 fundatos, &c. jam *jus* illud *non erit personale*, prout supra perperam supponit
In bonis merè temporalibus jus spirituale nullus sibi privata authoritate constituere potest. F. Romanus; sed *reale*. Si verò aliquod aliud *jus* intelligat, illud non satis est
explicatum, utrum spirituale intelligi velit, quod certè privatus aliquis sua
authoritate constituere nequit, uti ipsemet F. Romanus in *asbesto n.* 12. agno-
scit; *quia verò*, inquiens, *fundator noverat, in sua potestate non esse, hujusmodi
fundum, seu terram à jure sæculari in jus Christi & Dei cum authoritate transcri-*
225 „ *bere, dignitates & beneficia animo præconcepta erigere. jura & privilegia regularia*
„ *statuere, &c. nisi quis Ecclesiæ nomine adesset, qui donationem acceptaret, & pote-*
„ *statem haberet, omnes ejusmodi titulos Ecclesiasticos & Regulares erigendi, &c.*
De his titulis & juribus spiritualibus gratis assumitur, quod post mortem o-
mnium de Collegio remaneant *in solo*; secus est *de jure reali* ex fundatione
competenti, sed huc impertinente.

226 Præterea notandum est, quod F. Romanus non satis cohærenter scribat.
F. Romanus sibi contrariatur in jure mitræ. Nam *allegat.* 441. *n.* 2. tradiderat, jus mitræ & quæ dignitati concessa sunt, jura
jure esse neutiquam *personalia*, eòque nomine me reprehenderat, quod statuissem
personalia; Hic verò *in paradox. 25. appendicis*, concedit ea Romanus esse per-
sonalia,

sonalia, principaliter Congregationis corpori concessa, licet velit ipsa concessa esse in ordine ad locum, à quo accipiant, ut plus participent de juribus realibus, quàm personalibus, in eumque finem citet Laym. *in qq. Canon. de Prælator. Elect. q. 1. c. 3. n. 18. & lib. 1. Theol moral. tract. 4. c. 23. n. 3. & 4.*

Verùm si secundum F. Romanum *d. allegat.* 442. jus mitræ *neutiquam* est personale, igitur illud jus secundùm F. Rom. *nullo modo* est personale; cùm Festo authore, particula (*neutiquam*) idem significet, quod *nullo modo*; prout apud eundem Festum *in epitome Verrii de V. S.* videre est. Quod si jus *mitræ* ac similia jura *nullo modo* sunt personalia, quomodo nunc F. Romano *in paradox* 25. possunt esse *aliquo modo* personalia? An fortè duæ propositiones contradictoriæ F. Romano possunt simul esse veræ? *Vel* num hæ duæ propositiones, *jus mitræ nullo modo esse personale; & idem jus mitræ aliquo modo esse personale*, F. Romano non erunt contradictoriæ? An dicet se *respectu mei negare* jus mitræ ullo modo esse personale; at *respectu P. Laymanni concedere*, jus illud mitræ aliquo modo esse personale. Ita præclarè F. Romanus contradictione sese expediet? Sed de hoc jure mitræ *infra* §. 9. 227 *Vocis neutiquam vis.* 228

Porrò P. Laymannus *in qq. Canon. de Prælator. Elect. c. 3. q. 18. Respons. 3.* (pro quibus erroneè hic recitat F. Romanus *q. 1. c. 3. n. 18.*) *& lib. 1. Theol. moral. tract. 4. c. 23. n. 3.* non asseruit, neque ibidem astruit, quod *privilegia corporalia à loco accipiant, ut plus participent de juribus realibus quàm personalibus*, quemadmodum illi F. Romanus *d. paradox 25. n. 18.* affingit, sed distinguit, quod aut jura & privilegia sint certo corpori aut congregationi *per se* concessa, & hæc cum corpore seu Congregatione pereant, ut dicit *esse jus eligendi*; aut sint Congregationi in *ordine ad locum* concessa, ita ut realibus potius quàm personalibus juribus annumeranda sint, & hæc cum corpore non extinguantur. 229 230

Notandum autem hic iterum est, amphiboliam latere in phrasi illa, *in ordine ad locum*, quemadmodum alibi monitum est. Vel enim accipitur, ut jus eligendi restringatur ad eos, qui pro illo loco sunt deputati, ita ut extra eum locum non habeant jus eligendi; Vel, ut jus eligendi Collegio competens sit propter locum, ita ut locus ipse sit causa dati Collegio privilegii; si *prius*, jam nihil obest, quò minus cum omnibus Collegis totoque Collegio extinguatur; sin *posterius*, haud aliud sentiendum esset, quod Collegio illud inhæreret: licet secus foret in juribus Collegio datis in ordine ad locum, ita ut non tantum occasio vel aliqua causa sit locus ipse, sed etiam ut eidem loco illa inhæreant, unde manifestum evadit, quod Laymannus noster *cit. loc.* contra F. Romanum & Dn. Prælatum sentiat ac doceat, *jus eligendi Collegio emortuo perire, adeoq; post mortem omnium Collegarum non amplius in solo conservari.* 231 *In ordine ad locum.* 232

Nec dictis obstant ea, quæ P. Laymannus tradit *lib. 1. Theol. moral. tract. 4. c. 23. num. 3. & 4.* quia *num. 3.* definit duntaxat, quid sit privilegium personale, idque ex Sylvestro *verb. privilegium. supra à nobis allegato* dicit esse *triplex: unum* propriè ac singulariter personale; *alterum* communiter personale; 233

234 nale; *Tertium* corporale, ac *n*. 4. discrimen adducit inter privilegium personale & reale, quod privilegium personale personam sequatur, & cum eadem extinguatur *reg.* 7. *in* 6. Privilegium autem reale cohæreat rei, & cum eadem
235 expiret. *Consentit. reg.* 68. *ff. de R. I.* ubi dicitur, *in omnibus causis id observatur, ut*
» *ubi persona conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat.* & reg. 196. eod. *Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ; & ideo*
» *quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt* (sive realia) *quæ personæ*
236 » *sunt, ad hæredem non transeunt.* Ex quo inferas, privilegia, quæ supra dixi, com-
» muniter personalia & corporalia, censenda esse mixta, & multum participan-
» tia de natura realium. Nam quæ *certo personarum generi* privilegia data sunt,
» ad hæredes etiam transmittuntur. *V.G.* beneficium *restitutionis*. juxta *l.* 6 *ff. de.*
237 » *in integr. restit.* Cujus *ratio* est, quia non merè respectu personæ, sed etiam rati-
» one rei, videlicet, intervenientis læsionis concessa sunt, sicut notavit glos. ult.
» *in cit reg.* 7. *in* 6. & videri de hac re potest Joachim Mynsing. *censur.* 4. *observ.*
238 » 19. Privilegia item, quæ communitati concessa sunt, non extinguntur, cum
» personis singularibus, sed continuantur in personis perpetuo succedentibus:
» quare multum etiam recedunt à proprietate privilegiorum personalium.
239 » *Nihilominus* multum refert; Utrum privilegia, quæ *V.G.* Ordini Regularium
» conceduntur, ad personas proximè dirigantur, an vero absolutè ad rem *V.G.*
240 » eorum Ecclesiam aut prædium. Exemplum habes in privilegio *immunitatis* à
» *decimis* præstandis, in quo considerandum est, an talis immunitas prædio aut
» horto *absolutè* concessa sit, ut eam retineat, etsi alteri locetur, an vero *cum or-*
» *dine ad personas privilegiatas*, ut ipsæmet hortum vel prædium colant, sicuti vi-
» dere est in privilegio Regularibus concesso. *in c, ex parte.* 10. *de decim.* & no-
» tavit. Abb *ibid. n.* 4. Henricus Canis *tract. de decimis c.* 6. *n.* 10. Suar. *tom.* 1. *de*
241 » *Relig. tract.* 2. *lib.* 1 *c.* 19. *n.* 14. Aliud exemplum habes in *privilegio missam cele-*
» *brandi in loco privato*, vel in Ecclesia de speciali aliquo Sancto aut Beato. Con-
» siderandum enim est, utrum verba privilegii ad *personas privilegiatas tantum*;
» an verò *directè* ac principaliter ad *locum* dirigantur. Nam in *priori* casu soli
» Clerici, vel Religiosi talis Ecclesiæ eo uti poterunt: *posteriori* autem casu eti-
» am alii sacerdotes, incolæ, & advenæ, si eo in loco celebrent, sicuti observavit
242 » Suar. *part.* 1. *tom.* 3. *disp.* 81. *sect.* 3. *in fin.* & *lib.* 8 *de legib. c.* 3. *n.* 10. Interdum verò
» conceditur tale privilegium tum contemplatione loci, tum etiam favore per-
» sonarum, puta, quia sanctus in Ecclesia sepultus est, vel ejus reliquiæ ibi asser-
» vantur & honorantur, ita ut ejusdem Ecclesiæ beneficiariis ait posse floribus
» instar patroni sit; hoc casu externi quoque sacerdotes in ea Ecclesia de eo-
» dem Sancto celebrare poterunt: ipsi vero incolæ, *nim.* in hac Ecclesia, tum a-
243 libi tanquam de patrono suo, de quo etiam Canonicum officium dicunt. Hactenus *cit. loc.* Laymannus; in quibus ipse nihil pro F. Romano contra supra dictam meam doctrinam asseverat; quin potius eam confirmat, *asserendo*, quod si privilegium Congregationi alicui per se sit concessum, tunc omnibus

de ea

de ea mortuis, simul privilegium pereat: sin vero Congregationi ratione & contemplatione loci, seu in ordine ad locum, cui absolute & directe illud est datum; competat, tunc omnibus de Congregatione mortuis non extinguatur; sin verò Congregationi certæ principaliter ac directo duntaxat licet cum aliquo respectu ad locum detur, prout supra est explicatum, tunc extincta Congregatione etiam privilegium illud simul pereat, quæ nostra doctrina est.

Ita doctrina hæc Laymanni etiam in *Asbesto. n.* 23. allegata nostræ non obest, sicut neque quod idem Laym. *in Censur. Astri. lo. o.* 1. §. *aliqui.* asserit, quod in *secundo casu*, si nim. Collegium per mortem omnium Collegiatorum desinit esse, ita tamen ut spes sit novæ Ordinationis, tituli ac jura spiritualia seu Collegialia *quodammodo* permaneant, videlicet, habitu ac potentia, uti ex doctrina Alexandri referunt Felin. *in .. accedentes. n.* 2 *de præscript.* Lel. Zech. *de Rep. Christ. c.* 26. *n.* 2. Quia ex *hoc dicto* Laymanni *secundùm quid* & certo modo limitato, ac juris fictione posito, ineptè ac fallaciter F. Romanus argumentatur tanquam *ad dictum simpliciter*, atque *à juris fictione* ad *veritatem.* Cum fictio juris veritati sit contraria, pro veritate assumptio; glos. *præsumptio. & ibi* addit. Marginal. *in l. fin. ff. quod met. caus.* Daoyz *in indice juris civil. verb. fictio.* 244 245 246

Nunc autem certum est, quod attenta juris fictione Tituli & jura specialia 247 morte omnium de Collegio, casu, quo spes est reparationis, censeantur habitu conservari. Ergo veritate inspecta censebuntur ea morte omnium de Collegio non numerato perire. Cum contrariorũ contraria, nõ eadẽ sit cõsequẽ- 248 tia & illatio. Deinde reliqui Dd. à F. Romano *d. n.* 23. *in Asbesto* allegati vel ni- 249 hil ad rem, vel de realibus privilegiis loquuntur, Nam Francisc. Suar. *lib.* 8. *de* *Ad Suar. Resp.* *legib. c.* 5. *n.* 7. (sicuti verba ipsius apud F. Romanum *d. n.* 23. recitata docent) expresse agit de privilegiis realibus, *Generaliter loquendo*, inquiens, *verum est, privilegia perpetua* seu Realia eatenus durare, quatenus durat eorum fundamentum, vel hoc destructo, cessare aut extingui, si illud omnino extinctum censeatur. Nunquam autem censetur ita extinctum, nisi quando Authoritate illius, qui potestatem habet, extinctum est. Deinde Joannes de Salas. *de Legib.* 250 *q.* 96. *tract.* 14. *disp.* 17. *sect.* 2. *n.* 18. Alia conditio, inquit, ad perpetuitatem privi- *Ad Salas.* legii, necessaria est, ut adhæreat Rei perpetuæ, *alias cum illa finietur*, Talis est » Religio & dignitas *per successionem*, ubi *nota*, privilegium, quod est perpetu- » um, ratione unius, *V. G.* dignitatis vel loci, esse temporale ratione alterius sci- 251 licet personæ. *Et mox*; Est etiam *perpetuum*, quod conceditur rei corporali » immutabili, ut Ecclesiæ vel Monasterio, quia semper manet Locus quasi im- » mobilis in fundamento.

Ex hoc loco quid F. Romanus concludere velit, non video. 252

Videtur tamen ipse ex voce *Monasterio*, quæ adjungitur rei corporali, col- *Respondetur.* ligere velle, quasi privilegium corporale monasterio concessum sit perpetuum, & reale.

253. Sed vehementer fallit & fallitur F. Romanus duplici æquivocatione vocis *Monasterii* & *rei corporalis*, utens; quia Salas istic *Monasterium* accipit pro re corporali, prout propriè in jure accipitur, & hic accipi debet, pro muris & parietibus, quibus Religiosi concluduntur; non verò pro Congregatione aut
254 Collegio Personarum Religiosarum *Deinde* Salas *rem corporalem* accipit *propriè*, prout in jure accipi solet: Quod si nesciat F. Romanus, poterit *ex Inst. de rer. divis.* addiscere, ut sciat, quid sit *res corporalis*, ne accipiat eã impropriè, ut hic accipere videtur pro Religiosa Congregatione aut corpore.

255. Verùm quid hoc contra nostram doctrinam? *quod* privilegium Religioni aut dignitati concessum, eam per continuam successionem comitetur; nõ mirum; cum privilegium istud non sit merè personale, & intelligatur ipsum concessum in ordine ad locum, quemadmodum Salas istic videtur accipere, cò ꝙ
256 dicat privilegium illud esse perpetuum ratione dignitatis vel loci. Quinimò si Salas loquatur de privilegio corporali, illud potest dici perpetuari, quamdiu istic Collegium per substitutionem manet ordinatum. Cagnol. *in rep. l. 2. n. 130. C. de pact. inter empt. & vend.* seu quamdiu istic Conventus
257 reperitur. Rot. Rom. *decis.* 5. 6. 7. 8. 9. *apud* Tambur. *tom. 3. de jure Abbat.* At quid istuc contra nos, ubi versamur circa Collegium, in quo post mortem omnium de Collegio à 40. 50. 60. annis non fuit data successio, vel potius non surrogatio, nec aliqui successerunt, vel potius non surrogati fuerunt alii ejusdem Ordinis. Unde in tali monasterio non potest asseri datam fuisse successionem, ac consequenter illud ibidem statuẽdum est, quod infra ex ipsomet Salas protuli, nempe, quod privilegium corporale cum corpore extinguatur,
258 quam expressam *Patris* Salas sententiam F. Rom. debuisset amplecti, & non verbis generalibus vel ambiguis Lectorem conari fallere, quod minimè virum decebat Religiosum.

259 Quin & me ipsum in testem sui erroris F. Rom. audet devocare, qui duntaxat in *Astri Eclipsi c. 2. n. 12*, assero, jura personalia sequi conditionem personæ, sicut realia conditionem rei: ex Dd. *sup. cit.* Quid inde F. Romane? Ergo ego doceo, privilegia corporalia cum Collegio aut Congregatione aliqua per mortem omnium dissolutâ non dissolvi nec perire. *Negatur consequentia.*

Objectio Hayanis ex Astri Eclipsi.

260 Quia privilegia corporalia corpori, Collegio, vel Congregatiõi per se cõcessa nõ sũt realia sed persõalia, prout *jam sup.* ex Dd. cõtra eam collectionẽ asserui.

Respondetur.

261 Similiter quod Azoriũ attinet, hic *part. 1. Inst. lib. 5. c. 22 q. 11.* loquitur de locis ipsis sive sacris sive profanis, quod si illa *authoritate Principis destruantur*, *eorum Privilegia extinguantur*; *si verò evertantur ab hostibus vel tyrannis aut diruantur, ut iterũ ædificentur sive reparentur, omnia sua privilegia retineãt*, ut colligi potest *ex c. pastoralis 7. q. 1.* Quid inde? *Ergo Collegio Religioso per mortem omnium de Collegio soluto, non pereunt ejus privilegia corporalia.* Negatur consequentia.

Ad Azor. Respondetur.

262 Veruntamen ut appareat, quam absurdus sit F. Romani ex Azorio discursus, & argumentandi modus, in antecedente, Azorii sensum proponam, illique absurdam F. Romani illationem subnectam.

Tradit

Tradit autem Azorius *d.loc.* quod quamvis locus aliquis sacer per tyranni- 263
cam invasionem destruatur, ut inde Episcopus & Clerus fugere cogatur; ta-
men cessante illa persecutione tyrannicâ Episcopus & Clerus ad illum locum
invasum redire debeat. *d.c. pastoralis.7.q.1.* retineatque iste locus omnia sua,
quæ habuit, privilegia. Ita Azor. *d.loc.* juxta *d.c.pastoralis*. Inde F. Romanus con-
cludit: *Ergo Collegium aliquod Religiosum morte omnium de Collegio dissolutum
non perdit sua privilegia corporalia, sed ea retinet, si non actu, saltem habitu.* Qualis 264
hæc Conclusio, aut qualis ipsius Conclusionis cum antecedente connexio.
Videtur F. Romanus vivos non jam fugare, sed cum mortuis sepelire velle, aut 265
vivos fugientes asserere mortuos, & mortuos, veluti vivos fugere. Deinde in 266
qua figura volet F. Romanus istam conclusionem inferre.

Fortè F. Romanus relicto Azorio confugiet ad Abbatem Pan. atque ab eo 267
implorabit auxilium. Si quidem Abbas Pan. *in c. gratum de postul. prал. n.12.*
ait: Quid autem, si omnes sunt mortui vel expulsi de Collegio, nunquid sit " 268
extinctum Collegium, & jus ipsius? Vid. Innoc. *in c.2. de nov. oper. nunc. &* *Ad Pan. Resp.*
quod not. in c. cum super. de caus. poss. & propr. Et *Conclusio* est hic, quod aut Col- "
legium fuit destructum authoritate Superioris, & ipso facto extinguuntur o- "
mnia jura & privilegia Collegii. Aut decesserunt hi omnes de Collegio, vel "
expulsi fuerunt propter eorum delictum, & tunc in Collegio Ecclesiastico "
conservantur omnia jura Collegii apud ipsam Ecclesiam. Hæc Abbas *in c. gra-* " 269
tum de postul. prælat. n.12. ibidem addens: si jus Collegii est collatum loco, "
tunc non extinguitur jus, licet desinant Collegiati. Potest poni exemplum, "
quando desineret propter Guerram vel Pestem. Quibus similia habet *in c.* "
*cum ex injuncto. de nov. oper. nunc. n.5. vers. secus est, & d.c. cum super. de caus. poss.
& propr. n.18. & seqq.*

Ita ipse F Romanus allegat Panormitanum, sed cum unusquisque Docto- 270
rum secundum ea, quæ allegat, sit intelligendus, Everard, *in loc. à rat. legis strict.
n.3.* hinc convenisset, ut F. Romanus Panormitani locum citatum non muti-
lè, sed integrè retulisset, cum omnibus ibidem allegatis; ex iis enim ipsius Pa-
normitani intentio constitisset, & F. Romani opinio erroris redargui potuis- 271
set. Ne autem F. Romanus redargueretur, ideo ipse omittit bonam glos. *in c.* 272
statutum. de elect. in 6. quam Abbas jubet mente teneri, Et nos tenemus, sed
F. Romanus dimittebat, sicut & omittebat Bart. *in l. fin. ff. de Colleg. illic.* ab
Abbate citatum. Ita verò Abbas citato loco loquitur: Quid autem, 273
si omnes sunt mortui, vel expulsi de Collegio, nunquid sit extinctum Col-
legium & jus ipsius? Vid. Innoc. *in c. 2. de nov. oper. nunc & quod not. in c.
2. cum super. de caus. poss. & propr.* Vid. bonam glos. & tene eam menti. *in c.* NB.
statutum. de elect. lib. 6. glos. & Bart. *in d.l. sicut. per eundem in l. fin. de Col-* " 274
leg. illic. & l. 1. ff. de acquir. poss. Et Conclusio est hic, quod aut Col- "
legium fuit destructum authoritate Superioris, & ipso facto extinguuntur "

Uu 2 omnia

» omnia jura & privilegia Collegii: aut decesserunt hi omnes de Collegio, vel
» expulsi fuerunt, propter eorum delictum; & tunc in Collegio Ecclesiastico
275 conservantur omnia jura Collegii apud ipsam Ecclesiam. Sed in Collegio
» sæculari est dubium. Nam glos. *in d. l. sicut*. tenet, quod extinguitur Collegium,
» ac pereunt jura Collegii. Alii tenuerunt idem in Collegio sæculari, quod in
» Ecclesiastico, ut conservetur jus apud parietes. Præcedens tamen opinio vi-
» detur communior. Posset tamen dici, quod si jus Collegii est collatum lo-
276 co, tunc non extinguitur jus, licet desint Collegiati. Potest poni exemplum,
» quando desineret propter Guerram vel pestem universitas Scholarium; Jura
» enim Collegii conservantur apud civitatem, cui privilegium studii collatum
277 est. *Hactenus Pan.* ex cujus verbis & allegationibus patet, Pan. *d. loc.* nihil contra nos pro F. Romano facere. Cum Innoc. *in d. c. cum ex injuncto*. bon. gl *in c. statutum de elect. in 6.* glos. & Bart. in *d. l. sicut § in Decurionibus*. sicu & Bart. *in d. l. sodales. ff. de Colleg. illic.* alleget, qui prorsus de alio casu, quàm *hic in resolut.*
278 *c. 3.* proponatur, agunt; quemadmodum in singulis modo nominatis, sed supra recitatis authoribus videre est; eò quòd vel de Collegio superstite, sed dispersо, sicut Innoc. & Bart. *in d. l. sodales* vel de eo casu, quo adhuc unus superest, cæteris mortuis: quemadmodum glos. *in d. c. statutum*. vel spes est similis Collegii restituendi: sicut glos. *in l. sicut. §. in Decurionibus.* vel de privilegiis realibus, prout constat ex not. *in c. cum super. de caus. poss. & propr.* citati Doctores agant.

279 Deinde ex allata Responsione Pan. *in d. c. gratum. in verbis ibidem subjectis*, sufficienter ostenditur, quo sensu ipse loquatur. Nimirum quod supponat Collegium aut dissolvi sine spe restituendi, quando destruitur auctoritate Superioris propter Collegiatorum delictum; aut dissolvi cum spe idem restituendi in casum, quo omnes sunt mortui, vel omnes propter delictum ex-
280 pulsi; eique subiiciat, quòd *Priori* casu Collegium omnino dissolvatur, & ipso
281 facto omnia ejus privilegia exstinguantur. *Posteriori* casu, quo Collegium morte aut ejectione omnium propter delictum dissolvitur cum spe restitutionis (ita enim hoc membrum tanquam oppositum à priori est distinguendum) tunc Collegii jura corporalia dicantur fictione quadam juris prout supra est ostensum, apud Collegium reparandum; realia verò re ipsa, apud Ecclesiam vel Monasterium materiale conservari. Quæ nihil contra nos faci-
282 unt. Ejusdem rationis est, quod dicit de privilegiis loco Collegii sæcularis, concessis, *quod quando ipsum Collegium desineret propter guerram aut bellum vel pestem, tunc jura Collegii conserventur apud civitatem, cui privilegium studii concessum est*, quia nihil contra nostrã conclusionem facit, præterquam quòd Pan. *cit. loc.* agat de juribus Collegii datis contemplatione loci, quæ morte omnium Collegiatorum interveniente, quando dicantur extingui, quando conservari, supra visum est, & infra discutietur.

Simi-

Similiter nihil contra nos facit Fridericus de Senis *conf.* 15. *num.* 5. quia ipse agit de juribus realibus, ut ex ejusdem verbis allatis evidenter colligitur. Nam ita inquit, *Mortuo Prælato & Canonicis alicujus Ecclesiæ, ipsa Ecclesia retinet Dominium rerum suarum. Unde destructa Ecclesia vel civitate de facto, non authoritate Principis, retinet sua privilegia*, ut not. per Innoc. 283 *Ad Fridericum de Senis.*

Friderico de Senis consentire dicit Fr. Romanus Oliverium Beltram. *ad d. decis. Gregorij XV.* 405. ubi inquit; *distinguunt Dd. communiter in hac materia, aut Ecclesia destruitur authoritate superioris, & tunc amittit omnia jura: aut destruitur casu fortuito, & tunc retinet habitu omnia jura, ut post alios* Decian. conf. 93. n. 14. lib. 5. *docet, & ideo si alia Ecclesia in eodem loco readificetur, retinet omnia jura Ecclesiæ destructæ uti subrogata in locum primæ, ut fuit dictum* in Toletana Decimatum de Sanzedon. 7. Iun. 1570. coram bon. mem. Penia. 284 *Ad Oliverium Beltram*

Verum hic nihil contra hactenus tradita definitur, neque casus mortis omnium nullo superstite, de quo nos agimus, attingitur, ideoque nihil ad rem. 285 *Respondetur.*

Refutatis hactenus pro parte exadversum objectis authoritatibus, & reliquis *sub* §. 9. reservatis, nunc etiam nostras proferamus, quibus in terminis ostendatur, *privilegia corporalia cum ipso corpore vel collegio perire.* 286

Primus igitur prodeat Hostiensis; hic enim *in summ. tit. de privileg. sub n.* 3. Corporalia, inquit, privilegia hic appellantur ea, quæ concessa sunt Universitatibus, corporibus, Collegijs, puta clericis. *C. de SS. Eccles. l. privilegia.* quæ & diversa sunt, de quorum quibusdam invenies satis *not. supr. de imm. un. Eccles. §. à quibus muneribus, & §. in quantum.* Prædicatoribus, Minoribus *supra de Excess. Prælat. nimis iniqua. & cap. nimis prava. infra eod. in his* (& juxta addit. marg. *ibidem & tit.* Angel. *in l. quicquid C. de Advoc. divers. jud.* Eremitis) Hospitalariis, Templariis, *infr. eod. (de privil. cap. 3. & c. dilecti. & c. si de terra. & c. porro.* Et tale privilegium cum Collegio perit, ut patet in his, quæ *not. supr. eod. verb. reale. & duobus seqq.* nec concedi potest, quousque Collegium sit. *supr. de Eccles. ædif. ad audentiam.* 2. 287 *Conclusionem nostram affirmant Host.* 288 NB.

Hostiensem sequitur Angelus de Clavasio *in summ. verb. privilegium n.* 1. *q.* 2. ubi assertionis illius, quod *privilegium corporale cum Collegio pereat*, hanc dat rationem; quia ejusmodi corporalia privilegia inhærent corpori; proinde pereunte corpore pereunt & ipsa privilegia corporis intereuntis. Hæc Angel. 289 *Angel de Clavasio.*

Sequitur & Asteran. Ordinis Minorum *in summ. lib. 6. tit.* 48. qui ibidem addit; Illud Collegium, inquiens, corporale, nec concedi potest, quousque Collegium sit x. *de Eccles. ædif. c. ad audientiam* 2. Unde patet privilegium corporale certæ qualitatis corpori vel Collegio concessum cum illo pereunte perire, nec transire ad aliud Collegium ibidem substitutum, sicut *ex d. c. ad audientiam* 2. *de Eccles. ædif.* apparet, ubi in locum Collegii sæcularis substituitur Collegium Regulare, quod non retinet, imò nec 290 *Asteranus.*

Uu 3 retine-

rebus propter personam mutatione personæ exstinguantur. Aretin. *in l. Paulus respondit ff. de acquir. hæred* ubi citat Dyn. Bart. Natt. cons. 218. n. 7. per text. *in d. l. Paulus & in l. 1. C. de impo lucrat. descript.* cum Bald. *in rubr. C. de usu. q.* 4. id sentientes, si videlicet persona sit causa privilegii. Natt. *cons.* 311. *n.* 6. Ioan. 301
And. *in addit. magna ad Specul. in tit. de Censib. vers. Tractavit. Vbertus de Delio,* ubi prædia libera à collectis respectu militum possessorū, si ad rusticos transferantur, non iisdem gaudent privilegiis & immunitatibus. 2. Facit, quod privilegia concessa alicui ratione certæ qualitatis v. c. dignitatis, cessante qualitate illius personæ, & ipsa cessent. Dec. *in l. procurator. n.* 4 *C. de edend.*

Ex quibus hactenus deductis relinquitur, vel efficitur, Ioannem Igneū, 302
aliosq; Classicos & domesticos Authores, docentes, *privilegia corporalia cessante vel pereunte corpore aut Collegio, cū ipso perire,* à me *supr. cit. loc.* rectè fuisse allegatos; quod cum F. Romanus neget, expresse se à veritatis janua aberrare ostendit. *Error F. Romani.*

Neque supradeductis obstat, quod *c.* 3. *q.* 1. *Astri Eclips. n.* 5. moveram ex F. Romani *q* 1. *n.* 36 *pag.* 46. quod actio semel extincta non reviviscat, ut loquitur Abbas *in c. Abbate de V. S. num.* (non verò, ut erroneè impressum est in 36. Proinde nec actio ad Collegium Religiosum, ejusque titulos, privilegia corporalia, si hæc sint extincta, reviviscat. 303 *Instantia F. Romani, de actionis extinctæ non reviviscentia.*

Contra quam consequentiam F. Romanus subsumpserat. Atqui videmus Collegia reviviscere. Igitur &c.

Responderam ego ad *antecedens* ex Bart. *in l. Navius. §. duorum. nu.* 4 *ff. de legat* 2. quòd actio extincta *regulariter* aut *ex se* non reviviscat; *concedendo*; secus tamen, si *ex causa* resuscitetur, id est, *beneficio legis vel* Prætoris; tunc enim reviviscat. Ita pupillorum, minorennium, aut majorennium Reip. causa absentium actiones usucapione vel præscriptione exstinctæ, *jure ff. & C. restituuntur,* atque reviviscunt. 304 *Respond.*

Adhæc subjunxeram, actionem quidem *directam* non reviviscere; secus tamen *utilem* Bart. *in l. pupill. §. si pupilla. n.* 3. *ff. de solut.* Nam aliàs si directa 305
reviviscerer, non illa quadriennio præscriberetur, sicut utilis, sed foret perpetua. Bart. *in d. l. Navius. § duorum.* Hinc inferebam, quod quando Collegia subinde mortua & tituli extincti reviviscant; non illa *ex se*, sed beneficio *superioris* resuscitantis reviviscunt. per not. Alberic. de Rosat. *in l. servitutes. §. si* 306
sublatum n. 4. 5. *ff. de servit. urb. præd.* adducto exemplo, quod cum Lazarus resuscitante Christo resurrexerit, idem specie & qualitate, ideo recuperarit jura 307
sua. Facit etiam, quod civitas, Ecclesia, & hospitalia destructa, si reficiantur, recuperent antiqua privilegia, prout infra videbitur. 308

F. Romanus, cum ad solutionem ipsius Argumenti ex Bart. *in d. l. Navius. §. duorum.* nihil respondere posset, ipse ad alterum Bartoli locum *in l. pupilli. § si pupilla. ff. de solut.* confugit, & quam ego solutionem, ejusque fundamenta ex Bart. *in d. l. Navius. §. duorum,* cum D. attuleram, ipse refert, quasi ego *F. Romanus rebellâ vi argumenti ad utrvilitia convertitur. Eius commentâ.*

309 ego eam ex d l. *pupilli.* § *si pupilla.* petiissem. Ita enim *allegat*, 39. inquit: *Mala est*
allegatio Bart. in l. pupilli. §. si pupilla n. 3. ff. de solu. *praeterquā enim, quod nullus*
§. incipiat. Si pupilla, *sed*, cū pupilla, *vel*, si cū pupilla, *ubi habet Bart. etiā aliunde*
vitiatur hac allegatio; Verba Crusij sunt: Actio directa non revivisci; secus tamen
utilis. *Bart.* in l. pupilli. §. si pupilla n. 3. ff. de solut *Bartolus autem* loc. cit.
310 *loquitur in terminis de actione, quando prius receditur à transactione, ut est in*
» text. ibid. *Quod hic in Monasterijs locum non obtinet.* Addit Romanus, quod
» potius ipse *velit, ut ego observem*, quod ibid. ait Bart. *Si actio sublata esset ipso*
jure, non posset resuscitari, Ergo secus, si extincta solum de facto seu dormiens fue-
311 » *rit. Porro Ordo Religiosus habet actionem ad Monasteria sibi fundata recupe-*
312 *randa nullatenus extinctam, ut ego opiner. videatur Bart.* in l. Curatoris num. 3.
» & 5. C. de neg. gest. *Mox* ibi *subjungens, quod ego rursus hauriam aquam cribro,*
» *dum eundem allego* Bart. in d. l. *quasi dixisset, si directa actio reviviscerit, non illa*
313 *quadriennio praescriberetur, sed pro natura sua foret perpetua, seu 30. annorum. Qua*
Diluuntur. *de re Bartol. nec habet unum apicem*, Hactenus F Romanus, qui nihil ad
rem.

Siquidem Bartolus *in d l. Navius.* § *duorum num.* 4. principaliter, at *in d.*
314 *l. pupilli.* §. *si pupilla.* incidenter duntaxat ad objectionem supra allegatam
Ad Bart. n. solvendam afferebatur. Proinde ad eam F. Romanus apud Bart. *in d. l. Navius*
§. *duorum.* prius solutam debuisset attendere. In omni enim disputatione
illud prius venit attendendum, quod *principaliter*, quàm quod *incidenter*
315 duntaxat proponitur.

At F. Romanus hanc Bartoli doctrinam principalem maluit cribro,
quàm scrinio pectoris sui excipere.

316 Et esto, Bartolus *in d. l. pupilli* §. *si pupilla.* etiam aliquo modo principaliter
esset à me adductus, nihil tamen quae ex ipso F. Romanus adducit, officerent. Nam 1. meum exemplar Bartoli impressum Basileae *in Officina Episco-*
317 *piana Anno salutis Humanae* 1588. *in* 2. *parte ff. novi pag.* 275. *col.* 1. ita recitat. *l.*
pupilli, §. *si pupilla.* Quod si aliis in editionibus aliter legatur, parum ad rem
facit. Neque ego inani delector logomachia, vel verborum concertatione,
qua plurimum se F. Romanus oblectat. Cum nihil rei, verborum autem plu-
318 rimum afferat. Ita vasa vacua multum tinniunt, Et *in Multiloquio*, ut ait Sapiens, *proverb.* 10. 19. non *deerit peccatum.*

Eadem ratione potuisset F. Romanus impugnare citationem Bartol.
319 *in d. l. Navius* §. *duorum.* cum alia exempla habeant. §. *duobus.* Sed frustra contenditur de verbis, quando de re constat.

Ad rem ipsam nunc accingamur: Dices; Bartolus agit *in d.* §. *si pupilla.* de
320 transactione, prout & ipse textus loquitur. Sed quid inde?

Dd. occasione legum in certa materia loquentium saepe proponunt
321 quaestiones & dubia, quae ipso textu & occasione sint generaliora, quisquis
hoc nescit, se in Authorib. valde imperitū ostendit. Ita quando contra illud
quod

quod contra transactionem à tutore factam pupillus non possit petere restitutionem in integrum, nisi sit læsus; obiicitur ibid. à Bart. *n. 3.* quod actio non competat, quia *actio semel extincta, non potest amplius resuscitari l.* qui res §. aream inf. eod. de solut. *quæ* ratio dubitandi ipsâ quæstione à Bart. ibidem tractatâ *est generalior*, nec loquitur præcisè de transactione, ut allegatus textus. *in d. l. qui res.* §. *aream.* arguit, & plenè tangitur ac solvitur à Bartol. *in d. l. Nævius.* § *duorum.* quo etiam alij Dd. se remittunt, nim: *quod non regulariter*, neque *ex se* actio extincta revivistat, sed *ex causa, idque beneficio pratoris*, vel vivi vel mortui, vel etiam legis resuscitantis. Bart. *in d.* §. *duorum.* 322 *Actio semel extincta an & quando reviviscat.* 323 324 325 §.

Quod verò addit F. Romanus, Bartolum *in d.* §. *si pupilla.* tradere, *si actio sublata esset ipso jure, non posset resuscitari*, Ergo secus, si extincta solum de facto seu dormiens fuerit. 326

In eo ostendit F. Romanus, se dormisse aut somniasse; quandoquidem vult, quasi Bartolus illud ibidem ex se traderet & inculcaret; Cum ipse Bartolus *d. loc.* tradat, illud *à Glossa dici ac moveri, sed quod glossa non dicat verum.* Audiamus ipsum Bartolum *in d.* §. *si pupilla.* loquentem. Dicit glossa *in verb. liberata*, quod hic actio prima sublata est *exceptione*; non *ipso jure*; quia si ipso jure, non posset recuscitari; *ut in contrario.* Glo. movet hanc quæstionem. C. *de transact. l. si diversa. in verb. agi.* Mihi (nimirum Bartolo videtur) quantum ad casum legis propositæ, quod glo. (audi F. Romane!) non dicat verum &c. 327

Ita contra te F. Romane, Bartolus *d. loc.* pronunciat. Hunc igitur imposterum pro te quando citabis?

Tandem subjungit *ibidem* Bartolus, quod ego in astri Eclipsi allegaveram. *Dic ergo*, inquiens, *quod textus voluit directè solvere, quod actio utilis restituitur, quæ prius fuerat directa, & sic, quod actio extincta non resuscitatur*; *Fateor eadem, sed utilis fit, ut hic, & videbitis in* §. *aream.* Hæc ibi Bart. 328

Unde patet, Bartolum non solum eam Responsionem ad transactionem, quam per verba, ut hic, repræsentabat, sed etiam ad interitum rei, de quo *in d.* §. *aream.* hic à Bart. relato agitur, retulisse. 329

Nam *in d.* §. *aream* notat Delrio, atque ex eo Sebast. Nævius, quod interitus seu exemptio rei debitæ, item speciei debitæ, de rerum naturâ, vel communi commercio, obligationem perimat, atque ut ex *allegato* ibidem Marco Mantua. *singulari* 201. *num.* 2. patet, quod *in his*, quæ ipso jure tolluntur, Res non facile revertatur ad naturam suam, fallit igitur, ubi causa intercedit; prout clarissimè tradit Angel. *in d.* §. *aream.* ubi ait, *si res debita perit vel eximitur à nostro commercio, extinguitur obligatio, non resuscitatur cessante impedimento &c.* Et postea subjungit, dicens, *Hoc autem intellige, nisi superveniat aliqua justa causa, ex qua Æquitas subvenit.* ut l. pupilli. §. 1. supra cod. de solut. &c. 330 331 332

Quod autem actio, quæ resuscitatur, non *directa*, sed *utilis fit*, probaveram 333

ram ego ex Bart. *in supr. cit. l. Navius §. duorum* , unde meam desumpseram Responsionem, quod aliàs actio ea si directa esset, foret perpetua, nec quadriennio præscriberetur, ut contra F. Romanum, Bartolus, quem ille dicit ea
334 de re non unum habere apicem, decid. t. Sed audiamus Bart. *d. loc.* loquentem. Cyn. *in d. l. 2. C. si advers. transact.* dicit, quod reviviscit eadem, sed hoc est *miraculosè*, sicut homo non reviviscit, secundum communem *cursum naturæ*; sed *miraculosè*, ut in Lazaro, *Ioan.* 11. Istud dictum omnino displicet, specialiter in materia illa. *C. si advers. transact.* Nam præsupponit, quod actio, quæ restituitur ei, qui transegit cum minore, petitâ restitutione à minore, sit eadem
335 cum primâ; hoc est multum iniquum. Nam cum Actio, quæ datur ipso restituto, sit *Vtilis* rescissoria annalis *C. ex quibus caus. major. l. ab hostibus. & l. 1. de act. & obligat. l. in honorariis. ver. sed cum rescissa.* Si est eadem cum prima, erit directa & perpetua Ergo haberet plus, quam minor. *contra l. Si judex circumvento. supr de minor.* Præterea est contra casum legis.

336 Nam actio, quæ restituitur ei, adversus quem minor petit restitutionem, est *utilis*, ut *supra de tut. distrah. l. alterius.* Et postea plenè *ibid.* distinguit Bartolus; cujus distinctionem huc afferre, esset aliena cum F. Romano congerere.

Ex hactenus allatis sanè apparet, quod Bartolus pro me contra F. Romanum sentiat.

337 Bartolus item *in l. Curatoris n. 3. & 5. C. de negot.* nihil contra me ibidem
338 attulit, cum istic explicet, quæ sit negociorum actio directa, quæ utilis. Neq; verbo significet, quod *Ordo Religiosus in Monasteria sibi fundata, habeat actio-*
339 *nem*, cui propositioni Bartolus immediatè à F. Romano subjiciebatur: sed sive ea propositio cum Bart. conferatur, sive per se consideretur, valde ambigua est. Nam potest intelligi de Ordine habente Generalem, qui de singulis personis ejus Ordinis pro lubitu suo disponere potest, & tūc iste Ordo ad bona sibi fundata haud dubiè habet actionem Beroi. *in quæst familiari.* 83. *nu.* 4.
340 *ex Edit. Lugdun.* 1551. Sin vero intelligatur de Ordine, in quo præstatur votum stabilitatis in loco, & si tunc ijs, qui in loco vovent, fiat fundatio, tunc falso supponitur fundatio fieri Ordini, eo quod non alii illius Ordinis exteri alibi professi, sed ij duntaxat, qui vovent stabilitatem in isto loco, acquirant Ius in Monasterio, in quo professionem emiserunt, ita ut inviti illo jure spoliari nequeant, nisi sint incorrigibiles. Servatius Lairvelz *in Catechismo Novit. tractat. de stabilitate in loco. lectione* 112. *documento.* 6. Unde à contrario alii exteri, qui in Monasterio emortuo *Professionem* non emiserunt, jus in eo Mo-
341 nasterio emortuo non habebunt, consequenter nec actionem. Actio enim supponit jus, imo actio est jus persequendi §. 1 *princ. Inst. de act.* Et qualem a-
342 ctionem haberent alii exteri in aliis Monasteriis , *realem* vel *personalem* ad Monasteria ita fundata?

Non *realem*; quia Monachi professi in aliis Monasteriis nec fuerunt do-
343 mini, nec possessores hujus Monasterii emortui, prout *in Resolut. q. 2. Astri Eclipſ.* videbitur. Nec

Nec etiam *personalem* intentare possunt actionem; Cum nullum jus ijs competat, eò quod istic in Monasterio emortuo non fuerint professi. Quisquis autem personalem actionē intentaturus est, necesse habet, ut jus aliquod habeat, ex quo agat *§. omnium Instit. de act. & ibi Dd. not.* Hic verò ij, qui jus habebant acquisitum per professionem, supponuntur mortui, adeoque & jus ipsis inhærens extinctum esse. Ut proinde nulla hic detur actio personalis ab aliquo instituenda pro recuperandis sibi Monasteriis. 344 345

§§. VI. VII. VIII.

De jure mitræ, Sandaliorum, aliorumque insignium Episcopalium.

EOdem *c. 3. Eclips.* (postquam ostenderam à F. Romano *can. 20. 25. quæ. 2.* 346
impertinenter allegari) tandem n. 7. ex supradeductis quoddam quasi Corollarium intuleram. *Hinc patet*, inquiens, *quid sit respondendum de jure mitræ, sandaliorum &c.* nimirum illud privilegium esse personale. per not. Hunnij *in Encyclopæd. de privil. &* Ioan. Ign. *in repet. l. necessarios. § non alias ff.* 347
ad Sc. Syllan. n. 418. quia immediatè inhæret certo generi personarum, nimirum Abbati; Nam (cum jus illud nec jure communi nec etiam ratione digni- 348
tatis Abbati *per c. ut Apostolica. de privil. in 6.* competat) solet Papa quibusdā Abbatibus concedere aliqua insignia Episcopalia, videlicet usum mitræ, baculi pastoralis, annuli in solum & nudum splendorem *d. c. ut Apostolica ibique* Franc. *de privil. in 6.* quibus non ubique uti possunt, sed si *exempti* sint, in Synodis Provincialibus, vel Diœcesanis (quibus quandoque interesse tenen- 349
tur) mitris utuntur *aureatis*, ijsque non habentibus laminas aureas vel argenteas vel gemmeas; non *exempti* verò *simplicibus*, planis & albis *d. c. ut Apostolicæ. de privileg in 6.* Aliis in locis ijs utuntur, pro privilegij sui tenore *d. c. ut Apostolica.* Zecch. *de Rep. Eccles. cap. de Abbate. 25. numer. 3. in fin.* Unde quando Collegia Monastica sine ulla similium restitutione vel restitutionis spe juridica pereunt, & privilegium mitræ ijs concessum perijsse dicendum est. 350

Competit ex privilegio Apostolico.

Ubi possint eo Abbates uti.

Et *numer.* 8. subijciebam objectionem, *quod privilegium personale non transmittatur ad successorem.* Dd. *in d. l. privilegia.* ff. de R. I. *At jus mitræ transmitteretur.* Atq; ad eam respondebam, *Majorem veram* in privilegio simpliciter personali: *fallere* autem in privilegio communiter personali certo generi Personarum collato. Nam & hoc quandoque transmitti potest ad successorem ejusdem qualitatis; non tamen ad alios, neque etiam aliis cedi potest cessione propriè dicta, ut tradit Igneus *in d. §. non alias ad Sc. Syllan.* Itáque differt privilegium personale à reali, quod hoc si sit realissimum, ut sup. ex Socin. *in rubr. de privileg numer. 23. & seqq.* notavi 351 352 353

transmitti & cedi; illud *vero* transmitti quidem subinde possit; non tamen ad
354 quemcunq; successorem, sed ejusdem qualitatis personam; neque etiam cedi.
Ita Igneus *in d.* §. *non alias.* & Hunn. *d.c.9.n.7.*

Commenta Hayana circa c. Ut Apostolicæ de privil. in 6. & ius mitræ &c.

355 Contrà opponit F. Romanus *alleg.* 441. quod *citatum* c. ut Apostolicæ, de privil. in 6. *longe aliter sonet*, videlicet, *in Ecclesiarum suarum gloriam & honorem, adeoque non in solum & nudum splendorem Personæ (ut Ecclesiam omittendo ego insinuarem) præsertim cum & hodiè omnibus infulatis Abbatibus liceat minores Clericales ordines & primam tonsuram suis Regularibus conferre, quod non licet alijs in bireto. Ex quo apparet, nudi splendoris hunc habitum non*
356 *esse. Et posito, quod hujusmodi indumenta essent in nudum splendorem, & honorem, quid inde?* Exod. 28. v. 1. & 2. *Applica*, dicebat Deus ad Moysen, *ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis, de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi: faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in Gloriam & deco-*
357 *rem.* Et vers. 40. *Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis & balteos, ac Tiaras in Gloriam & Decorem. Si Deus ipse splendorem hunc indumentorum,*
358 *in sacrificiis boum, hircorum, & vitulorum institui voluit ac præcepit nondum ædificato sibi templo; quid ego obmurmurarẽ, si Apostolica Sedes ad incruentum sacrificium Unigeniti Filij Dei, augustius offerendum, filiis suis spiritualibus Ab-*
359 *batibus (Episcopos enim fratres nominare consuevit) privilegium concedat utendi mitra seu tiara, in gloriam & decorem Domus Dei, cum totus hic honor redundet in ipsum Deum.*

360 2. Addit F. Romanus, *istud privilegium mitræ neutiquam esse personale, ut dicit, malè à me asseri. Est enim dignitati concessum intuitu loci, seu in*
361 *loco existenti, quantumvis mediante persona, ut expressè deciditur in simili* c. cum venissent. de Instit. *glo.* & Dd. ibid. verb. probatum. *Ego ipse* q. 1. c. 3. n. 2. *in definitione privilegii realis. Vivian.* in c. quoniam de off & potest. delegat. *glo.* ibid.
362 verb. substitutum. *Abb.* n. 4. & 7. *& alij. Imò universim privilegia dignitati concessa, realia esse, tradunt Dd.* in l. in omnibus causis 68. & in l. privilegia quædã causæ 156 ff de R. I. *Ioan. Andr.* in Mercur. in reg. 7. de R. I. *Paulus Laymannus*
363 lib. 1. Theol. moral. tract. 4. c. 23. n. 2. *Et dispositio est realis, quando est contemplata dignitas personæ, quæ transit in successorem; & in dubio, videtur contemplata, si*
364 *dispositio est fundata super nomine dignitatis, ut inquit Abb.* in d. c. quoniam.
365 *Tacet Romanus, quod plerumque in privilegio mitræ, exprimatur illius usus pro se*
366 *& successoribus suis, ut inter realia computari, nemo prudens facilè dubitare que-*
367 *at.* Hactenus F. Romanus.

Discutiuntur. F. Romanus est sibi contrarius.

Qui hic contraria asserit. Nam *inprimis fatetur*, mitram in splendorem Abbatibus datam, à me concedi, & tamen *mox asserit*, me contra splendorem istum obmurmurare, adeoq; videtur insinuare, quasi ego illum splendorem Abbatibus non concederem; quæ non cohærent, sed sibi contrariantur.

368 Deinde idem asserit, mitram dignitati concessam esse intuitu loci, expressè decidi in simili *c. cum venisset. de instit.* Econtra dicit, quod plerumque in pri-

in privilegio mitræ exprimatur illius usus pro se & successoribus suis concessi, ut ideo inter realia computari, nemo prudens facilè dubitare queat. Quæ 369
similiter non satis cohærent. Nam si expressè illud esset decisum *in d.c.cum venisset*, quomodo alicui posset ullus, licet non facilè, esse locus dubitandi?

Cætera F. Romani commenta tanquam injuriosa prætereo. Nam ubi Do- 370
mnis Prælatis à me splendor mitræ invidetur, vel contra obmurmuratur? Certè nuspiam. Non ego illis objeci, quod S. Bernardus *epist.* 42. *ad Henricum Senonensem*, aut quod Petrus Blesensis Archidiaconus Barthoniensis *epistola*. 10. ad Wilhelmum Blesensem Abbatem Machinensem fratrem suum, qui horum insignium usum ab Apostolica Sede obtinuerat, perscripserunt. Videri poterit Renat. Choppin. *Monast lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 18.

Deinde imponit mihi F. Romanus, quasi ego doceam, *mitram tantum con-* 371
cessam in honorem personæ, & non Ecclesiæ; Cum ego expressè nec personæ nec Ecclesiæ meminerim; recordatus, quod glos. *in d c. ut Apostolica.* testetur, 372
mitram Abbatibus non concedi ad fastum personæ, sed honorem & decorem Ecclesiæ, quin factâ à me relatione *ad d. cap. ut Apostolica.* tacitè præsumor dixisse, mitram Abbatialem concedi in honorem & splendorem Ecclesiæ, non sanè *materialis*, ut videtur asserere F. Romanus, sed *formalis*; Siquidem 373
vox *Ecclesia* est polysema, ut generalitate vocis quis facile in errorem deduci possèt, nisi explicaretur. Nam *Ecclesiæ* appellatione quandoque tantum de- 374
signatur Episcopus. 7. *q.* 1. *scire*: quandoque viri Ecclesiastici. 63. *dist. c.* 1. quandoque major Pars Ecclesiæ Capituli. *6. dist. Apostolica.* quandoque Canonici matricis Ecclesiæ 72. *dist.* §. *ult* 5. *q.* 1. *antiquos. de V. S. c. cum Clerici. ubi* glos. *de hoc.* quandoque quælibet Ecclesia Provinciæ. *de usu pall. cum super.* quandoque omnium fidelium Congregatio seu collectio. *de consecrat. dist.* 1. *Ecclesia.* & ibi gl. 3. *q.* 4. Engeltrudam. Petr. à Monte *de Monarchia Conciliorum. tit. de potest. & præstantia Pontificis Romani. n.* 16. ubi pro aliis modis citat glos. *in c.* 4. 375
ne Prælat. vices suas. verb. præfatam Ecclesiam, dicentem, quod Ecclesia sit collectio fidelium. *de consecrat. dist.* 1. *c. Ecclesia.* 2. murorum ambitus. *de consecrat. dist.* 1. *c. de fabrica.* 3. corpus Christi 1. *q.* 1. *c. Ecclesia. &* 26. *q.* 2. *c. sed & illud.* 4. prælatura ipsius Ecclesiæ. *c.* 3. *ne Prælati vices suas.* 5. ipsæ obventiones Ecclesiasticæ provenientes occasione Ecclesiæ, *ut c.* 4. *ne Prælat. vices suas.* Et in hac significatione *Ecclesia* conceditur *ad firmam* sub annuo censu reddendo, quod licet; quia alioqui nullum spirituale locatur, & ideo non contradicit *d. c.* 4. *sup. cit. c.* 3. *eod. neq. Rubrica.* Hæc glos. Vid. & de nomine *Ecclesiæ* plenissimè Turrecremata. *in summ. de Ecclesia. lib.* 1. *c.* 2. *ibiq. Apostillam ad d. glos. c.* 4. 376

Vox Ecclesia est polysema.

Deinde, quod jus mitræ sit *personale*, videntur supponere S. Bernardus & Petrus Blesensis; quia aliàs frustra allegarent Monachi professionem. Et accedit ratio ex definitione privilegii cum personalis, tum realis petita; quod ni- 377
mirum illa insignia Abbatibus non sint concessa in ordine ad materialem Ec-

Ius mitræ an sit personale.

clesiam, aut ejus reditus & obventiones, quasi mur & ambitus Ecclesiæ, ejusque obventiones essent occasiones concessionis, aut quasi propter illas fuerit datum jus mitræ.

378 Econtra F. Romanus quidem dicit, hoc jus mitræ Abbatibus concedi in ordine a i locum, sed in eo insignis latet æquivocatio. Siquidem jus illud mitræ dicitur dari Abbatibus *in ordine ad locum*, ut terminum circumscripti-

Vel datum in Ordine ad locum.

379 vum aut determinativum, videlicet, ut in certo loco, vel extra eum insigni mitræ uti possint; non autem occasione loci & rei, vel intuitu ipsius loci & rei administrandæ, aut circa eam exercendæ causa, hoc insigne mitræ est datum, quod alias requireretur, si jus illud foret reale, per not. Ripol. *in variis resoluti-*

380 *onibus c.10.n.458.* Cagnol. *in l. in omnibus causis ff. de R.I.* Adhæc mitra Abbatibus non datur respectu vel ratione *dignitatis*, quia alias quisquis haberet dignitatem Abbatialem, ei competerent insignia & ornamenta ista Episcopalia.

381 Hoc autem notoriè constat, à veritate esse alienum. Ut idem demonstrat Tamburin. *tom.1. de jure Abbat. disp.21. q.1. n.1.* ubi tradit, Pontificalium Insignium Exercitium & usum Abbatibus ex jure privilegiato competere, non autem ratione *dignitatis*, idque evidenti, ut ibi asseritur, concludit ratione; quia Prælati Episcopis inferiores regulariter loquendo, his Pontificalibus insigniis uti non possunt, nisi speciali Apostolicæ Sedis privilegio muniti sint, aut ex consuetudine vel præscriptione tam longi temporis, cujus non ex-

382 ter memoria in contrarium, illa acquisiverint; Igitur illa Insignia non competent ratione *dignitatis*, quam Abbates Ordinario jure obtinent. Antecedens patet ex *d. c. ut Apostolici. de privil. in 6.* ubi dicitur, quod Abbates non ratione dignitatis, sed jure privilegiato, seu ex Romanorum Pontificum indulto Pontificalibus insigniis uti possint. Ita *per text. illum* Franc. *ibid. n.1.*

383 Pan. *in c. Clerici, col.2. n.6. de vit. & honest. Cler.* Hinc provenit, quod non omnes Abbates habeant eadem insignia, sed alii plura, alii verò pauciora, juxta tenorem privilegiorum, prout ea à Sede Apostolica indulta fuerint. Vid. & Tambur. *d. tom.1. disp.25. q.1. n.192. ubi n.193.* additur, quod privilegium illud possit competere Prioribus & Præpositis, in quibus militat eadem ratio, ut dicit glos. 1. *in c. Abbates. de privil. in 6.*

384 Atque hinc cessat F. Romani argumentum ex *ratione dignitatis* desumptum, quasi privilegia ratione dignitatis cōcessa essent realia. Prætereo enim,

Resp. F. Romani argumento.

385 quod hæc propositio, jus mitræ competit Abbati ratione dignitatis, ita indefinitè accepta non modicam patiatur difficultatem ex eo, quod Abbatibus, si quod *dignitatis* privilegium habeant, id dicatur concessum ratione *Clericalis Ordinis*, quo tenētur hodie insigniri. *c.1. de ætat. & qual. in 6 not.* glos. *à subdiacono. verb. Abbas. 93 dist. & in c tuam vers. non ascendat. de ætat. & qual. apud* Tamburin. *d. tom.1 disp.25 q 1 n.188.* non autem ratione *ipsius loci, vel Ecclesiæ* materialis, ita ut locus dicatur esse occasio, propter quam tale jus privilegiatum

tum Abbatibus fuerit concessum. Hoc enim pateret, falsum esse; quamvis 386
ejusmodi jus detur Abbatibus, vel etiam Conventui in ordine ad locum, ita
ut nulli extra locum istum illud jus conveniat, vel etiam ut Abbas extra lo-
cum istum jure eo privilegiato uti nequeat, prout supra fuit ostensum. At- 387
que ita jus mitræ nec est merè personale, nec merè locale, sed mistum ex utro-
Videtur jus mitræ esse mistũ.
que juxta *supra not.* Adeoque jus illud aliis aliorum Monasteriorum Mona- 388
chis vel etiam Prælatis convenire nequit; Quod verò illud jus ad alios alio-
rum locorum Religiosos Abbates non extendatur per not. Ripæ *supra*
d. Respons. 12. num. 4. de jure gent. & civil. nescio, cui plus, quàm F. Roma-
no obsit.

Adhæc nusquam ego aut ullus Dd. expressè definivimus, quod jus mitræ 389
sit jus reale, quippe tantum in genere definivimus, quid sit privilegium reale,
de quo jam supra visum; Notandus tamen hic error F. Romani, quod *l. pr. vi-*
legia 196. ff. de R. I. citet ac si esset 156. De dignitate quoque jam supra visum est, 390
quod illa non indifferenter sit privilegium reale, sed si sit concessa in ordine
ad locũ tanquam concessionis causam primariam, non verò duntaxat in ordi-
ne ad locum, ut terminum ejus circumscriptivum; Atque ex iis explicandus
Laymannus, aliique Dd. indifferenter loquentes. Cum Doctoribus di- 391
stinguentibus fidei plus tribuendum, quam indefinitè loquentibus. Gomes.
in §. item si quis postulante. n. 31. Inst. de act. Hippol. Riminald. *in quæst de donat.*
in pr. n. 13. Salicet. *in l. filia cujus. verb. ex edoctis. C. famil. hercisc.* præterquam 392
quod gratis Abbatia Conventu carens asseratur esse dignitas contra decisio-
nes S. Rotæ Rom. 4.5.6.7.9. apud Tambur. *tom. 3 de jure Abbat.*

Neq; Contrarium expressè definitum est *in c. cum venissent. de instit.* (ut per- 393
peram asserebat F. Romanus) quia istic agitur de institutione & custodia va-
cantium Ecclesiarum seu beneficiorum realium, quæ notoriè non sunt orna-
menta Pontificalia, nec cum iis ipsa ornamenta Pontificalia, quatenus Abba-
tibus per privilegia communicantur, sunt comparanda, quin potius F. Ro-
mano adversantur.
Ad cit. c. cum venissent. de Instit. Resp.

Quodsi F. Rom. ex jure voluisset afferre aliquam similitudinem, eam ex 394
jure aureorum annulorum Libertinis concesso petivisset; per ipsum enim o-
stendebatur, eos veluti ingenuos capaces esse honorum, Dd. *in ff. & C. de jure*
aureorum annulorum Hujusmodi autem jus aureorum annulorum & privile-
F. Rom. redarguitur à simili ex jure aureorum annulorũ
gium nemo dixerit esse reale; Fac. not. Ignei *in §. sub D. Trajão. l. si exhæredatus* 395
10. ff. ad Sc. Syllan. sicut nec quando certa sæculi ætate Senatorii Ordinis viri *& laticlavi.*
apud Romanos lato-clavo, aut tunica lati-clavia. Hœpin. *de jure Sigillor. c. 2. n.* 396
147. aut purpura. Hœp. *de jure insig. c. 2 n. 1103.* aut Equestris Ordinis Nobiles 397
aureis annulis Coras. *in l. 2. §. ex his autorib. n. 4. & seq. ff. de O. J.* vel servi annu-
lis ferreis. Turneb. *l. b. 6. adversarior. c. 22.* & Hœping. *de jure Sigill. c. 2. n. 153.*
Servi gerebant ferreos ãnulos.
utebãtur, ideo quis dixerit, fuisse ea privilegia realia; Cum nõ data fuerint in- 398

tuitu

tuitu prædii, sed contemplatione personarum non quidem simpliciter, sed in certo genere & qualitate consideratarum. Vid. Dd. *in tit. ff. & C. de jure aureor. annulor.* Coras. *in l. 2. §. ex his authoribus. n. 4. 5. ff. de origin. jur.* Igneum *in d. §. sub D. Traiano. l. si exhæredatus. 10. ff. ad Syllan.*

399 Quod verò F. Romanus conatur ostendere, mitram Abbatibus non tantum ad splendorem, sed & in ordine ad conferendos ordines tribui, adeoque

400 *non tantum in honorem Ecclesiarum, sed & in amplitudinem officii* dari; in eo vehementer fallitur; quia licet *mitra* & *baculus* sint insignia officii & jurisdictionis, seu designent officium & administrationem *in Episcopo*; non tamen in Abbate, quod notandum est, ut tradunt Jul. Pacian. *lib. 1. de probat. c. 29. n. 64.* Card. Zabarell. *in Clem. unic. in princ. n. 11. de foro compet.* Unde dicitur Abbatibus *mitra* dari *tantum in honorem, & non in amplitudinem officii*, ut expressè tenent Joan. Andr. *n. 2.* Franc. *n. 1.* Gemin. *n. 6.* glos. *2. in d. c. ut Apostolica.* Quan-

Mitra & baculus sunt insignia officii & jurisdictionis in Episcopo, nō verò in Abbate.

401 do igitur F. Romanus contrarium asserit, sine textu & authoritatibus lo-

402 quitur.

§. IX.

Respondetur ad authoritates Dd. à F. Romano allegatas, quasi privilegia corporalia non cum corpore Collegii exstinguerentur?

403 DEnique F. Romanus *in horti appendice paradox. 25.* magnam contra P. Laymannum ultra eos, qui præcedenti numero allati sunt, adiicit authorum multitudinem, quasi docentium; privilegia corporalia non cum ipso corpore perire.

404 *Velim*, inquiens, *observari, Doctores à me* in Astro q. 1. & in aula Eccles. à *n. 23. allegatos communiter decidere*, jura & privilegia Monasterii, alteriusvè Ecclesiæ, per mortem omnium de Collegio non extingui, sed manere, & apud

Commenta Hayana.

405 „ Ecclesiam materialem conservari. *Iam quæstio est, de quibusnam juribus &*

406 „ *privilegiis Doctores loquantur. De personalibus singularibus loqui non possunt,* „ *quandoquidem illa cum personis singularibus, quibus adhærent, notoriè extinguuntur, secundum omnes.* in reg. jur. 7. in 6. & reg. ff. 68 & 156. & in l. si cui. §. in Decurionibus. ff. quod cujusque Universit. *Ergo loquuntur de privilegiis localibus, vel de corporalibus, seu corpori Congregationis concessis.*

407 Sed Respondeo, Doctores à F. Romano malè ad eam propositionem confirmandam, *quasi jura & privilegia corporalia mortuo conventu non pereant, sed maneant*, tanquam loco affixa, citati; prout jam supra de P. Laymanno, P. Suarez, Salas, meipso, Azorio, Pan. Friderico de Senis, Oliverio Beltramino aliisque fuit ostensum, nunc etiam reliquos à F. Romano laudatos inspiciamus,

Discutiuntur.

408 visuri similiter nihil ad rem facere, nec eos præmissam propositionem affirmare. Nam Card. Tusch. *lit. C. Conclus. 458. n. 3.* loquitur de Collegiata Ecclesia ha-

ctia habitu& actu,non autem habitu tantum,ejusque correlativis juribus realibus,aut contemplatione loci competentibus, quæ haud dubiè post mortem omnium de Collegio manent, & sunt distincta à Collegio ejusque correlativis juribus corporalibus,quemadmodum *supra in resolutione c.1.* ex Ripa notavimus.

409 Ita verò Tusch.*loc.cit.* ait: duplex est *Collegiata*, habitu & actu; item habitu tantum; quia si mortui sunt omnes de Collegio,vel sunt privati, dicitur „ Collegiata habitu tantum; si verò revertantur vel restituantur,dicitur habitu „ & actu: Et licet,quando solo habitu est Collegiata; tamen privilegium & jus „ Collegii remanent in ipsa Ecclesia. Alex.*d.conf.*74.*in princ.lib.*4. „

410 His gemina tradunt Alex.*d.conf.*74. Josephus Mascardus *vol.2.conclus.*585. *n.5.* Augustinus Barbos.*in Collect.in c.postulasti 30.de jure patron.n.*7. relati à F. Romano *in Asbesto sub n.*27.30.34. quorum verba propterea non refero, quod ad rem præsentem,ubi quæritur,an Collegio per mortem omnium dissoluto & extincto,ejus correlativa corporalia jura extinguantur, nō faciāt.

411 Quod verò F.Romanus *ibid.sub n.* 26. addit Cardinalem Tusch. *antecedente conclus.*457.*n.*1.*ibidem* asserere,quod Ordini applicantur bona,si unum particulare Collegium Ordinis dissolvatur. Castr.*cons.*16.*si ponderentur.n.*2. *vers. præterea cum illud Monasterium. lib.*1. quod jubet Romanus diligenter à me observari propter dominium Ordini à me negatum.

412 *Ad Tusch. Respond.* Respōdeo 1.illud omnino huc esse impertinens; præterquam quod mutilè & quidem in perverso sensu huc à F. Romano afferatur. Siquidem Card. Tusch.*loc.cit.*ait: Collegium approbatum si dissolvatur,bona non remanent privatis de Collegio *c.un.de relig.dom.in.*6.quia bona jam erant effecta com- „ 413 munia,ut bona Collegii.Frideric.de Senis.*cons.*15.*n.*6.*in col.fin.vers.Item non* „ *obstant jura,quæ dicunt*; ideo Ordini applicantur bona, si unum particulare „ Collegium Ordinis dissolvatur. Castr.*cons.*16.*si ponderentur.n.*2.*vers.præterea* „ *cum illud Monasterium lib.*1.Unde constat,quod Card.Tusch.*loc.cit.* non a- 414 gat de Collegio per mortem omnium dissoluto,quomodo enim alias,si nulli ex Collegio superessent,dicerentur bona non privatis è Collegio dissoluto cedere,quod sint effecta communia. Deinde dicuntur bona Collegii istius in Ordine Minorum & S.Claræ dissoluti,ipsi Ordini cedere,prout videre est 415 apud Castrensem *cit.loc.*quod mirum nemini videri debet ponderanti in isto 416 Ordine Stabilitatem loci non promitti, sed professionem Ordinis Generali vel ab eo potestatem habenti fieri,ita ut ipse personas pro lubitu ab uno loco in alium transferre possit,per not.Berej.*q.*83.Anton.de Butr.Monald.*loc.sup.* 417 *cit.* Sicut pro Mendicantibus ex Anglia pulsis decidit Sylvester. *verb. Excommunicatio* 9.§.85.Et pro Ordine Carmelitarum definit Sixtus IV.*in Constit.data Romæ.*1476. 4.*Kal. Decemb. Pontificatus ipsius anno* 6.*apud* Roderic. *in Bullis Apostol.pro Regul.Bulla* 37.*n.*65 ubi Pontifex concedit,ut Monasteria illius Ordinis Monialium Conventibus destituta,spe restitutionis non superstite,fra-

tribus illius Ordinis, & quidem Monasteriis propinquioribus applicari possint

418 Hujusmodi autem jura Ordinis Minorum aliorumque Mendicantium minimè Benedictinis conveniunt, ut etiam videbimus *in resolutione q. 2. astri Eclips.* Atque ad hæc F. Romanum advertere oportuisset.

419 Joannes Massobrius *in praxi habendi concursum. prælud. 2. n. 28.* agit de Collegio morte omnium dissoluto, cum spe restitutionis, in quo dicit, si omnes morerentur, non propterea periret jus Collegii, sed dormiret, & postea institutis aliis resurgeret. Gambar. *de potest. legat. lib. 3. rubr. de potestate circa beneficia conferenda, n. 88. post* Innoc. *c. postul. 30. de jure patron. & c. cum ex injuncto.* Tunc enim diceretur Collegiata Ecclesia habitu; quod nihil contra nos.

420 *Ad Card. Mantic. Resp.* Sicut nec quod Card. Mantica *tract. de Conjectur. ult vol. lib. 4. tit. 5. art. 5. n. 3. & seqq.* asserit. *Non est verisimile, quod Ecclesia seu Monasterium extinguatur aut capite minuatur*; quia istic agitur, an præsumatur Monasterium extingui; Et haud dubiè *propter continuam subrogationem* aliorum in locum defunctorum præsumitur perpetuum, nec verisimile est extingui, quod spe-
421 ctat ad *hujus q. 1. cap. 1. Resolutionem*; si tamen re ipsa omnes de Monasterio moriantur nullo superstite, nec adsit certa & proxima spes restituendi similis Collegii: quem casum non attingit Card. Mantica; Alii verò Dd. quos *supra cap. 1.* retulimus, asseverant, Collegium tunc censeri *extinctum*; ac consequenter ejus corporalia privilegia extingui, prout *in hujus cap. 3. Resolutione*
422 ostenditur, de quibus nulla *cit. loc.* apud Manticam fuit facta mentio. Ibidem à F. Romano subjunctus Anton. de Butr. *in c. 2. de nov. oper. nunc. n. 4.* mutilè recensetur, omissâ præcipuâ particulâ, quæ totum ipsius Romani sco-
423 pum, ad quem referebatur, elidebat.

Ad Anton. Respondetur.

Ita eum refert Romanus, *Quandoque civitas vel Ecclesia destruitur authoritate Superioris, ut quia propter delictum ibidem inhabitantium destruitur; quandoque destruitur præter culpam suam, ut quia ab hostibus & latronibus, causa legitima non intercedente, & tum retinet privilegia & nomen suum, & Clerici appellantur Clerici illius Ecclesiæ, & etiam Omnibus mortuis alii loco eorum debent sur-*
424 *rogari. Concordat Zabar. & Host. ad d. c. 2.* de nov. oper nunc. *Hactenus F. Romanus*, qui verba ea, *omnibus Mortuis*, item verbum *Debent* majusculis notat, ut persuadeat Lectori, hic agi de Collegio Ecclesiastico emortuo.

425 At secus se res habet, quod ne adverteretur, ipse voculam *Canonicis* inter allatas voces (*omnibus mortuis*) intercedentem omisit; Hac enim expressâ videbat se confestim refutandum esse; eo quod Antonius de Butrio istic non ageret de eo casu, quo Prælatus & Canonici omnes *essent mortui*, sed solum, quo Canonici omnes essent mortui, Prælato adhuc super-
426 stite. Quo casu certum est, in uno Prælato jus Collegii, ejusque privilegia omnia corporalia, realia, conservari. *l. sicut. §. in Decurionibus. ff. quod cujus-*

cujusque Univ. nom. Ut igitur hæc impostura F. Romani oculis omnium pateat, ipsius Antonii verba omnia annumero, prout ea *in d. c. 2. de nov. oper. nunc.* scripta reliquit. 427

Innocentius hic ponit unam notabilem glos. quam recitabo per tres quæstiones. *Prima* est, nunquid destructâ Ecclesiâ vel civitate aliquis possit appellari Clericus vel civis dictæ Ecclesiæ vel civitatis. *Et* an destructa Ecclesia vel civitate pereant ejus privilegia. *Concludit*, quod quandoque civitas vel Ecclesia destruitur Superioris authoritate, ut quia propter delictum ibidem inhabitantium destruitur. *de consecrat. dist. 1. placuit. & ff. quando dies leg. ced. l. si usufructus. 16. q. 7. adhac*, & tunc dicit, quod non potest aliquis se appellare civem vel Clericum dictorum locorum. Et pro hoc est *arg. hac decret.* Quandoque civitas vel Ecclesia unitur, vel in alium locum transfertur, non destruitur nec extinguitur: & tunc quælibet Ecclesia sua privilegia retinet. *de stat. Mon. recolentes. ne sed. vac. c. 1.* Quandoque destruitur præter culpam suam, ut quia ab hostibus vel latronibus causa legitima non intercedente; & tunc retinentur privilegia, & retinet nomen suum: & Clerici appellantur Clerici illius Ecclesiæ. *7. q. 1. pastoralis. 19. q. 3. quæ semel.* Idem dicit in Civitatibus & aliis locis profanis. *l. domum. ff. de contrah. empt. & l. ædes sacra. ff. de relig. & sumpt. fun. cum sim.* Et dicit, quod Omnibus Canonicis Mortuis, alii loco eorum debent subrogari. *23. dist. in nomine Domini. supra de elect. quod sicut*, &c. Hactenus Anton. de Butr. 428 NB.

Unde patet, quam mutilè & fallaciter à F. Romano *in Asbesto sub n. 29.* Anton. de Butr. *d. loc.* sit allegatus. 429 *Ad Card. Host. Anchar.*

Ita similiter perperam huc allegantur Card. Zabarell. *sub n. 5.* & Host. *in d. c. cum ex injuncto sub n. 9.* & ibid. Ancharan. *n. 9.* 430 *Respondetur.*

Illi enim omnes eadem habent, quæ Butr. atque ita loquuntur; *Quid si Prælatus vel Canonici mortui, &c. possunt alii subrogari, &c.* Quæ non huc, sed ad *Resolutionem q. 7. astri Eclipsis* spectant; præterquam quod non agant de Collegio morte omnium soluto, sed de eo casu, quo Collegæ omnes sunt mortui, sed non Prælatus, vel quando Prælatus obiit, ast non Collegæ omnes. Hoc enim subindicat particula *Vel*, quâ utuntur Card. Zabarell. Host. Ancharan. *d. loc.* quæ propriè est disjunctiva. Rebuff. *in l. verbum oportere. 37. in particula (vel) de V. S. per l. in triplici. ff. de V. S.* Everard. *in loc à natura alternat*: estque disjunctiva quoad verba, & quoad effectum. Barbos. *de dict. usu freq. dict. Vel 415. num. 3. per l. cum ita ff. quando dies legat. cedat. l. si illud. ubi* Bald. *ff. de legat. 2.* sufficit enim, alteram partem esse veram. *l. plane. §. pen. ff. de legat. 1.* cum similibus apud Barbos. *d. loc.* 431 432 *Particula (Vel) qua vis.*

Ita verò loquitur Host. *in c. cum ex injuncto. col. 3. circa med.* Per quæ patet etiam, quod quando Ecclesiæ vel Civitates vel alia loca publica, 433

 vel

„vel privata cum authoritate Superioris propter peccata forsan ibi inhabitan„tium destruuntur, nullus de cætero debet vocari Clericus illius Ecclesiæ vel „municeps illius loci.16.q.7. *Et hoc diximus.de conf.dist.1.placuit.ff. quando dies „legat. ced. siusufructus.* §.*fin.* ubi vero authoritate Superioris ad alium locum „transfertur vel unitur, non admittuntur hæc: quod dic, ut not. *supra ne sed. „vac. c.1. supra de stat. Mon. Recolentes.supra de relig.dom. quia Monasterium.* „Quodsi ab hostibus destruatur, & privilegia retinet, & antiqui Clerici no„men suum 7.q.1.*pastoralis*.19 q.3.*quæ semel*.Et idem intelligitur de Civitatibus „vel aliis locis profanis.*arg.supra de contrah.empt.domum.& l.ade sacra.ff.de re„lig.& sumpt.fun.l.pen ff.de rer.divis.intantum.*§.*semel autem ff.locat.& conduct.* „§.*si vis &* §.*sed & si & seqq.* In hoc etiam casu Prælato Ecclesiæ vel Canonicis „mortuis,possunt alii subrogari, & alia, quæ ad utilitatem Ecclesiæ pertinent, „ordinari.*arg.supra de elect.quod sicut.*23.*dist.in nomine Domini*.Hactenus Host. „Eadem tradunt Ancharan. & Cardinal. Zabarell. prout supra.

434 Unde patet,quod nihil cōtra ea,quæ nos prosequimur,Hostiēsis faciat; siquidem loquitur de destructione Collegii, quæ fit in vita Collegiatorum vel authoritate Superioris ob eorum aliquod delictum,vel à tyranno occupante
435 locum Collegii, ita ut Collegæ vel inde eiiciantur vel dispergantur. *Deinde* addit,quodsi in dispersione Prælatus Ecclesiæ vel Canonici moriantur, possint alii subrogari. Videbatur enim hoc aliquam involvere difficultatem; tum quod in loco Collegii non essent præsentes, nec Collegialiter viderentur posse convenire; tum quod ex loco ejecti non videantur habere titulum
436 aliquem,ad quem ordinarentur Clerici,&c. Hæc tamen non obstant, quo minus Canonici alii in locum mortuorum suscipi possint, propter spem, quam habent, reversionis vel restitutionis. Quæ nihil ad nostrum casum, ubi quæritur,utrum mortuis omnibus de Collegio,nullo superstite,cum ipso pereant corporalia privilegia.

437 Similia habent Barbos.*in c. cum ex injuncto.n.4.de nov.oper.nunc.* & Choc-
Ad Barbos. Chockier. kier *de jurisdictione Ord,in exempt.part.3.q.19.n.4.& seqq 20.n.5.& seqq.* à F. Romano in *Asbesto sub n.34.& 35.* relati,de quibus etiam supra.

438 *Resp. quod F. Romanus eum interpolet &c.* Neque quicquam promovet F. Romanus,quod Barbosam *d.loc.* bis interpolet.Nam prima interpolatio est ipsi contraria,ut visum est *q.1.c.1.Resolutione*; secunda verò nihil ad rem facit. Quod ut omnibus pateat,verba annu-
439 „meremus. Regulare est in jure, *inquit*, quod perempta re pereant illius jura „tam activa quam passiva: latè Alber.Brun. *tract.de interitu& peremptione con-*
440 „*clus.5.per tot,* Ratio est,quia per hujusmodi destructionem fit mutatio status, „& quædam veluti capitis diminutio. Petr. de Perus. *in tract. de mu„tatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum Personarum*; præcipue si
441 „destructio fiat auctoritate juridica Superioris (sequitur interpolatio *prima*

interpolatio *prima* Romano contraria, *nam & per rerum naturam fieri potest*) Brun. *d. conf.5.n.13.* Gail. *lib.2. observ.61.num.1.& 6.* Secus verò si violentia aut propria privati authoritate (sequitur *secunda* interpolatio, *nedum fatali fortuito casu, puta belli, mortalitatis &c.*) glo. & Franc. *in c. privilegium de reg. jur in 6.* Gail. *d. observ 61. num.6.& 7.* Sayr. *de censur. lib.5. cap.3. num.16.* Hactenus Barbosa. Sylvester *in Summ. verb. Collegium nu.5.* à F. Romano *sub num.31. in Asbesto* citatus nihil in rem præsentem dicit. Nam ita teste F. Romano *d. loc.* ait: Quæritur *Sexto*, utrum destructo Collegio, extinguantur omnia privilegia ejus. 442 443 *Ad Sylvestr.*

Et dicit Panormitan *in c.2. de postul. Prælat.* quod sic, si est Ecclesiasticum; & destruatur per superiorem. Si verò est sæculare, sunt opiniones. Sed verior secundum eum est, quod durant apud civitatem vel locum, si ipsi civitati erant concessa, sicut in Ecclesiasticis durant apud Ecclesiam. 444

Hæc ille. Ex quibus constat, istic agi de Collegio destructo authoritate superioris; at nos de Collegio per mortem omnium dissoluto; qui sunt casus diversi. *Deinde* ipse agit de privilegijs ipsi loco concessis, adeoque localibus & realibus; nos autem de privilegiis corporalibus, quæ à prioribus differunt, prout supra est ostensum. 445 *R.* 446

Sub num.32. Asbesti F. Romanus citat Bald. *in l. sicut. §. in Decurionibus. ff. quod cujusque univers. nom.* & quidem ex corrupta Editione Veneta, *quoad desitionem Collegij, per mortem omnium Collegarum.* Cæterum Collegium istic essentialiter desinere esse, & manere effectualiter seu quoad effectum docuimus *in cap.1. Astri Eclips. ejusque resolutione.* Unde infertur, quod privilegia, de quibus ibi agit Baldus, intelligantur Collegio concessa in ordine ad locum, seu intuitu loci & rerum; adeoque agat ibi de privilegijs localibus & realibus, vel etiam de alijs ob spem certam ac proximam Collegij restituendi; fictione juris durantibus; ut non necesse sit illa in instauratione renovare. 447 448 449

Lælius Zecchus *in cap 26. de Republ. Eccles. sub num.2.* allegans Felin. *in c. statutum. de elect. in 6.* solum agit de Collegij desitione, prout ipsa verba ostendunt, de quibus egimus *quæ.1. Astri Eclips. cap.1. num.15. in Responsione ad confirm.3.* quod vel intelligendus sit de Collegio numerato, vel non numerato per mortem omnium, si spes adsit certa & proxima restituendi, non extincto. Verum huc ista sunt impertinentia. 450 *Ad Lal. Zech. & Felin. R.*

Bertachin *in repert. verb. Collegij.* agit de juribus realibus apud ipsam Ecclesiam Collegiatam remanentibus, ut patet ex ejus verbis supra *in Resolutione cap.1. atque in Instrum. sub num.10.& 19.* allatis, quæ perperam hic *addendo* F. Romanus interpolavit, dicendo, *sublatis personis desinere Collegium*, intellige, actu. 451 *Ad Bertachin. R.*

Modestinus Pistorius, IC. Saxonicus Lipsiensis, à F. Romano relatus *consil.43. num.42. lib.1.* inquit: ubi ejusmodi Collegium dissoluitur morte omnium. 452 *Ad Modestin. Pistor. R.*

omnium de Collegio, debent alii substitui, secundum gloss. *in cap. statutum. in verb. Collegiatas de elect. in 6*, quam sequitur Angel. *in l. si quid. quod cujusque univers.*

453 Adeoque in isto casu *Omnibus de Collegio mortuis*, hæc bona Ecclesiastica propriè non fierent bona vacantia, nec venirent confiscanda (quod F. Romanus jubet bene notari) secundum Angel *in d. l. si quid.* sed competit Ecclesiasticis Superioribus, alios Regulares istius Ordinis in locum subrogare.

454 *unde infert* F. Romanus. *Consequenter jura Collegialia secundum hunc Doctorem, licet Acatholicum, per mortem omnium non sunt extincta.* Ita F. Romanus *in Asbesto sub n. 36.*

4. 455 Verum Mod. Pistorius *tom. 1. conf.* 43. ista non habet & insuper malè citatur; Siquidem ibidem tradit, ut *in resolut* 7. videbitur, vnd dem also nach/so weren in diesem Fall / wann die Klöster Personen alle abgestorben/ nicht PROPRIE vorlediget/nec venirent confiscanda, secundum Angel. *in d. l. si quid,* Sondern gebührt der Christlichen Obrigkeit / andere Geistliche des Ordens wieder an die Statt zuverschaffen/id est, *adeoque in hoc casu omnibus de Monasterio mortuis, bona non fierent Propriè vacantia, nec venirent confiscanda secundum Angel. in d. l. si quid. sed competeret Magistratui Ecclesiastico alios Religiosos in locum istum substituere.* Ex quibus patet, quàm multipliciter F. Romanus Modestinum Pistorium hic falsificet, prout inferius etiam videbitur.

456 Quin debebat F. Romanus scire, quod Pistorius secundum gloss. à se allegatam *in d. cap. statutum.* sit intelligendus;

457 Cum aliquis Doctor secundum ea, quæ allegat, sit intelligendus. Ever. *à rat legis stricta nu.* 3. adeoque quicquid circa gl. *in d. c. statutum.* notatum est, huc venit referendum.

458 Sed videtur F. Romanus hîc lectorem amphiboliâ, quæ latet in phrasi *per mortem omnium* ludificari. Nam nos loquimur de casu, ubi mors omnium de Collegio intervenit, nullo omnino superstite. Glo. verò *in d. c. statutum*, loquitur de morte omnium, sed uno aliquo superstite, vel etiam surrogato, adeoque si Pistorius juxta d. gloss. intelligatur, F. Romanus nihil ad propositum attulisse convincetur.

459 Quod idem Pistorius notat, bona Ecclesiastica morte omnium *propriè* non esse vacantia, nec esse confiscanda, illius ego contrarium nusquam docui, quasi bona illa sint Propriè, dicò Propriè vacantia, & veniant à Principe aliquo sæculari, de quo loquitur Pistorius, confiscanda. Annon apertè trado, ea non propriè esse vacantia, sed spectare ad dispositionem Ecclesiasticorum Superiorum *Vid. & q. 4. astri Eclips.*

460 Quod spectat ad consequentiâ, si F. Romanus in ea intelligat, quod in casu *glo. in d. c. statutum.* per mortẽ omniũ *uno superstite, Jura Collegialia non sint extincta*, conceditur; sin verò velit inferre, *Ergo etiam, quando omnes de Collegio sunt mortui, nullo omnino superstite, idq; à* 40. *vel* 50. *annis, tunc Jura Collegia-*

461 *lia non*

lia non sunt extincta: Negatur *consequentia*. Nec enim illa ex antecedente Pistorij inferri potest.

Quod asserit Baldus *in l. omnia* 33. *n.* 2. *C. de Episc. & Cler. sub n.* 36. *in Asbesto* à Romano relatus, *quod omnes successores gaudent privilegio antecessorum, quando privilegium est indultum ratione loci, quod præsumitur in dubio, & non contemplatione personæ. Ideoq; dicit ratione loci, quia ratione pietatis concernit locum.* Nihil ad propositũ est, quia nos non agimus de privilegijs cõcessis intuitu loci; hæc enim localia sunt, neque etiam versamur in dubio isto, an hoc vel illud privilegium sit contemplatione personæ vel loci concessum. Ideoque nihil ad rem. 462 Commentum Hayanum. 463 Discutitur.

Rursus quando Baldus *in consil.* 322. *n.* 1. (*vol.* 4) asseritur, ita loquens: *Si non fuit demolitum castrum præcedente sententia, nec per Principem, certè demolitio facta impetu inferioris, non aufert castro jura sua, quoad habitum, quia non trahit secum effectum.* 464

Hinc ea prorsus aliena sunt, aguntque de loci destructione viventibus Collegis, ac incolis facta, & de juribus realibus, ut palam est. Nam ita loquitur Bald. *cit. loc.* Ideo si non fuit demolitum castrum præcedente sententia, nec per Principẽ; quia in Principe non desideratur ordo juris, & ideo Principem semper excipio in ista nostra quæstione à regulis Iuris, ut not. Innoc. *de re jud. in causis.* Certè demolitio facta impetu inferioris, non aufert castro jura sua, quoad habitum, quia non trahit secum effectum, quod sit inordinata: *de re jud. l. si cum nulla.* Thomas Zerol. *praxi Episcopali. verb. Ecclesia.* §. 1. *part.* 2. à F. Romano *in Asbesto. sub n.* 37. allegatus, nihil quoq; ad rem facit. Nam ita inquit; *Ecclesia, si ejus Episcopus cum toto populo labitur in hæresin vel schisma, non ideo perdit suos honores & privilegia.* Innoc. *in c. inter quatuor, n* 1. *de major. & obed.* Ubi nihil de privilegijs corporalibus Collegij emortui, de quibus nos agimus. 465 466 467 468

Quando Gloss. *in Auth. de Eccles. titul. In Novell.* 131. *c.* 1. *in verb. voluntatem*, ait; *tantum talibus pauperibus, tantum talibus Religiosis subintelligendo vult testator præstari.* Nihil huc, ubi de mortuis omnibus Religiosis, quibus legatum est, non verò de vivis legatarijs agitur, spectat: Nihilque istic de privilegijs corporalibus cum corpore extincto, simul extinctis aut non exstinctis, definitur Bartholomæus Cæpolla *de serv. urb. præd. c.* 28 *q.* 6. *sub n.* 6. sentit cum Innoc. *in d. c. cum ex injuncto*: proinde sicut Innoc. *ibid.* nihil contra Nos, ita nec Bartholomęus Cępolla quicquã cõtra Nos allegasse cēsendus est. 469 470

Martinus Mager. *de advoc. armat. c.* 16, *n.* 19. *& seqq.* tradit, quod privilegia personalia cum persona, & realia cum re destructâ pereant; quod si tamen de facto destruatur aliquis locus sacer, non propterea desinat esse sacer. 471

Fichard. (quem perperam vocat F. Romanus *Echardum*) *in communibus opinionibus verb. Collegio & verb. destructa.* & Hippol. Bonacossa. *verb. Collegium*, nihil aliud tradunt, quam quod Collegium destructum authoritate 472

Superioris

superioris perdat sua privilegia; secus si de facto destruatur; quæ eadem est sententia Innocentij *in d.c.cum ex injuncto.*

473 Archid. *in c.adhac.16 quæst.7.num.7.* Anchatan. *in Clem. in plerisque sub num.2.& ibid.* Vitalin. *sub num.19.& seqq.* tradunt, quod locus sacer destructus authoritate superioris, desinat esse sacer; secus si per tyrannidem de facto destruatur; tunc quidem eo respectu, quo caret Ministris sacris, censeatur desiisse sacer; ipse tamen locus verè remaneat sacer.

474 Eadem tradit Carolus Tapia *in tit.l.fin.c.4.part.2.num.28.* qui tamen ibi loquitur de civitate destructa, illique modo allatam distinctionem adhibet, quæ omnia huc nihil faciunt, sed confirmant duntaxat ea, quæ *cap. 4.seqq. qq. Astri Eclips.* tradidi.

475 Nihilominus illud hic notandum duxi, quod Vitalinius *in d.Clem. in plerisque. nu.21.* valde contra F.Romanum pugnet, ejusque argumenta ibidem ex facto violento petita infringat, disquirendo cum Guilelmo de Monte Laudun. *ibid.* An *d.Clem. in plerisque.* dispositio prohibens, ne quis Ecclesiæ Clero & populo carenti sine speciali facultate Sedis Apostolicæ provideat

476 de Prælato, locum habeat. Et *Respondet*, locum non habere, quando Ecclesia per vim tyrannicam occuparetur, licet tunc Prælato & populo careat, quod soleant illi fugere vel eijci; secus autem fore, si non per vim tyrannicam sine hostium tyrannide Ecclesia careret clero & populo, moreretur que Prælatus & Clerus; tunc haberet locum ista decretalis, atque ita ibid. Paul. expressè sentire scribit Vivian. *d.loc.*

477 Hæc licet nostram *quæstionem 4. astri Eclips.* expressè confirment, eoque spectent; tamé cum F.Romanus importunius Vitalinium nobis objecerit, ideo volui ipsum etiam huc afferre, indeque ostendere, omnia ipsius F. Romani ex facto violento, pro retinendis privilegijs petita huc à casu nostro, ubi non de invasione tyrannica nec ejectione aut expulsione, sed morte omnium de Collegio agitur, impertinenter allegari.

478 Ex hisce fusius allegatis singulorum Doctorum locis, nostra, quam ego *d.c.3.q.1.& P.* Valentinus *ad num.35.& seqq.* dederamus, Responsio *demonstratur* esse vera; atque *econtra* quivis videt, quàm impertinentia, quamque aliena, & quidem tam infidè aliorum Dd. scripta mutilationibus, interpolationibus corrumpendo, F.Romanus alleget, eadem fere *ex Astri sui q.1. num 35.usque ad 39.in suum Asbestum à num.23.usque ad 38.* transferendo.

479 Taceo, quod F.Romanus Bartolum *in c.sodales, itidem* & Florian. *in c.cum loca.* perperam alleget; Cum nusquam in jure Canonico ejusmodi capita dentur: Sed Bartol. *in l.sodales.ff.de Colleg.illic.* pro Nobis contra F.Romanum faciat. & Florian. *in l.cum loca.ff.de rel.& sumpt. fun.* nihil nobis adversetur.

480 Ego hos & similes errores F.Romani, si consectari vellem, integras centurias, si non myriades, enarrare possem. Sed malo ipsum Romanum suos sibi canere & signare errores. Con-

Consequenter ex deductis apparet, quàm gratis quamque imperti- 481
nenter, nec supra deductis conformiter F. Romanus *in d. Asbesto. d. num.* 38.
assumat, supra allatos Doctores omnes unanimiter concludere, *jura & privi-* "
legia Ecclesiarum, Collegiorū, civitatum & c. de jure nullo modo destrui fortuitas ob "
causas, sed integrè & habitu permanere, nisi per superioris authoritatem destruan- "
tur & extinguantur. Imò pejus *in appendicis paradox. 25. num.* 39. asserit, hos- 482
ce Dd. à se *in Astri q. 1. & in aula à num.* 23 allegatos communiter decidere, ju-
ra & privilegia Monasterij, alteriusvè Ecclesiæ per mortem omnium de
Collegio non extingui, sed manere, & apud Ecclesiam materialem con-
servari.

Et quia F. Romanus videt aliquos ex ijs Dd. *generatim* loqui de juribus, 483
sic quasi per anteoccupationem quærit, *de quibusnam* juribus & privilegijs
Doctores loquantur. Et *Respondet*; De personalibus singularibus, in- 484
quiens, loqui non possunt. Quandoquidem illa cum personis singularibus,
quibus adhærent, notoriè extinguuntur, secundum omnes. *in reg. cu. 7. in 6. &*
reg. ff. 68. & 156. erroneè, cum velit citare l. 196. & in l sicut §. in Decurionibus ff. 485
quod cujusque univ. Ergo infert F Romanus, loquuntur de privilegijs lo- *Commenta Hajana.*
calibus, vel de corporalibus, seu corpori congregationis concessis.

Addit F. Rom. *ibid. n.* 40. Layman. *in censur. p. 1. loc. 1. §. alterum.* concede- 486
re; quod pleriq; Doctores *in Astro q. 1. n.* 37. allegati sentiant, *jura ac privilegia*
Monasterij, alteriusve Ecclesiæ Materialis, non extingui, sed permanere, tan-
quam loco aut rei affixa, si totum Collegium sive congregatio soluta sit per mortem
omnium; secus autem esse, si soluta sit sive extincta per superioris sententiam. Quam 487
receptissimā doctrinam à se nunquā negatā fuisse perbibeat. Sed hac F. Roman. *pa-*
radoxa esse existimat. Figmentum enim esse, ait, quod ipse Doctorib. affingit, 488
ac si *traderent, quod si Collegium superioris sententia extinguatur, Jura quoque &*
privilegia localia alicujus Monasterij, alteriusvè Ecclesiæ materialis extinguan-
tur, hacque sit receptissima doctrina; Cum ne ab uno quidem Doctore recepta, imò 489
neque vera sit. Nam quando per superioris sententiam Collegium seu Congregatio
extinguitur, & locus illius congregationis alteri unitur, vel conceditur, Ordini vel
Collegio, tunc jura & privilegia materialis Ecclesiæ tanquam loco aut rei affixa,
alteri quoque Ordini vel Collegio simul uniuntur & incorporantur; quod fieri non
potest, si extinguerentur. Extinctorum enim & non entium nulla est unio nulla in- 490
corporatio. Laymann. *fol.* 466. *sua nuncupata Inst. defens.*

Et ita factum est, quando extinctis per summos Pontifices Ordinibus Tem- 491
plariorum & Humiliatorum, illorum Ecclesia & Monasteria, cum omnibus ad-
hærentibus juribus & privilegiis localibus, aliis applicata, unita & incorporata fue-
runt. Idem accidit in translatione Monasterij Bruel ab Ordine S. Benedicti ad Car- 492 *Ex Inno. VIII. in Monasterio Bruel, atque.*
thusianos, ubi Innocentius Papa VIII. *Nos, ait, hujusmodi supplicationibus*
inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus
vel duo, aut unus vestrum, in dicto Monasterio &c. Abbatialem dignitatem, ac 493

„ *nomen & titulum, Ordinemque, prædictâ authoritate nostrâ penitus supprimatis, & extinguatis, ac illud cum omnibus juribus & pertinentiis suis dicto Carthusiensi Ordini regendum concedatis.* Idem *in translatione Monasterij Ebersberg* ad Societat. Iesu, *ubi, Nos,* ait Clemens VIII. *hujusmodi supplicationibus inclinati, Ordinem ipsum &c. Benedicti, ac omnem illius statum & essentiam, ac dependentiam, Regulares, authoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo supprimimus, & extinguimus, illudque cum annexis Iuribus, & pertinentiis suis universis, illiusque, ac annexorum suorum quorumcunque, fructus, reditus & proventus hujusmodi, ac jura, proprietates & bona, prædicto Collegio etiam perpetuo unimus, annectimus & incorporamus.* Denique id *ipsum expressit Vrbanus VIII. superius* allegat. 461. n. 4. *in translatione quatuor Abbatiarum, ad unum Collegium ejusdem Societatis*, ibi: cum illorum annexis, ac omnibus juribus & pertinentijs suis, Collegio & seminario erigendis hujusmodi authoritate nostra *Apostolica*, perpetuo applices & appropries &c.

494 *Ex Clemente VIII. in Monasterio Ebersperg jura supprimentibus.*

495 *Tum ex Vrbano VIII.*

496 *Ex quibus, aliisque similibus translationibus elucet, etiam extincto per Superioris authoritatem Collegio Ecclesiastico, jura & privilegia localia materialis Ecclesiæ, extincta non esse: adeoque Doctores allegatos de talibus non loqui, sed de juribus Collegialibus, omnibus videlicet de Collegio mortuis, ea non extingui,* sed *habitu & potentia durare; per sententiam autem superioris illa* 497 *solum extingui, quæ in Bulla suppressionis exprimuntur: Prout ipse Laymannus claris & evidentibus testimoniis in Astro productis convictus;* Censur. part. 1. loc. 1. §. aliqui. *fatetur, aliquos ex allegatis Dd. loqui de juribus ipsius Collegij, seu corporis congregationis.*

Per sententiã superioris non extinguuntur jura, nisi quæ in ea expressa sunt.

Sed qui Aulam Ecclesiasticam à num. 23. usque ad 43. *perlegerit, deprehendet, non tantum paucos aliquos, sed viginti & amplius Dd. qui expressis verbis* 498 *pronuntient*, per mortem omnium de Collegio, Iura Collegij non extingui, sed apud ipsam Ecclesiam materialem, sive in solo conservari. *Quos inter, ipse quoque Laymannus, insperato adventu, in F. Romani sententiam ter quater-* 499 *vè ultro concessit, citato d. Aulæ* n. 23. 64. & 85. *secum comitem adducens Alexand. Felinum, & Lel. Zecchum.*

„ *Reliquos Dd. non distinguere ait, inter jura ac privilegia spiritualia seu* 500 *Collegialia, & localia materialis Ecclesiæ, sed indistinctè loqui, & docere,* jura & privilegia conservari apud Ecclesiam materialem seu Collegiatam habitu.

501 *Vniversalis autem sermo nihil excludit: & indefinita æquipollet universali; & ubi lex aut Dd non distingũnt, ibi nec nos.* l. 3. in fin. ff. de off. præs. l. de pretio ff. de publ. in rem act. *Doctores enim indistinctè & generaliter loquẽtes ita debent* 502 *intelligi*, arg. l. 2. § generaliter, cum vulg. ff. de leg. præstand. *& tradit in propriis terminis Doctorum & communis opin.* Socinus consil. 55. Præstantissime Doctor-

ctor. colum. 3. numero septimo. *Et generalis dispositio comprehendit singulos casus, licet sit major ratio in uno, quam in alio. ut latè Tiraquell.* tractat. de utro retract. titul. 1 §. 1. gloss. 14. numer. 101. *Anton. Maria Coratius.* libro se- 504
cundo. de commun. opin. titul. 9. numero decimo. *Unde concluditur, communi & unanimi Doctorum omnium consensu, Iura* & privilegia corporalia, seu Collegialia, per mortem omnium de Collegio non extingui, sed in loco seu Ecclesia conservari & manere. 505

Discutiuntur. Sed hæc verè paradoxa, quæ proposuit F. Romanus; quia Dd. supra allegati de Occidente, F. Romanus autem de septentrione, adeoque de peregrino & diverso loquitur, ut supra in singulis Dd. ostendimus. 506

F. Romanus à diversis infert. Quomodo autem ex diversis fiat illatio, nemo hactenus ICtorum aut Logicorum novit. At F. Romanus vult docere & persuadere, ex diversis fieri illationem ad idem. *Mira paradoxa*, si non *monstra*, quæ 507
sibi retineat F. Romanus, me hodie non habebit astipulatorem. 508

Mirabilior erat altera *conclusio* F. Romani ex Dd. allata, nempe quod Doctores doceant, *vivos Canonicos hostium tyrannide ejectos sua retinere privilegia.* Ergo *illi Doctores concludunt, Canonicis etiam omnibus cum Prælato mortuis, locum ipsum retinere privilegia, corpori competentia.*

Nam 1. pro subjecto hujus Propositionis à Dd. propositæ (*Canonici* 509
hostili tyrannide ejecti retinent sua privilegia) *supponitur* à F. Romano *aliud* omnino, nim. *Prælato & Canonicis mortuis locus ipse retinet privilegia.* De- 510
inde ab eodem in parte prædicati fit mutatio; dum privilegia in propositione à Dd. indefinitè accepta, à F. Romano supponuntur determinatè 511
quasi privilegia localia vel corporalia, Et sic syllogismus ex adversum formandus curreret quinque vel sex pedibus seu terminis.

Tum in casu aliquorum Dd. *de privilegiis emortui Collegii* loquentium, 512
argumentatio F. Romani non procedit, quia non sufficienter enumerantur omnium privilegiorum species, ut ab omnium non convenientium remotione ad unum certum inferendum conclusio fieri possit. Nec enim sequitur, *Doctores isti pauculi loquuntur de privilegiis, non personalib. singulariter*, 513
Ergo *de privilegiis localibus vel corporalibus*; quia nullum horum esse posset; sicut non sequitur, *Non est lapis; Ergo est stipes vel truncus*: quia nullum horum 514
esse posset. Sed ita formanda esset argumentatio; F. Romano contraria *Doctores certi tradunt, quod in casu omnium de Collegio mortuorum nullo superstite,* 515
ejus privilegia maneant, quæ non possunt esse personalia singulariter, nec personalia communiter, nec corporalia communiter, nec etiam singulariter & communiter corporalia, nec etiam *mixta* cõcessa reb. propter personas

aut personis in ordine ad locum restricta, *ut infra ostendetur*. Ergo privilegia
516 ea erunt realia rebus ipsis concessa, ijsq; cohærentia, vel etiam quæ concessa personis propter res. Atque ita intelligendus est locus Laymanni. *Censur.*
517 *part.* 1. *loc.* 1. §. *alterum.* à F. Romano *d. paradox.* 25. *numer.* 40. allegatus.

Quòd verò F. Romanus addit, *paradoxum & figmentum esse, quod ubi*
518 Collegium Superioris authoritate & sententia, videlicet, ob Collegiatorum delictum exstinguitur, jura quoque & privilegia localia alicujus Monasterij, alteriusve Ecclesiæ materialis extinguantur; quodque hæc sententia ne ab uno quidem Doctore recepta, neque vera sit; In illo
519 F. Romanus non tantum falsus est, sed & oppugnat supra allatos Dd. Innocent. *in cap.* 2. *de nov. oper. nunc. & ibi* Host. Ioann. Andr. Butr. Cardin. Zabarell. Ancharan. Barbos. Panorm. *in cap. gratum. de elect. numero duodecimo.* Bartol. & Bald. *in l. sicut* §. *in Decurionibus.* Chockier. *de jurisdict. Ordin in exempt. part.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. *& seqq.* Sylvestr. *verb. privilegium supra* allegatos.

Quinimò ipsam S. Rotam Romanam apud Gregorium XV. *decisio.*
520 405. *numer.* 1. ibi. *quia cum Ecclesia Sancti Cypriani fuerit authoritate Episcopi diruta, fuit non solum extincta parochialitas, si qua per prius adfuit, ut in decisione dicitur, sed etiam beneficium ipsum.* Abbas. *in cap.* 2 *numero quinto de nov. oper. nunc* Selva. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 42. *in fin.* Et ibi Oliver. Beltramin. *in verb. parochialitas*, qui ait: *Distinguunt Dd. communiter*
521 *in hac materia, aut Ecclesia destruitur authoritate superioris, & tunc amittit omnia jura, aut destruitur casu fortuito, & tunc retinet habitu omnia jura, ut post alios Decianus.* consil. 93. numer. 14. libro quinto *& ideo si alia Ecclesia in eodem loco readificetur, retinet omnia jura Ecclesia destructa, uti subrogata in locum prima, ut fuit dictum in Toletana Decimarum* de Zanzedon. d. 12. Iulij. 1570. coram bon. mem. Penia.

NB.

522 Hic verò agitur de juribus concessis Ecclesiæ, quæ absque ulla controversia sunt jura realia; Cum jura concessa Ecclesiæ, sint realia, teste ipsomet F. Romano. At destructa Ecclesia authoritate Superioris
523 sine spe refectionis, extinguuntur ejus jura, adeoque exstinguuntur jura realia.

524 Et ne ullus ambigendi locus superesse possit, audiamus Albertum „ Brunum *in tract. de refection. concl.* 4. *lim.* 3. *numer.* 27. Tertiò, *inquiens*, „ prædicta conclusio limitatur, ut non procedat in destructionibus, quæ non „ sunt in arbitrij potestate. Nam in his durant prior Iuris dispositio & „ priora jura & privilegia circa rem refectam per ea, quæ dicuntur de Ec- „ clesia diruta penitus, & postmodum refecta, ut non amittat ex hoc privilegia

vilegia indulgentiarum , & similia , quando fuit de facto destructa , & »
sic non ex potestate destruentis; *Secus* autem est[*], ubi de jure fuisset de- » 525
structa , & sic ex potestate destruentis, ut nor. Innoc. & Can. *in c. cum ex* »
injuncto per illum text. de nov. oper. nunc. Bald. Angel. Alber. Flor. & commu- » NB.
niter Scribentes. *in d. l. servitutes. §. si sublatum. ff. de servit. urb. præd.* & Bald. & »
Ang. *in l. proponebatur. ff. de judic.* & Alex. *in l. grege. ff. de legat. 1.* Idem di- » 526 NB
centes in Monasterio destructo & refecto, &c. Alex. *d. loc.* qui dicit, prædictam »
opinionem esse communem. Bald. *tit. de pace Constantia. in verb. Imperialis n. 8. &* »
cons. 321. & cons. 367. n. 6. incip. Venerabilis vol. 4. Gail. *2. obs. 61. per l. si ususfruct.* »
ff. quib. mod. ususfr. amitt. late Andr. Isernia. *in §. & iterum si Clericus. al. Item si* »
Clericus in additione magna. n. 23. de Capitulis Corradi , quem sequitur *ibidem* »
Matth. de Afflictis. *n. 12. & seqq.* Quid si, *inquiens*, Ecclesia, Collegium, Uni- » 527
versitas vel Civitas habens feudum ab alio dissolvatur, destruatur vel annihi- »
letur, an feudum tunc aperiatur Domino; Et quidem potest fieri dissolutio, » 528
destructio & annihilatio, per illum & illius authoritate , qui potestatem ha- »
bet, ut per Papam vel Principem propter delictum, sc. Collegii, Universitatis »
& Civitatis, seu Ecclesiæ, id est, fidelium Congregatorum ad illam Ecclesiam, » 529
quia Ecclesia est Congregatio fidelium; vel propter delicta , quæ in Ecclesia »
committebantur, erat forte in loco sylvoso, vel alio, ubi receptabantur latro- »
nes, vel aliquod grave horrendum vel obscœnum commissum est, vel aliam si- »
milem causam , & sic jubet, qui potestatem habet, ut destruatur. Nam & » 530
Civitas patitur aratrum, sicut Carthago, & non tantum persona delinquentis »
pũitur; sed & ipse locus inanimatus & insensatus; Sion *ut ager arabitur, & Je-* »
rusalem ut custodia pomarii erit. 1. q. 1. §. judices. Mich. 3. & in detestationem cri- »
minis commissi in loco seminatur post aratrum, sal in loco destructo: habe- »
tur *Judic. 9. v. 45.* Abimelech oppugnabat civitatem, ut ea destructa, in ea sal » 531
dispergeret : & thuribula etiam, in quibus incensum illicitè est oblatum, ne »
in usu de cætero essent, sed potius indignationis & ultionis Divinæ memoriæ »
conflata sunt & igne purgata. *7. q. 1. deniq. circa fin.* quæ fusissimè ibidem *Affli-* »
ctus prosequitur. *Et paulo post:* Ecclesiâ destructâ privilegium ejus evane- » 532
scit. *16. q. 7. Et hoc diximus. x. de V. S. Abbate. de nov. oper. nunc. c. 2.* & ibi plenè »
de hoc per Innoc. tunc locus etiam non videtur remanere sacer. *ff. de relig.* » 533
cum in diversis. in fin. & l. cum loca. secus si sine authoritate habentis, etiam casu »
destrueretur, sacer remanet. *ff. de contrah. empt. l. ade.* Dissoluto ergo Colle- » 534
gio vel Ecclesia taliter, & statim res, bona Ecclesiæ, acquiruntur Papæ dicit »
glos. *ff. quod cujusq. Univ. nom. l. sicut. in fin.* Andr. de Isern. *d. loc.* »

Neque his obstat Argumentum F. Romani factum in contrarium videli- 535 **Commenta**
cet, *quod quando Superior Ecclesiam vel locum sua authoritate destructum, alteri* **Hayana.**
Ordini vel Collegio uni & incorporat, tunc etiam jura & privilegia materialis Ec-
clesiæ tanquam loca & rei affixa transferat; quod fieri non posset, si extinguerentur.
Extinctorum enim & non extium nulla est unio , nulla incorporatio. Laym. fol.
466. just. defens.

 Siqui-

536 Siquidem facilis est *Responsio*. Nam aut Superior destruxit Ecclesiam vel locum cum *re & spe*, vel ut non sit spes restaurationis; & tunc si postea mente mutatâ substituat aliquod Collegium, priora privilegia loco vel Ecclesiæ

Respondetur.

537 concessa non reviviscunt, sed prorsus sunt alia & nova: sin verò destruxit *re tantum*, non autem *spe*, sed relictâ spe restaurationis & surrogationis alterius Collegii; tunc factâ subrogatione privilegia fictione juris quasi durasse censentur. Alber. de Rosat. *in l. inter stipulantem, §. sa. ram. ff. de V O.* Bald. *in l. sicut. § in Decurionibus. ff. quod cujusq; Univ. nom. & ibi* Bart. Baldus *in l. qui res.*

538 *§. aream ff. de solut. n.* 23. Eoque faciunt tradita ab Isern. & Afflict. *in d. §. & iterum si Clericus. de Capitulu Corradi.* Afflict. *n.* 16. 17. Et ab Andr. *in c. 1. de natur. success. feud.* ubi ait, *quod quædam sunt, quæ quando fiunt, sunt incerta, sed ex posteriori eventu declarantur, & cum sunt declarata, retrotrahuntur, scil. ad illud tempus, quo facta fuerunt*, ut ff. si cert. pet. l. proinde. & ff. de reb. dub. l. quædam sunt, & ff. de castr. pecul. l. proponebam & ff. de testam. tutel. l. jure nostro. *Vid. Andr.* d. loc. & in c. 1. addit. 2. sub num. 27. de natur. success. feudi.

539 Atque ita *Respondendum* est ad exempla à F. Rom. *d. loc. allegata*, quod nim. quædam Ecclesiæ & Monasteria *Templariorum* & *Humiliatorum* aliorumque cum juribus & privilegiis localibus sint aliis applicata. Quin quod Monasterium *Bruel* ab Ordine S. Benedicti ad Carthusianos per Innocentium Papam VIII. & Monasterium *Ebersperg* cum omnibus juribus & pertinentiis suis ad

Resp. ad exempla Templariorum, &c. à F. Romano allegata.

540 Societatem nostram per Clementem Papam VIII. legitimè translatum agnoscat F. Romanus, omni meliori modo *eam confessionem* acceptamus; Proinde frustra alibi *allegat.* 477. eam impugnavit.

Confessio F. Romani acceptatur.

541 Alia est ratio Monasterii *Beselich*, de quo *in allegat.* 461. quia licet Collegium ipsius morte omnium de Collegio fuerit extinctum; non tamen ipsius jura realia, ea proinde rectè simul dicuntur cum Ecclesia Collegiata ipsa transferri.

542 Deinde notandum est, quod in unione & applicatione monasterii *Ebersperg* opus fuerit suppressione titulorum & jurium monachalium; Eò quod illud adhuc à quibusdam monachiis sed flagitiosè viventibus teneretur. Cujusmodi suppressione in aliis monasteriis conventu destitutis opus non est; sed tantum, ut ea aliis Ordinibus applicentur iisq; jurium realium fiat associatio.

543 Atque ex his patet 1. totam F. Romani conclusionem *n.* 39. propositam & *n.* 42. repetitam falsis niti fundamentis; ideoque ipsam totam nullam esse.

544 2. P. Laymannum *part. 1. loc. 1. § aliqui.* extra terminos supra ex Dd. propositos

544 & deductos, nihil concedere. Tum apertè falsum esse; quod viginti & amplius Dd. expressis verbis pronuntient, *Per mortem omnium de Collegio jura (intelligendo corporalia) Collegii non extingui, sed apud ipsam Ecclesiam materialem, sive in solo conservari; quos inter Laymannus in ipsius Romani sententiam ter quatervè ultro concesserit* in Aulæ Asbesto. n. 23. 64. & 85.

Porrò

Porrò quod ait Romanus *n.* 43. Dd. non *distinguere inter jura & privilegia spiritualia seu Collegialia & localia materialis Ecclesiæ, sed indistinctè loqui, adeoq; indistinctè & indefinitè accipiendos esse.* per l. 3. in fin. ff. de off. præsid. l. precio. ff. de publ. in rem act. *Indefinita autem propositioni æquipollere Universalem, quæ nihil excludat. latè Tiraq.* tract. de jur. retract. *tit. 1. §. 1. glos. 14. n. 101. *Anton. Maria Coratius* lib. 2. de commun. opin. tit. 9. n. 10. Hoc ipso F. Romanus contraria hic allegat. Nam immediatè ante *n.* 40. 41. 42. dicebat, hos Dd. non ita indefinitè nec indistinctè *de omnibus* juribus & privilegiis extinctis, sed solum de corporalibus, non autem realibus, accipiendos; nunc autem *n.* 43. dicit, ipsos Dd. indistinctè loquentes de juribus & privilegiis indistinctè etiam accipiendos esse. Ita F. Romano placet varietas, unoque ore idem album & nigrum asseverat.

546 *F. Romanus referens Dd. indistinctè loqui.* *F. Rom. [illegible] mè [illegible] re-tract.*

547 *Respondetur.*

548

At dices, F. Romanus solum dicit, *privilegia indistinctè accipienda esse, quando agitur de eorundem conservatione, non verò quando de eorum extinctione.* 549 *Instantia.*

At Dd. à F. Romano citati *eodem in §.* eodemque modo, licet per oppositum, de conservatione privilegiorum loquuntur, quo de eorum extinctione, ut palam est *ex supra cit. Dd.* Nam dicunt Collegio, per authoritatem Superioris destructo perire privilegia; secus si facto hostium; Cum oppositorum eadem sit dispositio per contrarium. *l. & si contra. de vulgar. l. pen. C. de solut.* Et idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. *l. fin. § fin. ff. de legat. 3.* 550 *Respondetur.*

Quicquid sit de his F. Romani contrarietatibus; Nos inhærentes Dd. principiis, secundum ea distinximus, & juxta distinegudos casus supra recensitos respondimus. Ex quibus videre licet, quòd F. Romanus cum omnibus commentis suis nihil contra nos profecerit.

RESOLUTIO CAP. IV.

Vtrum omnibus de Collegio Religioso mortuis dominium & possessio Collegii illius sint extincta? Vel, Vtrum Monasterium materialiter sumptum, seu prout dicit locum bonaque Monastica Collegij Religiosi emortui &c. respectu Domini immediati ficti vacet?

§. I.

PRo hujus quæstiunculæ resolutione notaveram *num.* 1. I. *dominium & possessionem* dupliciter posse accipi. 1. *formaliter* pro facultate ipsa dispositionis.

sitionis Domini vel jure possessionis possessoris. 2. *terminativè seu objectivè,*
2 pro rebus ipsis dispositis ac possessis. Quoad *prius*, ita formandam quæstionem; *Vtrum dominium & possessio Collegii Religiosi emortui sint extincta.* Quoad *posterius*: *Vtrum bona Collegii Religiosi stabilitatem in loco voventis & emor-*
3 *tui vacent.* Utramque quæstionem præmissam dixeram eodem redire, ut patet ex bonorum *vacantium* definitione, quod scilicet eorum nec re, ne spe, detur Dominus, nec *possessor*, nec etiam privatus. *l.4.C.de bonis vacant.* Bart. *in l.fidejussor.§.cum fidejussor.n.1.in princ.ff.de fidejuss.& in l.si bona.ff.de acquir. poss.* vel cum privatus non adest, qui habet jus petendi. Daoyz. *in indice juris civilis.verb.bona vacantia.ex* glos. *in verb.gradatim.in l.intra quatuor.ff.de divers.& temp.prescript.n.2.* ex F.Rom.*q.1.n.48.& seqq.usq. ad 50.51.& seqq.* re-
4 tuleram, quod ipse distingueret: *Bona*, inquiens, *Collegii Monastici emortui verè vacantia censeri debent respectu Domini immediatè, qui sit Abbas & Monachi intitulati; non verò respectu Domini immediati, qui juris intellectu est ipsa*
5 *Monasterialis Ecclesia; nec respectu mediati, sive sub alternati, qui est Christus,* d.q.1.n 50.51.*Ecclesia Vniversalis, S.Benedictus*, n.58. *Ordo* d.n.50.51.*Vnio vel Congregatio aliqua Ordinis, vel ejusdem etiam Caput.*n.29.

Opinio F. Romani.

§. II.

6 UNde duplicem formaveram quæstionem, quarum *prior*: Utrum locus & bona Collegii Religiosi stabilitatem in loco voventis & mortui respectu Domini immediatè etiam ficti sint vacantia. *Posterior* verò erat: utrum locus quoque & bona illa respectu Domini mediati vacent. *Priorem in q.1.*
7 *c.4.* ac *posteriorem*, quatenus dicit respectũ ad Christum, Ecclesiam Universa-
8 lem, S.Benedictum in *q.1.appendice*, quatenus verò dicit respectum ad ordinem & unionem. *q.2.astri Eclipsis* tractaveram.

Ad tandem refellendam status quæstionis movetur.

§. III.

9 HIs propositis quæstionibus *n.3.* notaveram 1. ex glos. pragm. Sanct. *in §.1. verb. vacatio de collat.* quam sequitur Alber. de Rosat. *in repert. verb. vacare*, quod *vacare* in jure *tripliciter* potissimum capiatur. 1. *pro* intendere animum & operam navare. *l.non distinguimus.§.sacerdotio.ff.de arbitris.Clem. dudum.de sepult.* 2. *pro* deficere, ad quam significationem citat d.glos. *l.1.ff.de vacat.mun.* quæ tamen eam non probat; potius facit *c.fin.ne sede vacant. §. quod autem 7.Inst. de usucap. & l.4.C.de bon.vacant.* 3. cessare, *pro* qua significatione citat Alber. de Rosate *in repertor.suo.Auth.de nupt. §.pen. in vacantibus, id est, cessantibus facit potius l.qui tertiam.ff.de adil. Edict.ibi, quibus (diebus) morbus vacaret.*

Vacare in jure tripliciter capitur.

10 Rursus insinuaveram, verbum *vacare* in secunda significatione *multiplici-*

ter

ter accipi posse. 1. quando quidem rei Dominus est, sed non comparet, ut si quis rem habeat pro deserto. *l.7.l.8. ibi. si vacanti & destituto solo. C. de omni agro desert.* aut quando possessor possessionem relinquit vacuam. *l.37 ff. de usucap.* vel domum. *l.pen.§.1. ff. de usu & habit.* 2. quando nec adest Dominus, nec possessor; extat tamen hæres, qui speretur hæreditatem aditurus. *l.30 ff. de vulg. & pupill. substit.* 3. quando & Dominus & possessor tum hæres deficit. *l. inter quatuor. 10. ff. de divers. & tempor. præscript.* vel quando neque Dominus neque possessor neque hæres extat. *l.2. in fin. ff. ad SC. Tertull. l 38. ff. de jure fisc.* glos. *in l.4. & l. ult. C. de bon. vacant.* Bart. *in d.l. si bona. ff. de acquir. poss.* Alberic. de Rosat. *in repert. suo.* Atque in hac *ultima* significatione (quâ etiam hic analogice accipimus) bona propriè solent dici vacare vel esse vacantia *ex dd. ll.* Vacatio autem hic accipienda est non in ordine ad Titulum; sed 11 quoad proprietatem & possessionem; sicuti alias beneficium incorporatum alteri dicitur ejus fieri proprietas, nec quoad titulum collativum, qui per unionem extinctus est, amplius vacare. Vid. Gonzal. *in reg.8. Cancell. glos.5.* quod ad evitandam F. Romani æquivocationem notandum est.

§. IV.

N 4. subjunxeram, quod F. Romanus *q.1 n.48.* vacare propriè esse definiat, quod à nemine est occupatum seu possessum, idque ex glos. *in verb. (pro quo ex errore typographi, suppositа erat rubr. text.) vacantium extra. ne sed. vacat.* 12

Vacare quomodo à F. Romano accipiatur ac definiatur.

Ad quam glos. definitionem notaveram, eam apud glossam *in extr. ne sede vacante*, non reperiri. 13

Neque etiam hic probam esse, quod hæreditas jacens, nec sit occupata nec possessa; nec tamen propriè dicatur vacare, ut ipse F. Romanus *d.q.1.nu.* 14 49 concedere deberet.

Sed refellitur.

Reponit F. Romanus *allegat. 55.56. Cum talpis perdidisse oculos, qui ita legerint: Neque enim allegaverat ipse F. Romanus glos.* in rubr. text. ne sed. vacant. „ 15 *Deinde licet Typographus Astri utrobique* pro extrav. *impresserit* extra, *prætermissa ultimâ literâ v. tamen eo ipso, quod nullum caput* in text. *citaverit, &* verbũ, „ 16 vacantium *apud glos. nec in Decretalibus* extra, *nec in sexto, sub illo titulo inveniatur, oportuisset apertis oculis extravagari, & in extravagantibus communibus* „ cap. illud unicum *inquirere, priusquam ipse falsæ allegatiõis, & ea glossa nõ traditæ definitiõis argueretur*, ibi nim. & glossæ definitio formalibus verbis expressa, & „ à se rectè allegata deprehenderetur. Item *allegat. 249. sub testudine num.* 1. „ 17 multis præviis, iisque hiulcis subsannationibus *n.2.* subiicit, *cit. loc. q.1. c.4. num.4. Hæreditas jacens*, inquiens, *seu non adita, nec est occupata, nec possessa*, „ *ut manifestum est ex terminis, & tamen hæreditas jacens etiam secundum ipsum* „ *F. Romanum* d.q.1. num. 49. *non est propriè vacans, quibus tamen in* Astro *con-* „

Com. Hayan.

trarium è diametro definierat, d. n. 44. *Nam & hæreditas jacens, inter bona vacantia computatur.*

18 Hactenus F. Romanus, qui errorem typographi in exemplum meum impressum irrepsisse vel non advertit, vel certè dissimulat. Irrepsit verò ex eo, quod hæ voculæ, *verb. vacantium.* essent lineâ subductæ, ut aliis characteribus imprimerentur, & ibi in margine notatæ reperirentur hæ voces, *in rub. text.* quæ ad meam subjectam responsionem spectabant, nimirum quod talis glossa *extra in decretalibus*, ne verbo quidem *in rub. aut textu tit. ne sed. vac.* reperiretur. Nam hinc factum est, ut typotheta omissis voculis, *verb. vacantium* subnotatis, earum loco ex margine alias illas voculas *rub. text.* substituerit.

Diluuntur.

19

20 Deinde F. Romanus dum meum incusat errorem typographicum, suum ipse excusare nititur; quod cum ipse notaverit *extra*, ego non in decretalibus,

21 sed in extravagantibus debuerim in locum ab ipso citatum inquirere. At sciendum ipsi est, quod vox *extra* secundùm antiquos Summistas respectu Decreti, & secundùm Legistas respectu juris civilis soleat de Decretalibus, Sexto & Clem. accipi, ubi ea definitio non invenitur, quam ideo etiam istic negabam reperiri; sin Constitutiones extravagantes sint allegandæ, tunc ad voculam *extra* soleat addi, litera U. scribique *extrav.* uti videre est apud Marc. Mantuam *in tract. suo de* modo legendi in utroque jure; quam literam U. cum ego non invenerim apud F. Romanum additam, ideo nec habui causam,

22 cur in extravagantibus locum ab ipso citatum inquirerem. Quod si F. Romanus errorem suum typographicum ignosci sibi vult, & alium illum typothetæ errorem mihi quoque condonabit.

23 Sed hoc misso, definitio, prout à glos. *in extrav. suscepti. verb. vacantium ne sed. vacant.* affertur in ordine ad beneficium, seu jura spiritualia distincta & divisa, qualia reperiuntur in Ecclesiis Collegiatis numeratis, in quibus successio datur, *proba est*; hæc enim jura, si non occupentur, vel quasi possideantur, speretur tamen in iis successor; tunc dicuntur vacare: secus autem obtinet, si ea definitio consideretur in ordine ad jura non occupata in Ecclesia non numerata; ubi successio non datur per nor. Anton. de Burgos. *in c. cum omnes. num. 75. & seqq. de Constit.* tunc enim

Glossa definitio quoad bona vacantia, patitur difficultates.

25 hæc jura dicuntur exstingui, prout *supra in Resolutione cap. 2.* ex Anton. Burg. *in d. c. cum omnes. de Constit. num. 75. & seqq.* notavi. Vid. & Dd. *in l. postquam. in pr. n. 2. ut legat. nom. cav.*

24 Eò faciunt Notata Bartoli *in l. fidejussor. 17. §. cum fidejussor. num. 1. in fin. ff. de fidejuss.* & Antonii Fabri *tom. 1. de error. pragmatic. decad. 3. errore 3. vers. quid si addam.* docentium, quod hæreditas (jacens) sit & dicatur, quamdiu est spes successionis, seu ut adeatur; quando verò illa spes non adest, non dicatur propriè hæreditas, sed sint ejus bona vacan-

vacantia. *per l.* 1. *in princ.* & §. *an bona, de jure fisci.* & *l. non possunt. eod. tit.* & *C. de bon. vacant. per tot.* Graff. *in comm. opin. verb. hæreditas. q.* 1. & 2. *ex communi* Dd. reprobatâ Alciati opinione: quamvis *bona vacantia* vocet Bertachin. *in repert. suo.* hæreditatem vacantem, sed *impropriè*; Cum ita accipiatur non pro jure seu facultate successionis, sed pro bonis hæreditariis; cujusmodi bona hæreditaria *impropriè* dicuntur hæreditas. Rebuff. *in l. nihil aliud est hæreditas* 24. *ff. de R. I.* 26

Hæreditas vacans impropriè dicitur.

Bona verò hæreditaria, ut dicantur *vacantia*, non sufficit, ut ea non sint occupata, nec possessa, sed insuper requiritur, ut non sit spes ea adeundi, seu non sit spes successionis. Bart. *cit. loc.* 27

Ad hoc fundamentum juris convellendum testudineo quidem, sed irrito gradu F. Romanus *ab allegatione sua* 54. 55. *ad allegat.* 249. accedit, ibique ostendere videtur, se non sufficienter doctrinam citatorum Doctorum aut aspexisse aut penetrasse, maximè quando *hæreditatem jacentem* hic inter *bona vacantia* computari existimat. Cæterum assertam à F. Romano *d. q.* 1. *astri n.* 49. definitionem *bonorum vacantium* ex ejusdem Romani *q.* 1. *n.* 51. non *propriè* in tertiâ significatione, sed vel in primâ vel secundâ significatione verbi *vacare*, accipi posse significavi, quo F. Romani, amphiboliâ illudenti occurrerem. 28 29

Reliquos F. Romani errores citata glos. *in extrav. suscepti. verb. vacantium. ne sed. vac.* egregiè confutat, ait enim ibi glos. (vacationem in 1. vel 2. non autem tertiâ significatione accipiendo) *sed quæ beneficia dicentur vacantia in hoc casu.* Dic *Vacans propriè* dicitur, quod à nemine est occupatum seu possessum. Et ideo hæreditas jacens vacare dicitur, nec in eam furtum committi potest, ex quo adita non est. *ff. de effract.* & *expil. l.* 2. *ff. de furt. l. hæreditariæ.* Et potest dici *vacans de jure* & *de facto.* Item *de jure tantum,* non autem de facto, *ut supra de restit. spoliat. c.* 2. Item *de facto tantum,* non autem de jure *supra de concess. præb. cum nostris.* Sed in *primo casu* hoc contingit multipliciter, *Morte*, renunciatione, depositione, permutatione. *Mors* enim naturalis omnia solvit in tantum, quod etiamsi in instanti miraculosè resuscitetur, sicut fecit Lazarus, non recuperaret beneficium, imò ipsum collectores levarent. *arg. eorum*, quæ leguntur & notantur, 32. *q.* 7. *licitè*: nec in beneficialibus aliquid de jure mortui ad successorem transmittitur, seu jus unius continuatur in alium, nisi sola lis incepta prius cum mortuo, & hoc fit de *quadam æquitate*, non de rigore: cum jus beneficiale adeo personale sit, quod personam non transgreditur; imò in successore per omnia jus novum creatur, licet secus sit in successionibus hæreditariis; in quibus successor secundus in jure primi succedit continuando jus primi ad secundum sine innovatione Juris, ut hæc probantur & *supra de præb. c.* 1. 7. *q.* 1. *Moyses. supra ut lit. pendent. sibi, contra quos in fin. ff. de judic.* tam ex 30 31 32 33 34

Vacans quid propriè sit secundùm glos. in extrav.

NB.

34 *contractibus*, eadem fere inculcat Guill. de Monte Laud. *in repet. d. extrav. suscepti.*

Ex quibus F. Romanus, inter alia colligere poterit, quod beneficium morte beneficiati *non* tantum *de facto*, uti perperam opinatur, sed *& de jure* vacet. His suppositis.

§§. V. & seqq.

Bona Collegii Religiosi emortui, sunt vacantia.

35 AD ipsam quæstionem initio Capitis propositam responderam, *omnibus de Collegio Religioso votum stabilitatis nuncupante mortuis sine spe juridica, certa & proxima Collegii similis reparandi, ejus bona respectu Domini immediati, non tantum veri, sed etiam asserti ficti, esse vacantia.*

Probat. 1. Authoritatibus Dd.

36. Quam Responsionem & Conclusionem dixeram *probari* 1. authoritatibus Albert. Brun. *in tract. de interitu. conclus. 5. n. 13. vers. sic & mortuis omnibus.* & Erasmi Chockier *de jurisd. Ord. in Exempt. part. 3 q. 19. num. 2.* qui asserunt, *mortuis omnibus de Collegio, bona ejus fieri vacantia*, idque sine ulla distinctione respectus habendi ad immediatum Dominum verum vel fictum.

37 Non enim distinguunt Doctores, quasi bona ejusmodi respectu Domini immediati veri vacent, non autem respectu ficti Domini.

38 Siquidem ajunt absolutè: *Item mortuis omnibus de Collegio, jus Collegii extinguitur, pereuntque ejus privilegia suntque bona vacantia*, & etiam cum in finem Abbat. *in c. recolentes. num. 3. de stat. Mon.* Archid. *in c. in nulla. 18. q 2.* glos. Dd. *in l. sicut. §. fin. ff. quod cujusque Univ.* Dd. *in c. cum ex injuncto de nov. oper. nunc.* Dd. *in l. servitutes. §. si sublatum ff. de servit. Urb. præd.* Bald. & Angel. *in l proponebatur ff. de judic.* Bart. *in l. ult. num. 2. ff. de Colleg. illic.*

39 Igitur nec nobis licuit distinguere. *l. de precio ff. de publ. in rem act.* quasi mortuis omnibus de hujusmodi Collegio bona fiant vacantia respectu Domini immediati veri, non autem ficti maximè cum & verba Dd. sint generalia nec ab ipsis alibi restringantur,

40 adeoque generatim intelligenda.

Probat 2. Ratione.

41 Deinde idem probaveram *ratione*, ex definitione bonorum vacantium, quod ea dicerentur, quando nec legitimus Dominus sive verus vel fictus, nec possessor exstat, nec adest hæres, vel non adest spes bona ea adeundi vel non adest spes successionis aut surrogationis & quidem juridica, certa & proxima.

42 *Atqui* omnibus omnino de Collegio Religioso stabilitatem loci nuncupante mortuis, non adest legitimus Dominus, sive verus sive fictus; nec possessor, nec hæres, seu non adest *spes certa*, juridica & proxima successionis, ut pa-

43 rebit *ex solutione* objectorum. Igitur omnibus de Collegio Religioso stabilitatem loci nuncupante mortuis, ejus bona erunt vacantia.

F. Ro-

F. Romanus *allegat.* 23 24. 37. & 38. *sub titulo Tribuli; num.* 3 ad authori- 44
tates conatur Respondere, tradens; *Porrò Abbas* in d. c. recolentes. *ipsi non ex-*
hiber, nisi numeros 4 & tamen ego allegem numerum 7. Sed quicquid sit, Abbas eo
loco, & Bart. in l. ultim, numer. 22, de Colleg. illic. neutiquam affirmant, mortuis o-
mnibus de Collegio (particulari) jus Collegij extingui, perireque ejus privilegia, a-
deoque falsam asserit F. Romanus meam allegationem, sed solummodo ajunt, Bo- 45
na Collegiorum dissolutorum, quæ non possunt bona possidere in particulari, re-
manere apud superiorem Collegij, qui disponet de illis tanquam de vacantibus. ar- 46
gum. in l. 1. ff. de Curat. bonis dand. & *sic alias servatum est in dissolutione Colle-*
gij Templariorum. Ex quo Templariorum Exemplo ab utrisque allato, colligi- 47
tur manifestè, tam Abbatem, quàm Bartolum (cum alibi, per omnia cum ipso sen-
tiant) loqui de Collegio totius Religionis, eoque per Summi Pontificis authoritatem,
adeoque de jure, ut hic, extincto. De quibus ipsis allegationibus videatur Astrum 48
quæst. 1. num. 51. *Nam Exempla mentem scribentis declarant, ita ut illud, quod*
constituitur exempli gratia, trahatur ad omne simile, non autem ad dissimile. Bart.
in l. scire oportet. §. oportet. il. 2. num. 7. ff. de excus. tut. & cur.

Commenta Hayana circa D. Laminotatis supra recitatas.

Exempla mentem scribentis declarant.

Et *num.* 4. subjicit: *Neque refert, quod dicat Layman.* Censura astri 8 §.
ostendamus, & §. audiamus, *quod exemplum speciale non restringat regulam* 49
generalem, cui apponitur, ibique Respondet: Verissimum id est, inquiens, *ipseque*
asserit, Regulam illam generalem Doctorum, non restringi ad solum Collegium
Religionis universale v. g. Humiliatorum, Iesuitissarum &c non autem ad parti-
culare cujuslibet Monasterij seu dissimile, cum a dissimilibus non fiat illatio. Idem
de Zasio & Baldo in eandem sententiam per Paulum Layman, Astri Censura 6.
§ 1. allegatis dicendum, qui cum idem Templariorum, adde & Hospitalariorum
exemplum adferant, nonnisi de Collegio totius Ordinis loqui possunt.

Rursus *ibid. num.* 8. addit. *Iam quod Doctores,* inquiens, *mihi adstipulen-*
tur in cap. cum ex injuncto. de nov. oper. *nunc ipse revera non invenit, Contra-* 50
rium enim ibi disertè docent Innoc. num. 2. *Abb* num. 5. *Socin.* num. 12. *Barbos.*
Collectan. num. 4 & *alij. Imò ipsummet caput cum ex injuncto, solummodo*
loquitur de destructione materiali Ecclesiæ, per Iuris sive Superioris authoritatem 51
facta, ibi: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quicquid ædificatum est in Eccle-
sia de Lamech facias penitus demoliri.

Vnde gloss. ibid. in verb. non teneat principale, *quando;* subinferr: *De-*
structa re, destrui privilegia, non loquitur, nisi de casu per textum allato, id est, de 52
destructione facta superioris authoritate.

Deinde allegat 442. 443 *sub titulo Ecclesia Domina. & sub allegat.* 465 &
subseqq. usque ad num. 472. *num* 3. *ac paradox.* 4. ad rationem conatur *respon-* 53
dere, & simul *oppugnare* responsionem meam ad contrarium ipsius argu-
mentum *num.* 6 *ibid.* datam, inculcans, *quod* in Astri q. 1 num. 48. *docuerat,*
authoritate Abbatis. in c. cum super. de caus. poss. & propr. & ibid. num. 18.
glossæ in l. sicut. 7. §. in Decurionibus. ff. quod cujusque univ. *gloss.* in c. causa

Alia commenta Hayana contra rationem à me adductum &c.

» Carpensis.verb.Ecclesiarum de V.S.*Menoch*.13.remed.recup. p oss. nu. 74.
» *Bald*.in l.sicut.§.in Decurionibus ff.quod cujusque Univers.nom. quæst.2.
» 2.*Innocent*.in cap.olim.de restitut.*Frideric.de Senis*. consil.15. unò (ut po-
» steriori loco F.Romanus addit.)*Spec*.titul. de petit. & possessorio & spolia-
» tione.numer.36.ex l.jubemus. C. de SS. Eccles.§.scientes. & § sane,vers.si
» quando igitur,& expressius de Episcop.& Cler.1.raptores. §. fin & diaconis-
» sa.*ibi*,& plenam possessionem,*quod Ecclesia ipsa materialis , sive pari etes, vi-*
» *ventibus & mortuis omnibus de Collegio Ecclesiastico , possidere dicatur bona illi*
» *fundata.& sit Domina bonorum illorum temporalium.*

54 Ad quæ Ego Responderam negādo,quod mortuis omnibus de Colle-
» gio Ecclesiastico vel Religioso,juris intellectu vel fictione,bona subsint do-
» minio loci aut parietum ; quia ut aliquod subjectum sit Dominus aut domi-
» nii capax,requiritur, ut habeat arbitrium suum & voluntatem ; Atqui locus
55 sacer non est illius capax;Cum sit res inanima. Quando autem gloss. & Dd.
» locum sacrum & Religiosum faciunt Dominum, agunt nec Theologos , nec
» Iure consultos,sed Rhetores, per Prosopopæjam locis & lapidibus sacris vitā
» affingendo,*Vt bonorū Ecclesiasticorū invasores à scelere deterreant & revocent.*
56 Hucusque secundùm illum ego , *qui appaream author esse Acatholicis , ut sibi*
minus posthac religioni ducant Ecclesiastica bona invadere , quod ex me intelli- Responsio Hayana 1.
gant, rem longè aliter se habere,quàm per Catholicorum terriculamenta hucusque
» *traditum fuerit.Ex quibus elucet,quod tot celeberrimos Dd; quasi nec Theologicè*
57 *nec Iuridicè scripsissent , ipsosque adeo clarissimos textus Iuris falsitatis arguere,&*
» *omnium communem sensum ac loquendi modum , meo postponere non verear.*
» *Quid quod etiam contra meum Laymannum insurgam (quem tamen.quæst.10.*
58 *numer.9.pro oraculo habeam,veluti scriptorem,in quo nil inveniatur non verum,*
„ *nihil jurium & legum præsidiis non firmum)hunc,inquit,Laymannum, qui* fol.7.
„ suæ nuncupatæ Iustæ defensionis *ipsius F.Romani sententiam expressè tenet, ci-*
„ *tatam glo*.in l.sicut.7.§.in Decurionibus ff.quod cujusque Univ.nom. *Innoc.*
„ *Pan.& Ioseph.Mascar.pro se allegans,ut videre est* allegat.472.

Pergit F.Roman.*ibid.num*.2.Si *materialis Ecclesia,inquiens ,suum habe-*
» *ret arbitrium & voluntatem , quid opus esset fictione seu juris intellectu ?* Cum *sit*
59 *impossibile,ut fictio & veritas sint circa idem subiectum , eodem respectu.* l. filio
» quem pater.ff.de liber.& posth.*Godefred*.in prax.civili.lib.1.tit.8.§. de fictio-
» ne , *plures referens species fictionis.* Et *quid oro communius in jure civili,quàm*
» *quod hæreditas jacens,priusquam sit adita,passim à Dd.Domina vocetur,juridi-*
60 *co & non Rhetorico loquendi modo ? Et quid illa plus habet arbitrij aut volun-*
» *tatis aut juridica spei ? necessariæ causæ impulerunt jurium Conditores , eo-*
61 *rumque interpretes , ut quibusdam rebus ,juris (& non Rhetoricarum figu-*
» *rarum) intellectum attribuerent , qui intellectus seu fictio , eundem in jure*
» *operantur effectum , quem veritas ; quia fictio semper fundatur in equitate*
62

ut in

utin l. sciendum, cum simul. ff. ex quibus caus. maj. *Gomez.* libro secundo resolut. numer. 28, & sequent. apud dict. *Godefrid.* in prax. civili. 63 libro secundo titul. 14. §. conditionalis contractus. *Hinc est, quod tantum valet fictio, quantum veritas.* gloss. mulieris. Authent. de Sanctiss. Episcop. §. si vero constante. *Castrens.* libro primo consil. 6. *& Dd. communiter & c. Gratanter autem addit* F. Romanus, *quod ibidem subjungam, quando spes juridica similis Collegij reparandi, tunc juris fictione* 64 *vel intellectu particularem Ecclesiam constitui Dominam bonorum Collegij emortui.* 65 *Sed quo pacto, (rogat F. Romanus) tunc Ecclesia constituitur* 66 *Domina? an & unde tunc accipit arbitrium & voluntatem & capacitatem dominij? Cur etiam durante Collegio, dicunt Dd. Ecclesiam materialem, bonorum suorum esse Dominam? Cur eo tempore domina non sit, quo vivunt, qui Ecclesiæ, Dominæ suæ deserviunt? An ei primum voluntas nascitur, quando voluntas Collegiatorum moritur? Quâ ergo ratione dicetur* 67 *Prælatus agere nomine suæ Ecclesiæ? Et quomodo dicit Apostolus: qui servit altari, vivat de altari, si altare nihil possidet? an verò lapidem altaris comedere Presbyter jubetur?* 68 *Vide.* cap. 1. de success. ab intest. *ibi altari cui serviunt, omnia perpetuo sanctificentur, & in jus eius tradantur. An etiam iam sacri Canones, ipseque Paulus Apostolus, ut Rhetores loquuntur? Si* 69 *velim sentire cum paucis; vel potius cum nullo, saltem loquar cum multis, ne ex Brasilia recens advenisse credar. Videatur ad rem præsentem inferius allegat.* 465. *& seqq. ubi* numer. 3. & 4. *supra cit. Dd. verba aliqua recens ac sese ad aulam.* numer. 22. *remittit*, Tum numer. 5. *& sequent.* 6. 7. subjungit.

Quid quod & ipsum beneficium, (ut ibidem dixi) sive vacet, sive non vacet, dicitur possidere bona sua particularia, ut not. Innoc. in c. 70 in literis. de restitut. spol. & Abb. in cap. dudum. 2. de elect. *& alii. Idem sentiunt Rebuff. Archid. & Doctores, quicunque asserunt*, omnibus de Collegio mortuis, jus Providendi devolvi ad immediatum Superiorem; *Cum* 71 *enim nemini possit provideri de beneficio extincto, seu quod nullibi est, sequitur hos Dd. sentire, adhuc superesse beneficium, seu Ecclesiam cum suis juribus Collegialibus & titulis, post mortem omnium Collegiatorum, cuius providenda ius devolvi tam disertis verbis pronunciant.*

Si ergo (ut etiam ex supra allato Brevi Vrbani VIII. evincitur) adhuc 72 *Regularia beneficia, seu Ecclesia beneficiata ibi supersunt, iam superest Domina bonorum temporalium, eo spectantium adeoque bona vacantia non sunt, quæ possessore Domino, & quidem immediato, non carent; ubi fictio tantum valet, quantum veritas, prout & in iure civili, quamdiu hæreditas iacens, est Domina tamdiu bona non sunt vacantia, quæ ad fiscum deferantur. Bartol.* dict. §. in Decurionibus, in l. sicut. ff. quod cujusque Univers. n. 3. & 4. *Vide quæ supra diximus alleg.* 442 *& seq.*

Nec

37 » Necest, *quod ego objiciam, bona Templariorum aut Humiliatorum, post*
Anteoccupatio Hayana. *extinctum Ordinem, fuisse verè bona vacantia, quantumvis eorum proventus &*
prædia etiam post suppressionem à singulis suis Ecclesiis, & locis Deo consecratis
» *adhuc fuerint, juris intellectu, prætacto modo possessa; adeoque per hanc Iuris ficti-*
» *one Ecclesijs materialibus attributam possessionem, nihil impediri, quo minus ejus-*
» *modi bona, mortuis omnibus de Collegio, verè dicantur bona Vacantia.* ℞. *enim* 1.
74 *Templariorum & Humiliatorum Ecclesias & Monasteria cum adhærentibus*
» *prædiis & censibus, inter bona vacantia Ecclesiastica rectè computari, quod per ex-*
» *tinctionem totius Ordinis, ab Apostolicâ sede legitimè factam, ejusmodi loca, o-*
» *mnibus Dignitatibus, Personatibus, beneficiis Regularibus, fundatis Iuribus &*
» *Privilegiis Collegialibus, certi Religiosi Ordinis, fuerint penitus exuta & denu-*
» *data, & in talem indifferentiam collocata, quâ stante, & novis beneficiis nondum*
» *erectis, nemo particulariter erat in tota universali Ecclesia, qui sibi aliqua collatio-*
» *nem aut successionem, vel illorum bonorum proventus & jura, in genere vel in spe-*
» *cie deberi prætendere potuerit; sed eorundem dispositio, & alterius nova habitualis*
75 *formæ introductio (habitâ ratione ædificationis, nō destructionis Ecclesiæ Catholicæ)*
» *in liberâ Summi Pontificis potestate posita fuerit.*

NB. *Vnde in hujusmodi Ecclesiis & Monasteriis denudatis & extinctis, cessat*
» *integra & completa ratio possessionis, per juris fictionem illis, à legibus, Canonibus,*
» *& Dd. attributa. Id quod locum non habet in Ecclesiis & Monasteriis, quæ morte*
76 *omnium de Collegio particulari non extincta, nec suis fundatis Dignitatibus, Bene-*
» *ficiis Regularibus, Iuribus & Privilegiis Collegialibus exuta, seu privata fuerunt*
» *(de quibus inter nos Disputatio) ubi possessio rectè attribuitur locis Deo consecra-*
77 *tis, adhuc habitualis suæ fundationis, & beneficiorum Regularium formâ imbutis.*
» *Quâ formâ, velut animâ, de Corpore per superioris auctoritatem ablatâ,*
78 *nulla remanet in extincto funere Iuris possessio, toti composito per Dd. attributa,*
» *quantumvis illud quibusdam formis partialibus adhuc informatum esse videatur.*
» *Atque hæc Responsio F. Romani sumitur ex meipso* q. 1. Eclipf. c. 4. n. 5 *ubi dicam,*
79 mortuis omnibus de Collegio, *nulla relictâ spe juridicâ & proximâ illi similis*
» *reparandi (prout nulla relicta fuit in Ecclesiis Templariorum) ipsum Collegium,*
» *seu locum Deo consecratum, non esse bonorum Collegii Dominum verum, vel fi-*
» *ctum, nec possessorem, nec sui ipsius hæredem. Imò nu. 6.* ibidem subjungam, *Lo-*
» *cum Deo consecratum, aut parietes, non esse dominii nec possessionis hujusmodi ca-*
80 *paces velati quæ generaliter careant omni rationis arbitrio, & voluntate propria.*
» per l. in re mandata, C. Mandati.
» *Illos autem Dd. qui benignâ Iuris interpretatione, talibus locis & parietibus*
81 *dominium aut possessionem attribuunt, nec Theologos, nec Iureconsultos, sed Rhe-*
» *tores agere, rotundè pronunciem.*
» ℞. 2. F. Romanus; *Etiamsi Templariorum & Humiliatorum Ecclesiæ ma-*
82 *teriales per extinctionem Pontificiam, fuerint exutæ & privatæ omni formâ Regu-*
» *lari & Beneficiali; non tamen fuêre privatæ forma consecrationis, aut titulo invoca-*
tionis

tionis Sanctorum, propter quam, videntur adhuc retinuisse minutam quandam 83
possessionem bonorum sibi adpertinentium; ita quidem, ut si ante novam intro-
ductionem alicujus formæ Beneficialis, in Decimis aut alijs rebus spolium passæ
fuissent, non dubitaret, Romanum Pontificem, velut administratorem omnium bo- 84
norum Vniversalis Ecclesiæ; aut quemlibet ejus, vel dictæ Vniversalis Ecclesiæ
nomine agere posse vel potuisse interdicto, unde vi, quia possessio non erat omnino
vacua, quæ remansit adhuc penes Christum, qui vivit in æternum; & penes uni- 85
versalem & materialem Ecclesiam, non jam ut beneficiatam, sed ut Deo, & San-
ctis ejus consecratam: quia per extinctionem solius Ordinis Religiosi, nihil horum
suppressum aut extinctum fuit.

Nihilominus, his non obstantibus, dicit cum Bart. in l. ult. n. 22. ff. de Col- 86
leg. illicit. *Templariorum relicta bona, rectè dici, & esse bona vacantia Ecclesia-*
stica; quia accessorium sequitur naturam sui principalis: Principale autem hic
censetur Ecclesia, omnibus titulis beneficialibus, per extinctionem Ordinis exu- 87
ta; quæ cum destituta sit vero Domino & possessore immediato, nec ulli successo-
ri per spem juridicam debita, rectè inter bona vacantia, unà cum adhærentibus 88
sibi bonis, juribus, pertinentijs, agris, pascuis, pratis, sylvis, piscationibus, & proven-
tibus quibuscunque, numeratur. Sicut & Castrum, cujus nulli sunt hæredes,
cum omnibus similibus bonis & emolumentis, ad fiscum Principis sæcularis de- 89
volvitur. Dixit F. Romanus *notanter, esse bona vacantia Ecclesiastica, quia*
sicut nomen fisci (ut fatear ego, quæst. 4. Eclips. cap. 2. num. 1.*) non propriè, sed*
analogicè duntaxat Ecclesiasticis bonis applicatur; ita & nomen, bona vacan-
tia, quod est fisci correlativum. Ideóque in corpore Iuris Canonici, non invenitur 90
titulus de jure fisci, nec de bonis vacantibus; quia hæc ambo, in sensu Iuris civilis, in
bonis Ecclesiasticis non reperiuntur; Vnde mirùm non est, quod eorum mutua com- 91
paratio claudicet; Cum analogia nunquam perveniat ad proprietatem. Aliud est
in Ecclesijs & Monasterijs non exstinctis, quæ, cum spe juridica fulciantur, & 92
successoribus ejusdem qualitatis & Ordinis sint debita, inter bona vacantia, cum
sibi cohærentibus bonis & iuribus computari non possunt.

Hactenus F. Romanus, qui errorem Typographi in numero commis- 93
sum, de quo supra monui, frustra persequitur. Quod verò attinet ad Dd. à me *Diluuntur.*
allegatos, inprimis ego *in Resolutione cap.* 3. monui, quod F. Romanus ea, quæ 94
ego ex Authoribus de privilegijs *cap. 3. d. quæst.* 1. attuleram, ipse confuderit *1 quoad impugnatas*
cum ijs, quæ *in hoc c.* 4. *sequenti.* de bonis vacantibus, ego tradideram; Ut pa- *Dd. authori-*
tet ex ipsarum *allegationum 19 & seqq. usque* 38. inscriptione, ubi ab ipso cita- *tates.*
tur *quæst.* 1. *cap.* 3. §. *pars tertia. & quæst.* 1. *cap.* 4 *num.* 5. *Astri Eclipsees.* Ita ipse o-
mnia confundit, & miscet.

Deinde ego ex hisce supra allatis propriam ejusdem F. Romani confes- 95
sionem, accepto, quod fateatur, Pan. & Bart. *in locis à me citatis* docere, bona
Collegiorum dissolutorum, quæ non possunt bona possidere in particulari,
remanere apud Superiorem Collegij, qui disponet de ijs, tanquam de vacan-

96 tibus.*arg.in l.1.ff. de curat.bonis dand.* Quod idē cum ego *in d.c.4.* asseruerim eũq; in finem laudaverim Pan. & Bart. non possum citra injuriam à F. Romano falsæ allegationis insimulari.

97 Quod verò F. Romanus *ibidem* regulam generalem Pan. & Bart. per allatum ab ipsis exemplum Templariorum, ad Collegia generatim accepta, seu prout ipse loquitur, *ad Collegia universalia similia* Humiliatorum, Iesuitissarum &c. non autē *ad Collegia particularia*, in Ordine aliquo (ubi singula ferè Collegia de per se, ut loquitur Ant. de Butr. *in c. in præsentia. de prob. sub n. 63. col. antepen.* cõstituunt corpus tanquam dissimilia, vult extendi vel potius restringi; In eo vehementer fallitur; tum quia exempla nō restringunt, sed de-

98 clarant regulam; ut optimè notarunt Layman. *censur. 8. §. ostendamus. & §. audiamus.* atq; ex eo P. Valent. Mangion. *in Theoric. ad n. 52. q. 1. numero suo 128.* Ant. Burg. *in c. cum omnes de Const. n. 282.* Francisc. Niconit. *in c. quoniā contra n. 561 de prob.* Stephan. Costa. *in c. solet. de sent. excomm.* Ioann. Crot. *in c. cum speciali. n. 12. de appellat.* Iacob. de Belvis. *in c. Romana. § contrahentes n. 13. de for.*

99 *comp. in 6.* qui ibidem notat, *exemplum ad omnia similia porrigi*, sicut Alber. de Rosat. *in l. scire oportet. § ult. ff. de excusat. tut. & not. in l. 1. § exemplo. ff. de ædil. edict. l. 1. § quod vulgo. ff. quod vi aut clam. Goed. in l. quid aliud sunt 86. n. 1. ff. de V.*

100 *S.* ubi addit, *Exemplum non restringere, nisi singularis nota, quâ distingui à declaratione debeat, adijciatur.*

101 Atqui hoc in casũ nostro non adijcitur ejusmodi singularis nota, per quam exemplum allatum à declaratione distinguatur; Et ipsum Exemplum Collegij *Templariorũ*, non est ratione comparationis dissimile à quovis Collegio propriè dicto in Ordine aliquo stabilitatem loci promittente; Cum in

102 utroque eadē militet ratio; Nam quod *Iuris est de toto quoad totum, idem juris est & esse debet de parte quoad partem*, quemadmodum est text. notabilis *in l. quæ de tota. in pr. & ibi gl. &* Bart. *notant. ff. de rei vindic. in l. juris gentiũ 7. § adeo. 6. ff. de pact.* ibi. *Si igitur in totũ potest, cur non & pars ejus pactione mutari potest.*

103 Atque hoc *Argumentum à toto ad partem* sumptum, prout debet, nedũ est probabile, sed & *necessarium*, frequens, & utile. teste Everard. *in loc. à toto ad partem n. 1. in fin.*

104 Quòd præterea F. Romanus assertum Iesuitissarum exemplum inter Collegia Universalia extincta vel dissoluta numerat, ineptè omninò istuc affert; siquidē assertarum Collegium haud unquā fuit approbatum; *prout* ta-

105 men omnia Collegia vel etiam corpora, *quæ* Religionis intuitu coeunt, à supremo Ecclesiæ Capite sunt approbanda Dd. *in rubr. & text. de Colleg. illicit.*

106 Bertrand. *cons. 63. vol. 2. part. 1.* Gregor. Tholosan. *Syntagm. juris Universſ. li. 15. c. 32. n. 10. juxta c. per venerabilē. qui fil. sint legit.* Cũ igitur assertæ Iesuitissæ nullũ habuerint Collegium, & fuerint ab initio, & quasi in herba reprobatæ, sic frustra de earũ Collegijs extinctis agit F. Roman. De his infra *in resol. q. 5.* [illegible] Ex supra deductis apparet, quā fallaciter F. Rom. Dd. à me alleg[illegible]

§. §. VI. VII.

Num Ecclesiæ parietes possint dici bonorum Ecclesiasticorum ficti Domini & possessores immediati.

NUnc ea porro, quibus F. Romanus rationem nostram supra allatam, 107 (*quod nimirum Ecclesiæ vel Monasterii materialis parietes non possint bonorum Ecclesiasticorum vel Monasticorum asseri Domini vel possessores*, impugnat, discutienda erunt; priusquam autem id aggrediar, necesse est declarare, quomodo *in d. c.* 4. bona Ecclesiastica vel Monastica acceperim, quò F. Romano 108 omnem cavillandi occasionem præripiam.

1. quoad impugnatam nostram rationem.

Qui alioqui *in horti confinibus sub asserto titulo, Iuris in versio, allegat.* 465. 109 *n.* 2. *& seqq. usq; ad* 472. vult, ut notet lector, *me multo frequentius & libentius sermonem facere de Bonis Monasteriorum, quam de ipsis Monasteriis, quod, ut ait ipse, signum est, bona Monasteriorum, à me vehementius concupisci, quam Monasteria; hæc enim vel prætercam, vel ajam extincta esse, eorumq; Monachos tanti æstimem, quanti nos Christiani Iudæos &c.*

Sed quàm gravis calumnia mihi immeritò impingat, quisq; videt, qui 110 considerat, quòd ego & pro Religiosis ipsis, & pro Monasteriis Ordinis S. Benedicti conservandis, non semel sed sæpius cum Celsissimo, Illustrissimis atq; Excellentissimis DD. Ioanne Ludovico Comite Nassovico, nunc S. R. I. Principe, ac D. Ioanne Maximiliano Comite de Lamberg, D. Ioanne Crane, Aug. Cæsaris, tū D. Comite Claudio de Mesmes, Christianissimi Galliarum Regis Legatis, aliisq; Dominis egerim, prout certis literis docere possum. Cætera, quæ ibidem F. Romanus conglomerat, vel suspicionibus aut judiciis temerarijs nituntur, vel ignoratione Elenchi laborant. Ecquis enim ex illo, quod ego loquar de bonis Monasteriorum, citra suspicionem & judicium temerarium, 111 inferre poterit, quod *à me bona Monasteriorum vehementius concupiscantur*, qui ob professionē solemnē, nullorū omnino bonorū sum capax, quodq; loquēdo de bonis Monasticis, ipsa Monasteria materialiter cōsiderata excludā.

Quando ego ex Dd. & rationibus assero, *Monasteria esse extincta*, non lo- 112 quor de *Monasteriis materialiter*, sed *formaliter* pro Collegijs personalibus acceptis, uti ex supra deductis *in d. Resolutione c.* 1. palā est; quib. conformiter *c.* 2. *de titulis. & c.* 3. *de privileg.* ac jurib. personalib. ac corporalib. egi. Hoc verò *in* 113 *c.* 4. ago de Monasteriis *materialiter*, eorumq; bonis specificè cōsideratis, quæ utraq; etiam alias sub nomine generali *bonorum Monasticorum*, ex communi 114 usu loquendi, intelliguntur quemadmodum ex Caramuele *disput.* 1. *de pace. n.* 7. *conclus.* 4. videre est; qui non rectè Ecclesiarum dotes, in titulum e- 115 rectas, bona esse Ecclesiastica, negavit, ut videre est apud Dominicum de S. Geminian. *in c. cupientes. §. adhuc numer.* 4. *de elect. in* 6. quò faciunt tradita per Bursat. *conf.* 36. *num.* 12. *vol.* 4. Menoch. *conf.* 291. *n.* 31. *vol.* 3. *& conf.* 436. *n.* 24. 25. *tom.* 5. Card. *in clem. quia contingit. sub n.* 1. *de rel. domib.*

Quod autem *per bona Ecclesiastica* generatim accepta etiam nunc com- 116

siastica generatim sumpta comprehendunt etiam ipsas Ecclesias, Monasteria. muniter scribentes intelligant, beneficia, ipsas Ecclesias, Monasteria &c. videntur ex analogia & similitudine quadam juris civilis desumpsisse; Cum in jure civili *bona* generatim accepta significent *universitatem quandam rerum & corporum*, quin & jurium saltem utilium, & quidem *civiliter* cum retentione; *naturaliter* verò cum deductione æris alieni *l. bonorum. 49. ff. de V. O. & ibi*
117 Barthol. Cæpoll. Rebuff. Gœdd. Unde sicut bonorum acceptione 1. *large*, in-
118 telliguntur res & jura, etiam sine detractione æris alieni, Bonifac. de Vitalin. *in clem statutum. num. 1. de elect.* Vacon. à Vacun. *lib. 3. declaration. 48. nu. 85.* *Bonorum acceptione larga quæ veniant.* Abb. *in c. relatum 2. n. 2. de testam.* ubi tradit, *bonorum appellatione* non tantum venire mobilia, sed & immobilia, imò quæcunque & qualiacunque jura &c. per text. *in d. c. relatum.* Ita *ex analogica* ratione etiam bona Ecclesiarum intelligentur *large* comprehendere Ecclesias ipsas earumque jura; *strictè* verò
119 accipientur pro bonis earum temporalibus, ita ut non includant beneficia; quo modo accipiuntur apud Dominicum Geminian. *in c. ubi periculum. §. praterea, de elect. in 6. n. 4.*

120 Hinc *duplex* oritur hìc quæstio, *prior* de bonis ita generatim consideratis, *Num Pralato & Collegis defunctis, nullo omnino superstite, adhuc per aliquam fictionem iuris in alicuius sint Dominio, itē an ab aliquo possideantur, vel vacent, adeoq; an Ecclesia Collegiata morte omniū istius Ecclesiæ Collegarū dicatur vacare.*

Posterior verò Quæstio hæc formatur: *an Pralato & Conventu mortuis, nullo omnino superstite, bona Ecclesiæ istius Collegiatæ temporalia, prout ea non dicunt Universitatem, sint & maneant per fictionem aliquam iuris in dominio & possessione ipsius Ecclesiæ materialis vel vacent.*

121 *Prior Quæstio* huc spectat. Quod si ad eam F. Romanus vellit applicari illud, quod initio propositum fuit, nimirum, quod *materialis Ecclesia dicatur Domina esse, & possidere bona Ecclesiæ*, si hæc genericè accipiantur, ita ut eorundem appellatione veniat ipsa Ecclesia intelligēda, haud dubiè graviter aberrat, neque id ab ullo *Dd. cum* solida ratione asseritur; imò nec asseri po-
122 test; Cum absurdum foret, ut Ecclesia materialis sui ipsius diceretur domina & possessor; eò quod inter Dominum, possessoremque alicujus rei, & rem ipsam dominio subjectam ac possessam omnimoda debeat intercedere distinctio, quæ isto in casu non intercederet; cum pro parte idem simul futurus esset possessor & res possessa, nimirum ipsa Ecclesia, ut doctissimè
123 argumentatur August. Bero, *in c. in literis n. 13. de rest. spol. & in c. 1. de constit. per text. bon. in c. fin. de instit. & in c. fin. de iure patron.* præterquā quod Ecclesia materialis nec verè, nec fictè domina esse aut possidere possit, quemadmodū statim commonstrabitur. Unde etiam Bald. *in cū. c. super. de caus. poss. & propr. n. 1. & c. ex literis, de prob. n. 1. atq; in Margarita. verb. Mortuo Pralato in l. hareditas n. 7. 8. ff. de hare. inst. in l. sicut §. in Decurionib. ff. quod cuiusq; univ nom. & ibi*
124 Bart. *n. 5.* Castr. *n. 10.* dominium bonorum Ecclesiasticorū, dicit esse penes Ecclesiam Universalem, intelligendo *bona Ecclesiastica*, ut hæc dicunt Universitatem quandam, & quidem exemptam à jurisdictione Ordinariorum;

alias

aliàs aliorum bonorum Ecclesiasticorum non exemptorum, in quibus ipsæ 125
etiam comprehenduntur Ecclesiæ, dominium erit penes Episcopum, in cujus territorio sita erit Ecclesia. per not. Cæsar. Lambertin. *de jure patron. 7. art. 1. quæst. princ.* Pan. & scribent. *in c. cum super. de caus. poss. & propr. per text. in c. omnes basilic c. cum c. seq. 16. q. 7.* Ita & de ficta eorundem bonorum Eccle- 126
siasticorum possessione citati Dd. in allegatis modò locis intelligendi erunt.

Quando vero Dd. alii tradunt, *ipsam Ecclesiam esse dominam bonorum Ec-* 127
clesiæ Collegiatæ, eáque mortuis omnibus Collegis possidere, loquuntur ipsimet de bonis temporalibus particularibus Ecclesiæ, ut videre est apud Natt. *cons. 562. n. 12. 13. 15. lib. 3.* Beroj. *in d. c. in literis: n. 15. de rest. spol. c. ex literis n. 18. de probat.*

Deinde illud, quod *Ecclesia* dicitur habere & possidere bona temporalia 128
Ecclesiæ, variè propter nomen *Ecclesiæ* explicant Juris interpretes. Augustinus Beroj. *in rubr. de reb. Eccles. non alien. sub n. 18. juncto. c. in literis n. 15. de rest. spol. & c. ex literis. de probat. n. 16.* ita distinguendo dictum hoc explicat, quod aut Ecclesia Capitulum vel Collegium habeat, vel non habeat: si Collegium habeat; tunc dominium particulare sit penes ipsum Collegium seu Clericos, ut universos, non ut singulos, licet quoad administrationem, usum, sit penes prælatum, clericos particulares & ministros Ecclesiæ: si Ecclesia Collegium quidem non habeat, at habeat aliquem clericum, penes illũ similiter sit dominium particulare utile: sin vero *nec Collegium* habeat, nec aliquem Clerum, sed illo *destituatur*, ut si sint omnes mortui, nullo superstite; tunc variæ occurrant Dd. opiniones, quia cum isto casu nomine Ecclesiæ 129
metonymicè nec Capitulum aut Collegium, nec clerus aliquis intelligi videatur, hinc certant inter se Doctores, quid nomine Ecclesiæ tunc intelligendum sit, quomodo item tunc possidere dicatur; quas Dd. opiniones cum aliorum authorum censuris placet paulò fusius referre. Alii dicunt, locum 130
ipsum consecratum seu Ecclesiam materialem jus habere, & possidere; Sic isti accipiunt *Ecclesiam* pro parietibus aut muris Ecclesiæ, quasi ipsi habeant jus possidendi, quemadmodum Archiepiscopus Moyses & Guilielm. *apud* d. glos. *in d. l. sicut. §. in Decurionibus ff. quod cujusque Univers. nom.* videntur accipere. Verum hos reprobant Baldus *in Margarita suâ ad* Innoc. *& in l. sicut.* 131
§. in Decurionibus. n. 4. q. 3 & ibi Alberic. de Rosat. *n. 9.* ac Odofred. *quod cujusque Univers. nom.* Alberic. *in l. cum hæredes. §. item quæro.* & ibi Franciscus Aretin. Raphael Cuman. *ff. de acquir. poss.* item Cuman. *in l. 1. § municipes. ff. eod. tit. de acquir. poss.* ex communi Dd. Et quidem Baldus ait, quod in isto Archiepiscopus fuerit grossi capitis, quia impossibile est, ut res inanimata possideat, &c. Cum nec animum possidendi habeat. Alberic. de Rosat. *in d. l. sicut.*

Quare Alberic. de Rosat. *in d. l. sicut. §. in Decurionibus.* per *Ecclesiam* intel- 132
ligit *Universitatem fidelium*, Baldus *in d. l. sicut. §. in Decurionibus. existimat*, quod quando dicitur Ecclesia habere & possidere bona temporalia, illud in- 133
telli-

telligatur *de Ecclesia non materiali, sed intellectuali*, quæ saltem fictitiè & interpretativè, licet non verè possideat, in quo autem consistat ista intellectualis Ecclesia, ibi non explicat. Videtur tamen *in l. 2. C. de servit. & aq.* indicare, quod consistat *in titulo, aut jure aliquo reali* Universitati vel ipsi Ecclesiæ competenti, in quo bona temporalia comprehenduntur, quemadmodum etiam Augustin. Beroj. *in c. ex literis n. 20. de probat. & in c. quoniam n. 97 de jure pa-*
134 *tron.* notat. Ratio *in d. l. 2. n. 64. C. de servit. & aqua. & l. si verò ad se fundum ff. unde vi.* videtur desumpta esse *ex leg. eum qui. 23. & l. rerum mistura. ff. de usurp. & usucap.* quod per jura Universitatis, non verò per corpora, sive *in specie* vel in individuo, *sive in genere* etiam pro corpore integrali accepta, acquiratur Universalis & singularum ejus Universitatis rerum possessio. *d. l. eum qui*
135 *23. ff. de usucap.* eò quod corpora sive in specie sive in individuo considerata, vel etiam corpora integralia, *qualia sunt domus, navis*, non porrigantur ad singulas res; secus autem de Corporibus Universalibus aut Universitate
136 corporum, *d. l. eum qui 23. l. rerum mistura. ff. de usucap.* Unde si quis possessionem fundi apprehendat, non acquiret possessionem aliarum rerum & fundorum ad præbendam pertinentium; secus si ipsam præbendam in jure con-
137 sistentem apprehendat. Bald. *d. loc.* Ferretus *in consf. 138. n. 5 part. 1.* hanc adducit rationem, quod bona & fructus à titulis dependeant, atque ad eos, tanquam accessoria ad Ecclesiam vel beneficium veniant consideranda. Et Pacianus *lib. 2. de probat. c. 31. n. 14. 15.* dicit, quod qui accipit possessionem Ecclesiæ, ac-
138 quirat illius tanquam partis principalioris possessionem. Cujus sententiam & rationem S. Rota Romana variis præjudiciis confirmavit. *decis. 171. 634. 601. n. 3. 649 n. 3. 5. part. 2. & decis. 117. 183. part. 1. in recentior. atque apud* Gre-
139 gor. XV. *decis. 54. n. 2. & decis. 364. n. 1. & ibi* Oliver. Beltramin. *in annot. n. 6.* ita ut quisquis hoc titulo ac jure reali Ecclesiastico Universali potitus fuerit, ejusque quasi possessionem nactus, simul omnium bonorum illi connexorum, dummodo sint vacantia, nec ab alio nomine Ecclesiæ occupata, possessionem fictione juris apprehendisse censeatur. Gregor. XV. *d. decis. 54. n. 3.* late Anchar. *in regul. beneficium. de regul. jur. lib. 6.* Mascard. *de probat. conclus. 1323. n. 11.* sic & beneficium qui apprehendit, omnia bona ei connexa apprehendisse censetur, ut ipsemet F. Romanus *in aula sua n. 22. & allegat. 465 usque 472. n. 5.* ex Innoc. *in c. in literis de rest. spoliat.* & Abb. *in c. dudum. 2. de elect.* astruit. Covarr. *3. resolut. 16. n. 13.* Rot. *diverf. decis. 19. n. 7. part. 2.* Gonzal. *in reg. 8. glos. 34. n. 109.*

140 Non obstat *l. qui universas. 31. in princ. ff. de acquir. poss.* ubi dicitur, qui uni-
Instantia. versas ædes possidet, singulas res, quæ in ædificio sunt, non videtur possedisse.
141 Nam ut *Responsionem*, quæ in additione ad Bald. *in d. l. sicut. §. in Decurionibus.*
Solvitur. affertur, quod istic possidens non habuerit animum simul singulas res possidendi; secus autem si haberet in casu proposito à Baldo; aut quam Angel. *in d. l. sicut.* affert, quod istud fallat, si alius singulas res teneat vel occupet, *omit-*

omittam; ſolum eam refero, quam Martinus Delrio *in d.l. qui unive*[illegible] 142
it, quod nimirum iſta lex, *qui univerſas*, veniat intelligenda, & expli[illegible]
ſupra d.l. eum qui 23. ff. de uſucap. ubi diſtinguitur; aliud obtinere in *d*[illegible]
ſeu corpore domus, aliud verò in Univerſitate domus vel ædiũ, ut cũ h[illegible], nõ
cum illa tranſeant ſingulæ res & acquirantur, quemadmodum cum Univer- 143
ſitate multæ res, quæ in ea comprehenduntur, tranſire dicuntur, aliàs per ſe
non tranſituræ. gloſ. *fin. in l. in modici. 24 ff. de contrah. empt. & in lib. feud.* [illegible]
feudum. & gloſ. totum, in c. 1. §. 1. de lege Corradi. Alber. de Roſat. *in repe*[illegible]
verb. Vniverſitas per l. quædam ff. de acquir rer. dom. Bald. *conſ. 335 n. 4. vol. 1.* 144
Unde capta poſſeſſione vel quaſi beneficii vel juris realis, capta etiam
dicitur poſſeſſio omnium & ſingularum rerum ad beneficium ſpectantium,
quæ cum Univerſitate tituli accepti & re ipſâ acquiſiti in ipſum beneficiatum
tranſeunt. Dd. *ſupra cit.*

Atque hinc patet, quod quando dicitur, *Eccleſia eſſe Domina & poſſidere* 145
bona temporalia, vox *domina* & vox *poſſidere* valde impropriè, imo impropriiſſimè accipiantur, & quidem vox *domina* capiatur pro prædominante, ſicuti in ſervitutibus realibus prædium ſuperius, cui ſervitus à prædio inferiori debetur, dicitur prædominans, uti videre eſt *in S. Rota ita declarantis deciſione 658. part. 2. in recentior.* Similiter vox *poſſidere* valde impropriè accipiatur, 146
Cum titulus non ſit ipſum quod, ſed quo poſſidentur à Clerico bona temporalia Eccleſiæ. per *not. Dd. in c. beneficium. de R. I. in 6. & d. deciſ.* Rot. ſicut prædium prædominans non eſt quod, ſed quo poſſidetur prædium inferius ſerviens; Vel certè Metaphoricè accipietur, quemadmodum notat Albericus de Roſat. *in d. l. ſicut. §. in decurionibus.* ubi ſic illam vocem accipi dicit, ita dicitur à pœna poſſideri dãnatus ad metallum. *Auth. de nupt. §. quod autẽ in pri.* 147
de qua nemo affirmarit, quod pœna verè vel etiam fictè condemnatum poſſideat, ſed dicatur tenere ſuos authores; ita aliquo modo titulus Eccleſiæ tenebit vel etiam continebit bona temporalia, quod ab eo *dependeant* illique ſint connexa.

Cujusmodi tamen ſignificatio & acceptio non impedit, quò minus *Vni-* 148
verſitas bonorum, vel etiam ſingula bona temporalia, ſi nullus ea occuparit aut poſſederit, dicantur vacare, ut patet ex Gemin. *in c. cupientes. §. adhæc. n. 4. de elect. in 6.* Rot. *deciſ. 54. n. 3.* apud Gregorium XV. & Maſcard. *d. concluſ. 1323 n. 14 fin.*

Quin etiam ſi argumentum F. Romani quicquam concluderet, nunquam 149
bona Eccleſiaſtica poſſent dici vacantia, quod repugnat *d. deciſ.* Rot. 54. *n. 3. &* auctoritati Dd. apud Maſcard. *d. concluſ. 1323. n. 54.*

Neque obſtat, quæ exadverſum F. Romanus in diverſis locis allegat, nim. „ 150
quod fictio in jure eundem operetur effectum, quem Veritas; quod fictio „
[illegible] fundetur in æquitate, *ut in l. ſciendum. cum ſim. ff. ex quib. cauſ. major.* „
Gom[illegible] *2. reſolut. n. 28. & ſeqq.* apud Gothofred. *in prax. civil. lib. 2. tit. 14. §. con-* „
[illegible] *contractu.* Hoc eſt, quod tantum valet fictio, quantum Veritas gloſ. „

multæ

,, *mulieris. Auth. de SS. Episc. §. si vero constante.* Castr. *lib.* 1. *consf.* 6. & Dd. com-
151 ,, muniter. Ita F. Roman. *allegat.* 443. *& paradox.* 4. quodque veritas & fictio
,, nunquam stent simul in puncto ejusdem rei, ideoque sacer locus sive parie-
,, tes dicantur possidere, non verè & propriè, sed fictione juris & impropriè;
,, quod enim per fictionem est tale, non est propriè tale. *l. Cornelia. in fin. ff. de*
152 ,, *testam.* Quin etiam ex eo, quod *parietes non sint capaces dominii veri*, perperam
,, dicit argumentum duci; quasi non sint capaces dominii juris intellectu ficti.
153 ,, Homo verus & homo pictus seu fictus, in hoc differunt, quod ille habeat ca-
154 ,, put verum, veros oculos, veros pedes & manus, iste fictos. Unde merito
,, quis exsibilaretur, si contenderet, hominem pictum non esse hominem pi-
,, ctum seu fictum; ex eo, quod homo pictus incapax sit veri capitis, verorum
155 ,, oculorum, pedum ac manuum. Hæc Rom. *paradox.* 4. Et si *ego concedam*
,, *hæreditatem jacentem esse dominam, quæ tamen æque incapax arbitrii & volun-*
,, *tatis, utpote res inanimata, atque est locus sacer, parietes, aut solum, de quibus* in
,, aula n. 22. & in horto. allegat. 443. & 472. Siquidem ad hæc F. Romani alle-

Pro me respondet Zasius

gata pro me contra ipsum respondet doctissimus Zas. *lib* 2. *singulor. responso-*
rum c. 27 ubi ait, ficta & impropria *differunt*; nam *quæ ficta* sunt, oppugnant

Ficta & impropria quomodo differant.

156 ,, veritatem, sic ut explosa veritate *super fictione* decidatur. Ficta enim possunt
recipi, si casus verus per naturam esset possibilis (ita enim legendum esse, se-
quentia ostendunt) quia non potest fingi, quod in veritate esse non posset.
,, Sed de *impropriis* longè aliter dicendum; hæc enim veritatem non oppu-
157 ,, gnant, sed à veritate sumpta usurpantur in casu improprio. Unde non po-
,, test impropriari, quod à casu vero in totum abhorret, sic lapis non posset im-
,, propriari in hominem. Vide, quæ dicat Quintilian. *in* 8. circa *Metaphoras*,
,, quod necessitas sermonis cogat nos aliquando impropria pro propriis usur-
158 ,, pare, ut sitire segetes. Denique ea, quæ per naturam in casu vero non recipe-
,, rentur; impropriari tamen possunt, ut in eodem Exemplo sitire segetes. At
,, fingi non possunt, quæ per rerum naturam verè esse non possent, ut supra
dixi.
159 ,, Item *impropria* fluunt sumptâ similitudine à propriis; at ficta nihil simili-
160 ,, tudinis cum veris habent; sed ea oppugnant. Quæ cum ita sint, *non est ve-*
NB. ,, *rum*, quod communiter dicitur, *hæreditatem* fingi *possidere*, ut dicit post Dd.

Hæreditas non potest fingi possidere.

Jas. *in l. ejus qui in pen. respons. si cert. pet. & in l. gerit, ibi qualis qualis. ff. de acquir.*
poss. Nam nulla in orbe terrarum hæreditas verè posset possidere; igitur nec
161 ,, fingi. Cum itaque dicitur, hæreditatem possidere, *ut in l. si de eo. §. fin. ff. de*
,, *acquir. poss.* est impropria, imò *impropriissima* (ut ibi bene dicit glos.) *possessio*;
,, sicut animalia censentur juris peritiâ. *l.* 1. §. 3. *ff. de just. & jur.* non quod fingantur
,, peritiâ juris, sed ita *impropriè*, quasi sub umbra quadam usurpantur. *sic in l. si u-*
,, *no.* 2. *Respons. ff. locat. verb. donationis*, non fingitur transactio, sed *impropriè* u-
,, surpatur, quod *ibi* glos. videtur sensisse. Hinc est, quod in statutis non admit-
162 ,, titur *fictio*, nisi sit expressum; tamen verba impropriari possunt, quod est vul-
gatum.

gatum. Unde quia hæreditas nec verè nec fictè possidere potest; caret enim „ 163
anima. *l.* 1. *§. scævola. ff. si quis test. lib. esse. juss.* si habet aliquem possessionis effe- *Dicitur impropriè possidere,*
ctum, nominanda est impropriè vel impropriissimè possessio, *id est*, operatur *& quomodo.*
quiddam tale, quod in propria possessione recipitur. Hæc ille. „

Cujus doctrinæ fundamentum patet ex Cardinale Zabarell. *in Clem. quod* „ 164
circa. de elect. ubi *n.* 10. ait: Fictio est juris dispositio, per quam non verum, *Fictio quid?*
possibile tamen esse verum, pro vero accipitur. *Juris dispositio est & ponitur genus*; „
quia omnis fictio est juris dispositio & non econverso; & hæc est magis pro- „
pria assignatio generis, quam assignationes aliorum definientium, ut Cyn. *in* „
l. sive possidetis. C. *de probat.* & Bart. *in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. pro em-* „
ptor. & Joã. de Ligna. *hic* dicentiũ, *quod est cõtrarii pro Veritate acceptio*; *veritatis* „ 165
quod verbum (*acceptio*) sapit potius factum, quam jus; nec propriè est *genus*. „ 166
Dixi *non verum*; quia fictio est super eo, quod certum est esse falsum; per „
quam (*v. c.*) reversus ab hostibus fingitur nunquam fuisse captus. *ff. de capt.* „
& post lim. revers. l. postliminii. & per tot. per quam etiam fingitur, mulierem sti- „
pulatam fuisse dotem sibi reddi; cum tamen stipulata non fuerit. *C. de rei u-* „
xor. act. l. un. in princ. sic etiam fingitur, excommunicatum non esse de numero „
eligentium; cum tamen sit; quia excommunicatio non excludit à numero in „
facto, *ut dixi supra q. prox.*

Pro hoc facit, quod dicimus de omnibus privatis voce eligendi *eod. tit. cum* „ 167
Vinton. & c. congregato. & eod. tit. si quand. lib. 6. Dixi, *possibile tamen esse verum*; „
quia super impossibile non cadit fictio, sicut nec cadit juris dispositio. *de pact.* „
c fin. quod intellige sanè, *id est*, nulla dispositio, quæ habet substantiam juris, „
potest fieri super impossibile. *d. c. pro hoc. ff. de lib. & posthum. l. Gallus.* *§. si ejus* „
& ibi glos. fin. ex quib. caus. major. l. denique. item quia ars imitatur *naturam*; „ 168
non enim cadit figura, ubi non subest veritas naturæ. *de celebrat. Miss. c. in* „
quadam. Fictio autem est artis & juris, non ergo cadit super impossibile secun- „
dum naturam. Hæc ipse.

Unde constat 1. quod quando Ecclesiæ materialis parietes, muri, solum, as- 169
seruntur Domini bonorum temporalium Ecclesiæ, impossibile sit, ut illi per *Illatio 1.*
rerum naturam possint esse Domini, adeoque nec fingi possint esse Domini. *Muri Ecclesiæ nec sunt veri, nec ficti Domini bonorum Ecclesiæ.*
2. Cum ex nulla juris dispositione ostendi possit, quod homo pictus fingatur
esse homo, vel accipiatur pro veritate hominis vel vero homine, hinc F. Ro-
manus Lectorem fallacia figuræ dictionis decipiat, arguendo à picto ad fi-
ctum, quasi qui est *pictus* homo, sit etiam *fictus* homo, præterquam, quod e- 170 2.
xemplum *de picto* & ficto homine huc ineptissimè afferatur; cum per *fictio-* 171
nem id, quod nõ est, pro vero accipiatur. At ubi unquã in jure *pictus* homo pro *Pictus homo nuspiam in jure pro vero homine accipitur*
vero homine accipitur? Nusquam nisi in erronea phantasia F. Roma-
ni; Ita quando *hæreditas* vel *Ecclesia materialis* dicitur Domina, non acci-
pitur pro vera Domina, ut ipsemet F. Romanus hic fateri debet. Ut pro- 172
inde hæreditas vel Ecclesia materialis non per fictionem juris, sed *impropriè*

istic dicatur esse *Domina*, prout tradit Zas. *d. loc.* Et confirmat Faber. *de error. pragm. lib. 1. err. 2.*

173 Neque etiam *Obstat*, quod *aliqui Dd. non Prælatos & Clericos, sed Ecclesiam ejusmodi bona temporalia possidere* tradant; quia illi loquuntur de individuis Prælatorum & Clericorum Personis, quòd hæ bonorum Ecclesiasticorum nec sint Domini, nec possessores, quod verissimum est; Cum Prælatus & Cle-

Anteoccupatio.

174 rici, quà sunt individuæ personæ Physicè aut Metaphysicè consideratæ, non sint Domini, nec possessores istorum bonorum; sed quà sunt Prælati vel Clerici, obtinentes talem titulum aut præbendam, seu ut loquuntur ICti, Prælatus & Clerici non nomine *proprio*, sed *appellativo*, v.c. Bartholomæus Canonicus, non quà Bartholomæus, sed quà Canonicus hujus vel illius Ecclesiæ, habet ac possidet Ecclesiæ bona temporalia, per ea, quæ tradit Mantua. *cons.* 135. August. Beroj. *in rubr. de reb. Eccles. non alien. sub n.* 18. *& not. in c. ex literis. n.* 20. *de probat.*

NB

175 Quòd verò F. Romanus allegat illa verba, *qui servit altari, vivit de altari,* tanquam Apostoli propria, in eo vehementer fallitur; Siquidem S. Apostolus 1. *Cor.* 9. *v.* 13. ita loquitur. *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deserviunt, cum altari participant.* Et esto, ita loqueretur S. Apostolus; at quomodo ex eo S. Apostoli Pauli 1. *Cor.* 9. 13. dicto,

Ad locum Apostoli à F. Romano cit. Respondetur.

176 quod *qui altari servit, vivat de altari,* concludere volet F. Romanus, *ergo alta-*

177 *re habet vel possidet bona temporalia; quia non comedet lapidem.* Certè ejusmodi argumentatio omnino frivola est, homine Theologo indigna. Ecquis enim ex eo, *quod opifex, qui opificio suo deservit, vivat de opificio suo,* unquam concluserit; *Ergo opificium habet & possidet bona, quia non comedet opificium.* Ecquis ex eo, *quod ascriptus & deserviens glebæ, vivat ex gleba,* unquam intulerit, *ergo gleba habet & possidet bona temporalia, quia glebam non comedet.* Ita ta-

178 men F. Romanus ex omnino disparatis & minimè cohærentibus concludit. Cujusmodi conclusio tantò absurdior, quantò magis de bonis temporalibus, immobilibus fundis, & agris Ecclesiæ infertur.

179 Annon in Veteri Testamento, sacerdotes & Levitæ serviebant altari, de eoque vivebant, minimè tamen habuerunt bona temporalia, & quidem immobilia seu possessiones agrorum & fundorum; de iis enim quæstio est. Nam ita *Deut.* 18. *v.* 1 statutum reperitur. *Non habebunt sacerdotes & Levitæ, & omnes, qui de eadem tribu sunt, partem & hereditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini & oblationes ejus comedent, & nihil aliud accipient de*

Levitæ non possederunt bona immobilia, &c.

180 *possessione fratrum suorum*; quia ante *Deut.* 10. statutum, ut divisione inter Levi & ejus fratres facta, cuique familiæ possessiones, certaque loca; at familiæ Levi, quæ ceremoniis & officio Divino destinata erat, pro sorte & possessione ipsius Dominus Deus assignatus fuerit, decretumque, ut ne in aliquo terræ partem haberet. *Non habebit*, inquiens, *Levi partem neque possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio ejus est.* Nihilominus *Levit. ult. cap.* Decimæ, quæ Deo debebantur, Levitis, id est, filiis Levi, iisque qui in taber-

naculo

naculo fœderis ministrabant, attributæ fuerunt, ut videre est *ex c. decimas. 16. q. 1. & ex c. cleros. circa fin. 21. dist.*

In Novo Testamento sub initium nascentis Ecclesiæ Christianæ Sacerdo- 181
tes deserviebant altari, & tamen tunc singula altaria nec habebant, nec possidebant divisa bona temporalia sive mobilia sive immobilia seu possessiones. Ita intelligenda sunt, quæ deducuntur apud Paponium *in Arrestis supremorum Franciæ Tribunalium & Parlamentorum lib. 1. tit. 14. arrest 1.* Aliàs enim si 182
simpliciter negarentur bona sive mobilia sive immobilia à primis Christianis sacerdotibus in communi fuisse possessa, propositio foret damnata, hæretica, & contraria rei veritati, uti Joannes 22. *in extrav. Cum inter nonnullos. de V. S.* declaravit, atque exinde Boerius *in tract. de statu Eremitarum sub n. 19.* refert. Quintin. Hæd. *in repet. c. novit. n. 109. de jud.* Ita quoque Romani Pontifices, Melchiades *in c. futuram Ecclesiam 12. q. 1.* atque Urbanus *in c. evidentes in ead. caus. & quæst.* intelligendi, quando tradunt, in primitivâ Christianorum Eccle- 183
siâ nulla prædia aut bona hujus generis ab iis, qui altari deserviebant, fuisse *divisim scilicet* possessa, licet quæ in commune offerebantur bona, in communi etiam pro necessitate indigentium sublevanda venderentur, ut inde precium ad alendos & fovendos pauperes & indigos converteretur. Deinceps verò Constantinus M. aliique Imperatores, Reges, Dynastæ, Carolus M. Ludovicus Pius, Otto I. Henricus Sanctus, &c. sicut & Imperatrices, Reginæ. S. Helena, S. Plectrudis, S. Theophania, S. Cunegundis, &c. diversas Ecclesias erexerunt ac bonis immobilibus locupletarunt, ut amplissima Constantini M. & S. Helenæ monumenta tam in Italia quàm in Germania passim exstantia testantur. Carolus M. septem Ecclesias, nempe, Bremensem, Verdensem, 184
Osnaburgensem, Mindensem, Hildesiensem, Monasteriensem, & Paderbornensem Episcopatus instituit, amplisque donis auxit, ac *Primo* S. Wilhadum, *Secūdo* S. Swibertū, *Tertio* S. Wihonē, *Quarto* S. Herimbertum, *Quinto* S. Gūterū, *Sexto* S. Ludgerum, *Septimo* demū Episcopatui S. Harimarū præfecit, &c. *Fundationes Caroli M.*

Carolum M. parentem filius *Ludovicus Pius* in regimine & pietate secutus, 185
egit, ut Hamburgensis Ecclesia in Archiepiscopatum erigeretur, ac Legatorum Natorum Sedes constitueretur, ut inde perpetuò ad Slavos, Danos, Suecones excurreretur. *Ludovici Pii.*

Otto I. Ecclesiam Archiepiscopalem Magdeburgensem inter Slavos erexit, 186
& locupletavit, tum Slesvicensem Ecclesiam, & Episcopatum instituit Lu- *Ottonis I.* 187
becensem *S. Henricus* cum sua Cunegunde Ecclesiam Bambergensem erexit. *S. Henrici,*
S. Theophania plurima instituit Collegia, ut ex ejusdem vita licet videre. Hu- *Cunegundis*
jusmodi verò bona temporalia licet sub initium Ecclesia Christiana non qui- 188
dem in particulari & divisim, sed in communi, uti initio monui, possederit, ac *S. Theophania*
vendiderit, ut sacerdotes de altari vivere possent; attamen de eo S. Apostolus 189
non vivebat, sed victum suis manibus comparabat, ne ulli Christianorum oneri esset. *Act. 20. v. 35. 2. Thess. 3. v. 8. 9.* Et quidē scenofactoriam atq; mechanicam artem exercuit. *Act. 18. v. 3.* id est, ut Cornelius à Lapide *in d. 2. Thess. c. 3.*

190 *v.*8. ex Origine *homil.*17. *in Numer.* explicat, ex pellibus consuebat taberna-
cula, quibus milites uterentur in castris; non attento, quod ipse nobilis esset,
191 & sacris literis eruditus. Nam id ipse ex instituto veterum Rabbinorum
faciebat. Sic enim Rabbi *Schemathaja* & Rabbi *Gamaliel* iis, qui sacras
literas discerent, praescripserant, ut opificium aliquod manuale addiscerent,
tum ut eo sibi victum pararent; tum corporis exercendi & animi à studiis

Exercitia Veterum Rabbinorum.

192 relaxandi gratiâ, *addebantque*, eos, qui illud negligerent, procliviores ad pec-
cata futuros. Sic Rabbi *Iohanna* sutoriam; Rabbi *Iuda* pistoriam didice-
runt. Sic inter Christianos *Carolus M.* teste Eginharto & aliis in ejus vita,
filios suos Mechanicam aliquam, & filias suas lanificium vel linificium disce-
re voluit. Ita olim Nobiles Christiani *Crispinus & Crispinianus* sutoriam

Exercitia corporalia Christianorum antiquorum.

193 addidicerunt, & ut Christianos indigentes alerent, exercuerunt. Idem A-
194 postoli, aliique exercuerunt, ut S. Clemens *lib.*1. *Constit. Apostol. c.*67. testatur:
195 » *Qui in Ecclesia*, inquiens, *juvenes estis, curate in omnibus rebus necessariis se-*
» *dulò ministrare, cum omni sanctitate operi vestro vacate, ut omni tempore &*
» *vobis & egentibus suppeditare possitis, ne Ecclesiam Dei oneretis. Etenim nos*
» *quoque vacantes verbo Evangelii, succisivas horas non negligimus; alii enim ex*
» *Nobis piscatores sunt, alii scenarum artifices, alii agricolae, ne unquam otiosi*
simus.

In Monachis labor manuum commendatur.

196 Eosdem rectè etiam hodie sequuntur *Monachi* quidam labori manuum
ex humilitate & devotione vacantes, ut testis est locuples S. Epiphanius haere-
si 80. S. Augustinus, *lib. de opere Monachorum*, quae tamen omnia insulsè
Novatores detorquent contra Ordines mendicantes, quasi hi ociosi panem
197 manducent; Cum constet, eos Psalmodiae, orationibus, confessionibus
excipiendis, concionibus aliisque piis exercitiis insistere, & proximo se im-
pendere, ut rectè docet S. Thomas 2.2. *q.* 187. *art.* 4. S. Bonav. *lib. de paupert.*
198 *Christi ante medium pag.*1. At ne cum aliis praedicaverint, ipsi reprobi fiant,
aut in peccata labantur, cum S. Apostolo 1.*Cor.*9.27. corpus suum flagellant,
aliisque austeritatibus exercent juxta doctrinam ejusdem Apostoli *ad Hebr.*
199 c.11.37.38. Quando autem S. Apostolus altari deservivit & potuit habere bo-
na temporalia, nec ea tamen admisit, inde non sequitur, quod S. Apostolus
ideo lignum aut lapides comederit, quemadmodum F. Romanus irreligiosè
discurrit. Et quando dicitur, quod deserviens altari, de eo habeat vivere, tunc
altare illic, non physicè prout lapis est, sed moraliter & Metonymicè accipitur
pro oblatis altari, ut videri poterat apud Cornelium à Lapide *in istum locum.*

Paupertas Societatis & Capucinorum.

200 Annon & hodie ex *Franciscanis* Capucini, atque ex minima nostra *Societa-
te IEsu* Sacerdotes in domibus professis altari deserviunt, & tamen altaria eo-
rundem nihil bonorum temporalium possident. Uti constat de Capucinis
in clem. Exivi. de V.S. de Societatis domibus professis *part. 6. Constit. S.P.*
201 *Ignatii. c.*2. §.2. *& ibi in earum declaratione lit. B.C.* Et licet apud Ca-
pucinos ipsum altare possit admittere fundationem aliquam pro oleo
in usum altaris; attamen illud ipsum in Societatis nostrae domibus
professis,

professis, nequaquam admitti potest, nec etiamnum admittitur. *d. part. 6. Constit. c. 2. §. 2.* Mangionius. *1 part. de voto paupert. n. 46.* Nihilo tamen magis quis propterea præter F. Romanum, sacerdotes Capuccinos aut Societatis nostræ de lapidibus victitare dixerit.

Quando ego assero, quòd Ecclesia particularis, ubi spes est similis Collegij reparandi; tunc ipsa fictione juris censeatur Domina bonorum Collegij emortui; intelligo cum Bartol. *in l quod servus num. 2. de stipul. serv.* de Collegio simili substituendo, ac de bonis à tertio nec occupatis, nec traditis, ita ut spes adsit, quod eadem bona ad simile Collegium substituendum revertantur; tunc enim dico, Ecclesiam particularem vel *fictione juris* intelligi Collegium simile substituendum; vel etiam *impropriè* jus & titulum Universitatis rerum istius Ecclesiæ, censeri Dominam bonorum à tertio non occupatorum; secus si à tertio essent occupata, per not. Gregorij XV. *decis. 54.* &c. prout dominam eam Dd *supr. cit.* non aliter intellexerunt. 202

Et sic cessat F. Romani argumentum, aut potiùs cavillatio superius adducta.

Deinde supra deductis non obstat, quod P. Laymannus *in justa defensione sua pag. 7. in quæstione præambula in tertio fundamento* tradiderit, *Ecclesiam, materialem* esse temporalium bonorum Ecclesiasticorum *dominam*; quia Ecclesiam materialem, ipse non accipit planè Physicè pro lignis & lapidibus aut muris; sed moraliter, & impropriè, prout dicit non tantum Ecclesiam remotè materialem seu ipsam Ecclesiam consideratam ut cultui diurno generatim deputatam, sed etiam prout dicit ecclesiam proximè materialem, seu ut erectam in titulum, statum & qualitatem talis Ecclesiæ, quod sit vel sæcularis vel regularis; cum vel sine curâ; Collegiata, vel simplex; cui titulo tanquam prædominanti reliqua bona sint connexa, de quibus Vid. Ioann. Monetij *in tractat. de commutationibus ultimar. voluntat. cap. 11. nu. 33.* Quæ sententia reipsâ cum ea (quam ex Ferret. *in consil. 236. volum 2.* atque à S. Rota Romanâ variis præjudiciis collaudatam proposuimus) convenit. Ut proinde ipsum Laymannum hic F. Romanus malè & accipiat, & alleget. 203 204

Præterea est notandum; quod *aliud* sit Collegium, ejusque tituli & jura corporalia, de quibus *in tribus præcedentibus* actum est capitibus; *aliud* verò sit Ecclesia Collegiata, & quidem conventualis, ejusque tituli ac jura realia, de quibus hoc *capite* agendum est. Nam Ecclesia Collegiata & quidem Conventualis dicitur, quæ solet regi per Collegas Regulares aut Conventuales, etiamsi Collegium actu non habeat. Innoc. *in c. postulasti. de jure patron.* Roderic. *tom. 1. qq. Regular. 43 art. 12.* Rot. Rom. *decis. 422. num. 1. divers. part. 4. & ibi cit.* Dd & tituli hic intelliguntur reales, prout etiam reales titulos accipi notavi *c. 2. ex* Quint. Hæd. *in repet. c. de multa. num. 145. 146. de preb.* pro ipsis Ecclesiis tum Deo dedicatis, tum statum & qualitatem Regularitatis vel sæcularitatis habentibus, prout *supr. d. c. 2.* annotavi, quod nimirum Ec- 205 206 207 208

 clesiæ

clesiæ vel per Ecclesiasticos sæculares, vel Religiosos aut Regulares soleant regi; quamvis infra concedatur, dominium bonorum ob spem successionis, in Collegiatis numeratis; vel spem surrogationis in Collegiatis non-numeratis adhuc dici perseverare; non tamen hoc ipsum difficultate caret, prout colligitur ex quæstione, quam movent Dd.

209 *Quod cum Dominium, quod pater vel testator aliquis habuit in bonis, ipso moriente extinguatur, atque ex dispositione legis fingatur idē esse in successore, an illud idem numero transferatur in filium successorem aut legatarium?*

Q. An idem numero dominium patris in filium transferatur.

Iacob. Petr. & Ioan. Fab. *in inst. de hæred. instit.* tenent, quod idem dominium in successorem non transeat. Nam ex quo mors dicitur omnia solve-
210 re, etiam & dominium dicetur solvere; Unde exstincto defuncti dominio il-
211 lud, quod in hærede, aut successore aut legatario reperitur dominium, censebitur fictum, ex eo, quod hæres & defunctus censeantur esse una & eadem
212 persona; pro qua opinione videtur facere casus *in l. si ego. §. 1. ff. de jure dot.* ubi text. dicit, *quod post mortem, dominium discedat ab eo, qui dedit &c. & jam dominium sit heredis,* ita ut non videatur idem utriusque dominium. Accedit, quod qualitas non possit de uno subjecto in aliud migrare.

213 At Iacobus de Nigris *in repet. l. per omnia. ff. de legat. 1. n.* 124. cum Raphaele Cumano & Castr. *in l. si quis vi §. differentia. ff. de acquir. poss.* Angel. Aretin. *in princip. Inst. de hæred. instituт.* contra sentiunt ac docent, dominium cum defuncto prædecessore non extingui, sed idem manere in successore.

Affirmant. NB.

214 *arg. l. quod meo.* 18. *in princ. ff. de acquir. poss.* tum quia idem dominium videtur remanere in hæreditate. *per l. 1. C. si cert. pet.* tum quia dominium non inhæret
215 personæ, sicut obligatio, secundum Bartol. *in l. 4. ff. de servit.* unde videtur colligendum, quod dominium etiam cum persona non moriatur; adeoque
216 quod illud idem directè in filium, successorem vel legatarium transferatur; quemadmodum sentit Bald. *in l. ex legato. in 3. oppos. C. de legat.* Aliud tamen est in possessione, quæ cum defuncto extinguitur, nec ad hæredes transit. *l. cum hæredes. ff. de acquir. poss.* & cum successore nova quæritur. *per l. si is, qui*
217 *pro emptore. §. penult. ff de usucap.* Iacob. de Nigris *d. loc. n.* 125.

Dd. communiter tradunt, quod propter continuam surrogationem Personarum viventium in locum defunctarum, *idem continuatione* sit dominium & quidem ipso jure in suis hæredibus *per l. in suis. 11. ff. de lib. & posthum.* sicuti eædem qualitates in continua materiæ defluentis successione manere dicuntur, vel sicut dicitur manere idem judicium, licet personæ commuten-
218 tur. *l. proponebatur ff de jud. & ibi* Martin. Delrio, atque ab eo citatus Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. num.* 127. *& seqq.* cujus verba supra in Resolutione *cap. 1. quæst.* 1. *Eclipseos astri.* fuere allata, quamvis nec hæc responsio difficultatibus careat, quas subtiliter movet Bald. *in repet. l. in suis* 11. *num. 2. & seqq. ff. de lib. & posthum.* eò quod continuatio dicat successionem continuatā, non interruptam. *l. non solum. §. annui. ff. de excusat. tut. l. servi testes. ff. de*

Conciliari videntur.

Conciliatio impugnatur à Bald.

tes.ff.de servit.urb.pred l.foramen.ff.de servi.rust.prad. Cum omnis continuatio requirat duo extrema, terminum à quo, & ad quem, & medium; Nam uno horum deficiente non dicetur continuari; Cum hoc dicat aliquod præexistens perdurare. Atqui filius, successor, legatarius non habent dominium bonorum istorum in vita patris, prædecessoris, testatoris; ergo nec filius, successor, legatarius post mortem patris, prædecessoris, testatoris, poterunt dici continuare dominium. Et *Minor* Probatur: quia filius vivo Patre nullum jus habet in bonis Patris. *l.fin.ff. delib.agnosc.* Unde si filius vivo patre decedat, non potest dici transmittere, *sed tantum* dicitur exire de medio. *l. Gallus. §.& quid si tantum.& §. etiamsi parente.§.ille casus.ff. de lib.& posthum.l.posthumorum 13.ff.de injust.rupt.& irrit.testam.* Adhæc pater habet jus omne alienandi, & vindicandi, & non filius. *l.non usque adeo. ff. Si à par. quis fuer. man. Auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles.* Et Confirm: quia dominium respicit aliquam proprietatem, adeoque qualitatem, quæ uni, soli, & non pluribus convenit. 219 220 221 222 223 224

Glossa *in d.l.in suis.* distinguit, quod aut sermo sit de dominio *vero & effectuali*, seu cũ effectu, & tunc procedat oppositio; aut sermo sit de dominio *interpretativo*, imaginatio sive intellectuali, & tunc obtineat *d.l.in suis.ff.de lib. & posth.* quod dominium ipso jure in hæredé suum continuetur; maximè cum filio ex ordine naturali recto succedendi sit spes successionis; ratione cujus, ipse filius in vita patris dicitur Dominus; eo quod, quidquid habemus, filijs nostris voveamus. *l. nihil.ff.de bon.lib.* defuncto autem patre, dominium, quod primò erat apud filium in potentia & spe, tunc est in actu & in re *l.fin.ff. si ex nox.caus.agat.* Et quia juris artificio fingitur in parentis & filii personis Unitas *l.fin.C.de impub.& aliis subst.* ideo plures personæ non censentur ut plures, sed ut una & eadem, ac utriusque personæ eadem censetur Voluntas. *§. ei qui.Instit.de inut.stipul.& not.in l.quod ipsis ff.de R.I.§ sui.Inst.de hæred.qual & diff.* *Glossa distinguit.* 225 226

At contra objicitur, quod illud dominiũ, quod habet filius in vita patris, sit fictum; quod verò post obitum patris, habet, sit verũ: Atqui dominiũ verũ non possit dici continuari cũ dominio ficto; Cũ hoc sit alterius naturæ, generis & formæ, ab illo, ut patet ex utriusq; dominij definitione; *deinde* acquisitio dominij veri potiùs est extinctio Domini ficti; hoc n. tũc desinit esse, vel si nõ extinguatur, tũc potius dicendum est, confirmari, quam continuari *per l.Stichum.§.aliquando.ff de solut.* aut plenius jus minus plenum confundet, non autem in se transfundet, *l. quod autem Sabinus ff.de in diem addict. & ibi not. l.si te solum §.1.& l.si ita scriptum fuerit, Titius, imo Sejus ff.de hæred.instit.* 227 *Impugnatur.* 228 229

R.1. Baldus *d.loc.n.5.* quod ista continuatio non sit vera & *propria*, sed *intellectualis*, quæ intellectu percipiatur; *ut in §. posthum. Institut. de hæreditat. ab intest.* Respondet idem Baldus 2. quod quidem re ipsa variatio sit in modo essendi; non tamen in essendo, quatenus intellectu juris percipitur; tunc 230 *R. 1 Bald. 1.* 231

tunc enim non variatio, sed continuatio intelligatur; sicut quando est variatio circa aliquam qualitatem, nō propterea inducitur variatio substantiæ, ni-
232 si hæc dependeret à qualitate *l.3.§.qui fideicom.ff.de hæred.instit.l.habebat.ff.de* *Impugnatur.* *instit.* ita nec alteratio circa modum essendi scindit continuum. Cujusmodi Responsio Baldi novam involvit difficultatem, Nam si illa continuatio dominij esset duntaxat intellectualis & abstracta; quomodo igitur inferet effe-
233 ctus reales? Cum in causa sit defectus? *contra l.si posthumus à primo. §.fin.ff. de lib. & posthum.* Ad quam respondet quidem Bald.*d.loc.* quod continuatio illa dominij non sit merè intellectualis, nec merè phantastica vel abusiva, aut præcisè abstracta, neque etiam nuda ab omni effectu; non tamen etiam penitus verè denominans Dominum, *ut supr. est dictum in glo.*

234 *At longè* aliter Respondendum est ad ipsam principalem difficultatem *Responsio vera.* *nim,* quod dominium vel accipiatur *formaliter vel objective*: si formaliter pro ipsa facultate & potestate disponendi, tunc dominium Patris ipsius obitu extinguatur & in filio oriatur atque existat novum dominium, quod quidem est idem specie cum dominio Patris, non autem idem numero, atque ita accipiendi Iacobus Petrus & Ioannes Faber, *supr. cit.* prout pater in facultatibus & potestatibus moralibus, quæ formaliter non possunt de uno subjecto in aliud transire; sin verò accipiatur dominium objectivè pro ipsorum bonorum proprietate, de qua disponitur; ita respectu patris & filij est idem numero dominium.

235 Quibus suppositis nunc inquirendum est, utrum materialis Ecclesia Collegiata, eaque Conventualis ac Monasterium, prout involvit bona temporalia, morte omnium de Collegio Religioso seu Conventu, dicatur exstingui vel vacare.

236 Et Respondendum est, Ecclesiam materialem, & domum Religiosam, quatenus deputata est cultui divino, morte omnium de Collegio non dici exstingui, sed manere sacram & deputatam cultui Divino, quantumcunque ab hostibus fidei Catholicæ sit occupata, vel etiam destructa. Roman. *in l.ma-*
237 *ritum.n.25.ff.solut.matrim.* Hujusmodi propositionem Dd. variis confirmant rationibus, quas malo ex ipsis, quàm me audiri. Nam. 1. ita in jure Canonico *in c.quæ semel.19.quæst.3.* contra jus civile *in l.cum loca ff. de relig. & sumpt.fun.* est definitum teste Roman. *d. loc.* Ut quæ semel Deo dedicata sunt, non debeant amplius ad humanos usus transferri. *c.semel. de R. I. in 6.* Deinde viri
238 bene Catholici vel etiā inter Ethnicos superstitiosi horruerunt id, quod Deo dedicatum fuit, sibi, suisque usibus deputare, considerantes, quod quisquis
239 cum Ecclesia cultui divino deputata negotium haberet, cum Deo illud habere censeretur. Philippus Portius Imolensis *cons. 62.n. 9. per c. consilium. de observ.jejun.c.juvenis.c.is qui fidem.de sponsal.ubi* Abb. *in 1.not. & c. dudum. de presumpt. Ubi* Felin. *nu.14 in 3.fallent.* Bald. *in l.fin.in princ.C.de SS.Eccles.* Existimant enim, crimen læsæ majestatis Divinæ esse non minus, detrahere titu-

los

los Dei & Sanctorum à locis deputatis, & suos proprios, eosque humanos suffigere aut supponere, ac crimen læsæ Majestatis humanæ esse, detrahere videlicet titulos Imperatoris vel Regis à rebus Dominicalibus, & suos privatos substituere & affigere, aut statuas Imperatoris *corrumpere. Farinac. quæst.* 240
crimin. 113. *num.* 49 *& seqq. per l. non contrahit, & l. qui statuas. & ibi Dd.* Delrio. Sebastian. Næv. *ff. ad L. Iul. Majest.* vel sibi usurpare. Farinac. *quæst. crimin.* 114. *num.* 9. Cum id, quod soli Principi convenit, sibi arroget Luc. de Penna *in l.* 1. *num.* 40. *&* 41. *colum.* 4. *C. Vt nemo ad suum patrim. lib.* 11. Eandem 241
rationem primam videntur sacræ scripturæ confirmare; quia Deus gloriam & honorem suum alteri non vult tribui, *gloriam meam alteri non dabo. Esaia.* 42. *v.* 8. *Regi autem sæculorum immortali, invisibili soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.* 1. *Tim.* 1. 17. Contrarium verò agenti Deus *exprobrat illud* 242
Malach. 1. *Filius*, inquiens, *honorat patrem, & Servus dominum suum, si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituũ, ad vos, ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum: Offertis super altare meum panem pollutionis, & dicitis, In quo polluimus te. In eo quod dicitis, mensa Domini despecta est. Itẽ, domus* 243
mea, domus orationis est, vos autẽ fecistis illam speluncã &c. Matt. 23. Luc. 19. 46. *Evertisti testamẽtum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus* Psal. 88. v. 40. *Ezech.* 22. Vid. Quint. Hædv. *in c. novit. num.* 114. 115. *& seqq. de jud.* ubi *n.* 107. *& seqq.* præterea tradit, quod contrarium sentientes, dicũtur sequi *Martinastros*, è quibus flagitiosissimus quidam Magister Petrus de Cugnerio homo gibbo deformis fuit, qui in Universa Gallia tempore Philippi Valesii Regis, eò ferè homines induxerat, ut Ecclesiasticis non tantùm omnem tempora- 244
lem jurisdictionem, sed & quæ ijs donata feuda, ac reditus temporales, præ- *Martinastrorum hæresis qualis.*
ter decimas quasdã, primitias, & alias id genus fidelium oblationes, auferrẽt, nisi post coactũ Præsulũ Procerumque omnium totius Regni Galliæ Concilium in saltu Vincennarũ (regale hoc est, prætorium primo ab urbe Lutetia la- 245
pide dissitum) Ecclesiæ causam Petrus Bertrandus Hædvorũ Episcopus cõtra Cugnerium præsentem defendisset, allegando illud D. Petri, *Deum timete,* 246
Regem honorificate, contra quod cum frustra M. Petrus allegaret illud Christi, *1. Petr. 2.*
Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei, Deo. Siquidem illo ipso fortissimè refellebatur. Rex qui Concilio intererat, auditis utrimque & discussis allegationibus, pro Ecclesia Catholica pronunciavit, atque ἄριστον mense Decembri Anno Christi 1329. dedit. Unde pudore suffusus *M. Petrus* de Cugnerio, *de Quigneto* (hoc Gallis angulum significat) contemptim appel- *Marc. 12.*
lari solitus, ejusq; nomen applicatum fuit ijs, qui in angulo aliquo abjecti latitarent, solique magni videri vellent. Eandem quoque rationem idem Ioan. 247
Quintinus Hædv. *d. loc. sub n.* 118. ex subsecutis contravenientes pœnis com- *2. Paralipp. 28.*
probat, ita Syri contriverunt exercitum Achaz, dum quod Deo dicatum erat, sibi surriperet, crudele judicans, si is, qui periculum habuerat, luctum inven-

248 tum, quod in suam posset utilitatem conferre, daret Deo, & non magis egeti-
„ &c. Nec minus authoritatibus & rationibus eandem *ibi* Quint. Hædv. con-
„ firmat; sic Iosephus, *inquiens, in antiq. lib.* 5. semperne de fundis & villis & re-
„ bus istis infimis, summi Dei sacerdotib invidia *movebitur*? Pejus malū uō exi-
249 stimo cum Divo Gregorio, *quā Christianos* suis invidere sacerdotib. *Can. sunt plurimi* 6. *q.* 2. Vero verius experimur, quod ab *Augustino prædictū* legimus *in c. decima.* 16. *q.* 4. dabis *impio militi, quod dare non vis sacerdoti.* Vetus nostratiū Verbum est *canem crucifixo allatrasse nunquam, qui non post malâ rabie perierit*; qua Metaphora quid intelligatur, etiam cæci vident, & historia non tantum nostra, sed profana quoque manifestum facit. Mezentiorum nunc, *id est*, isti-

Quātum malum de fundis & villis invidiam Dei sacerdotibus movere.

250 usmodi canum plena sunt omnia, quos pro sua impietate Mezentij non absimilis nec exspectatus manet interitus. Filiorum Levi sacerdotale fuit officiū

Mezentii.

251 in oratione & doctrina, quippe qui selecti fuerant in ministerium Dei. *Num.*
„ 3. quorum sic adversarios & hostes Moyses homo Dei ceu vaticinio quodam,
„ ante mortem suam devovet: *Percute Domine dorsa inimicorum Levi, & qui o-*
„ *derunt eum, non consurgant.* Deut. 33. In filijs autem Levi omnem sacerdota-
„ lem gradum Hieronymus intelligi docet. c. & purgabit. 50. dist. *non igitur con-*
252 *tra Nos, id est, contra Dei ministros & murmur vestrum, sed contra Dominū, dixit*
„ Moyses, infesto & murmuranti populo. *Exod.* 16. *&c.* hactenus Hedv. qui ibi
„ loca cōplura afferr dignissima, ut ab omnibus verè Catholicis legantur. Pos-
253 sunt eam in rem aliqua apud Hieron. Schurfium *cons.* 48. videri Similiter Gigas. *in tract. de crim. Læsæ Majest. quæst.* 11. *&* 39. asserit crimen læsæ Majestatis divinæ esse, occupare templa, *l.* 1. *ff. ad l. Iul. Maj.* ac malum omen dicit Tholosan. *lib* 33. *syntagm. juris Univ. c.* 21. *n.* 4. quando Ecclesiæ violantur.

254 Quod si ab hostibus fidei Catholicæ occupentur, mortuis omnibus Collegis, erunt *viduæ à sacris ministeriis.* 7. *q.* 1. *pastoralis. & ibi* glo.

255 Gulelm. de Monte Laudun. *in Clem in plerisque n.* 1. *&* 3. *de elect. & ibi* Bonifac. de Vitalin. *n.* 19. *& seq per illum text.* Roman. *cons* 477. *n.* 4. contra gl. civilem *in l. in tantum.* §. *Sacræ ff. de rer. divis.* & Sebast Næv. *in l. cum loca, ff. de rel. & sumpt fun.* fac. nor. à Gail. 2. *observ. & ibi* Græv. *n.* 11. ex Petr. Gilcken. *in Auth. quas actiones n.* 2. 3. *C. de SS. Eccles.* & F. Roman. *alleg.* 47. *n.* 7.

256 Respondendum 2. Ecclesiam materialem Collegiatam, quatenus præter deputationem ad cultum divinum notat statum & qualitatem Regularitatis, & quidem ex hoc vel illo ordine, dici, *morte omnium ipsius Collegarū extingui, quoad dictam qualitatem*, idque ex subsequentibus argumentis 1. quod destructo principali subjecto destruatur accessoria qualitas illi inhærens. *per c. accessorium de R. I. in* 6. At destructo per mortem omniū Collegatum Colle-
257 gio Religioso, destruitur principale subjectum, cui accessoria qualitas regularitatis inhæret. Igitur destructo Collegio Religioso destruetur accessoria qualitas regularitatis. Minor probatur supra *c.* 1. *&* 2. *resolut.* Deinde idem cō-
258 firmatur à simili. Nam sicut destructâ Ecclesia parochiali, destruitur & exstinguitur

guitur parochialitas. Gregorius XV. *decis.* 405. & beneficium non dicitur curatum, nisi habeat populum vel clerum. Rot. Rom. *decis.* 306 *n.* 2. *Coram Seraphino.* Garz. *de benef. par.* 5. *c.* 3. *n.* 102. *& seqq. maximè n.* 105. 106. 108. Gonzal. *in Reg.* 8. *Cancellar. gl.* 6. *à n.* 89. prout communiter Dd & Garz. *d. loc. n.* 108. tradũt, & praxis ubique observat; ut Sylvester *verb. beneficium* 4. *q.* 4. *vers.* 2. & alij Dd. apud Garz & Gonzal. d. loc. citati. Ita à simili destructo per mortem omnium nullo superstite, Collegio Religioso, destruetur & extinguetur ipsius Regularitas. Accedit, quod Prioratus, qui non habet Monachos, non dicatur habere dignitatem Sed hæc extincta esse; Iason. *cons.* 77. *incip. præsupponitur. col.* 6. *lib.* 1. Sequitur Rebuff. *super Concord. de regi. ad prælat. nom.* §. *Monasterius. in verb. prioratibus. vers. si vero nullos habeat Monachos.* Rom. *in l. maritum. ff. solut. matrim.* quæ sententia pluribus Rotæ Rom. decisionibus supra allatis ex Tamburin. *tom.* 3. *de jure Abbat.* est comprobata. Huc facit, quod si Abbatia & Prioratus Conventu ob mortem omnium destitutus retineret statum & qualitatem Regularitatis ac Regularis dignitatis, nec extingueretur, tũc nec posset minori 14. annorum conferri, & foret incompossibilis cum alio prioratu obtinendo; quia Regularitas minori ac compossibilitas proviso de beneficio curato juxta *c. de multa. de præb & c. licet Canon. eod. in* 6. obsisteret &c. Atqui ejusmodi Abbatia & Prioratus potest minori 14. annorum conferri Rot. Rom. *dec.* 9. *n.* 7. *apud Tamburin. tom.* 3. *de jure Abb.* nec est incompossibilis cum alia Abbatia & Prioratu obtinendo, per not. Dd *in d. c. de multa, & c. licet Canon.* Eandem sententiam confirmãt tradita à Roffiniaco *in tract. de benef. c.* 2. *n.* 44. 259 260

Et licet aliqui Dd. tradant, quod Ecclesia Collegiata Collegio carens, dicatur Collegiata habitu, attamen Ego cum P. Laym. & P. Valentino, Geminiani *in d. c. licet Canon. n.* 6. *&* 7. aliorumq; Dd. supra allatorum principiis insisto, quæ & video in praxi observari, dicoq; Ecclesiam Collegiatã, habitu ob spẽ restaurationis certã ac proximam fingi manere, nõ verò eam, quæ habitu, seu potentia tantum ac sine spe restaurationis certa & proxima appellatur Collegiata, per tradita Dd. *in l. id quod hostes* ubi Alexan. *n.* 1. *ff. de leg.* 1. & Baldi *in c. Imperialis n.* 4. *&* 10. *de pace Constant. in usib. feud.* & notata à Tamburin. *tom.* 3. *de jure Abb disp.* 5. *q.* 9. *n.* 2. *in fine*, ubi dicit, sic cõciliari authores hinc inde adductos, *nec non comprobata* à Rota Rom. *decis.* 112. *n.* 6. *apud* Tambur. *d. tom.* 3. *de jure Abb.* Spem autem illam restaurationis intelligo proximã, certã & juridicã, no remotã, per tradita à Franc. Aret. *cons.* 7. *col.* 2. *in fin.* Petr. Ant. de Petra *De jure quæsito non tollend. c.* 30. *n.* 95. *& seqq. ac c.* 32. *n.* 174. Simile est in Ecclesia Curata habitu cum spe reditus Parochianorũ, quæ non desinit esse curata, ideoq; in ejus impetratione, opus est illius facere mentionem; secus si ea spes nõ adsit, eò quod per 40 an. Ecclesia nõ habuerit Parochianos. Rot. Rom. in *Firmana Parochialis corã Quiroga* apud Garz. *de benef par.* 5. *c.* 3. *n.* 112. & Burs. *cons.* 352. *in fi.* Paris. *de resign. li.* 10. *q.* 2. *n.* 87. Olive. Beltr. *in addit. ad Gregorij XV. dec.* 450. *n.* 11. Nõ obest quod in literis unionis Collegiatę Ecclesię stat⁹ supprimitur; 261 262 263 264 265 266

 Nam

Nam Respondetur, quod non in omnibus Apostolicis literis Unionis vel associationis Monasterii Conventu carentis reperiatur clausula, quâ dicatur
267 status Regularis Monasterij supprimi, ut Monasterium Conventu plurimis annis carens, alijs Religiosis associetur; Cum sufficiat, quod Monasterium per plurimos annos conventu de facto careat, eò quod tunc nulli per unionem præjudicium inferatur, ut deciditur à Rot. Roman. *decis.* 208.*part.* 1.*diversor,num.* 2. 7. maxime si alij loco pio vel etiam diversi Ordinis Religiosis ad majus Dei obsequium & cultum promovendum authoritate Apostolica uniatur & incorporetur, vel etiam alijs alterius Ordinis Religiosis applicetur, uti ex diplomatib. seu Bullis Gregorij XV. efflagitatu Serenissimi Principis ac Domini, Domini Wolfgangi Wilhelmi Comitis Palatini &c. *An.* 1621. 16. *Iulij, Incip. Pijs Catholicorum Principum votis.* & Urbani VIII. *ad Instantiam* Serenissimi Principis ac Domini D. Leopoldi Archiducis Austriæ &c. *Anno* 1625. *VIII. Idus Augusti. Incip. Rationi congruit, & convenit honestati. Datis* videre est; in quibus nulla fit mentio suppressionis status ac Regularitatis; & tamen locus Religiosus alterius Ordinis Religiosis Apostolicè associatur.

268 Quod verò in alijs Unionum aut translationum literis Apostolicis reperiatur adjecta clausula suppressionis, videtur vel ob nomen illius exstinguendum vel certè propterea, quod ibi adhuc unus vel alter supersit, adjici, quemadmodum *in Resolutione* cap. 3. annotavi.

269 Interim non nego, quin omnibus de Collegio defunctis jus Collegij resurgere, & spiritum recipere interdum possit; ut contingit, quando alij istic in defunctorum locum surrogantur, quemadmodum Cuchus *in suis Institut. majorib. lit.* 4. *tit.* 1. *de elect. n.* 17. & Gondisalvus *in Tract. de Legatis q.* 9. *n.* 42. ex Innoc. *in c. postulasti. de jure patr.* colligi ajunt, ubi tamen Innocentius nihil ad rem præsentem afferre videtur.

270 Nec obstat, quod in contrarium movetur, *quasi extinctũ non reviviscat.*
271 Nam respondetur, prout *supr. c.* 3. responsum est, quod in casu, quo spes
℞. est restitutionis certa & proxima, Ecclesia Collegiata non sit dicenda omnimode extincta; sed sopita vel dormire vel suspensa, per not. Bald. *in l. qui res §. Aream n.* 1. *ff. de solut. l. inter stipulantem §. Sacram ff. de V. O.* Adhæc extincta subinde in subsidium resuscitantur, quando non superest alia via, per not. Castrens. *consil.* 413. *in prin. lib.* 1. Tusch. *lit. A. concl.* 116. *n.* 4. 9 10. vel quando inter-
272 venit aliqua causa habilis ad illud resuscitãdum. Meno. *cons.* 285. *lib.* 2. *n.* 28. 29.
℞. Vid. nos supr. Et esto, quod status ille Ecclesiæ post mortẽ omniũ habitu per-
273 maneret, tunc tamen Papa statum illius Ecclesiæ mutare posset, uti F. Romanus fatetur *allegat.* 127. *pag.* 146. & *parad.* 12. *n.* 26. *fol.* 449. Neque ex allegato
Instant. exemplo Templariorũ evincitur, quod Totus ordo Religiosus, simul auctoritate superioris exstinguatur, secus ac F. Roman. existimat *alleg.* 472. *n.* 6 *pag.*
℞. 274 325. 326. quod enim Iuris est totius quo ad totum, hoc etiam juris est partis quo ad partem *l. quæ de tota. ff. de Rei Vind. Vid. supra.* Deinde nec
275 tunc solùm mutatur status Monasteriorum, quando simul totus aliquis

Ordo

Ordo authoritate Superioris destruitur, (de quo casu plene Petrus de Perusio
Baldi Perusini frater egregius Canonista, *in tractatu suo de mutatione status Ec-
clesiæ, in princ. & ex professo cap. 3.* agit) sed etiam quando Monasterium ali- 276
quod certi alicujus loci, mortalitate exstinguitur, ita ut si v.c. Abbatissa & o-
mnes de Conventu virgines moriantur nec reperiatur ibi fœmina, quæ velit
illius monasterii fieri Monialis, tunc non obstante eo, quod Ordo simul to-
tus non exstinguatur, Monasterii status regularis desinat ibi esse, ac bona ipsa
universim considerata fiant vacantia. Ita enim Petrus de Perusio *in d. tract.
cap. 2.* postquam tractaverat de monasterio, quod destruitur authoritate Su-
perioris, sed Ordine & Religiosis, sub quibus regebatur, remanentibus *quæst.
6.* subiicit.

Sexto, inquiens, *quæritur. Est quoddam Monasterium & per mortalitatem* 277
*mortua est Abbatissa cum omnibus Monialibus Monasterii, nec reperitur aliqua
mulier, quæ velit effici monialis illius Monasterii, & per istam causam destruitur
illud Monasterium, cui acquirantur illa bona.* ℞. Videtur, quod Ordi-
ni & Religioni illius Monasterii, quasi succedant in locum & jus Monasterii
de Testam. c. 2.

Putarem dicendum, *quod Episcopus cum consensu sui Capituli posset illa bona* 278
*vendere & pretium pauperibus elargiri, vel in alios pios usus convertere; vel dicta
bona concedere aliis Ecclesiis, vel ædificare Ecclesiam, & ill. bona assignare pro dote
Ecclesiæ. Sunt enim illa bona vacantia; Ergo de ipsis bonis Superior habet pote-
statem.* Hæc Petrus de Perusio, qui ante trecentos circiter annos celebris
fuit Canonista, & pro nobis ita in Terminis contra F. Romanum decidit.

Petrus de Perusio pro nobis contra F. Rom. pronunciat.

Unde patet, quod non obstante assertâ fictione juris, (quæ minime hic lo-
cum obtinet) bona temporalia (quæ dicuntur accessoria tituli realis seu Ec- 279
clesiæ sive Collegiatæ sive cujuscumque alterius, atque ab eadem teneri) si
verè ab alio Ecclesiastico ex prævio collationis vel institutionis vel alterius
provisionis titulo non sint occupata nec possessa, dicantur vacare, ut constat
ex Oliverio Beltramino *in addit. ad Gregorii XV. decis. 54. n. 3.* Anchatan. *in
regul. beneficium. de reg. jur. in 6.* latè Mascard. *de probat. conclus. 1323. n. 14. lib. 3.
per §. quod autem ad eas res Inst. de usucap. & ibi* Nicas. aliique Dd. *not.* Et col- 280
ligitur ex eo, quod si quis absque titulo ejusmodi bona temporalia Ecclesiæ
vel hæreditatis jacentis ab alio non Canonicè occupata nec possessa occupa-
ret, non diceretur Ecclesiam spoliare, sed duntaxat invadere; Cum spoliatio 281
fiat dolo malo in rebus ab alio possessis; quando verò possessio esset vacans,
tunc si quis dolo occuparet bona temporalia Ecclesiæ vel hæreditatis jacen-
tis, diceretur non spoliare sed invadere; adeoque nec esset istic spoliatio, sed
invasio Bald. *in c. querelam n. 15. de elect. per l. fin. C. unde vi. ubi dicitur, omnes sci-
re debent quod suum non est, hoc ad alium modis omnibus pertinere* d. l. fin. *Vide*
& Giphan. *in Instit. disput. de usucap. in not. ad Thesim* 31. Unde si Ecclesia ejus- 282
modi bona temporalia diceretur propriè possidere, tunc si alius quis ea sine

 titulo

titulo occuparet, haud dubie ipsa Ecclesia dicenda esset ipsis bonis spoliata; nec tantum invasa; Cujus tamen contrarium, ut vidimus, definit Bald. *sup.*
283 *d. loc.* Similiter si jacens hæreditas diceretur propriè possidere bona; tunc illi
284 posset furtum fieri; At hoc non *l. fin. ff. de crim. expilat. hæredit.* Cum furtum non possit fieri rei, quæ caret domino *l. falsus §. qui aliena ff. de furt.* Ut proinde bona illa non proprie dicenda sint ab Ecclesia occupata esse vel possideri.
285 Consequenter cum bona illa à nemine saltem immediate occupata vel possessa, censenda sint vacantia *per d. §. quod autem ad eas res 7. Ubi* Dd. notant,
286 *triplicis* generis dari bona *vacantia*, nimirum, quæ vel ob absentiam, vel ob negligentiam, vel quia Successore carent, dicuntur vacantia. *text. &* Dd *d. loc.*
287 Deinde posito, quod Ecclesia fictè possederit illa bona, tunc tamen fictio veritati non prævaleret. Anton. Burg. *in repetit. c. cum omnes n. 223. de Constitut. per cap. veritate* 8. *dist.* & Michael Calidon. *in repet. rub. de judic. n. 149. per l. fin.*
288 *C. de emancip. lib.* Sebast. Nœvius *in l. si Ancillam 7. C. de contrahend. empt.* per illum textum, ex quo ostenditur, quod figmentum veritati nullum præstet impedimentum; licet aliàs in his, quæ sunt juris, veritatem importet. Magon. *decis.* 10. *n.* 21. Jason *in l. si filius fam. n. 1. ff. si cert. pet.* adeoque nec fictio hæc assserta, *quod Ecclesia vel hæreditas jacens sit domina bonorum temporalium*, veritati prævaleret, quo minus videlicet, bona ipsa mortuo vero eorum possessore dicantur reipsa vacare, Oliver. Beltram. *ad d. Gregorii XV. decis.* 54. *n.* 3. & Mascard. *supra d. loc.*
289 Accedit, quòd in hoc casu nostro bona illa temporalia sunt annexa Ecclesiæ Collegiatæ seu conventuali; Atqui hæc propter obitum immediatorum possessorum verè vacat, ut not. Host. *in c. dudum Ecclesia de elect. & in c. cum in nostris. ubi &* Innoc. *de concess. præbend. Clem. fin. de Rescript. c.* 2. 3 *& tot. tit. de concess. præbend. & eod. lib. 6. & not.* Canon. *in clem. in plerisq. de elect.* Cum hæc se ipsam possidere nequeat, neque etiam in casu nostro ab alio possideatur. Consequenter ipsa bona temporalia Ecclesiæ vacanti connexa, etiam dicentur si-
290 mul vacare; Cum connexorum sit idem judicium *l. eum actum ff. de negot. gest. c. translato, de Constit.* vel etiam accessoria sequantur naturam sui principalis *c. accessorium de Reg. jur. in 6. c. cum ex injuncto. 2. de nov. oper. nunciat. l. pediculis* 34. § *fin. de vulg. § si quis ancillam. Inst. de legat.*
291 Quæ de forma beneficiali in Monasteria inducenda proponit F. Rom. in allegatis ab ipso decisionibus Rotalibus non probantur, quin & juribus contrariantur, prout *in resolut. c. 3. præcedentis* ostendimus. Cætera quæ de fisco perperam affert idem F. Romanus, *infra in resolut. q.* 4. discutientur.
292 Atque hinc demum patet, quomodo F. Romanus hactenus in authoribus eorumque lectionibus versetur, ut quos ego rectissimè cum præcipuis & doctissimis quibusque Dd. à me supra citatis allegaverim, ipse vel mutilè allegare, vel perperam in alios sensus detorquere conatus fuerit, prout copiosè in hac *quæstionis* 1. *Eclipseos Astri Resolutione comprobatum est*, hæcque veritas demonstrata, quòd *interveniente morte omnium omnino Collegarum Religiosorum*

eorumq;

eorumq; incolarum Collegium Religiosum sit cum titulis & juribus Corporalibus exstinctum, licet ipsa materialis Ecclesia ac Monasterium, quatenus dicunt domum divinis usibus deputatam, non exstincta, sed sint duntaxat viduata sint ministeriis & ministris divinis, ac vacent; prout verò materialis Ecclesia & Monasterium dicunt statum & qualitatem regularem aut Conventualem, si spes proxima & juridica subsit similis Collegii reparandi, non sint dicenda exstincta. Sed duntaxat dormire & aliquo modo vacare; secus si absit spes illa reparationis, vel à plurimis, nim. à 40. vel 50. annis fuerint conventu destituta; tunc enim censenda essent extincta.

RESOLUTIO APPENDICIS

AD QVAESTIONEM PRIMAM ECLIPSEOS ASTRI.

§. I.

Quod materialis Ecclesia non sit domina ficta, sed valde impropria.

SUperius ostendi, quod *Ecclesia materialis* Collegiata non sit *ficta domina* 1
bonorum Ecclesiasticorum; tum quia non est domina sui ipsius; tum quia 2
impropriè valde dicitur domina, id est, prædominãs, cui annexa vel accessoria sint alia istius Ecclesiæ bona. Qua consideratione non obstante, bona illa, ut 3
dicunt universitatem, si ab aliquo verè & immediatè non sint occupata nec possessa, dicuntur vacare.

§. II. & seqq.

De Dominio Christi & Ecclesiæ Vniversalis. *Commentum Hayanum.*

AT quia F. Romanus *q. 1. n. 40. 48. & seqq.* obiiciebat, quod bona illa Ecclesiastica adhuc sint occupata & possessa à Christo vel Ecclesia Univer- 4
sali, Bart. *in l. 1. §. municipes ff. de acq. poss.* Inoc. *in c. cum super n. 4. de caus. poss. &*
prop. Abb. *ibid. n. 18.* Respondebam, *in appendice*, quod non obstante dominio 5 *Diluitur.*
alto & directo Christi, etiam quà hominis, qui omnium dicitur dominus 1.
Cor. 15. & Ecclesiæ Universalis, bona, si à domino utili ac possessore immediato non sint occupata, nec possessa, dicantur verè vacare, sicuti etiam in jure 6
civili bona privatorum, quando illa vel negliguntur, vel inde possessor diu absens est, vel etiam quando hæres non datur, dicuntur vacantia; non obstante, quod aliquis eorum dominus Superior detur; cui quoad dominium altum 7
subjaceant, *§. quod autem ad eas res 7. Inst. de usucap. l. 4. l. 5. C. de bon. vacant.* vel etiam in feudis aut emphiteusi, non obstante quod dominus directus detur, quando deficit hæres, dicuntur feuda vacantia & aperta domino.

Unde

8 Unde inferebam, quod si contraria F. Romani opinio vera esset, nunquam possent dici bona vacantia etiam in Ecclesiasticis; quia cum secundum F. Romanum *q.1.n.48 & seqq.* Ecclesia Universalis vel ejus Caput Papa Christi Vicarius Superior Ecclesiasticorum dominus semper haberet Ecclesiasticorum bonorum dominium directum & vel Superius Jurisdictionis vel altius; *c. cuncta per mundum.9 q.3.* Archid. *in c.fin.16.q.7.apud* Zech. *de Rep. Ecclesiastica.de statu Sum. Pontif.sub n.*24. sequeretur, quod nũquam bona Ecclesiastica essent futura vacantia. Hoc autem est absurdum. Igitur, &c.

9 „ Respondet 1. F. Romanus *allegat.*42.43. quod bis adducam *l.4.& l.8.C.de bonis vacant.* idque *non rectè, quia* in eo tit. *non sunt nisi quinque leges, ideoq; octava nulla est; Secundo quia leges illæ non loquuntur nisi de bonis sæcularibus, quæ quandoque fiunt verè vacantia. Ego autem textum allegem pro bonis Ecclesiasticis, quæ nunquam ita sunt vacantia, quin de facto ab Ecclesia, ejusque capite Christo domino possideantur. Istud nimirum est ex arena texere funem.*

Novum Commentum Hayanum.

10 Verùm in hoc non ego, sed F. Romanus ex arena texit funem. Nam ego *d.loco append.n.*2. nec hanc propositionem; *bona Ecclesiastica alicujus Ecclesiæ Collegiatæ, morte omnium Collegarum sunt vacantia,* in terminis proposui; nec pro illa citavi *l.4.& l.5.* (pro qua ultima *l.* errore typographi substituta fuit *l.8.*) *C.de bon.vacant.* sed F. Romani argumentationem subsequentem redarguebam absurditatis ex proposito argumento; quod *quando emortuis dominis immediatis bonorũ, datur aliquis bonorum illorum dominus directus, tunc, ut asserit F. Romanus, bona illa non possunt dici vere vacantia.* Subsumebam ego, *At omnium omnino bonorum creatorum temporalium* , emortuis eorum dominis immediatis , *nunquam non datur aliquis directus dominus Superior, nimirum Christus quà homo, &c. Et inferebam, Igitur omnia bona creata etiam temporalia emortuorum non possunt dici unquam verè vacantia*; Quæ conclusio cum sit evidenter falsa ex *l.4.& l.5. C.de bon.vac.* arguit, vel utramque vel alterutram præmissarum, unde ipsa infertur conclusio, esse falsam. At cum *Minor* non sit nec possit esse falsa; sequitur *majorem*, quæ est adversarii fundamentum, esse falsam.

Discutitur.

11

12

13

14 Ad quam argumentationem quomodo quadret F. Romani Responsio, nemo est, qui videat; nisi quis fortè velit dicere, F. Romanum propositionem

15 illam *Majorem* accipere non universaliter, sed particulariter. An ergo F. Romanus in prima vel secunda figura ex particularibus aliquid inferet? Ejusmodi argumentandi modum & figuram nesciunt, quotquot ante F. Romanum vixerunt dialectici.

16 Deinde Respondet F. Romanus *allegat.*494. *In Astri q.1.n.48.& seqq.* loquens de dominio alto *Universalis Ecclesiæ, quod habet in omnia bona Ecclesiastica totius Orbis; dicebat ipse n.51.cum Bart, Innoc.* & n.61.62. *cum Molin, Rebuff. glos. Alciat. & aliis, quatenus unaquaque Ecclesiarum particularium, pars est Universalis Ecclesiæ, dominium bonorum omnium Ecclesiarum particularium* , *esse penes*

Alia Commenta Hayana.

penes Ecclesiam universalem, hoc est, Congregationem fidelium, ut ibi loquuntur
Bart. & Innoc. Ego ajam ipsum d. q. 1. n. 48. Astri Innocentii aliorumque Dd. 17
sequi sententiam, qui Ecclesiam Romanam, seu Christi Vicarium designant Ec-
clesiasticorum bonorum dominum absolutum & directum, ubi tam ipsi quàm In-
nocentio caterisq; Dd. ibidem ab ipso allegatis (quemadmodum nudè asserit,)
imponam. Neq; enim ipse d. n. 48. vel semel nominavit Ecclesiam Romanam 18
aut Papam. Verba Panormit. ibi descripta in c. cum super de caus. poss. &
propriet. (quæ sola mihi à longe ansam dare poterant, ita de ipso sentiendi) hæc
erant, per prius dicta infert Innocent. quod quamvuncunque moriatur Prælatus,
& Omnes Clerici alicujus Ecclesiæ; tamen proprietas & possessio remanet penes
Christum, qui vivit in æternum; vel penes Universalem & Singularem Eccle-
siã, quæ nunquam moritur, nec unquam est nulla; Aliud autem est Ecclesia uni-
versalis, seu congregatio fidelium, cui tale dominiũ proprietatis concedit, & aliud
Papa, seu Ecclesia Romana in particulari, cui solum jurisdictionis dominium cum
communiori assignat.

Subjungit autem F. Romanus, quòd datâ operâ cum Doctoribus dixit, 19
ad Ecclesiam universalem; Licet enim Ordo Sacerdotalis habeat bonorum
ejusmodi possessionem & administrationem gl. in c. hoc consultissimo, de reb.
Eccles. non alien. verb. ipsarum in 6. tamen Ecclesiæ facultates sunt, & esse
debent in necessitate communes c. expedit 12. q. 1. & tota q. 2. ibidem ex
Gelasio, Simplicio, Gregor. Augustin. c. concesso. c. quatuor. c. mos est. c. san- 20
cimus & seqq. ubi statuitur, ut hujusmodi facultates partim cedant in sustenta-
tionem cleri, ut qui altari serviunt, de altari vivant; partim in Ecclesiæ fabri-
cam; partim in pauperes & peregrinos; quin & in redemptionem captivorum
&c. Unde & S. Hieron. 16. q. 1. c. fin. Quoniam quicquid habent clerici, pau- 21
perum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregri-
norum & Hospitum invigilare debent. Et tales facultates dicuntur Patrimo-
nium pauperum, seu patrimonium Christi in suis pauperibus & ministris, ori-
gine ducta à primitiva Ecclesia, cui erant omnia communia, * dabaturq; sin- * Act. 4.
gulis, prout cuiq; opus erat. Hinc est, quod pauperibus etiam titulo Iustitiæ 22
ex dictis bonis subveniendum sit, juxta illud psalmographi: * Dispersit, dedit * Psal. 111.
pauperibus, Justitia ejus manet in sæculum sæculi. 23

Verùm contra hanc Bartoli & Innocentii sententiam videntur dicta bona F. Romanus
Ecclesiastica, quo ad dominium, non ad Ecclesiam universalem, (in quantum ea congerit octo
totam fidelium Congregationem complectitur pertinere). Nam 1. considerando 24
fidelium congregationem; Sunt in ea tum clerici, tum sæculares, seu laici, & ho- argumenta
rum quidem tantus est numerus, ut vix unus sit clericus, ubi centum laici; neque contra Bart.
tamen isti (seclusis modò pauperibus & peregrinis) videntur quicquam partici- & Innoc. de
pare de dominio rerum Ecclesiasticarum; cum nec earum utile, nec directum do- dominio bono-
minium participent. Non utile, quia nihil eis tale obvenit ad usum; sed ipsi po- rũ Ecclesiast. 25
tius dant Ecclesiis proventus annuos, decimas, census oblationes &c. Non dire- 26

»ctum, *quia jus disponendi in suum commodum de bonis talibus, tanquam suis,*
»*nec habent in particulari, ut habent Clerici beneficiati; nec in communi sive*
»*collegialiter, ut Religiosi, aut Canonici in suis Ecclesiis, quarum bona sunt indivisa;*
27 *Hinc est, quod in Synodis Diœcesanis, Provincialibus, & Oecumenicis, in qui-*
»*bus nonnunquam de bonis Ecclesiasticis dispositiones ordinantur, votum non ha-*
»*beant, quæ omnia signa sunt, eos nec participare de illorum dominio jurisdictionis,*
2 28 *nec proprietatis, nec directo, nec utili, nec pleno, nec non pleno. 2. Licet faculta-*
»*tes Ecclesiæ in quatuor partes secundùm Canones antiquos distribui seu dividi*
»*mandentur; inde tamen verum dominium partium non infertur; Cum &*
»*pars debeatur fabricæ, quæ tale dominium velut incapax non habet, nec pars est*
3 29 *congregationis fidelium. 3. Tametsi facultates Ecclesiæ dicantur patrimonium*
»*pauperum; non tamen inde inferri potest dominium, ut patet etiam in hospita-*
30 *libus pauperum, Orphanorum, viduarum, Leprosorum &c. quia patrimonium*
non semper significat id, quod est sub dominio alicujus propriè loqvendo, sed id, ex
cujus proventibus sustentatur, ut inquit Vincent. Filiuc. in append. posthuma
qq. moral. tract. 44. c. 3. num. 5. ante fin. *cujus etiam sustentationis intuitu*
„*pauperes nonnunquam domini dicuntur* gl. 12. q 1. cap. expedit. verb. commu-
„nes. in fin. & cit. c. consultissimo. & d. c. quoniam, *sed impropriè; quia non*
4 31 *habent jus in re: In solo autem usu parum juris est. 4. In necessitate, facultates*
„*Ecclesiasticas communes esse debere, quoad usum non abnuit; sed quod com-*
32 *munes fiant, causat necessitas, non dominium. Nam & bona sæcularium in ex-*
„*tremâ necessitate communia fiunt. Hinc pauperi cuivis, si alias fame sibi morien-*
„*dum esset, licitum est panes pistoribus, aut aliis obviis auferre & consumere, licet*
33 *per hoc non fiat Dominus officinæ pistoris, aut panum expositorum. Et quamvis*
„*Sylvest.* verb. dominium §. 3. *& alii dicant, in rebus usu consumptibilibus, non*
„*distingui usum à dominio, hoc ideo solum dicere videntur; quia per usum huju-*
„*modi simul consumitur & perit dominium: alias autem, rerum usum, earumq;*
„*dominium ab invicem distingui, patet in regularibus quibus ad usum conceduntur*
„*tur esculenta, poculenta, vestes, luminaria, libri & similia, quorum jus utendi*
34 *habent in particulari, & dominium in communi. Imo Fratres minores ne in*
„*communi quidem, dominium habere rerum usu consumptibilium, docent ex Ni-*
„*colao III. Clemente V. & communi;* Soto, de just. lib. 4. q. 1. *Navarr.* Com-
„ment. 2. de regular. num. 3. *Vinc. Filiuc.* Tom. 2. qq. moral. tract. 31. cap. 3.
„num. 63.

35 *Quando Canones dicunt, facultates Ecclesiæ pauperum esse, non distin-*
„*guunt inter pauperes fideles & infideles, & ubi Canones non distinguunt, ibi nec*
36 *nos. Vnde in necessitate, præsertim extremâ, æque tenentur Christiani sæculares*
„*seu Laici, ne dicam Ecclesiastici, de suis & Ecclesiæ bonis, infidelibus & Acatholicis*
„*subvenire. Nemo tamen inde evincet, hujusmodi bonorum cumprimis Eccle-*
„*siasticorum dominium illis concedi, qui ne membra quidem sunt universalis Ec-*
37 *clesiæ. Ergo nec penes alios pauperes, quia lex generaliter loquens, generaliter*
intelligi:

Patrimonium non semper importat dominium.

intelligi debet. l. de pretio. ff. de pub. & *Lud. Rom.* in l. Si vero §. de viro. ff. Solut. matrim. *Hinc gl.* 12. q. 2. in rubr. verb. nunc quæritur; *pauperum alimoniam & captivorum redemptionem, ad causam pietatis revocat, non justitiæ: & S. Ambros. ibid. c.* aurum *licet, dicat, aurum Ecclesiam habere, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus, in usus scilicet pauperum captivorum lytrum, spatia Ecclesiarum & coemiteriorum amplianda; tamen in fine subdit, omnia in hos usus pie posse converti.* 6. *Si facultates Ecclesiarum deberentur incertis pauperibus, peregrinis & captivis ex justitia, tunc non dando, fieret illis injuria, & oriretur obligatio restituendi, semper enim violationem injustam* [illegible] *juris alieni, sequitur obligatio damnum reparandi, Filliuc.* cit. lib. tract. 32. c. 2. n. 25. Less. de jure & just. & *Dd. communiter* post *S. Thomam* in 2. 2. *Atqui hanc, de restitutione pauperibus facienda, doctrinam in Ecclesia tradi, hactenus non audivit.* 7. *Neq; his obstat* psalm. 111. *Dispersit dedit pauperibus,* Justitia *ejus &c. quia ibi ut ex antecedentibus & consequentibus liquet, justitia accipitur, pro ut est virtus generalis, sive genus ad omnes virtutes, juxta illud Sap.* 5. Justi autem in perpetuum vivent, & illud *Ezechiel.* 18. Si averterit se justus à justitia sua & fecerit iniquitatem, morietur in eis, in injustitia quam operatus est, morietur; illudq; 1. Petri 4. Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt. *Sic Noe, Abraham, Simeon, Joseph, Zacharias, & Elisabeth, aliiq; Sancti in Scriptura Sacra, dicuntur justi fuisse ante Deum. Justitia enim communis est virtus, ut ait S. Ambros.* lib. 2. comment. in Lucam. *Per ista tamen non negaverit, hujusmodi pauperibus, peregrinis, captivis, & Fabricæ Ecclesiæ de bonis Ecclesiasticis, (non autem sæcularibus) titulo particularis justitiæ, tempore necessitatis subveniendum esse: At hæc obligatio justitiæ, quæ in Clero residet, non respicit pauperes aut Fabricam Ecclesiæ, sed bonorum Ecclesiasticorum fundatores. Nam si fundatores ideo fundarunt, (ut fundarunt) Ecclesias aut Monasteria, ut illorum bona, vel decima cederent etiam in usus pauperum & fabricæ, tunc ex acceptato pacto, seu tacito seu expresso, adeoq; ex justitia, obligati sunt Ecclesiarum Pastores & Ministri, tali conventæ dispositioni satisfacere. Adeoque unus & idem actus subventionis pauperum & peregrinorum, in Clericis, respectu fundatorum, est actus justitiæ, respectu verò pauperum & captivorum, actus pietatis & Eleemosynæ, quia talis Eleemosyna, pacto est inclusa.* 8. *In primitiva Ecclesia erant credentibus omnia communia quoad usum, dominium autem suarum pecuniarum, quas ex venditis agris comparaverant; deponebant & resignabant ad pedes Apostolorum, & discipulorum Domini, juxta illud Matth.* 19. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & veni, sequere me. *Vide* c. dilectissimi 12. q. 1.

38 *Alimonia pauperū pertinet ad causam pietatis, non justitiæ.*

39 40 41 42 43 44 45 46 47

Ex his ait ipse, videtur concludendum, dominium altum omnium bonorum Ecclesiasticorum, esse penes Ecclesiam Universalem, prout ea Clerum, sive Ordinem Sacerdotalem, aut statum Ecclesiasticum in communi significat. Ita tenet Vinc. Filliuc. d. lib. tract. 27. cap. 7. n. 149. & 150. gl. 12. q. 1. c. expedit. verb. 48

communes, *ubi dicit, tale dominium esse apud Clericos sicut dominium rerum*
49 *universitatis apud Cives.* Institut. de Rer. div. §. Universitatis. *Nam secundum Bald.* in Margarita. verb. Ecclesia. *Ecclesia tribus modis dicitur, uno pro universis Ecclesiis Christianorum (omnes enim Ecclesiæ, una Ecclesia sunt, ut ait Innoc.* in c. fin. de cler. non resid. ex c. quamvis, dist. 21.) *Secundo pro universis*
50 *Clericis & Ministris Ecclesiarum, Tertiò pro universa congregatione fidelium. Sic igitur Ecclesia Universalis, sumpta pro Universitate status Ecclesiastici, habet imprimis dominium jurisdictionis supremum, residens in capite visibili Ecclesiæ*
51 *(quod est Papa) super omnia bona Ecclesiastica totius mundi: Deinde, habet dominium altum proprietatis directum, in ejusmodi bona; habet enim jus disponendi de iis, tanquam suis, in suum commodum, tametsi non sine certis conditio-*
52 *nibus & oneribus, ad sustentanda nimirum onera Pastorum Ecclesiæ, inter quæ, ultra dominium utile, sive propriam sustentationem sunt etiam sumptus in fabricam Ecclesiæ, peregrinos & pauperes, & cum conditione nihil ab Ecclesia alienan-*
53 *di. Quæ conditiones, dominio nihil obsunt, ut patet in simili, quando Pater aut Frater donat aliquid sorori, cum conditione, certam Eleemosynam hebdomada-*
54 *tim elargiendi, & extra familiam non alienandi. Atque hac in parte, repræsentat Ordo Sacerdotalis quasi senatum totius Congregationis fidelium, seu Reipub. Christianæ, ut Constat ex Synodis particularibus & Oecumenicis. Unde, sicut Consilium Generale sive Senatus Venetus, aut Genuensis, habet principatum & dominium bonorum suæ Reipub. secundum Iacobum de Ardizano* in tit. de pace
55 juram. fir. & *Bald.* in l. decernimus. C. de Sacros. Eccl. *qui ait, de consuetudine ita servari, apud Gothofredum* in Praxi civili lib. tit. 4. §. de Ducibus, *ita*
56 *Clerus habet dominium bonorum Reipub. Ecclesiæ Universalis, qua talis, id est, Ecclesiasticorum, ad finem supernaturalem Christi Domini ordinatorum.*

57 Hactenus F. Romanus, qui in multis hîc aberrat I. quod Ecclesiam Romanam (cui Monasterii ab alio Monasterio independentis conventu destitui dominium cum Dd. ascribo) videatur accipere strictè pro Episcopatu Romano, prout personaliter administratur à summo Pontifice tanquam Episcopo Romano, quemadmodum etiam ab Anton. August. de Ancona accipitur, non verò latè pro Ecclesia universali, seu pro Congregatione fidelium, prout accipitur à Ripa in *rubri. de Constit. n.* 18. *part.* 1.

Discutiuntur.

58 Sed quicquid de eo sit, sola controversia nunc est, *quomodo bona Ecclesiastica dicantur esse Ecclesiæ.* Alii intelligunt Ecclesiam particularem, ejusque nomine Capitulum vel Conventum &c. De qua acceptione infra videbitur. Aliqui asserunt, quos inter Innoc. *in c. cùm super. n.* 4. *de caus. poss. & propt.* Abbas *ibidem n.* 18. Bart. *in l.* 1. *§. municipes ff. de acquir. poss.* Alber. de Rosat. *in d. l. Sicut.* §. *in decurionibus ff. quod cujusque universit. nom.* per Ecclesiam intelligunt Congregationem vel Universitatem fidelium; alii Ecclesiam Universalem Dd. *sup. cit.* Bald. *in Margarita sua ad Innoc. IV. Comment. in decretal. verbo mortuus*: de qua acceptione hic agendum erit.

Variæ opiniones de voce Ecclesia.

Horum

Horum autem sententia si accipiatur de dominio alto jurisdictionis, vel etiam dominio proprietatis in bona Ecclesiæ, quasi illud omnibus omnino Christianis competat. Jam constat ex rationibus F. Romani, eam omnino defendi non posse opinionē; Cum sæcularibus & quidem fœminis non competat ulla jurisdictio vel ulla proprietas in bona Ecclesiastica totius orbis; ut palam est; Si verò accipiantur Dd. de utilitate *spirituali*, quæ per ministros Ecclesiasticos ex bonis illis alitos *in commodum cœtus fidelium* redundat, verissime intelliguntur, eoq; applicari poterit illud 1. Cor. 9. v. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus, si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos.* Quod si Ecclesiastici in eo segniores essent, nec spiritualibus pascerent gregem, iis Dominus exprobraturus esset, illud Ezechiel. 34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascuntur.* Et statim subjicitur, quomodo temporalibus se paverant & spiritualibus non paverant gregem Domini; *Lac comedebatis, & Lanis operiebamini & quod crassum erat, occidebatis; gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis; & quod abjectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis &c.* Vel Dd. illi istic intelligi possunt, ut bona ea aliquo modò deserviant fidelium utilitatibus temporalibus, quatenus ipsorum fidelium liberis ad statum Ecclesiasticum aspirantibus pro victu necessario subserviant: Sed hujusmodi significatio & acceptio quid ad rem nostram & præsentem controversiam faciat, nemo est, qui videat. 59 60 61 62

Similiter Dd. qui dicunt, quòd *bona Ecclesiastica sint Ecclesiæ Universalis*, si per *Ecclesiam Universalem* acceperint Congregationem omnium fidelium, ex modo deductis explicandi sunt. 63

Quod autem F. Romanus *per Ecclesiam Universalem* intelligit Clerum sive ordinem sacerdotalem, aut statum Ecclesiasticum in communi, ita ut dominium altum omnium bonorum Ecclesiasticorum sit penes Ecclesiam universalem, prout ea Clerum sive ordinem sacerdotalem aut statum Ecclesiasticum in communi significat, tunc vel ille accipit hoc ita, quasi status Ecclesiasticus in communi acceptus absolutè dominium altum à summo Pontifice independens omnium bonorum Ecclesiasticorum habeat; & incidet vel in errorem *Constantiensium* ab Eugenio quarto atque Ecclesia Catholica damnatum, juxta Ferret. *in c. Canonum statuta n. 19. & 20. de constit.* quasi Concilium & status Ecclesiasticus in communi sit superior Pontifice. Cum omnis Pastor sit superior grege suo. Ferret. *in d. c. Canonum statuta n. 18. de constit.* Petrus antè Apostolus & successores ejus sunt Pastores à Christo constituti *Ioan. c. ult.* Ferr. *d. loc*; aut volet ipse Romanus, quod status Ecclesiasticus in communi æqualem cum *Summo Pontifice* habeat potestatem; & incidet in errorem *Hussitarum* à *Concilio Constantiensi Sess.* 8. damna- 64 65 66

tum, existimantium cæteros in ordine Sacerdotali pari cum Papa frui potestate; vel Panormitani incurret errorem, duo in Ecclesia Catholica con-
67 stituendo capita; quod monstrosum est; aut volet, quod status Ecclesiasticus in communi habeat dominium altum dependens à summo Pontifice, ab eoque delegatum. Et *hoc inauditum* est in Ecclesia, quod Summus Pontifex dominium altum & suam potestatem in bona Ecclesiastica delegarit statui Ecclesiastico in communi, ita ut illa potestas etiam apud Vicarios Ecclesiarum, Altaristas resideat. Cum ne quidem in Ecclesiis Collegiatis privatis ulla earundem Vicariis potestas concedatur. Ut proinde quicquid
68 F. Romanus asserit, ex erroneo ipsius intellectu proficiscatur necesse sit.
69 Vincentius Filiucius *Tom. 2. qq moral. Tract. 27. c. 7. n. 149. & 150.*
Ad Filius. glo. Bald. Resp. Glo. 12. *q. 1. cap. expedit, verb. communes:* Bald. *in Margarita verb. mortuus,* accipiendi sunt non de Universitate bonorum Ecclesiasticorum realiter accepta, nec de Universitate Ecclesiasticorum Ministrorum re ipsa considerata; sed tantum verbis significata. Inter has etenim Universitates, nim. re ipsa consideratas & verbis duntaxat significatas, magna est differentia, ut videre licet apud Canon. Anton. de Butr. Anchar. Joannem de Anan. Jo-
70 an. Crot. Henric. Boich. Pan. Card. *in c. ex literis. de jure Patron.* Nam non *prior* sed *posterior* Universitas verbis significata resolvitur in singularitates;
71 Unde ad præsentem materiam inferendo, quando omnia *bona Ecclesiastica dicuntur esse Ecclesiæ universalis*; dicendum erit, quod bona Ecclesiastica alicujus loci sint Ecclesiasticorum ejusdem loci, & bona Ecclesiastica alterius loci sunt Ecclesiasticorum illius loci; Si non quoad dominium altum
72 dependens, saltem quoad dominium utile, qui sensus est verissimus. Eo faciunt Not. Tambur. *Tom. 3. de jure Abbat. disp. 11. q. 2. n. 4. vers. contraria.* Ubi tradit, dominium in communi bonorum Monasterii non esse penes prælatum istius loci, sed penes Monachos, non quidem ut singulos, *sed ut* universos, ex *Conc. Trid. Sess. 25. de Regularibus c. 3.*
73 Nec enim F. Romanus asseret, quod Ecclesiastici sæculares in Turcia habeant dominium altum & jurisdictionis in bona sui Monasterii Ochsenhusani, aut hoc eorundem Jurisdictioni pro parte subjaceat; vel quod ipse F. Romanus ut membrum Ecclesiastici cætus habeat aliquod jus & dominium altum aut Jurisdictionem in bonis Ecclesiasticis Belgii, vel Hollan-
74 diæ, vel Turciæ. Num F. Romano Capucini & minima Societas nostra professa, in illo cætu Ecclesiastico comprehensi simul habebunt dominium altum bonorum Ecclesiasticorum, quod necessario dicendum esset, si bona
75 dicerentur esse comunitatis quoad dominium altum. Comunis n. res dici-
76 tur esse quodamodo cujuslibet. Glo. *cit. in l. 1. l. communis. de in jus voc.* Deinde bona illa Ecclesiastica quoad dominium altum vel erunt *communia Ecclesiasticis*, ut pluribus, vel ut singulis: Si ut pluribus, *ergo dominium* illud non ab uno aliquo solo, nisi ab omnibus ut pluribus delegata potestate poterit

terit exerceri, sed erit ab omnibus insimul tractandum *in c. quia. c. in gene-si de elect. l. Si municipes cum subseqq. ff. quod cujusque univers. nom. l. in re communi 26. ff. de servit. Vrb. præd.* Sin ut singulis; Ergo pro actu aliquo dominii alti exercendo requiretur omnium consensus; licet possit separatim adhiberi, *l. per fundum ff. de servit. rust. præd.* Huc faciunt Nor. ab Host. *in summa de priv l.* Unde si dominium altum quoad bona omnia Ecclesiastica esset commune totius Cleri Ecclesiastici, consequeretur, quod dominium illud altum omnibus Clericis ut pluribus simul consideratis, vel ut singulis competeret; quæ omnia cum sint Paradoxa, non est, quod in iis cum F. Romano multum inhæreamus. 77

Fortè hæc in eo sensu accipi possent, quem reperire licet apud Caramuel. *in disp. sua 1. an pax sit licita in 1. sentent. conclus. 6.* ubi videri poterit. Nec enim nobis animus est, aliorum scrinia compilare. 78

Aliàs quando Dd. tradunt, dominium bonorum Ecclesiasticorum esse penes Ecclesiam Universalem. Rot. Rom. *decis. 19. n. 8. & seqq. part. 2. divers.* Caputaq; *decis. 170. & 181. n. 3. part. 3.* Natt. *Conf. 562. n. 15.* Ancha. *in c. 1. n. 12. de Regul. Iur. in 6.* Felin. *in c. auditis n. 19. de præscript.* Covar. 3. *variar. resol. 16. n. 13.* Craver. *cons. 54. n. 14. & cons. 562. n. 2.* Alex. *cons. 81. n. 17. lib. 3.* Rot. Rom. *decis. 649. n. 3. in recentior. tom. 2.* Bald. *in c. cum super. n. 1. in fine de caus. poss. & prop.* tunc ad evitanda superius adducta absurda, statuunt, per Synecdochen penes Caput Ecclesiæ Universalis aut penes Romanam Ecclesiam esse dominium altum bonorum Ecclesiasticorum, nimirum penes Vicarium Christi Summum Pontificem, à cujus potestatis plenitudine reliqui Ecclesiastici Episcopi suam participant potestatem. *9. q. 3. c. pen. & ult. de auct. & usu Pall. c. ad honorem. de censib. c. cum instantia* atq; accipiendus Bald. *in Margarita. verb. mortuus, ibi vel Ecclesia Romana tanquam Ecclesiarum domina & Caput. Sicut enim gallina sub alis congregat pullos suos, ut not.* in l. 1. ff. de integ. rest. minor. *Sic Ecclesia Romana sub alis suis omnes alias Ecclesias continet.* 79 80 81

Ecclesia verò *Romana tribus* modis accipi potest 1. pro Papa. 2. pro Jurisdictione temporali in omnes Ecclesias. 3. pro Ecclesia Cathedrali Lateranensi. Ita Bald. *in Auth. quas actiones C. de SS. Eccles.* Archid. *in c. 1. de præscript, in 6. & in c. fundamento de elect. eod. lib.* Bertachin. *in repert. verb. Ecclesia.* 82

Unde cum certum sit. 1. quod dominiũ altum omnium Ecclesiarum, non sit penes Ecclesiam Cathedralem Lateranensem, neq; etiam dici possit esse penes jurisdictionẽ temporalẽ; Cum dominiũ altum sit ipsa jurisdictio temporalis Ecclesiastica, sequitur, quod ipsum dominiũ altũ sit penes Papã: quemadmodum etiam tradunt Ferret. *in repet. c. Canonum statuta. n. 15. 16. & seqq. de Constit. & cons. 236. n. 9. 10. part 2.* Hippol. Riminald. *in cap. 1. de Constit. n. 44.* Stephan. Aufrer. *in repetit. Clem. ut Clericorum n. 40. & seqq. de offic.* 83

de offic.Ord. Auguſtin.de Ancona, *de poteſt.Papa.q.1.art.8.ad* 4. non tamen
84 ad ſuum lucrum,ſed ad Eccleſiarum utilitatem Ancon. *d.loco*.Pontifex autem immediatè hanc ſuam poteſtatem habet à Deo ſolo,Ioan.Quint.Hæd. *in d.c.novit.de iudic.n.*49. & non à populo,aut ab homine Ant.Burg *in c.quæ in Eccleſiarum,de Conſtit.n* 27.*& ibi* Hippol. Rimin.*n.* 165,eique & non Eccleſiæ eſt à Chriſto poteſtatis plenitudo & principatus conceſſus. Ferret.*inc.* 1.*de conſtit.nu.*5. Vide Auguſtin. de Ancon.*latè in tractat. de poteſtate Eccleſiaſtica.q.*1.*& q.*101.*art.*7. Ratio eſt,quia Chriſtus eſt Dominus rerum Eccleſiaſticarum.12.*q.*2.*c.qui abſtulit.* & Papa Chriſti eſt Vicarius; Vnde Papa tanquam Chriſti Vicarius rerum Eccleſiaſticarum habet dominium & proprietatem. Sicut enim Papa non poteſt aſſerere ſe vicem Chriſti non tenere; ſic nec poteſt aſſerere, ſe rerum Dominium non habere; Habet autem rerum dominium, etiam ut hoc dicit proprietatem, non in proprium lucrum, ſed in aliorum utilitatis ſubſidium,ita ut in animi præparatione paratus ſit,iis rebus carere pro ſalute proximorum. Vnde ejusmodi rerum dominium nihil eius ſtatus perfectioni repugnat. Auguſt. de Ancon. *in d. tract.de poteſt.Eccleſ.q.*101 *art.*7.*in corp.q. ad* 1. Accedit, quòd princeps ſit virtute tota univerſitas Card. Zabar.*in c. ut animarum. de Conſtitut. in* 6. *num.*26.

Pontificis poteſtas immediatè eſt à Deo.

85

86

Quomodo Pontifex rerum habeat dominium.

87

88 Quin etiam verum Eccleſiaſticarum rerum dominium Pontifici tribuit Zaſ.*lib.*1.*conſ.*16.*n.*13.,& quidem liberum quo ad diſpoſitionem.Iacobus de Zocchis. *in c.conſtitutus. de reſcript.n.*16.*per.not.in c.cum ſuper.de cauſ. poſſeſſ.& prop.& in c.*2.*de præb.in* 6. tum directum Zaſ.*in l.ſi quis vi* §.*differentia.n.*15.*ff.de acquir.poſſ.fac.not.Vacon.à Vacun.lib.*2.*declarat.*43.*n.*17.quod
89 proprietatem reſpicit,quam Pontifici quoque aſcribit Auguſt.de Ancon.*de poteſt.Eccleſ.lib.*2.*q.*101.*n.*1. Ratio prioris eſt,quod poſt factam proviſionē, dominium duntaxat utile ſit penes canonicè proviſos; Cum ante proviſio-
90 nem à ſuperiori factam nullum apud providendos exſtet dominium , nec ullum jus in rebus & bonis Eccleſiaſticis ipſâ juris diſpoſitione ad illos tranſeat; ſed totum ex ipſa proviſione illis acquiratur, & quod quoad utilitatem omnem,quæ eſt alterius generis & formæ, quàm apud providentes
91 exiſtat, ut manifeſtè patet. Siquidem res & bona Eccleſiaſtica aliâ ratione apud Summum Pontificem alioſque Epiſcopos tanquam ſuperiores,quam apud ipſos, ab & de ijs proviſos exſiſtunt, quemadmodum & in feudalibus
92 bonis videre eſt,quæ non ex ipſa Iuris diſpoſitione,ſed ex inveſtitura domini Vaſallis acquiruntur, atque aliâ ratione apud Dominum directum, quàm poſt factam à Domino inveſtituram apud Vaſallum quo ad utilitatem, exiſtunt.

93 Dominium etenim *directum* tunc cenſetur eſſe, quando facultas diſponendi non neceſſario, manu factoque alterius acquiritur, ſed ſtatim ab initio ex ipſa iuris diſpoſitione competit; quale reperitur *in l.fin.C.de SS.Eccleſ.l.à*

Directum dominium quid.

ef. l. à Titio ff. de furt. Econtra utile dominium censetur id esse, quando facultas disponendi de utilitate rei ab initio manu factoque alterius necessariò acquiritur; estque alio modo & ratione penes acquirentem, quàm penes ipsum concedentem, Vid. Vacon. à Vacun, lib. 2. declarat. 43. numer. 23. &c.

Unde porrò consequens est, quod penes omnes Ecclesiasticos, fideles collectivè sumptos, non sit dominium rerum & bonorum Ecclesiasticorum, distributivè vel collectivè acceptorum. Siquidem V. C. Ecclesiastici Germaniæ ex ipsa juris dispositione non acquirunt jus in bonis Ecclesiasticis Galliæ, neque etiam jus ab ijs unquam Galli in rebus & bonis Ecclesiasticis acquirunt à manu & facto ipsorum Germanorum; Ut proinde *Ecclesiastici Germaniæ nec directum nec utile, adeoque nullum habeant dominium rerum & bonorum Ecclesiasticorum Galliæ.* Quæ propositio cum sit verissima, inde necessariò sequitur, quod ejus contradictoria à F. Romano allata assertio, *quod dominium rerum omnium & bonorum Ecclesiasticorum sit penes omnes Ecclesiasticos*, sit falsa; Duæ enim contradictoriæ propositiones non possunt simul esse veræ, *fac. not. in l. 1. C. de furt.* Econtra sequitur, quod cum summo Pontifici & Episcopis ipso jure notoriè competat facultas disponendi & providendi de rebus & bonis Ecclesiasticis, ipsis etiam directum in eis bonis dominium competat. 94 95 96 97

Ecclesiasticis verò, qui ab eorum manu & facto obtinent facultatem disponendi, de utilitate rerum & bonorum Ecclesiasticorum, utile eorundem bonorum acquiratur Dominium, Quæ doctrina cum sit plane clara & liquida, non est quod in F. Romani tenebrosis salebris nos immergamus.

Quamvis verò dominium directum rerum & bonorum Ecclesiasticorum sit penes summum Pontificem aliosque Episcopos; attamen hoc non obest, quò minus dominis utilibus emortuis, sine ullis omnino surrogatis res & bona Ecclestica dicantur vacantia, quemadmodum jam sup. ex Pet. de Perus. *in tract. de mut. status. cap. 2. num. 2. quæst. 6.* vidimus. Eoque faciunt notata Romani *Conf. 350. num. 5.* ubi tradit; Vacare in jure *multipliciter* accipi; *primo pro* intendere. *secundo pro* abstinere; de utroque *in text. 33. q. 4. Scientis.* Tertio pro cessare *ff. de adil. Edict. l. qui Tertium.* Quarto vacare dicitur, quod inutile est, *l. Quintus Catilius ff. depos.* Sexto vacare quid dicitur de jure & facto, puta quia mortuus est Prælatus, & nemo in possessiõe prælaturæ reperit, (adeoque quod nec est occupatum, nec possessum) Et sic vacat Ecclesia *de jure* quo ad *Titulum*; de *facto* quo ad *possessionem*: Aliàs vacare quid dicitur *de jure*, quia deficit prælatus, sed non de *facto*, *quia* alter reperitur in possessione coloratè insistens *de præb. c. licet. in 6. de concess. præb. c. cum nostris.* Similia tradit gloss *in Extravag. suscepti, verb, vacantium, ne sed. vac.* cujus locum supra attulimus, ubi Vide. 98 99

Vacare in iure multipliciter accipitur.

101 Ex quo nostra doctrina tam *hujus q.*1.quam q. 2. contra F.Romanum confirmatur & stabilitur. Eo quod tituli & Jus personale cum personis ipsis
102 extinguantur,& in surrogatis de novo creentur. Iura autem realia Ecclesiastica perseverent,licet morte provisorum vacent de jure quo-ad titulum, ac de facto quo-ad possessionem.
103 Unde in præsenti nostro casu Monasteria aliqua, non obstante, quod eorum dominium directum penes summum Pontificem exstet, post mortem omnium Collegarum Religiosorum incolarum cum ijs non sit provisum de novis surrogatis, nec alijs titulus utilis dominij nec possessio acquisita; dicentur *de jure* vacare,quo ad titulum realem & dominium Utile,
104 & *de facto* quo ad possessionem. Quid autem F. Romanus ex suo discursu de pauperibus formato, pro universalis Ecclesiæ dominio in suo sensu accepto velit aut possit concludere, nemo est, qui videat.

Esto eleemosyna & alimonia pauperũ sit pietatis, non justitiæ.Indène rectè inferetur, quod Ecclesia Universalis,seu congregatio fidelium, prout dicit ordinem sacerdotalem, habeat bonorum Ecclesiasticorum dominium.
105 Quin etiam nec verum est,quod legata alimonia,prout supponitur esse legata pauperibus,non sit debita ex justitia; Contrarium enim *ex l.civitatibus* 122.*ff.de legat.* 1. *& ibi* Dd. not.colligere est. Nam quomodo alias daretur actio pro legato alimoniæ pauperibus relicto consequendo,si illud ex pietate tantum,& non ex justitia deberetur, de qua actione Vid.Dd. *in d.l.civitatibus.*
106 Adhæc legatum alimoniæ pauperibus factum non quibuscunque, sed ijs,qui in loco testatoris sunt,intelligetur factum esse.Ioan.de Dicastillo *lib.*1. *de just. tract.*19.*disp.*3 *dub.*3.*n.*32.*junct disp.*2.*dub.*10.*n.* 208. 212. & quidem si
107 pauperes istic nimis multi sint,ita ut legatum foret elusorium,tũc erit hęredis, vel deficiente hærede alterius Executoris legitimi,certos pauperes ex incertis eligere,quib.electis alimonia erit non jã ex pietate sed ex justitia titulo legati debita. *per not. Dicastillo.d.loc.* Quæ si per similitudinẽ huc ad casũ nostrũ ap-
108 plicẽtur,inde à simili vel pari contra F.Rom. cõcludetur,quod legatũ religiosis stabilitatẽ loci promittentibus, nõ nisi pro ijs, qui in loco testatoris erũt, quosq; hæres,vel illo deficiente Executor legitimus designaverit;adeoq; non omnibus omnino Religiosis stabilitatẽ loci promittentib.promiscuè factum intelligatur.Sed de hoc plurib.infr.*in Resol.q.*3.*&* 6.huc n.nequaquã spectat. Alia quoq; ,quæ in eodem discursu excuti possent, hic non attingo,ne cum F. Romano ubiq; aliena proponere videar.

§§. IV. ET V.

Vtrum S. Benedicto vel alicui sanctorum dominium in res sublunares competat vel competere possit.

109 NVm. 4. & 5. *in eadem appendice,tertio loco* prosequebar, *Vtrum quia à F.Romano q.* 1.*n.*58. *proprietas, (quæ nihil aliud ipsi est quàm dominium rei justis modis quæsitum, Host.* in Summ.de caus.prop.n.1. *) dedicata S.Benedicto, dicitur*

post

post Deum &c. residere penes S. Benedictum ceu caput Ordinis & familiæ; ideo ab eodem possint dici bona certi alicujus Monasterij morte omnium Monachorum istius loci incolarum interveniente, nullis aliis substitutis, non vacare.

Respondi 1. *supr. d. n. 4.* negando Universaliter verũ esse, quòd omnia Monasteria Ordinis Benedictini sub initium sint S Benedicto dedicata. 110

Respondi 2. *supr. n. 5.* posito etiam, non cõcesso; quod omnia Monasteria 111 illius Ordinis essent dedicata S. Benedicto, non propterea S. Benedictus eorũ haberet dominium temporale. Cum animæ Beatorum separatæ in Cœlis nõ 112 habeant dominium rerum Temporalium hîc in Terris, Mantic. *li. 8. de conject. ult. vol. tit. 6. n. 2.* sicut nec Angeli Less. *lib. 2. de Iust. & jure c. 4. n. 3.* eò quòd ipsæ non possint de bonis tanquã suis, neq; in suũ commodũ disponere, quæ duo requirũtur in subjecto disponẽte, ex vi dominij creati veri; Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 1. §. 3.* Sot. *li. 4. de Iust. q. 1. art. 6.* quodq; ejusmodi bona Sãcto dedicata, attento cursu rerum ordinario, haud ullo unquã tẽpore in alios transferri possint. Cum de Sancti voluntate, ordinario rerũ cursu, haud unquã in 113 hac vita nobis constare *possit*, & nihilominus ejusmodi bona & rectè & *legitimè*, in alios interveniente Superioris Ecclesiastici auctoritate sæpe transferantur. Ut proinde illius assertum contrarium ejusque fundamentum allegatum nequeat sustineri.

Ad quæ F. Romanus *in Horti Confinib. sub tit. Aranearum tela. allegat.* 444. 114 ita respondet, quod *in Astri* q. 1. n. 58. *demonstrãs, Monasteria Religiosa, suis quaque Ordinib. olim fundata fuisse, inter alia produxerat fragmentũ diplomatis Henrici IV. Imper.* in quo ait; Comitẽ Adalbertũ restaurasse Monasterium Hirsaugiense & ipsum locũ, cum omnibus pertinentijs ex toto, super Altare S. Aurelij delegasse, & contradidisse Domino Deo & S. BENEDICTO IN POTESTATEM ET PROPRIETATEM. *Ex hoc loco & ipsius in eandem phrasin consentientib. verbis, arguam ego ipsum per tria folia, variis allatis subtilitatibus, quasi docuisset, separatas in Cœlis animas habere temporalium rerum hîc in terris dominiũ, & quidem proprie dictũ; quod in mentẽ ipsi nunquã venerat. Relictũ enim alicui Sancto, intelligitur esse relictũ Ecclesiæ; quoniam legata relinquuntur Ecclesiis Sanctorum & non Sanctis, quorum conversatio in cœlis est, ut Bart. sensit* in l. 1. §. ad municipiũ n. 1. ff. ad leg. Falcid. per text. in d. §. Si quis in nomine domini. *& tradit Matthæus de Afflict.* in dec. 244. n. 2. *Stultus enim esset Testator, qui cogitasset Sanctũ qui æternâ fruitur beatitudine, relictum accipere, ut Bart. etiã scripsit* lib. 1. Minor. dist. 6. c. 2. in fin. *Card. Mantica* tract. de conjectur. ult. vol. lib. 8 tit. 6. n. 2.

Commenta Hayana.

115

116

117

His tamen non Obstantibus, juris quodam & piarum mentium intellectu, dicuntur hujusmodi res, bona, prædia, loca, pertinentia & obligationes fieri Deo (qui tamen bonorũ nostrorũ non indiget, nec plus inde dominij acquirit) vel Sanctis ejus in Cœlo, ad exprimendũ affectũ ijs serviendi & placendi, vel eos placandi, aut aliquid ipsorũ intercessione impetrandi, Ita Joannes Patricius Romanus ejusq; uxor, cũ liberos bonorũ hæredes non suscepissent, suã hæreditatẽ B. Mariæ Virgini vovisse, & ab ea summis precib. assiduè petijsse, ut in quodpiam opus eam pecuniam potissimum erogari 118

NB.

119

Breviar. Roman.

vellet, aliquo modo significaret. Ipsam deinde noctu in somnis utrumq; admonuisse,
120 *ut quem locum nive conspersum viderent, in eo Ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ*
Virginis nomini dedicaretur. SE ENIM ITA VELLE AB IPSIS HÆREDEM INSTITVI. *Pleni sunt Catholicorum libri, hujusmodi formu-*
121 *lis loquendi, & si hi tacuerint, lapides clamabunt; plena sunt altaria seu Templa,*
ea cumprimis, quæ Sanctorum erga morbidos beneficiis ac virtutibus celebrantur, hujusmodi donariis, cereis, paramentis, calicibus & quorum dominium Chri-
122 *stiani pijque homines, à se penitus abdicantes, quadam juris fictione, in proprietatem & potestatem omnimodam hujus illiusve Sancti, vel materialis Ecclesiæ, in*
123 *ipsorum honorem, & nominis invocationem consecrata, toto* affectu *transcribunt. Et idem de terris ac bonis immobilibus* dicendum. *Verum autem earum rerum, & immediatum dominium in eos transfertur, qui tali Ecclesiæ deserviunt.*

124 *Potest vero aliquid dupliciter in proprietatem S. Benedicto tradi, uno modo, veluti Patrono solùm Ecclesiæ, ut, si sit aliqua Ecclesia Collegiata, Parochialis & in ejus honorem consecrata: Et sic remanent oblata bona penes eam Ecclesiam,*
125 *nec transeunt ad Ordinem S. Benedicti.* Altero, *velut Capiti sui Ordinis & familiæ, quo pacto Comes Adalbertus prædictus, locum Hirsaugiam cum pertinentijs tradidit in potestatem S. Benedicto. Et hac ratione transfertur Dominium rerum immediatum in familiam Sancti Benedicti ibidem loci Deo & S. Benedicto famulantem; mediatum, in universam familiam, seu Ordinem ejusdẽ Sancti; sum-*
126 *mum ad Ecclesiam universalem.* Astri quæst. 1. num. *61. Nec refert, si in literis fundationis, præsertim antiquioribus, non semper exprimatur nomen S. Be-*
127 *nedicti; tum quia per sexcentos annos, usque ad annum Domini* 1100. *communiter non erant in Occidente alii Monachi, quàm Benedictini, tum vel maxime, quia ex prima introductione Monachorum jam apparebat, in quem vel qualem titulum erigerent illud cœnobium fundatores, & in cujus proprietatem propetuan-*
128 *dam illud transmitterent, Adeoque nil interest, sive Monasterium cum suis bonis offeratur S. Benedicto ceu Capiti in suis mẽbris, sive offeratur membris in suo capite, utrobique idem sequitur effectus.* vide c. si quis in nomine. Novell. 131. &c. *At-*
129 *que ex his cadunt (obmota nimirum) quomodo unus sanctus in Cœlo alterius Sancti Patrimonium invadat, quomodo suum transcribat, vel sua negligentia perdat, & similia, quas sequelas pratensis aranearum telis, non cassibus, incassum alius venetur. &c.*

Hactenus F. Romanus. Et D. Caramuel *in sua Theologia Regulari dissput. 57. num. 821. sub fin.* ait. Petis; sintne soli homines, an etiam Angeli ca-
130 paces dominii limitati? Lessio *lib. 2. de Iust. & jure. cap. 4. numer. 3.* videntur Angeli non habere proprium dominium, nisi suarum actionum.

131 Cæterum *non video apparentem aliquam rationem, quæ probabiliter convincat, Angelos non posse habere dominium in inferiores creaturas, si illas vel illa-*
132 *rum*

rum aliquas Deus ipsis subjecerit. Cum autem ex potentia actus non inferatur necessario, respondeo non constare, utrum Michael exempli gratia habeat aut non habeat dominium verum & proprium in talibus aut talibus creaturis. Hæc & ipse.

Verum F. Romanus hic multifariam Lectori imponit. 1. asserens quod in *Diluuntur.*
producto à se fragmento diplomatis Henrici IV. Imp. (in quo dicitur *Comi-* 133
tem Adalbertum restaurasse Monasterium Hirsaugiense, & ipsum locum cum omnibus pertinentiis ex toto super altare S. Aurelii delegasse & contradidisse Domino Deo & S. BENEDICTO in POTESTATEM ET PROPRIETATEM) non docuerit, separatam S. Benedicti in cœlis animam, habere temporalium rerum hic in Terris dominium & quidem proprie dictum. Cum 134
tamen expresse contrarium *in Astri q. 1. n. 58.* docuisset, ut ostendunt hæc ipsa verba à F. Romano *d. fragmento* subjecta, *ut nimirum hujusmodi proprietas (quæ nihil aliud est, quam dominium rei justis modis quæsitum* Host. *in summa de caus. propriet. n. 1.) post Deum, &c, resideat penes S. Benedictum, ceu Caput Ordinis & familiæ, & consequenter penes filios, sive Ordinem ipsum, velut hæredem patrimonii S. Benedicti. Nam si filii & hæredes, ut ait Apostolus* Gal. 4. Ex hisce 135
verbis patet, quod F. Romanus S. Benedicto, seu ejus animæ separatæ dominium rerum Temporalium ipsi dicatarum, hic in terris asscribat. Cum S. Benedicto asserat earundem rerum Temporalium proprietatem, quam ex Host. *de caus. propri. n. 1.* tradit esse dominium acquisitum jure naturali, genti- 136
um & civili, adeoque cum dominium proprie dictum, cujusmodi est quod jure naturali per occupationem acquiri dicit ibidem Host. *v. c. in feris bestiis §. feræ Instit. de rer. divis.* jure gentium per *captivitatem* ab hostibus, per *accessionem* discretam, ut in fœtibus animalium, per accessionem concretam, ut per Alluvionem, per specificationem, ut cum ex materia aliena speciem facimus aliquam; per Confusiõem *&c. Instit. de res. divis.* illi ascribat, patet, quod F. Roma- 137
nus *proprietatem* ibidem accipiat pro dominio proprie dicto, Cum Host. *d. loc.* à F. Romano laudatus *in d. tit. Instit. de rerum divis.* agat de proprie d. dominio, consequenter & ipse F. Romanus de eodem veniat intelligendus. Cum 138
author secundum ea, quæ allegat, sit intelligendus, per not. Euerard. *in loc. à rat. legis strictæ n. 3.* ex Bart. *in l. non solum §. si liberationis verba ff. de liberat. leg.* Accedit, quod F. Romanus illud dominium S. Benedicto tribuat, quod con- 139
sequenter penes filios sive Ordinem ipsum residere dicit, Atqui F. Romanus *q. 1. Astr. n. 55. 56 alleg.* 444. *n.* 3. tribuit ipsi Ordini rerum Temporalium dominium. Igitur, &c. Et licet verbis hac *allegat.* 444. *n.* 1. neget, haud un- 140
quam sibi venisse in mentem, ut tale dominium Sancto alicui tribuat, re ipsa tamen illud *ibidem n. 3.* concedit. Ut proinde mirum sit, quâ fronte F. Ro- 141
manus *d. n.* 1. asseveret, sibi id in mentem nunquam venisse.

§. VI.

„ AN quia ad locum Card. Manticæ à me allatum Respondere non posset, „ inquientis in *tract. de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 2. Relictum alicui San- „ cto, intelligitur esse relictum Ecclesiæ, quoniam legata relinquuntur Eccle- „ siis Sanctorum & non Sanctis, quorum conversatio in Cœlis est, ut Bart. sen- „ sit *in l.* 1. §. *ad municipium, n.* 1. *ff. ad l. Falcid. per text in d. §. si quis in nomine do-*
142 „ *mini. & tradit* Matthæ. de Afflict. *in decis.* 144. *n.* 2. Stultus enim esset testator „ qui cogitasset Sanctum, qui æterna fruitur beatitudine, relictum accipere, ut „ Bart. etiam scripsit *lib.* 2. *Minor. dist.* 6. *c.* 2 *in fin.* An ut hunc locum Card. Man-
143 ticæ F. Romanus evadat, ipse sibi contrarius, uno ore idem simul affirmabit & negabit, idem simul calidum & frigidum spirabit, ipseque idem esse & non esse asseverabit. Cum Card. Mantica consentit Simon de Præt. *lib.* 4. *de in-*
144 *terpret. ult. vol. interpret.* 1. *dub.* 8. *n.* 7. Afflict. *d. decis.* 244. *& ibi not.* quorum Doctrinam non per tria, uti falsò allegat F. Romanus *d. allegat.* 444. sed per unum citciter folium pettracto, mirorque quomodo tam crassæ F. Romano araneatum telæ fuerint prætensæ, ut pro uno folio tria ad longum, & non per numerum, in quo proclive fuisset errare, supposuerit.

145 Præterea quod asserit F. Romanus *d. allegat.* 444. *n.* 2. juris quodam & piarum mentium intellectu, dici hujusmodi res, bona, prædia, loca, pertinentias & oblationes fieri Deo, qui tamen bonorum nostrorum non indiget, nec plus
146 inde dominii acquirit. Illud certe magna cum cautione accipiendum est, quia licet Deus bonorum nostrorum non indigeat, nec in se ipso plus juris ac dominii acquirat, tamen secundum aliquos Deus dicitur bonorum ipsi ex pia liberalitate alicujus hominis oblatorum, & dedicatorũ dominium speciali titulo ac ratione acquirere, per tradita Sanch. *lib.* 7. *de matrim. disp.* 25. *n.* 14. *& ibi cit.* Valët. 2. 2. *disp.* 6. *q.* 6. *col.* 5. Arag. 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. quorum sententia non placet P. Suaretz; Hic enim *Tom.* 3. *de Relig. tract.* 7. *lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 14. tradit, quod

An Deo dominium bonorũ novo titulo acquiratur?

147 Deus non sit capax novi dominii, quod illi ex nostris actibus acquiratur, videlicet, ut docet idem *d. tract.* 7. *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 17. immediatè in se ipso, aliàs in ho-
148 mine & per hominem acquirere potest. *Ratio prioris* partis est, quia illud dominiũ ab homine oblatum, est participatum & imperfectum, ꝙ Deo in se
149 ipso convenire non potest; *Ratio posterioris* videtur peti ex *Psal.* 67. *v.* 19. ubi dicitur; *accepisti Dona in hominibus*; quia Deus in se cum sit causa universalis, non potest ut causa aliqua particularis acceptans concurrere ad dominium acceptandum, nisi medio aliquo homine. Sanchez *de Matri. lib.* 7. *disp.* 25 *& n.* 11.
150 Hic homo autem est Vicarius Dei in terris seu summus Pontifex, qui tanquam Minister donata Deo acceptat, vel inferioribus ad acceptanda dona nomine Dei concedit, Sanch. *d. loc.* Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. q.* 19. *n.*
151 117. ad hoc constitutus & deputatus, ut nomine suo illud in se acceptet, in cultum tamen & honorem extrinsecum Dei, Rot. Rom. *decis. in causa Trevirensis uni-*

fis unionis, coram Eminentissimo Verospio 21. *Maii* 1639. vel etiam, ut tradit idem Suar. *Tom.* 2. *de Religion. Tract.* 6. *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 10 donatio fieri potest Deo non in 152
se, sed in suis Templis, aut ministris aut Servis vel pauperibus, ubi idem tradit, quod res illa Deo detur ad Exhibitionem honoris divini ejusdemque obsequii præstationem.

Unde pro prioribus Dd. etiam Responderi poterit, quod licet per oblatio- 153
nem & donationem illam Deo, non in se ipso intrinsecè, tamen extrinsece, novo titulo eoque peculiari dominium particulare acquiratur, non quidem ad utilitatem propriam intrinsecam, sed extrinsecam Lugo *de Iust. Tom.* 1, *lib.* 154
1. *disp.* 2. *sect.* 1. *n.* 4. videlicet ad exhibendum Deo tanquam supremo Domino vel in testificationem ipsius supremi Dominii honorem & obsequium divinum. Suarez *d. loco.*

Dispari ratione Sanctis offeruntur & donantur res aliquæ temporales. Si- 155
quidem ipsis non in testificationem supremi dominii, sed duntaxat Excellentiæ cujusdam creatæ ejusmodi res donantur ad honorem aliquem & cultum ipsis exhibendum, quo eorūdem fruantur apud Deum intercessione; Cujusmodi donatio similiter à Dei in terris Vicario, summo Pontifice, atque ex ipsius ordinatione ab aliis inferioribus acceptatur, ut cedant ejusmodi res in usum & utilitatem Templorum, domorum religiosarum, Ministrorum Dei aut pauperum, Mantic. *d. lib.* 8. *de conject. ult. vol. tit.* 6. *n.* 2. Simon de Præt. *de interpret. ult. vol. lib.* 4 *interp.* 1. *dub.* 8. *n.* 7.

Quomodo Sanctis dicantur res offerri.

Ex hactenus deductis consequens est, quod F. Romanus graviter aberret 1. 156
quando *d. allegat.* 444. *n.* 2. tradit, quod donaria, res, terræ, bona immobilia Sanctis à Christiano populo oblata, quadam juris fictione in proprietatem & potestatem omnimodam hujus illiusve Sancti vel materialis Ecclesiæ in ipsorum honorem & nominis invocationem consecratæ, toto affectu transferibantur. Sed hæc *ex supra deductis* refelluntur.

Secundò quando *ibidem n.* 3. tradit, quod aliquid dupliciter possit in pro- 157
prietatem S. Benedicto tradi, 1. veluti Patrono solum Ecclesiæ, in ipsius honorem consecratæ. 2. veluti capiti sui Ordinis & familiæ, quomodo Comes Adalbertus Hirsaugiam cum pertinentiis tradidit S. Benedicto in potestatem, Priori modo remaneant oblata bona penes eam Ecclesiam, cui sunt oblata, nec transeant ad Ordinem S. Benedicti. 2. modo transferatur dominium re- 158
rum immediate in familiam S. Benedicti, ibidem loci Deo & S. Benedicto famulantem, mediatum in universam familiam, seu Ordinem ejusdem Sancti, summum ad Ecclesiam universalem, *Astri q.* 1. *n.* 61. Nam posterioris modi membrum secundum nequaquam probat F. Romanus neque probare po- 159
test, illique contradicunt Alexander VI. *in Const. accepimus. data* 1497. *ult. Dec.* not. Bald. *cons.* 309. *n.* 3. *vol.* 3. ubi ait, ita dico, si esset relictum castrum, *ut l.* 1. C. *de usucap. transformanda*, Nam iste, per quem acquiritur, non potest esse Mo-» 160
nachus in duobus Monasteriis, sed ubi fecit professionem, illi soli acquirit, 19. » 161

q. 1.

q.1, Statutum. Ex his infertur ad alia privata, quia cum prædicta noviter ac-
quisita pleno jure pertineant ad Monasterium Viennense, potuerunt ad ali-
162 um transferri servatis solennitatibus & formis, &c. Eò fac. not. Beroii *q. sua*
singulari 83. *sup. citata atque alibi.* Atqui Monachi in certo loco, de quibus agi-
mus, ac quibus dicitur relictum aliquid esse, non possunt esse in duobus aut
pluribus Monasteriis, sed in eo, ubi fecerunt professionem. Igitur illis solis re-
lictum acquiretur. Sed de hoc *in q.* 2. pluribus agetur.
163 Accedit, quod quæ relinquuntur Sanctis, relinqui censentur ejus Ecclesiæ
& cœtui pro illo loco, uti testatur Simon de Prætis *d. loc. n.* 7. ergo non pro a-
164 liis exteris. Cætera, quæ de pauperibus eorumque necessitatibus extremis,
quid quantumve in alienis bonis possint, F. Romanus hic interserit &
pluribus deducit, cum hinc sint alienissima, non est, quod iis pluribus in hære-
am.
165 Atq; ut cum F. Rom. *ex allegat.* 444. contra ipsum, nostrâ *q.* 1. *appendicis* Re-
solutionem concludamus, ex hactenus deductis cadunt cineres, quos sicut
nebulam crassos hinc inde sparsit Ochsenhusanus, quomodo videlicet Colle-
gium Religiosum, ejusque jura privilegia Collegialia, morte omnium de
Collegio intercedente dicantur dormire, ac bona ejusdem Collegii penes
166 Ecclesiam materialem seu Benedictum ceu caput Ordinis manere, quas as-
sertiones ipse prætensis aranearum telis non cassibus in cassum venatur & ex-
cipit. Sed misso isthoc, etiam Domno Caramueli satisfaciamus. Denique
argumentum D. Caramuelis supra allatum, concludit quidem, quòd possibi-
le sit, non autem quod de actu & facto obtineat, ut Angeli dominium pro-
prium rerum corporearum hic in terris habeant, quemadmodum & Lugo *de*
167 *Iustitia & jure Tom.* 1. *disp.* 3. *sect.* 1. *n.* 4. docet. Ratio *prioris* est, quia loquendo
168 de possibili, non apparet repugnantia, quare Deus non posset alicui Angelo
concedere verum dominium rei corporeæ, ita ut possit pro libitu de illa dis-
ponere, & alios omnes tum Angelos, tum homines prohibere, quò minus
absque istius licentia & consensu ea utantur, vel si ea ipso invito uterentur, in-
169 juriam ipsi inferrent. Cum Deus, qui spiritualis est, dominium proprium in re-
bus Corporeis habeat, possitque etiam Angelo tale dominium communica-
re, quod tamen à suo dominio divino sit dependens & subordinatum. Lugo
d. loco.
170 Ratio *posterioris est*; tum quia Deus dominiū istud in res creatas corporeas,
171 non Angelis, sed homini dedit *Genes.* 1. *v.* 26. 28. *& seqq. Psal* 8. *v.* 7. 8. 9. tum
quia res istæ Corporeæ ex natura sua ad usum & commoditatem hominis, qui
Corporeus est, ordinari videntur, ut hoc ipso videatur homo ex natura sua
posse illas sibi usurpare, tanquam in proprium victum, suppellectilem, orna-
tumque sibi potius quàm Angelis destinatum *Genes. d. c.* 1. *v.* 26 *& seqq. d. Psal.*
172 8. *v.* 7. *& seqq.* Unde descendendo ad diversos gradus dominii, consequēs est,
quod non habeat domiuium Angelus, in iis, in quibus de jure naturæ homi-
ni com-

Caramuelis Respondetur. quo ad dominium rerum sublunarium Angelis assertum.

mi competit dominium, aut jus, uti circa propriam vitam, ne occidatur, aut in
membris lædatur, 2. neque in iis bonis extrinsecis, quæ ad vitam hominis 173
sustentandam & conservandam sunt necessaria; attamen 3. videtur Angelus 174
aliquid posse circa alia bona corporea homini non omnino necessaria, ita ut
iis pro libitu suo, sine hominum licentiâ, utendo non irroget injuriam: Nam
licet bona corporea magis propter homines, quàm Angelos condita sint, atta- 175
men cum Angeli etiam in & cum hoc universo visibili conditi sint, videntur
ab ejusdem universi ejusque rerum communium usu non omnino tanquam
extranei excludi posse, sed tanquam domestici ad bonorum communium
sine præjudicio hominum cum universi commodo participandorum admit-
ti debere. Lugo *d. disp 3. sect. 1. n. 5. 6.* Hinc quoque explicandus est Sylvius *in* 176
2. 2. q. 66. art. 1. quæst. 3. conclus. 2 quando tradit, quod Angeli rerum corporea-
rum non sint propriè domini, eò quod non possint disponere de rebus cor-
poralibus tanquam de suis; neque vel ipse mundus, vel aliqua ejus pars perti-
neat ad Angelos quasi dominos aut proprietarios, licet administrent res cor-
porales, sed non ut suas neque in suum commodum, veluti præfecti Regii,
qui nomine Regis, Civitates aut Provincias sibi commissas in subditorum u-
tilitatem administrant. Ut proinde sicuti hi, ita & illi propter administrati- 177
onem rectè à nobis vocentur domini, quemadmodum se Joseph *Genes.* 45.
vocat dominum universæ terræ Ægypti, cujus tamen non proprietarius erat,
sed duntaxat administrator. Unde dici posset, quod Angelis competat domi- 178
nium aliquod ministeriale.

Adhæc notandum est, quod licet F. Romanus *cit. loc. q. 1. n. 58. Astri*, domi- 179
nium & proprietatem idem ex Hostiens. *de caus. prop. n. 1.* censeat esse, illudque
etiam Cujac. *lib.* 10 *obs.* 16. & Duaren. *lib.* 1. *disput. anniverf. c.* 17. & Dd. alii e-
xistiment idem esse, attamen illa inter se differre statuunt Vacon. à Vacun. *lib.*
2. declarat. 47. n. 8. & seqq. Treutl. *vol 2 disp* 20. *Thesi*, 1. *lit.* R. & ibi Bach. *in not.*
Hunn. *in tract. var. resol lib. 2. tract. 1 q. 6. per l. fœmina in fine C. de sec. nupt.* ubi 180
dicitur, *quod si mater nullam ex priore matrimonio habuerit successionem seu nul-* Dominium & proprietas differunt.
los liberos, vel natus native decesserint, õne quod quoquomodo vid. ab intestato vel ex
Testamento perceperit, pleno proprietatis jure obtineat; statimque subjungitur,
atque in his nanciscendi domini & testandi circa quem voluerit, liberam habeat
facultatem. Unde patet, quod mater acquisitâ rerum proprietate, necdum
dicatur habere dominium, sed nanciscendi seu acquirendi dominii faculta-
tem, adeoque proprietas ab ipso dominio distinguatur. Idem comprobatur
ex utriusque definitione, quæ diversa est. Nam *proprietas* juxt Vacon. *d. loc.* 181
dicitur qualitas quædam rem duntaxat unius & non alterius esse demon-
strans, quo facit *l. rectè dicimus* 25. *ff. de verb signifi.* At *dominiũ* est libera facul-
tas de re propria disponendi, *per d. l. fœmina. junct. l. in re mandata C. mandat.*
Ita Vacon. à Vacun. *d. loc. n.* 8. 9. Alia affertur ratio apud Hunn. *cit. loc.* quod 182

proprietas & ususfructus opponantur, §.1. *Instit. de usufruct.* Dominium ve-
ro sit & proprietatis *l. 13. ff. de acquir. Rer. Domi: l 33. ff. de rei vindicat. l. 15. §.*
proprietatis l. 57. § fin ff. de usufruct. & ususfructus *l. 8. ff. de rebus auth. jud. poss. l. 3.*
183 *ff. si ususfruct. petatur, l. 15. §. 8. ff. quod vi aut clam.* Verùm hæc ratio non cõclu-
dit, quia in ea videtur committi fallacia tum accidentis; tum etiam æquivoca-
tionis in voce *proprietatis*, quæ synechdochicè accepta pro proprietate rei
corporalis, opponitur usufructui, aliàs *proprietas* non tantum est rei corpora-
lis, sed & rei incorporalis, nimirũ juris, ususfructus; Dicitur enim ususfructus
alicui constitutus, ipsius & non alterius esse, adeoque ipsius proprius esse, Va-
184 con. à Vacun. *in d. loc. n. 2. & seqq.* Præterea utramque opinionem conciliari
existimat Hunn. *supra d. loc.* si *dominium* accipiatur pro facultate disponen-
di de re corporali, quod tunc dominium idem sit, quod & proprietas; & vice
185 versâ. Cui videtur aliquo modo consentire Bacch. *supra d. loc.* quod *proprie-*
tas, prout opponitur usufructui, sit quidem pars integrans dominii pleni, at
186 non dominii semipleni. Nam cum hoc videtur idem esse. Notat autem *disp.*
Dominium quomodo dividatur. 20. in Treutler. *vol. 2. Thesi 2. in princ.* quod *dominium* distinguendũ sit in præ-
torium & civile, itemque in plenum & non plenum, & hoc vel bonitarium
187 tantum vel quiritarium tantum. *Prætorium* intelligit, quod alicui compe-
tit ratione causæ remotæ, *qualis* est jus prætorium, quod non facit dominum
in princip. Instit. de bonorum poss. loco tamen domini constituebat, imò domi-
188 num prætorium faciebat, *per l. 15. §. 16. 17 & 33. de damno infecto. l. 6. §. 9. Com.*
divid. l. 1. de bon. poss. Civile verò competit ratione causæ proximæ, velut olim
intererat, an res per nexum, id est, per æs & libram an per usum aut simplicem
traditionem transferretur; Plenum est illus rei, quæ propria est nexu & usu.
Non plenum bonitarium est, quod proprium est χρήσει usu seu fructu, seu
189 quando res in bonis alicujus est; *Quiritarium* est quod, proprium est χρήσει
190 seu manicipio & nexu; seu quando quis rei alicujus nudo Quiritium jure
dominus est. Jacob. Rævard. *lib. 2. varior. c. 12. ex lib. 7. Epist. famil. Ciceron.*
Epist. 30. & 31.

191 Verùm supra d. conciliatio ex *supra cit. l. fœmina in fin. C. de secund. nupt. aliis-*
que locis sufficienter refellitur.

192 Ego utramque opinionem optime conciliari existimo, si quod dicendum
193 est, distinguatur inter dominium *formaliter* & *objectivè* acceptum. Nam do-
Dominium & proprietas quomodo differãt minium *formaliter* acceptum, est ipsum jus seu facultas disponendi de re sua
propria Ita *dominium* à *proprietate* distinguitur, ut patet ex supra allata utrius-
que definitione, naturam utriusque diversam indigitante; *secundo* domini-
194 um *objectivè* acceptum est id, quod proprium est, sive mancipio & nexu so-
lùm, sive etiam simul usu & fructu, vel etiam separatum ab invicem; Proprium
est, de quo est alicui jus seu facultas disponendi. Ita dominium est idem,
195 quod proprium ac dominii formalis objectum, minimè vero pars integrans

per-

per ea, quæ tradit Vacon. à Vacun. *sup. d. loc.* ubi docet omne dominium circa 196
aliqua in proprietatem versari. Atque de hoc dominio *objective* accepto accipiendum esse Ræward. *dict. loc.* ostendunt ipsa verba ex Rævardo citata, atque apud eundem locus ex Cicerone allatus; Quin etiam illuc faciunt notata Bacchov. *vol. 1 in Treutler. disp. 15. Thesi 1. lit. F. verb. eoque respectu plenum vel minus.* ubi tradit proprietatem usui fructui oppositam in jure distingui solere, 197
quod alia sit plena, alia media, licet ibidem dubitet, utrum ita recte dominium distinguatur, quod cum eo ususfructus nihil habeat commune *arg. l. recte* 198
dicimus 25. de V. S. attamen ejus contrarium idem Bacch. *vol. 1. disp. 16. Thesi 1. lit. g. & disp. 28. Thesi 1. lit. B.* inculcavit, Ut proinde non obstante hac ultimâ Bacchovii dubitatione sibi ipsi contraria, priori nostræ resolutioni sit firmiter 199
inhærendum.

Atque hæc pro resolutione *q. 1.* ejusque appendicis sufficiant. Nunc videamus, num forte F. Romanus fœlicioribus avibus *in q. 2.* feratur. Sit igitur.

RESOLVTIO
QUÆSTIONIS II. PRINCIPALIS

Vtrum bona emortuorum Monasteriorum sint ab Ordine vel Vnione aliqua occupata vel possessa, adeoque nec verè vacantia.

HAnc quæstionem *tribus* inculcaveram *Sectionibus*, quarum *primâ* opinionem F. Romani existimantis bona Monasteriorum morte omnium interveniente, seu omnibus Collegis emortuis non esse vacantia, quia eorum dominus & possessor mediatus, Ordo videlicet & Unio superessent; *secundâ* Contrariam P. Laymanni sententiam proposueram, ac denique *tertia* F. Romani argumenta dissolveram.

RESOLVTIO
SECTIONIS I.

QUa proponuntur F. Romani *argumenta*, quibus videtur ostendi, bona Monasteriorum emortuorum ab Ordine vel Unione adhuc occupari. Rursus primam sectionem *tribus* distinxeram capitibus, quorum *primo* statuebam ob oculos *fundamenta* F. Romani, quibus videbatur ostendi, bona emortuorum Monasteriorum ab Ordine vel Unione adhuc occupari; *secundo* afferebam ejusdem F. Romani ad quædam à nobis petita & proposita argumenta, resolutionem; *tertio* demum capite allegabam fundamenta ejusdem F. Romani, quibus Ordini vel Unioni eorundem bonorum possessionem asserebat,

bat, seu videbatur ostendere, quasi bona ejusmodi Monasteriorum emortuorum essent ab Ordine possessa.

RESOLUTIO
CAP. I. QUÆSTIONIS II. SECT. I.

Ubi referebantur fundamenta F. Romani, quibus videbatur astrui emortuorum Monasteriorum bona ab Ordine vel Unione adhuc occupari.

§§. I. II. III.

1 NUm. 1. Asserebam, à F. Romano *q.1.n.*50.51 *&* 55. affirmari, Monasteriorum Benedictinorũ emortuorum bona ab Ordine S. Benedicti & Unione esse occupata. Cujus ratio afferretur *n.*55. quia Ordo S. Benedicti vel

Ratio 1. F. Romani Unio aliqua habet dominium seu jus in iis bonis. *Ergo* bona illa ab Ordine S. Benedicti vel Unione sunt occupata. Consequenter bona illa non vacant.

2 *Antecedens* Probatur hoc *syllogismo*: Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur *l.15.ff.de R.I.* Ita F. Rom. *n.*55. Atqui Ordo S. Benedicti vel Unio habet ejusmodi actionem, &c. *n.*13. Igitur Ordo S. Benedicti vel Unio rem ipsam habere videtur, Consequenter dominium & jus in

3 re ipsa. *Minorem* hujus syllogismi fusè probari dicebam ex eo, quod actio definiatur à Justiniano *in pr. Inst. de act.* jus persequendi, quod sibi debetur, *& in l.*178. *ff. de V.S.* dicatur illud mihi deberi, ad quod persequendum habeo jus

4 F. Rom. *d.q.*1.*n.*23. Atqui bona Monasteriorum emortuorum, quin & ipsa Monasteria debentur Ordini S. Benedicti vel Unioni *d. q.*1.*n.*58. & alibi pluribus probatur, de quibus infra *in q 3. resolutione.* Igitur Ordo S. Benedicti vel Unio habet actionem ad bona emortuorum Monasteriorum Benedictinorum.

5 Deinde *num.*2. probari dicebam *antecedens* à F. Romano *q.*1 *num.*17. (pro quo *n.*17. errore typographi impressum fuit *c.*17.) 24. *&* 58 ex eo, quod Ordo S. Benedicti sit ipsius hæres, quia quotquot sunt de Ordine S. Benedicti, sunt ipsius S. Benedicti filii, adeoque ad ipsum Ordinem, ejusque Religiosos

6 transit patrimonium S. Benedicti, cum sint ejus hæredes *per Gal.* 4. Ad hæredem enim omnia jura & actiones transmittuntur *l. cum hæres. ff. de divers. & temp. præscript. l. nihil est aliud hæreditas* 24. *ff. de V.S.*

7 Denique *n.*3. subiiciebam, idem *antecedens* probari videri ex vulgi sermone, quo Monasteria emortua dicuntur esse S. Benedicti Ordinis. F. Romanus *q.* 1. *num.* 56. Proinde Ordo S. Benedicti in illis Monasteriis

8 habebit dominium. *Consequentia* videbatur ex eo probari, quod natura casus *genitivi* sit, significare & probare dominium, ut latè docebat

docebat Iosephus Mascard. *vol. 3. de probat. concl.* 1189. *numer.* 25. allegando multas ll. Menoch. *remed. 1. recup. poss. n.* 51. Abb. *c. ad hæc de post prælat. n.* 26. & a- 9
lij Ego vero pro eâ citaveram *l. si domus* 71. §. 5 *ff. de legat.* 1. *l. servus communis l. item si servus, de stipul. serv. l. Iulianus. ff. de R. V. text. in l.* 2. §. 1. *ff. de relig. & sumpt. fun.* Rebuff. *in l. litus.* § *prædia. ff de V. S.* Duenn. *in reg. Genitivus.*

Ad quæ F. Romanus *allegat.* 250. 251. 252. 253. nihil aliud Respondet, 10
quam quod ego ajam, se in Astro *q. 1. n.* 50 51. & 55. affirmare, *Monasteriorum* Benedictinorum mortuorum bona ab Ordine S. *Benedicti* & Unione esse de facto occupata.

Nova Commenta Hajana.

Hæc autem assertio veritati multipliciter adversetur. *Quia nullum Monasterium emortuum unquam agnovit. 2. Nomen Vnionis, tribus illis citatis numeris, nunquã usurpavit. 3 quia nũquam usus fuit verbo occupationis. 4. quia falsum est, bona Monasteriorum restituendorum, ab Ordine vel Vnione jam esse occu[p]ata. Nam occupatio, nomen est facti, significans apprehensionem vel detentio[n]em* l. si quis multis 14. & ibi *gl.* 2. ff de noval. l. si debitor. 10. & ibi gl. 1. ff. 11
de pignor. g[l.] fin in l. qu[æ] ex donatione, 12. ff. de donatio*nibi agitur*, an occupantis con[ditio] sit melior.

Num. 2. ibidem [o]bjicit, *quod ego denuo veritatem in exilium relegem,* 12
asserens, ipsum in Astro sic argumentari n. 55. *Ordo S. Benedicti vel Vnio aliqua, habet dominium* [in] *[istis] bonis. Ergo bona illa ab Ordine S. Benedicti vel* 13
Vnione sunt occupata &c. Omissis ipsius calumnijs Respondet ipse *Primò, ne vestigium quidem* [h]*ujus ratiocinationis apud se reperiri.* d. n. 55. 2. *nullius unionis. 3. nullius occupationis ibi fieri mentionem. 4. ineptissimam esse hujus argumentationis piscationem &c. Cum probè noverit, à dominio seu proprietate, malam ad occupationem inferri consequentiam; quippe quæ nihil inter se commune habeant, possitque dari dominium absque occupatione, veluti si quis occupet, quod meum est. 5. propositionem, quam i[p]se posuerat pro conclusione, ipsius nomine, me malè trans-* 14
ferre in antecedẽs. Verba ipsius hæc fuisse. Gaudemus, quod dominij titulum ultro nobis offerat opponens; Cum enim demonstraverimus, Ordinem S. Benedicti, jure pro Monasterijs suis agere posse, & ex adverso, ex hujusmodi a- 15
ctione Dominium inferatur, aut quasi dominium, acquiescimus libenter & acceptamus, quod dicitur; *Ex quibus longè diversum Enthymema formare de-* 16
bebam, si ipsius nomine fideliter argumentum proponere placuisset. Addit ibidem 17
quod *ipse ex jure agendi per concessa, intulerat dominium, ego ajam ipsum ex dominio intulisse occupationem. Sicque data opera, ipsum falsis allegationibus onerem. Alter enim Eclipsis astri nemini probaretur &c.*

Sed hem! F. Romane meliora verba. Plurimum hic fallis & falleris, mi- 18
hiq; imponis, Quod, ut ostendam, notandum est, controversiam inter me & ipsum esse, utrũ bona Monasterij, in quo stabilitas loci promittitur, emortui morte *omnium* Collegarum istius loci intercedente sint vacantia, *necne.* Ego cum Laymanno, & P. Mangionio assero, esse vacantia; at F. Rom, negat. Ego

Discutiuntur.

 illud

20 illud ex definitione per F. Romanum *q.1.n.48.* allata, quòd vacare *propriè* sit, quod à nemine est occupatum seu possessum, demonstro, quia nim: bona illa
21 à nemine sunt occupata seu possessa; Unde quando huic F. Romanus contradicere volet & contrarium sustinere, necesse est, ut doceat, bona ea ab aliquo
22 esse adhuc occupata seu possessa. Nam definitio & definitum convertuntur;
23 Proinde cui convenit definitum vacans, conveniet & definitio, & cui non conveniet definitio vacantis, nec conveniet definitum Everard *in loc. à de fin.*
24 Deinde contrariorum contraria est dispositio, per jura apud Everd. *in loc. à contr. n.7.* allegata, & contrariorum Uno posito, removetur reliquum, econtrà remoto uno contrariorum, ponitur reliquum vel alterum. Vincent. Caroc, *in repet. c. cum quid. part. 2. Ampliat. 4. n. 11. de R. I. in 6. per l. nec is. §. fin. ff. de acquir. hæred l. si inter me & te. ff. de except. rei jud. l. Pomponius. §. si is ff de prætur. l. ille aut ille. ff. de V. S.*

25 Hinc parent varij F. Romani errores; 1. quia F. Romanus *in astr. q.1. ad n.5.* concedit, quod Mortuis omnibus de Collegio, verum sit dicere, Mona-
26 sterium esse extinctum, sumpto nomine *Monasterij*, pro habitatoribus sivè Monachis ipsis: omnes enim Monachi mortui sunt & extincti. quod Germani dicunt, diß Closter ist außgestorben.

27 At F. Romanus *in horto, allegat. 250. & seqq.* asserit, se nullum Monasterium emortuum unquam agnovisse. Ita F. Romanus uno ore idem negat, ait.

28 Deinde quod spectat ad nomen Unionis, non ego *q.2. sect.1. c.1. n.1. astri Eclipsis* asserui, quod illud *d. n. 50. 51. & 55.* exprimatur, sed proposui argumen-
29 tum ex F. Romano, quo videbatur ostendi, Monasteriorum emortuorũ bona non esse vacantia, quod ea *nimirum ab* Ordine tanquam domino adhuc
30 essent occupata. *Cæterum* quod ad Unionem attinet, cum hæc vocabula, *congregationis, unionis, observantiæ, Reformationis, Capituli &c.* in præsenti materia
31 pro synonimis usurpari dicat Romanus *q.6. n.22. §. obiter* hic etiam observandum, *pag. 239. col. 1.* ac Congregationis statuat unum corpus, prout *d. q.6. n.11.* signanter de Congregatione Bursfeldensi majusculis literis notat, Unitis &
32 Uniendis Monasterijs appropriari omnes possessiones tradat, hinc videtur
33 non tantum Ordini in communi, sed etiam congregationi alicui in particulari proprietatem asserere, Vid. & not. F. Rom. *quæst.1. num. 58. sub fin.* Conse-
34 quenter negans, Monasteria vacantia, vult ea etiam ab Unione, seu Congregatione adhuc occupata vel possessa esse.

Quod F. Romanus allegat, se verbo *occupationis* non fuisse usum, *cavil-*
35 *latio est*, verba consectans & non rem, de qua controversia est. Nam ut supra
36 deductum, si Monasteria emortua non sunt vacantia, ergo à contrario erunt adhuc ab Ordine & Unione occupata seu possessa, adeoq; licet F. Rom *d n. 50. 51. 55.* verbo occupationis nõ utatur, tamẽ illud *n. 40. d. q. 1.* satis expressè affert, q[illegible]ãdo ex definitione bonorũ vacãtiũ arguit, nõ vacantia (si quidẽ ad rẽ volet [illegible]nere.) Et expressum illud dicitur, quod sub alio vel virtualiter, vel ex [illegible]ci (qualis est definitio) cõtinetur. Dd. in *l. cum quid, & ibi Cagnol. n. 24. ff. si cert.*

ff. si cert. pet. Felin. & Can. *in c. translato. de constit.* Unde efficitur, quod F. Rom. 38 *d. allegat.* 250. *& seqq. n.* 1. *&* 4 non pro, sed contra se loquatur. Nam si falsum est, bona Monasteriorũ, prout vult, restituendorum, revera emortuorum ab Ordine vel Unione jam esse occupata. Ergo ejus cōtradictoria propositio erit 39 vera, quod bona *Monasteriorum* emortuorum restituendorum, ab Ordine *vel Vnione* non sint occupata, adeoque bona illa respectu Ordinis seu Unionis dicantur vacantia.

Quin ridiculus est F. Romanus, quando negans aliquid vacans esse non 40 vult videri ipsius *oppositum*, nim: occupationem, seu possessionem, concedere; eò quod horum verborum non meminerit. Annon qui de uno contrariorum aliquid negat, de altero & quidem opposito affirmare videtur, *c. nonne.* 41 *de præsumpt.* licet verbis non exprimat; quod contrariorum contraria sit notitia. Everard, *in loc. à contrariis.*

Deinde falsò me accusat quasi tradã, F. Romanũ asserere, d. bona esse *de facto* occupata, cũ *d. q.* 2. *in c.* 1. ego hęc verba, *de facto* non adjecerim ad *occupata*. 42

Ratio quare Roman. *d loc.* neget, bona ab Ordine & Unione esse occupata, ex significatione verbi *occupare* petita, est erronea. Nàm *occupare* verbum indifferens, juxta Rebuff. *in l.* 3 *ff de V. S.* aliquando in bonam capitur partem *ut c. factus.* 7. *q.* 1. *verb. occupata. & c. non injustè. de procur. c. quia sæpe. de elect. in* 6. quo in sensu occupatio est modus acquirendi dominij; aliquando in malam sumitur partem *ut in l.* 1. *& tot. tit. ff. de vi. & vi arm.* Vid. Archid. *in c. generali. sub n.* 3. *& c. quia sæpe. de elect. in* 6. glo. *in d. c. generali.* 13. *verb. occupare. & in c fin. de rest. spol. in* 6. *verb. occupasse.* Card. *in Clem.* 1. § 1. *in princ. de sequest. poss. & in Clem.* 1. §. *Abbates de excess. Prælat.* Luc. de Pen. *in l. si vacantia. col* 4. *verb. occupentur. C. de bon. vac.* Significat autē 1. habere & tenere, *ut l.* 3. *ff. de V. S.* 43 Huc etiam potest referri, quando fundus dicitur occupatus flumine, *id est*, 44 inundatus. 2. comprehendere, numerare, seu nominare. *l. stipulationes commodissimum. ff. de V. O.* 3. pro prævenire, præoccupare, *l. pluribus. ff. de procur. c. si duo. de proc. in* 6. hinc etiam dicimur occupare testem, quando prius ei de- 45 nuntiamus testimonium. Unde etiam figura Rhetorica *Occupatio* vel *Anteoccupatio* suam habet nomenclationem 4. rem propriã authoritate capere, usurpare, sive id vi fiat, sive absque vi. *l. ult. C. unde vi. l. sequitur. §. item si occupaveris vacuam possessionem ff. de usucap. & c.* Hinc 5. accipitur strictius pro vi deijciendo capere, invadere. *l.* 1. *§. ergo. & tot. tit ff. de vi. & vi arm. l. si quis in tantum. C. unde vi.* 6. *pro* impedire, detinere. 7. pro operam dare alicui rei. *l. SCto §. pen. ff ad Turpill.* Vid. Rebuff. *in d. l.* 3.

2. Hinc etiam, quæ F. Romanus §. 2. *allegat.* 235. abstracta ab omni- 46 bus circumstantijs, affert, concidunt, quia *Argumentum* pro F. Romano ex dominio petitum *non d. q.* 1. *sect.* 1. *c.* 1. in ordine ad negatam vacationem afferebatur, prout ex antecedentibus & consequentibus videri aut colligi poterat, licet in singulis propositionibus omnes eæ circumstantiæ, quod ex prioribus notæ essent, non repeterentur, ne repetitæ sæpius nauseam

lectori:

lectori moverent ac bilem, quasi ejusmodi circumstantiarum meminisse non
47 posset. Unde patet, qua fide F. Romanus agat, quando omnia mea ab invicē
48 distrahit, ut incautum lectorem in errores abducat, quos alioqui, si ex ordine
fuissent omnia fideliter recitata, facilè cavisset.
49 Quod si F. Romani *d. quæstion. 1. sect. 1. capit. I. nume. I. Astri* argumentum in forma proponatur; Hoc erit; *quorum bonorum adhuc datur dominus, seu quorum dominium adhuc aliquis habet, ea bona non possunt dici vacantia, sed dicenda sunt ab eo occupata, accipiendo verbum occupare in prima significatione: Atqui bonorum Monasterij emortui adhuc datur Dominus, seu istorū bonorū dominiū adhuc aliquis habet, nim. Ordo vel Unio. Igitur bona Monasterij*
50 *emortui non erunt vacantia, sed adhuc ab Ordine vel Unione occupata.* Positio enim unius ex contrariis sequitur ad remotionem alterius. Francisc. Niconitius *in repet. c. quoniam contra n. 92. de probat.*
51 Hinc sequitur 1. perperā exadversū asseri, quod ne vestigiū quidē hujus ratiocinationis apud F. Ro. existat; cū ea *d. q. 1. n. 40. & seqq. usq; ad* 57. inculcetur.
2. jā supra demōstravi, ubi *Unionis* fecerit mentionē Romanus, de quo frustra
52 iterū laboratur. Tū 3. quomodo negādo bona Monasteriorū emortuorū esse
vacantia, asserat esse occupata, idq; ex definitionis bonorū vacantiū opposita
53 ratione. Adhæc F. Romanus absurde asserit, quod occupatio cū dominio &
proprietate nihil inter se comune habeant, possitq; dari dominiū absq; occu-
54 patione, veluti si quis occupet, quod meū est. Nā primò occupatio est modus
acquirendi dominij, ergo saltem aliquid commune habet cum dominio.
55 Deinde non infertur à dominio abstractè considerato ad occupationem,
sed à dominio non vacante ad illud occupatum, adeoq; ab uno ad aliud op-
56 positorum. Quod vero 5. assumit, quasi nos ipsi ultro titulū dominij offera-
mus, est gratuitum sine veritate assumptū. Adhæc F. Romanus hic *fallaciâ plu-*
57 *riū quæstionū* videtur incautū Lectorē circumventurus. Nā cū quæstio et inter
nos & ipsū sit, utrū bona Monasteriorū emortuorū sint quoad dominiū vacā-
tia, vel adhuc occupata, nosq; sustineamus, ꝙ ea quoad dominiū sint vacātia,
58 ille verò contrariū, adeoq; esse occupata sustineat, hocq; ex eo probare cone-
tur, prout ex omnib. numeris *q. 1. à n. 40. & seqq.* inter se collatis colligitur, ꝙ
bona ea ex ipsius opinione adhuc habeant Dominum, videl. Ordinem vel U-
nionē, hancq; rationē alia ratione probare conetur, ꝙ *nim:* Ordo S. Benedicti
59 *jure pro* Monasterijs suis agere possit, & exadversum *ex huiusmodi* actione Do-
miniū inferatur &c. quā rationē plurib. persequitur Romanus Vid. *d. q. 1. astri
Eclipsis sect. 1. n. 1. 2. 3.* Unde cū F. Roman⁹ quędā ex meis scriptis verba sine præ-
60 cedentib. & subsequētib. decerpat ordineq; inverso referat, fit, ut ab una in a-
liā delapsus propositionem, rationem rationis, pro ipsa ratione principali pri-
mæ propositionis obtrudat; præterquam quod æquivocatione vocis *occupa-*
61 *tionis* Lectorem conetur involvere & implicare. Aliter enim falsas suas al-
legationes nemini probaret.

Myropo-

Myropolam, ut inquit ipse F. Romanus, oportet non vera, sed multa loqui.

§. 4.

De Ordine Præmonstratensi.

N 4. *d. q. 1. Sect. 1. c. 1. ex Astr. q. 1. n. 76.* speciatim pro Ordine Præmonstratensi afferebatur Argumentum, quo videbatur ostendi, quod illi Ordini competat dominium in bonis suorum Monasteriorum; Consequenter & in bonis suorum Monasteriorum emortuorum. *Antecedens* videbatur probari ex eo, quod Præmonstratenses sine Domni Præmonstratensis vel Capituli Generalis, vel Patris Abbatis, vel in ejus absentiâ, Vicarij sive Visitatoris ad hoc singularem potestatem habentis, consensu non possint bona alienare, juxta statuta Ordinis Præmonstratensis, *Anno* 1618. renovata & edita, *dist.* 4. *c.* 30. *n.* 129. Unde colligi ajebam à F. Romano, *q.* 1. *n.* 76. Ordinem Præmonstratensem, vel ipsius Domnum & Generalem habere jus in bonis Monasteriorum suæ Religionis. *Consequenter* bona Monasteriorum suæ Religionis, ab Ordine ipso vel ipsius Prælato esse occupata, adeoque nec mortuis omnibus alicujus Monasterij Collegis bona esse vacantia. 62 *Arg. pro Ord. Præmonstrat.* 63 64 65

66 Ad hunc locum ait F. Romanus *allegat.* 254. *num.* 1. *quod ipsius nomine fingam argumentationem, de qua nunquam somniaverat.* Et num. 2. subjicit; *Paulus Layman.* inquiens, fol. 10. justæ defens. *citatus* in Astro q. 1. obs. 5. fol. 27. primæ ipsius editionis *ajebat, Generales & Visitatores Ordinum Cisterciensis & Præmonstratensis, nonnisi in pertinentibus ad regularem disciplinam, Prælationem aliquam habere in suorum Ordinum Monasteria. Hoc dictum,* cit. num. 76. *demonstrasse* se F. Romanus dicit *falsum esse ex eo, quod iidem possint authentizare, vel irritare factas ab Ordine alienationes, id quod ad regularem disciplinam non pertinet. Adeoq; cum meras Respondentis & negantis egerit partes, ego fingam ipsum ineptissimè argumentantem, bona horum Monasteriorum destitutorum, ob eam causam ab istis Ordinibus vel eorundem Prælatis esse occupata.* *Nova Commenta Hayan.* 67 68. 69.

70. At in eo vehementer fallit F. Romanus, quod cum ipse *tota q. 1. sua* quærat ac disputet, an Monasteria morte omnium Collegarum intercedente sint & censeantur exstincta, bonaq; eorum vacantia, & hæc de Ordine Præmonstratensi eò referantur, ut nigrum conveniat suo rubro & textus inscriptioni. Evetard. *in loc. à rubr. n. 6. per l. Imperator. & ibi* Bart. *not. ff. de in diem addict.* Bald. *in l. un. C. ne lic. tertio provocare.* Pan. *in c. inter alia; circa fin. de immun. Eccles.* Huic igitur titulo & quæstioni conformia & consona esse debent, quæ *d. n.* 76. pro Ordine Præmonstratensi à F. Romano afferuntur, quoad Prælationem in bonis suorum *Monasteriorum, nim.* *Dissentiuntur.* 71

quod non agnoscat eorum bona vacantia, sed ea & talia esse, quorum Dominus etiamnum exstet, adeoque ab iis sint occupata, quod clarius ostendunt
72 verba ipsius Romani *q.1. astri, n.76. allata, num.* quod porrò Generales horum Ordinum Prælationem aliquam habeant in Ordine ad jura & bona Monasteriorum, quæ verba falsificat F. Romanus *d. allegat.* 254. dum pro iis hæc supponit, quod Prælationem aliquam habeant in suorum Ordinum Monasteria, quæ teste ipsomet F. Romano *allegat.* 465. *n.*2. *usq.* 471. plurimum differunt, quamvis de hoc *supr. in resol. q.*1. *cap.*4. actum sit.

73 Quod verò addit F. Romanus, quasi ipse meras Respondentis & negantis egerit partes, hîc asseri nequit, ubi ipse sui Ordinis agere vult personam, qui prior 1630. ante Laymannum nostrum scripto edito proposuit *Disceptationem seu quæstionem, utrum bona Ecclesiastica, & Monasteria maximè, nuper ex hæreticorum manibus erepta, & victricibus Imperatoris armis recuperata, ad alias familias transferri, an potius antiquis Ordinibus, eorum*
74 *quondam possessoribus restitui possint, & vero debeant.* Et subjungit; *In hac quæstione, qui affirmant transferenda, & antiquis restituenda negant, ita pro se*
75 *& contra alios objicere consueverunt*, non dicit, scripto ediderunt; Unde colligere est, quod ante hoc Ordinis Benedictini scriptum ex parte Societatis nullũ fuerit editũ; Illi autem scripto Ordinis typis edito oppositæ fuerunt Annotationes, ut inscribuntur, ad disceptationem seu quæstio-
76 nem; Utrum Monasteria recuperata ad alias familias transferri possint, an potius antiquis Ordinibus restitui debeant, & amica Responsio cujusdam Theologi è Societate Jesu ad quædam falso eidem objecta *Ann.*1630. Ut proinde F. Romanus Ordinis sustinens personam, non meri Respondentis, sed provocantis, Societas verò nostra meri Respondentis partes agat.

§. 5.

De Ordine Cistertiensi.

77 N. 5. afferebatur idem argumentum à F. Romano, *q.*1. *n.*77. (pro quo per errorem typographi impressus est *n.*72.) tradi de Ordine *Cistertiensi*, & quidem ex eo, quod ejus bona sint communia juxta Bullam Pij II. *datam Mantua, Anno* 1459. *pridie Nonas Augusti. Incip. super Gregem Domini cum*
78 *nobis licet immeritis.* 2. quod nihil ex eis bonis sine peculiari Generalis con-
79 sensu possit alienari, supprimi &c. Unde consequatur, quod bona Monasteriorum suæ Religionis etiam emortuorum ab Ordine illo sint occupata, adeoque nec mortuis omnibus de aliquo illius Ordinis Monasterio vacantia.

80 Ad quæ ait F. Romanus *allegat.* 255. *num.*3. sub inscriptione hac *Mare Creticum.* Quod ipsum ibid. *n.*5. *dicam expressè, se probare de Ordine Cistertiensi*

ciensi, Astri q.1. n.72. *quo tamen numero Cistertiensem Ordinem ne semel nominarit.* Numero verò 77. *quid de ambobus Ordinibus ad objectionem Laymanni concluserit, his verbis circa fin expressisse:* Ex quibus omnibus, apparet, minime verum esse, quod ex adverso dicebatur, Generales horum Ordinum nonnisi in pertinentibus ad regularem disciplinam, Prælationem aliquam habere; *Itaque cum ipse F. Romanus ex d. authentizatione & irritatione intulerit negativam, nempe Laymanni dictum non esse verum, ego ab incude fugiens, ajam, ipsum per affirmativam his Ordinibus inde dominium & occupationem intulisse & probasse, in quo consistit falsitas, de se facta allegationis.* Eadem ipse repetit *allegat.* 291. additq; *in præcit. allegatione; Unde autem,* inquiens, *iisdem Ordinibus competat dominium in omnia sua bona & Monasteria dicit se docuisse,* Astr. q.1. n.55. & seqq. n.60. & 61. Hactenus F. Romanus. *Hayan. n. 79.* 81 82 83

84 Qui more suo libenter à janua aberrat, quam tamen, si ad rem accessurus & facturus esset, ingredi oportebat, ostendereque, quod mortuis omnibus Collegis Religiosis stabilitatem loci voventibus aut promittentibus (de iis enim solis sermo est) alicujus loci Religiosi bona eorundem non vacent, sed adhuc ea ab Ordine tanquam domino teneantur, occupentur. *Discutiuntur.*

85 Ad quam quæstionem tantum facit & confert F. Romanus, quantum aut incus, à qua me fugisse hic dicit, cum ipsemet ab eadem fugiat, aut Mare Creticum, sub quo ipse incudem collocavit.

86 Nam cum F. Romanus P. Laymanni Conclusioni. *supr. q.1.* propositæ (nim. quod licet Monachi Cistertienses sint ab Episcopis exemptionem, &,, Generalem Ordinis sui consecuti: tamen quia Monasteria, eorumque bo-,, na sunt omnino separata, & non communicabilia, & professionem edant,, in stabilitate loci ad unum Monasterium, hinc ejus Ordinis Generalis,, nonnisi in Ordine ad regularem disciplinam prælationem habere censen-,, dus sit, non item in ordine ad jura & bona Monasterii, quasi de iis dispone-,, re possit, adeoque bona non censenda sint vacantia) contradicat ac contradictoriam ex eo, quod sine Generalis consensu uniones, annexiones, alienationes rerum Monasterii fieri non possint, inferre conetur, haud dubiè debuit & voluit simul inferre, quod Generalis non tantum in ordine ad disciplinam regularem, sed etiam ad jura & bona Monasterii habeat prælationem, ut de iis disponere possit, consequenter sint non vacantia, sed ab Ordine occupata: Unde omittendo ea, quæ dicuntur de dispositione in ordine ad jura & bona, vel fallaciam ignorationis Elenchi vel etiam cum plura hic proponantur & ipse de uno quasi respondeat, fallaciam plurium quæstionum committit. Atque hinc patet, quod in Astro *q.1. n.76. in horto allegat. præced.* 254. *& allegat.* 291. verba P. Laymanni ac mea sint per F. Romanum immutata ac falsificata. 87 88

89 Ad hæc, quæ F. Romanus pro Ordine Cistertiensi absque illius rogatu visus est proferre argumenta, pronunciat quidam ex Ordine Cistertiensi, in

» Actione Ordinis Cistertiensis, *part.1. in princ.* ejusmodi esse, quibus nihil
» magis elumbe fractumque esse possit (Notent hoc F. Romani adstipulatores) ut nisi inscientia hominem excusaret, acriori objurgatione dignus videretur. Quare ipse Religiosus Cistert. *cap.5. supra d. tract. part.1.* tradit;
90 quod dominium bonorum toti Ordini Cistertiensi jam ab initio competi-
» erit. Siquidem prima illius Ordinis domicilia à Cistertii Monachis institu-
» ta, non fuerunt seorsim à Matrice domo distinctæ familiæ, sed partes &
» membra primæ illius, cum qua omnes communi Capiti & patrifamilias
91 nim. Stephano parebant, ex cujus item nutu res familiaris tractabatur. Ita
» testantur, inquiens, cap.1. veteres Tabulæ Firmitatis (id loco nomen) apud
» Angel. Manriq. *in annal. Cistert. anno* 1114. *cap.* 2. his verbis: Tantus erat
» numerus fratrum apud Cistertium, ut neque substantia, quam habebant,
» eis sufficere, nec locus, in quo manebant, eos convenienter capere pos-
» set: placuit itaque fratribus, ut locum alium quærerent, in quo pars
» ipsorum corpore, non animo separata Deo devotè & regulariter deservi-
92 ret. Quæ verba, ut subjicit *ibid.* d. Religiosus, indicant, Monasterium
Vniri & incorporari. illud filiale Cistertio ita accessisse, ut ejus veluti membrum esset, quod
uniri dicatur & incorporari. Et licet D. Stephanus anno ejus sæculi supra
93 millesimum centesimum undevicesimo Cistertii coactis primis Comitiis
» illius Ordinis decem fuerint constituti, cum plena potestate & jurisdictio-
» ne Abbates, ut totidem domibus erectis cum hierarchica subordinatione
» præessent, à quibus prima & præcipua authoritas delata sit universo Abba-
» tum Collegio, sive Generali Capitulo, annuatim Cistertii congregando;
» Secundæ partes datæ sunt Abbati Cistertiensi, qui toti Ordini ex conven-
94 tus illius præscripto jus dicere posset. Partita deinde suppari potestate in
» quatuor Abbates primorum Monasteriorum, *Firmitatis, Claravalle, Ponti-*
» *gniaco ac Morimundo*, ita ut quisque eorum in illa cœnobia, quæ à suo de-
» scendissent, jurisdictionem exerceret, cui similem nacti sunt omnes Abba-
» tes in Monasteria, in quæ ipsi primas Colonias deduxissent, quamobrem
» etiam Patres Abbates, & notiore hodie nomine Patres immediati appel-
95 lentur &c. Postea *in d. c.5.* attamen Cistertium semel comparatum in filia-
» lia Cœnobia dominium multis adhuc annis videtur retinuisse, quippe cum
» multo post tempore peterent ab Alexandro III. sibi bonorum eatenus ac-
96 quisitorum possessionem firmari ac communiri. Nihil in Diplomate Ponti-
» ficio distinctum est inter fundos agrosque proximè ad Cistertium attinen-
Alexand. III. tes & Cœnobia inde enata. *Statuentes* (*inquit*, in rescripto *Pontifex*) *ut quæ-*
Anno 1164. *cunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium* (*Cistertii*) *in præsentiarũ*
tom 1. privi. 4 *legitimè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel*
» *Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adi-*
97 *pisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc*
» *propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum ipsum de Cistertio, cum terris,*
pratis,

pratis, aquis, sylvis, pascuis & omnibus pertinentiis suis. Abbatiam de Firmitate, Abbatiam de Pontigniaco, Abbatiam de Claravalle, Abbatiam de Morimundo, Abbatiam de Pruliaco, Abbatiam de Curia Dei &c. Ita plura alia Cœnobia enumerat, permiscetque cum Grangiis (prædiis) ad Cistertium citra controversiam proximè pertinentibus, quas postremo loco recenset.

Quæ Pontificis Constitutio, tam ampla Religioso illi Ordinis Cister- 98
tiensis supracitato loco videtur, tantique momenti ac ponderis, ut si ejus
dispositionis verba enucleatius & accuratius expenderentur, atque non ad
æquitatem modo, sed etiam ad *rigorem juris attollerentur*, ex iis omnino
constituturum, vel saltem se consecuturum speraret, "ut ipsa summi »
Pontificis constitutio singulorum Cœnobiorum bona ac census, suo quæ- »
que materno Monasterio vindicaret, utpote quorum singula idem juris »
in fundatas à se domos Religiosas nacta sunt, quod Cistertium in sua »
filiatione exercet: utrisque enim parem authoritatem decernunt 99
prima nostrorum statuta, his, quæ adscribimus, verbis: Cum vero aliqua Ec- 100
clesiarum vestrarum Dei gratia creverit, ut aliud cœnobium construere pos- *Charta Charitat. circa med.*
sit, illam diffinitionem, quam nos inter nostros fratres tenemus, & ipsi in-
ter se teneant: excepto quod inter se annuum capitulum non habebunt, sed
omnes Abbates &c. sed quia, si hanc viam insisteremus, contra torrentem »
luctandum nobis esset, ultro decedimus hoc præsidio, ita tamen, ut vicis- »
sim illud nobis ab æqui lectoris candore speremus concedendum (quam pa- »
rum autem postulamus) firmiori aliquo nexu inter se colligata esse matricū »
& filiarum Ecclesiarum bona in nostro Ordine, quam in anarchicis Religi- 101
osorum Ordinibus: quod ipsum, ut minimum significare voluit, priscus NB.
author, qui primus privilegia nostra congessit, hâc epigraphe Pontificio il- »
li decreto, quod allegavimus, præmissa. Privilegium Domini Alexandri 102
Papæ III. ubi multæ Monasterii Cistercii filiæ indistinctè cum aliis Cister- *In antiq. privil. Ord fol. 5*
cii possessionibus, & juribus enumerantur, in quo apparet summa filia-
rum & membrorum ad matrem, sicut aliarum possessionum con- »
nexio. »

Vt ut autem hæc se habeant, constat & Generalem nostrorum Con- 103
gregationem, & Patres Abbates de inferiorum cænobiorum bonis sæpe *Charta Charit. post. med.*
sæpius disposuisse, & illam quidem leges etiam de ratione administrandi
bona minoribus Præfectis constituisse. Observo cum primis initio Ordi- »
nis Patri Abbati injunctam Provinciam, ut toto tempore, quo filiale cæ- »
nobium Rectore careret, temporalium rerum non minus, quam spiritua- »
lium viduati cænobii curam in se susciperet, quod majorum Abbatum gra- *Tom. 1. priv. 43*
ve sane opus ita postea deminuit Clemens IV. ut quotidiana rei domesti- »
cæ administratione conventui permissa maioris momenti res ad Patrem »
Abbatem referrentur. »

104 Reliqua quia nimis longum foret ex ordine recenſere, tantum ſuccinctè & more conſueto ſtrictim referam.

105 Interea refertur, quod à prima Ordinis iſtius origine in generali con-
Charta charit. paulò ante med. ventu ſit ab Abbatibus ratio adminiſtrationis etiam bonorum temporaliũ
exacta, pœnaque ſtatuta iis, qui Oeconomiam perperam adminiſtrârant.
106 2. ut mutuo ſubſidio indigentiam aliorum ſublevarent, etiam Patres filiali-
Ibid. in med. bus cœnobiis indigis ſubvenirent. Cuius legis obſervantiſſimus fuit quon-
Statuta Anni 1134. c. 30. dam S. Bernardus *epiſt.* 186. Simonem Caſtellani Cameracenſis filium eni-
xè rogans, ut Ligicuttem (villam feudalem) quam parens ipſius in uſum
107 Valcellenſis cœnobii filiationis Claræuallenſis contulerat, poſſidendam da-
108 ret. Aſſerit autem Bernardus, ſibi fundum illum donatum fuiſſe. " Rur-
ſumque, quod de meo, *inquit*, apud te eſt, fratres dico Valcellenſes, & eo-
rum Eccleſiam mei gratia diligas, foveas & manu teneas &c. Adeo cœno-
109 bium illud filiale, etſi propriis habitatoribus attributum, non omnino de-
Idem epiſt. 199 & duab. ſeqq. ſiit eſſe Bernardi. Hæc ipſa cauſa fuit, cur Bernardus tam calidè negotium
Monaſterii Caroli loci frequentibus vicinorum injuriis laceſſiti, apud Pon-
110 tificem Innocentium pertractaverit. Aſſeverantiſſimè autem Sanctiſſi-
Idem epi. 241. mus Pater loquitur de ſuo in ſubiecta cœnobia jure, ubi Grandiſylvæ Ab-
111 batem, Monaſteriumque ipſum Tholoſatibus commendat. Sit vobis (ip-
NB. ſius verba damus) commendatus lator Epiſtolæ Venerabilis *Abbas Grandi-
ſylvæ & domus eius, quæ & noſtra eſt, nuper nobis & noſtro Ordini* (attendat
Videatur item Lector) *ab ipſo tradita, & Eccleſiæ Claravallis ſpecialiter aſſociata. Veſtram
epiſt. 252. fidem*, optimi Lectores! fuitne Ordo Ciſtercienſis idoneus donatarius? aut
112 quæ lex communi legitimorum cœtuum beneficio illum arcet? Sin dona-
tionis capax eſt, igitur traditione perficitur, eaque jus diſponendi illi ac-
quiritur, quod etiam poſt Collegii Monaſtici in loco inſtitutionem non ab-
oleri, ex Bernardo audivimus.

113 3. Accedit, quod ſtatuta *Anni* 1134. ſeu leges d. Ordinis etiam viven-
" te Bernardo de ſingulorum Monaſteriorum bonis decernant, ne quiſquam
Abbatum pro Monaſterio ſuo bona emeret, niſi quatenus uſu & legibus
Ordinis permiſſum eſſet, nevè quiſquã Ordinis iniuſſu bona, aut aliter ædi-
114 ficia, quam ad Ordinis amuſſim, exſtrueret. Vnde domuum omnium
ſymmetria conſurgit. Similiter Ordo inhibuit venditiones ſuo injuſſu fieri.
At mirum, ſi hæc talia definierunt ſapientiſſimi, ſanctiſſimique viri, de rebus
" prorſus alienis.

115 Sua item authoritate capitulum Generale edixit, quantum quiſque
Antiq. libell. diffin. diſt. 8. c. 4. Confirmat. Benedict9 XII priv. 62. char. ta char. ante med. ſtatut. anni 1134. ar. 41. cœnobiarcha itinerantibus, & in Monaſterio ſuo diverſantibus tum Ab-
batibus, tum Monachis Ordinis præſtare teneatur, quid item illis, quos
bellorum, incendii, aliave calamitas propriis domibus excedere coegiſſet.
Qua de re omiſſis aliis decretis unicum dabimus, quod cætera ferè comple-
ctitur, ſic autem habet: Tempore quoque, quo venitur ad capitulum, vel
redi-

reditur, provideant sic officiales domorum Ordinis, ut Abbatibus venien- *Antiq. libell. distin. Cisterc. dist. 6. c. 1.*
tibus ad capitulũ generale ac redeuntibus, necnon omni tempore personis
ac pueris (famulis) Ordinis universi per nos transeuntibus, pro dispositi-
one, dispersione, pro culpa, pro domorum suarum, ac Ordinis negotiis in "
Abbatiis, grangiis, cæterisque locis secundum facultates locorum suffici- "
enter & honestè necessaria, & vinum in cellariis, ubi habentur vineæ, faciãt "
ministrari. Nec in fraudem hujusmodi hospitalitatis in suis locis præfici- 117
ant sæculares. Pœnâ deinde jubent mulctari Abbatem, qui advenientem "
ejusmodi peregrinatorem minus liberaliter habuisset. Quid, quod, ibi- 118
dem Religiosis nostris Cistercium tendentibus, indeque revertentibus, 119
conceditur (non aliter loquitur capitulum) ut si prandere voluerint, in-
trent horâ prandii refectoria domorum Ordinis, ad quas venerint, neque
ulla ibi mentio de expectanda invitatione domestici præsidis.

Ac tandem hæc ipsa verba adnectuntur. Nullus etiam Abbas hospi- 120
tem ad se missum infra annum audeat remittere, nisi in casibus &c. Ali- *Eadem distin.*
oquin Abbati qui miserit, remittens tantum in pecunia refundere teneatur, *dist. 10. c. 3.*
quantùm remissus in domo remittentis pro rata illius temporis expendis- 121
set. Hi autem, ad quorum domos quacunque ex causa personæ Ordinis
diriguntur, eisdem sicut propriis provideant liberaliter & honestè. Ea lex 122
non minus, quàm antecedens usque hodie vivido usu apud nostros obser- "
vatur. Nam rarissimum fuerit reperire aliquod è nostris cœnobium, mo- "
dò ne devastatum, quod non aliquot sui Ordinis advenas Monachos inter "
domesticos alat. Et vidimus per hæc Germanici belli tempora exules Ci- 123
stercienses turmatim in Monasteria extra hostis timorem tantisper
constituta, distributos, atque etiamnum ibidem degentes. Fuit cum ex "
unico superioris Germaniæ cœnobio simul duodeviginti ad hoc nostrum "
Campililiense appulerunt, qui omnes aliquanto tempore, pro facultate lar- "
giter habiti, in varia Ordinis loca partiti sunt, senis eorum inter nostros re- "
tentis: præter quos alii super alios idem alimoniæ jus repetierunt. Nec 124
tamen negamus, fuisse paucos aliquos, qui consimili necessitate pressi, ha-
bitationem postulabant, subinde à locorum Præfectis repulsam passos: ve- 125
rum nobis de jure & obligatione disserentibus, non debent exempla eorum
fraudi esse, quos sponte fatemur perperam egisse, nisi vel rei familiaris pe- "
nuria (& quas gazas non exhauserunt hæc prolixi belli incommoda) vel alia "
quæpiam, quæ nec paucæ, nec infrequentes occurrunt causæ, negatorem "
excusent. Alioquin si id semper culpæ dandum est, non solum nostri pec- 126
carunt, sed & aliorum Ordinum Religiosi, atque illi etiam, quibus nullo
certè loco seritur aut metitur, quos tamen constat, sæpe his calamitosis tem- NB.
poribus, aut nullam aut curtam admodum liberalitatem extraneis sui Or-
dinis fratribus impendisse, nec fere aliud, quàm indigenarum analecta in-
digis impertiisse.

Nimi-

127 Nimirum excurret differtatio, fi cuncta recenfeamus, quæ Ordo in
Libell. diffinit. dist. 6. c. 3. tractandis bonis fuorum membrorum ufurpare folet: ut quod mulctam
Pecuniariam Abbatibus irrogat, qui licentiâ non habitâ à Generalibus Co-
mitiis abfuerint, quod ad fumptus Iudicibus Ordinis præftandos cogat, alia-
Eadem dist. 7. c. 1. que huiufmodi. Illud præ aliis commemorandum, tributum etiam fin-
gulis noftrorum cœnobiis à Generali capitulo imperati folitum, eumque
morem Ordini coævum teftatur rerum noftrarum longè peritiffimus, idem-
„ que fefqui fæculo ab hinc totius Ordinis Superior Generalis Ioannes Ab-
„ bas Ciftercii, cæterique eo tempore in Capitulo Generali diffinitores, quo-
„ rum verba licet adfcribere.

128 Nos Fr. Ioannes Abbas Ciftercii cæterique diffinitores Capituli Ge-
Ioan. Abbas Cistercii in compilat. priv. neralis Ciftertienfis Ordinis &c. Cum ficut in fingulis communitatibus
debitè gubernatis fieri confpicitur, partes univerfæ pro totius fublevatio-
ne, confervatione, procuratione & defenfione, non folum fubftantiæ tem-
poralis portionem, verum etiam quandoque vitam dulciffimam exponunt:
„ ita quoque ab exordio huius facri Ordinis Patres fingulis annis ad procu-
„ randa tanti Ordinis negotia iuxta agendorum exigentiam nedum immen-
„ fos labores, fed & certas magnasque fuper quolibet Ordinis Monafterio pe-
„ cuniarum fummas, quas contributiones vocabant, penfatis locorum facul-
„ tatibus quolibet anno imponere, illasque tanquam veri Reip. Ordinis a-
matores univerfi prompto, & hilari animo ad Generale Capitulum afferre
129 curabant &c. Cui graviffimorum virorum teftimonio etfi locupletiffimo,
Diffin. anno 1316. edita dist. 7. c. 5. pondus tamen accedit ab antiquis noftrorum diffinitionibus, quæ de eiuf-
modi contributionum exactione loquuntur, uti de re longo ufu conftabi-
litâ, &c. & paulo poft.

130 Sed multo efficaciffimum Argumentum in rem præfentem eft, quod
idem nofter Ordo fuomet arbitratu localibus Præfectis feu invitis feu in-
„ confultis, certè non femper affentientibus, non folum de parte quapiam
„ bonorum ac jurium, fed de integris Monafteriis, totisque fundis difpofu-
„ erit, tranfegerit, cedendo, donando, commutando, aut quavis alia rati-
one alienando, ubi nihil obloqui licuit iis, qui proximi fruiti fuerant: ut ni-
131 hil interim dicam de locis Ordini quidem perfecta donatione acquifitis, fed
nondum habitatis, qualem conftat fuiffe Præmonftratum (à quo nomen
habet candida D. Norberti familia) aliumque item prope Hierofolymam,
132 quem utrumque Divus Bernardus authoritate ab Ordine participata abdi-
Epist. 252. Annal. Manriq ad ann. 1120. ca. 2. cavit, atque in Præmonftratenfes tranftulit: Vbi perfpicuè, noftro mune-
re, inquit, & noftro dono locum habetis & aureos (in dotem Monafterii
datos) habuiftis. Itaque quod jam dicebamus de Ordinis conventus fuper
S. Bernard. ibidem post med. Monafteriorum habitatorum bonis aut juribus, exemplum fuppeditat ea-
dem Bernardi jam allegata Epiftola, ubi controverfiam, quæ Monafterio
133 Villarienfi noftri Ordinis erat cum Præpofito S. Foillani Præmonftratenfiū,

primum

primum communibus Capituli Generalis suffragiis compositam, deinde " recrudescentem testatur Bernardus à Cistercii Abbate, quantumvis cœno- " biarcha Villariensi (cuius proximè intererat) absente factam denuo transa- " ctionem, duraturam illam semper, nisi pars adversa à Conventis resili- " isset.

Quid Bernardus ipse de suæ filiationis cœnobio Brixiano? annon 134 cum Comite Engolismensi expostulat de graviori tributo eidem imposito, cuius tamen præstandi obligationem cum aliter non posset, ratam interim *Idem Epi. 291* esse jubet, cœnobitis alias hoc oneris non suscepturis? Enimvero hoc ip- " sum cœnobium cum postea super eo litem movissent Canonici Sanct-aman- tiani, Bernardus sponte remisit, jureque suo decessit, quod testatum vo- luit hoc ipso syngrapho.

In Nomine Domini Amen. Ego Bernardus Claravallensis vocatus Ab- bas notum volo esse, quod locum de Brexia & quicquid in eo habemus in dono Co- mitis Engolismensis & Petri Auxentii Ecclesiæ S. Amantii concessimus. Te- stes fuerunt Dominus Hugo Engolismensis Episcopus, Dominus Godefridus Lin- gonensis Episcopus, Iunius Abbas de Corona, frater quoque Philippus Prior no- ster, & frater Gerardus, & frater Gaufridus Monachi domus nostræ. Actum apud Claramvallem anno ab Incarnatione Domini millesimo, centesimo, quin- quagesimo tertio. *Refert Ioan. Picard in notis ad cit. epist.* 135

Videat Lector, non hîc agi de agro quopiam aut prædio ad Claram- " 136 vallem pertinente, sed de perfectè constituto, iamque possesso, & à Religi- osis habitato, eodemque in aliena diœcesi sito Monasterio; tota tamen con- ventio, cessioque peracta à Bernardo ut Patre Abbate (adeoque authori- tate ab Ordine accepta) nullâ loci Abbatis aut conventus habita mentione. quâ tandem amabo aliâ ratione chirographum formare debuerat, si de pro- 137 prii cœnobii bonis quidpiam abdicasset? Eiusmodi autem cessiones Mo- nasteriorum ab Ordine pluries factas fuisse, præsertim mutationis causâ ex variorum cœnobiorum monumentis fit certissimum. Exemplum è vicino 138 damus, cœnobium nempe *sanctimonialium* nostri Ordinis *Friesaci* in Carin- thia olim non ignobile, quod tamen, cum videretur Ordini minus proficuũ, *Ex Archiv. Monasterii Runensis.* Abbas Runensis per illum tractum Ordinis legatus, & Pater Abbas cum Ar- chiepiscopo Salisburgensi aliquot Parochiis permutavit. Quo in facto Ge- neralis nostri Capituli assẽsus necessariò prorsus intervenit, iuxta ac vetus lex 139 præscribit his verbis. *Abbatiam nostri Ordinis fundare, mutare, transferre seu aliam nostro Ordini incorporare nulli liceat sine assensu Capituli Generalis.* Atq; *Libell. diffin. anni 1316. dist. 3. c. 1.* hic assensus videtur olim apud nostros fuisse sufficiens, ut cœnobium ali- quod alieno iuri permitteretur, verum angustius circumscripsit hanc alie- 140 nandi potestatem Benedictus XII. dum post confirmatum Ordini ius circa *Tom. 1. privil. 62. Ann. 1334.* alios de bonis contractus, Monasteriis locisque præstantioribus ita cautum voluit. *Verum, inquit, cum Monasterium seu alius conventualis locus, castrũ,* 141

villa, grangia, vel res alia multum notabilis alienandum vel alienandus, seu alienanda fuerint, Capitulum Generale eiusdem Ordinis alienandi licentiam concedere non præsumat, nisi prius per idem Capitulum Generale Romano Pontifice consulto, &c.

242 Ex quibus omnibus facilè videat prudens lector, quanto magis permissum fuerit nostris, intra Ordinem Monasteriorum, aliorumve locorum translationes, uniones, disjunctionesque efficere, ut, quod jam olim sibi vendicavit supremus noster Magistratus (dum enim prohibent mutare, transferre &c. sine licentia Capituli Generalis, quid ni si permittunt eadem habitâ?) posterioreque tempore non modo nunquam contrariis præceptionibus abolitum, sed novè subinde à Pontificibus constitutum, confirmatumq; est. Hactenus ille religiosus Cisterciensis.

§. VI.

De Responso Pontificis ad quæstionem P. Becani.

243 N. 6. Allegaveram F. Romanū conari ostendere *q. 3. n. 8.* ex eo, quod Summus Pontifex Anno 1623. requisitus mādato Imperatoris per P. Martinum Becanum p. m. *Vtrum possit bona Palatinatus, quæ jam pridem alienata, profanata, & Monachis ac Monialibus orbata fuerant, convertere in pios usus pro spirituali bono Ecclesiæ, præsertim ad exstirpandam hæresin & reponendam fidem Catholicam, in quo opus sit viris probis & doctis, qui populum & juventutem instruant*; sua sanctitas responderit, *quod si bona illa, reditus erant alicuius Religionis Regularium, quæ modo exstat in Congregatione unita, quod illi particulari debeant restitui, quia res iniustè ablata & de facto debent restitui.* Ita Pontifex, ad cuius responsum allegatum ego notaveram, Pontificem per vocem (*particulari*) non intellexisse Congregationem seu Conventum Monasterii Monachis aut Monialibus non orbatum; quia alias non respondisset ad propositam sibi quæstionem de Monasteriis jam pridem orbatis sua Congregatione. Hoc verò fuisset absurdum, quare ad evitandum illud absurdum, Pontifex non de extantis Monasterii Congregatione intelligendus sit, sed de alia plurium Monasteriorum particulari Congregatione, ut est Congregatio Bursfeldensis in Saxonia, Melicensis in Austria, Castellensis in Palatinatu superiori. Unde videretur colligi, Summum Pontificem agnoscere unionem Bursfeldensem, v. c. vel similem adhuc bonorum Collegii emortui Dominam, ac consequenter bona emortui ex unione Bursfeldensi Monasterii non esse vacantia.

148 Ad quæ notat Frater Romanus *allegat. 256.* quasi ipsi imponatur, *eum ex Responso S. D. N. Vrbani VIII. ostendere voluisse, Vnionem Bursfeldensem, aut similem adhuc esse dominam bonorum Monasterii destituti.* Alind

Nova commēta Haiana.

Aliud enim est, inquiens, *Ordo*, *aliud Unio. Scit ipse, huiusmodi Monasterii fundationem factam esse Ordini, Unioni factam esse, nescit. Hac enim* 149
se per accidens habent respectu fundationis. Bene autem ex illo oraculo concluserit, quod Layman Summum Pontificem (prout in fronte libri pollicebatur) nequaquam defendat, sed violenter aliud affingat, quin imò arguat erroris ac falsitatis adeoq; aliud gerat in titulo, aliud in pixide &c.

Ast Argumentum à me pro Fratre Romano supra allatum ad rem facere quicquam videbatur. Nunc vero, quæ hic à Fratre Romano afferuntur, à responso Pontificis prorsus sunt aliena. Nec enim Pontifex ac ego locuti sumus de fundatione Ordini facta, prout hic vel perperam, vel extra oleam discurrit Frater Romanus, sed de Monasteriorum bonis & reditibus, qui erant alicuius Religionis Regularium, quæ modo extet in Congregatione unita, &c. Cætera parerga prætereo. 150 *Discutiuntur pro parte.*

§. VII.

Ex c. in singulis, & c. ea quæ. de stat. Monacho.

N. 7. dicebam F. Romani opinionem videri confirmari ex *c. in singulis* errore typopraphi omisso, *& c. ea, quæ. de Stat. Mon.* ubi Congregationis Provincialis Visitatoribus executio mandatur, non tantum in spiritualibus, sed & in temporalibus, Ergo multo magis ea executio permissa Congregationis Bursfeldensis Præsidi, idque ex vi ipsius Privilegii, de quo ipse F. Romanus *q. 6. num.* 11. *& seq. junct. num.* 19. *&* 30. Atque adeo Congregatio ipsa vel ipsius Præses habebit aliquam in bonis Monasteriorum Congregationis suæ etiam emortuorum potestatem, ac consequenter bona illa non præsumentur vacantia. 151 152

Ast F. Romanus *allegat*, 257. n. 1. quærit, *ubi terrarum hoc argumenti genus produxerit?* ubi cap. ea quæ de stat. Mon, *in huncfinem aliquando allegaverit? Ubi ab iis, quæ Visitatoribus eo loci per Canones, concessa sunt, ad Præsidem Congregationis extendendo argumentatus fuerit*, cum cit. n. 11, 12. & 19. *nihil simile scripserit.* 153 *Nova commenta Haiana.*

Et *allegat*, 258 *num*. 2. ubi itidem vi privilegii, seu confirmationis ejusdem unionis à Pio II. impertitæ, & in Astro *q. 6. n. 11.* à se partim relatæ, intulerit, Præsidi multo magis competere executionem in spiritualibus, & temporalibus, quam Visitatoribus. Cum illa confirmatio seu Privilegium hac de re nihil exprimat. 154

Denique *allegat*. 259. *n*. 3. ait, ut omne trinum sit perfectum, quod ego ex Astro (ubi supra) allegem *n*. 31. *q*. 6. cum ea quæstio non habeat numeros, nisi triginta. Hactenus F. Romanus. 155

 Qui

156 Qui, dum in Astro *d.q.1, n.76, 77.* ad fundamentum Laymanni primũ quæstionis 1. Præambulæ, à se vero sub *num*, 4. mutilè relatum (in quo fundamento inter alia citabatur *c. in singulis pen. & c. ea quæ ult. de stat. Monach.*) conatur Respondere, quod Præsidibus & Visitatoribus ex fundamento illo non tantum Prælatio in ordine ad spiritualia, sed ad bona temporalia competat, haud dubiè illud ipsum tradit, quod à me *d. num. 7. q. 2. sect. 1, c. 1.* fuit propositum.

Discutiuntur hic pro parte sed infra fusiq.

157 Quòd verò Præsidi Congregationis Bursfeldensis F. Romanus tribuat Prælationem ad bona temporalia Monasteriorũ, patet ex constitutione Pij II. ab ipso F. Rom. *q. 6. n. 11. & seq. iunct. n. 19. & 30. non* 31. relata; & quidem tanto magis præsumendum est, quanto, ut ait *q. 6. n. 12.* augescente Monasteriorum numero nominis illius odor & fama quaqua versum gloriosè diffunderetur, & ut dicit *eadem d. q. 6. n. 10.* cuius Bursfeldensis Cõgregationis, præ reliquis, Melicensi nim. in Austria, & Castellensi in Palatinatu superiori, zelus ac fervor erat præcipuus.

§. VIII.

Ex Authoritate Pii Pontificis.

158 DEnique *n. 8.* pro F. Romano afferebam, quod ipse *d. q. 6. n. 11.* ex authoritate Pii Pontificis Rom. (qui Anno 1458. Pontificatus sui primo, *pridie Nonas Martii, in diplomate suo, incip. Regis pacifici, cuius inscrutabili providentia &c.* Vnionem Bursfeldensem confirmat) videatur astruere, omnes possessiones, nõ unius sed plurium unitorum Monasteriorum subiici dominio, cum dicat, *& iisdem unitis appropriamus* scilicet omnes possessiones. Nam illud verè alicui appropriatur, cuius proprietas seu dominium illi tribuitur. F. Romanus *q. 1 n. 58. &c.*

159 Ad quæ F. Romanus *allegat*, 260. reponendo sibi optat, ut Neptunus *ipsum tridente feriat, si non ego hic pro pisce lutariam testudinem teneam, affirmans hac authoritate Pij II. ipsum Congregationi Bursfeldensi, eiusve Præsidenti » asseruisse vel confirmasse potestatem in bonis Monasteriorum suæ Vnionis desolato» rum, ac consequenter bona illa non esse vacantia &c. Cum tamen toto illo numero » 11. nec umbra contineatur illius à se facti discursus, &c.*

Commentum Haiauum.

160 Verum hocce loci F. Romanus *d. n. 11.* non umbris ludit, sed literis trabalibus & uncialibus de Congregatione Bursfeldensi asserebat. 1. Vnum esse corpus; *deinde* omnes possessiones &c. *iisdem* unitis & uniendis Monasteriis appropriari. Quorsum hæc verba literis uncialibus notata, nisi ut conceptum verbis ipsis expressum & paulo ante à me ex astri Eclipsi *q. 2. sect. 1. cap. 1. num. 8.* recitatum Lectori ingenerarent; Cum teste ipsomet F. Romano *Astr. q. 2. n. 19. in fin.* non possit esse maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Cassador. *lib. 5. var. decis. 6. n. 4. de rescript.*

Discutitur.

161

162

Ex hactenus traditis relucet, quod ego F. Romani argumenta ex astro fideliter recitaverim, ipse verò aquarum, in quas se *allegat.* 260. conjecit, vorticibus abreptus, quo feratur, etiamnum ignoret, totiesque impingat, & ultra, quoties mihi falsam allegationem affricare est conatus.

RESOLUTIO
CAPITIS II.
SECT. I.
QVÆST. II.

In quo solvi dicuntur à F. Romano quædam objectiones à nobis obmotæ.

§. 1.

AD 1. nostrum argumentum, quo ostenduntur, *mortuis omnibus Religiosis incolis Monasteria esse destructa*, Respondebatur ex F. Romano, quod 1
Monasteria fuerint destructa de facto ab hostibus & hæreticis invasoribus; 2
non verò de jure, nec authoritate superioris. F. Rom. *q.* 1 *n.* 36. 37. adeoque sua iura postliminio recuperent *q.* 1. *n.* 20. *& n.* 41. illisque restituenda sint, quibus fuerunt ablata.

§. 2

Et licet ii, quibus illa fuerant ablata, sint mortui, tamen eorum successoribus veniant restituenda. Cum alii eiusdem Ordinis substituendi 3
succedant in universum jus defunctorum *l. nihil est aliud hæreditas ff. de V. S.* F. Rom. *q.* 1. *n.* 41. 42. Ergo & in jus dominii, quod postliminio recuperant *num.* 43. (adde &) *num.* 86.

§. 3.

Illud jus verò dominii recuperent Monachi, non obstante, quòd dicantur aliqui ex Monachis defecisse; quia delictum personæ, non debet 4
redundare in damnum Ecclesiæ vel Ordinis. *c. delictum de R. I. in* 6. F. Romanus *q.* 1 *num.* 99. Et falsum sit dictum, ex parte nostra citatum; *quod Monachi non regulariter viventes debeant per alterius Ordinis institutionem puniri.*

» Actione Ordinis Cistertiensis, *part.1. in princ.* ejusmodi esse, quibus nihil
» magis elumbe fractumque esse possit (Notent hoc F. Romani adstipulatores) ut nisi inscientia hominem excusaret, actiori objurgatione dignus videretur. Quare ipse Religiosus Cisterr. *cap.5. supra d. tract. part.1.* tradit;
90 quod dominium bonorum toti Ordini Cistertiensi jam ab initio competi-
» erit. Siquidem prima illius Ordinis domicilia à Cistertii Monachis institu-
» ta, non fuerunt seorsim à Matrice domo distinctæ familiæ, sed partes &
» membra primæ illius, cum qua omnes communi Capiti & patrifamilias
91 nim. Stephano parebant, ex cujus item nutu res familiaris tractabatur. Ita
» testantur, inquiens, cap.1. veteres Tabulæ Firmitatis (id loco nomen) apud
» Angel. Mantiq. *in annal. Cistert. anno* 1114. *cap.* 2. his verbis: Tantus erat
» numerus fratrum apud Cistertium, ut neque substantia, quam habebant,
» eis sufficere, nec locus, in quo manebant, eos convenienter capere pos-
» set: placuit itaque fratribus, ut locum alium quærerent, in quo pars
» ipsorum corpore, non animo separata Deo devotè & regulariter deservi-
92 ret. Quæ verba, ut subjicit *ibid.* d. Religiosus, indicant, Monasterium
Vniri & incorporari. illud filiale Cistertio ita accessisse, ut ejus veluti membrum esset, quod uniri dicatur & incorporari. Et licet D. Stephanus anno ejus sæculi supra
93 millesimum centesimum undevicesimo Cistertii coactis primis Comitiis
» illius Ordinis decem fuerint constituti, cum plena potestate & jurisdictio-
» ne Abbates, ut totidem domibus erectis cum hierarchica subordinatione
» præessent, à quibus prima & præcipua authoritas delata sit universo Abba-
» tum Collegio, sive Generali Capitulo, annuatim Cistertii congregando;
» Secundæ partes datæ sunt Abbati Cistertiensi, qui toti Ordini ex conven-
94 tus illius præscripto jus dicere posset. Partita deinde suppari potestate in
» quatuor Abbates primorum Monasteriorum, *Firmitatis, Claravalle, Pontigniaco ac Morimundo*, ita ut quisque eorum in illa cœnobia, quæ à suo de-
» scendissent, jurisdictionem exerceret, cui similem nacti sunt omnes Abba-
» tes in Monasteria, in quæ ipsi primas Colonias deduxissent, quamobrem
» etiam Patres Abbates, & notiore hodie nomine Patres immediati appel-
95 lentur &c. Postea *in d. c.5.* attamen Cistertium semel comparatum in filia-
» lia Cœnobia dominium multis adhuc annis videtur retinuisse, quippe cum
» multo post tempore peterent ab Alexandro III. sibi bonorum eatenus ac-
96 quisitorum possessionem firmari ac communiri, Nihil in Diplomate Ponti-
» ficio distinctum est inter fundos agrosque proximè ad Cistertium attinen-
Alexand. III. Anno 1164. tom 1. privi. 4 tes & Cœnobia inde enata. *Statuentes (inquit, in rescripto Pontifex) ut quæcunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium (Cistertii) in præsentiarū legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel*
» *Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adi-*
97 *pisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc*
» *propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum ipsum de Cistertio, cum terris,*
pratis,

pratis, aquis, sylvis, pascuis & omnibus pertinentiis suis. Abbatiam de Firmitate, Abbatiam de Pontigniaco, Abbatiam de Claravalle, Abbatiam de Morimundo, Abbatiam de Pruliaco, Abbatiam de Curia Dei &c. Ita plura alia Cœnobia enumerat, permiscetque cum Grangiis (prædiis) ad Cistertium citra controversiam proximè pertinentibus, quas postremo loco recenset.

Quæ Pontificis Constitutio, tam ampla Religioso illi Ordinis Cistertiensis supracitato loco videtur, tantique momenti ac ponderis, ut si ejus dispositionis verba enucleatius & accuratius expenderentur, atque non ad æquitatem modo, sed etiam ad *rigorem juris attollerentur*, ex iis omnino constituendum, vel saltem se consecuturum speraret, "ut ipsa summi Pontificis constitutio singulorum Cœnobiorum bona ac census, suo quæque materno Monasterio vindicaret, utpote quorum singula idem juris in fundatas à se domos Religiosas nacta sunt, quod Cistertium in sua filiatione exercet: utrisque enim parem authoritatem decernunt prima nostrorum statuta, his, quæ adscribimus, verbis: Cum vero aliqua Ecclesiarum vestratum Dei gratia creverit, ut aliud cœnobium construere possit, illam diffinitionem, quam nos inter nostros fratres tenemus, & ipsi inter se teneant: excepto quod inter se annuum capitulum non habebunt, sed omnes Abbates &c. sed quia, si hanc viam insisteremus, contra torrentem luctandum nobis esset, ultro decedimus hoc præsidio, ita tamen, ut vicissim illud nobis ab æqui lectoris candore speremus concedendum (quam parum autem postulamus) firmiori aliquo nexu inter se colligata esse matricũ & filiarum Ecclesiarum bona in nostro Ordine, quam in anarchicis Religiosorum Ordinibus: quod ipsum, ut minimum significare voluit, priscus author, qui primus privilegia nostra congessit, hâc epigraphe Pontificio illi decreto, quod allegavimus, præmissa. Privilegium Domini Alexandri Papæ III. ubi multæ Monasterii Cistercii filiæ indistinctè cum aliis Cistercii possessionibus, & juribus enumerantur, in quo apparet summa filiarum & membrorum ad matrem, sicut aliarum possessionum connexio."

98 — 99 — 100 *Charta Charitat. circa med.* — 101 NB. — 102 *In antiq. privil. Ord fol. 5.*

Vt ut autem hæc se habeant, constat & Generalem nostrorum Congregationem, & Patres Abbates de inferiorum cœnobiorum bonis sæpe sæpius disposuisse, & illam quidem leges etiam de ratione administrandi bona minoribus Præfectis constituisse. "Observo cum primis initio Ordinis Patri Abbati injunctam Provinciam, ut toto tempore, quo filiale cœnobium Rectore careret, temporalium rerum non minus, quam spiritualium viduati cœnobii curam in se susciperet, quod majorum Abbatum grave sane onus ita postea deminuit Clemens IV. ut quotidiana rei domesticæ administratione conventui permissâ maioris momenti res ad Patrem Abbatem referrentur."

103 *Charta Charitat. post. med.* — *Tom. 1. priv. 45.*

104 Reliqua quia nimis longum foret ex ordine recenſere, tantum ſuccinctè & more conſueto ſtrictim referam.

105 Inter ea refertur, quod à prima Ordinis iſtius origine in generali con-
Charta charit. ventu ſit ab Abbatibus ratio adminiſtrationis etiam bonorum temporaliũ
paulò ante med. exacta, pœnaque ſtatuta iis, qui Oeconomiam perperam adminiſtrarant.
106 2. ut mutuo ſubſidio indigentiam aliorum ſublevarent, etiam Patres filiali-
Ibid. in med. bus cænobiis indigis ſubvenirent. Cuius legis obſervantiſſimus fuit quon-
Statuta Anni dam S. Bernardus *epiſt.* 186. Simonem Caſtellani Cameracenſis filium eni-
1134. c. 30. xè rogans, ut Ligicurtem (villam feudalem) quam parens ipſius in uſum
107 Valcellenſis cœnobii filiationis Claravallenſis contulerat, poſſidendam da-
108 "ret. Aſſerit autem Bernardus, ſibi fundum illum donatum fuiſſe. Rurſumque, quod de meo, *inquit*, apud te eſt, fratres dico Valcellenſes, & eorum Eccleſiam mei gratia diligas, foveas & manu teneas &c. Adeo cœno-
109 bium illud filiale, etſi propriis habitatoribus attributum, non omnino de-
ſiit eſſe Bernardi. Hæc ipſa cauſa fuit, cur Bernardus tam calidè negotium
Idem epiſt. 199 & duab. ſeqq. Monaſterii Caroli loci frequentibus vicinorum injuriis laceſſiti, apud Pon-
110 tificem Innocentium pertractaverit. Aſſeverantiſſimè autem Sanctiſſi-
Idem epi. 241. mus Pater loquitur de ſuo in ſubiecta cœnobia jure, ubi Grandiſylvæ Ab-
111 batem, Monaſteriumque ipſum Tholoſatibus commendat. Sit vobis (ipſius verba damus) commendatus lator Epiſtolæ Venerabilis *Abbas Grandi-*
NB. *ſylvæ & domus eius, quæ & noſtra eſt, nuper nobis & noſtro Ordini* (attendat
Videatur item Lector) *ab ipſo tradita, & Eccleſiæ Claravallis ſpecialiter aſſociata. Veſtram*
epiſt. 252. *fidem*, optimi Lectores! fuitne Ordo Ciſtercienſis idoneus donatarius? aut
112 quæ lex communi legitimorum cœtuum beneficio illum arcet? Sin donationis capax eſt, igitur traditione perficitur, eaque jus diſponendi illi acquiritur, quod etiam poſt Collegii Monaſtici in loco inſtitutionem non aboleri, ex Bernardo audivimus.

113 3. Accedit, quod ſtatuta *Anni* 1134. ſeu leges d. Ordinis etiam viven-
"te Bernardo de ſingulorum Monaſteriorum bonis decernant, ne quiſquam Abbatum pro Monaſterio ſuo bona emeret, niſi quatenus uſu & legibus Ordinis permiſſum eſſet, nevè quiſquã Ordinis iniuſſu bona, aut aliter ædi-
114 ficia, quam ad Ordinis amuſſim, exſtrueret. Vnde domuum omnium ſymmetria conſurgit. Similiter Ordo inhibuit venditiones ſuo injuſſu fieri. At mirum, ſi hæc talia definierunt ſapientiſſimi, ſanctiſſimique viri, de rebus "prorſus alienis.

115 Sua item authoritate capitulum Generale edixit, quantum quiſque
Antiq. libell. diffin. diſt. 8. c. cænobiarcha itinerantibus, & in Monaſterio ſuo diverſantibus tum Ab-
4. Confirmat. batibus, tum Monachis Ordinis præſtare teneatur, quid item illis, quos
Benedicto XII bellorum, incendii, aliave calamitas propriis domibus excedere coegiſſet.
priv. 62. char- Qua de re omiſſis aliis decretis unicum dabimus, quod cætera ferè comple-
ta char. ante ctitur, ſic autem habet: Tempore quoque, quo venitur ad capitulum, vel
med. ſtatut. an- redi-
ni 1134. ar. 41.

reditur, provideant sic officiales domorum Ordinis, ut Abbatibus venien- *Antiq. libell. distin. Cistert.*
tibus ad capitulũ generale ac redeuntibus, necnon omni tempore personis *dist 6. c. 1.*
ac pueris (famulis) Ordinis universi per nos transeuntibus, pro dispositi-
one, dispersione, pro culpa, pro domorum suarum, ac Ordinis negotiis in „
Abbatiis, grangiis, cæterisque locis secundum facultates locorum suffici- „
enter & honestè necessaria, & vinum in cellariis, ubi habentur vineæ, faciãt „
ministrari. Nec in fraudem hujusmodi hospitalitatis in suis locis præfici- 117
ant sæculares. Pœnâ deinde iubent mulctari Abbatem, qui advenientem „
ejusmodi peregrinatorem minus liberaliter habuisset. Quid, quod, ibi- 118
dem Religiosis nostris Cistercium tendentibus, indeque revertentibus, 119
conceditur (non aliter loquitur capitulum) ut si prandere voluerint, in-
trent horâ prandii refectoria domorum Ordinis, ad quas venerint, neque
ulla ibi mentio de expectanda invitatione domestici præsidis.

Ac tandem hæc ipsa verba adnectuntur. Nullus etiam Abbas hospi- 120
tem ad se missum infra annum audeat remittere, nisi in casibus &c. Ali- *Eadem distin.*
oquin Abbati qui miserit, remittens tantum in pecunia refundere teneatur, *dist. 10. c. 3.*
quantum remissus in domo remittentis, pro rata illius temporis expendis- 121
set. Hi autem, ad quorum domos quacunque ex causa personæ Ordinis
diriguntur, eisdem sicut propriis provideant liberaliter & honestè. Ea lex 122
non minus, quàm antecedens usque hodie vivido usu apud nostros obser- „
vatur. Nam rarissimum fuerit repetire aliquod è nostris cænobium, mo- „
done devastatum, quod non aliquot sui Ordinis advenas Monachos inter „
domesticos alat. Et vidimus per hæc Germanici belli tempora exules Ci- 123
stercienses turmatim in Monasteria extra hostis timorem tantisper
constituta, distributos, atque etiamnum ibidem degentes. Fuit cum ex „
unico superioris Germaniæ cænobio simul duodeviginti ad hoc nostrum „
Campililiense appulerunt, qui omnes aliquanto tempore, pro facultate lar- „
giter habiti, in varia Ordinis loca partiti sunt, senis eorum inter nostros re- „
tentis: præter quos alii super alios idem alimoniæ jus repetierunt. Nec 124
tamen negamus, fuisse paucos aliquos, qui consimili necessitate pressi, ha-
bitationem postulabant, subinde à locorum Præfectis repulsam passos: ve- 125
rum nobis de jure & obligatione disserentibus, non debent exempla eorum
fraudi esse, quos sponte fatemur perperam egisse, nisi vel rei familiaris pe- „
nuria (& quas gazas non exhauserunt hæc prolixi belli incommoda) vel alia „
quæpiam, quæ nec paucæ, nec infrequentes occurrunt causæ, negatorem „
excusent. Alioquin si id semper culpæ dandum est, non solum nostri pec- 126
carunt, sed & aliorum Ordinum Religiosi, atque illi etiam, quibus nullo
certè loco seritur aut metitur, quos tamen constat, sæpe his calamitosis tem- NB.
poribus, aut nullam aut curtam admodum liberalitatem extraneis sui Or-
dinis fratribus impendisse, nec fere aliud, quàm indigenarum analecta in-
digis impertiisse.

Nimi-

127 Libell. diffinit. dist. 6. c. 3. Nimirum excurret dissertatio, si cuncta recenseamus, quæ Ordo in tractandis bonis suorum membrorum usurpare solet: ut quod mulctam Pecuniariam Abbatibus irrogat, qui licentiâ non habitâ à Generalibus Comitiis abfuerint, quod ad sumptus Iudicibus Ordinis præstandos cogat, aliaque huiusmodi. Illud præ aliis commemorandum, tributum etiam singulis nostrorum cœnobiis à Generali capitulo imperari solitum, eumque Eadem dist. 7. c. 1. morem Ordini coævum testatur rerum nostratum longè peritissimus idem- „ que sesqui sæculo ab hinc totius Ordinis Superior Generalis Ioannes Ab- „ bas Cistercii, cæterique eo tempore in Capitulo Generali diffinitores, quo- „ rum verba licet adscribere.

128 Ioan. Abbas Cistercii in compilat. priv. Nos Fr. Ioannes Abbas Cistercii cæterique diffinitores Capituli Generalis Cisterciensis Ordinis &c. Cum sicut in singulis communitatibus debitè gubernatis fieri conspicitur, partes universæ pro totius sublevatione, conservatione, procuratione & defensione, non solum substantiæ temporalis portionem, verum etiam quandoque vitam dulcissimam exponunt: " ita quoque ab exordio huius sacri Ordinis Patres singulis annis ad procu- " randa tanti Ordinis negotia iuxta agendorum exigentiam nedum immen- " sos labores, sed & certas magnasque super quolibet Ordinis Monasterio pe- " cuniarum summas, quas contributiones vocabant, pensatis locorum facul- " tatibus quolibet anno imponere, illasque tanquam veri Reip. Ordinis amatores universi prompto, & hilari animo ad Generale Capitulum afferre

129 Diffin. anno 1316. edita dist. 7. c. 1. curabant &c. Cui gravissimorum virorum testimonio etsi locupletissimo, pondus tamen accedit ab antiquis nostrorum diffinitionibus, quæ de eiusmodi contributionum exactione loquuntur, uti de re longo usu constabilitâ, &c. & paulo post.

130 Sed multo efficacissimum Argumentum in rem præsentem est, quod idem noster Ordo suomet arbitratu localibus Præfectis seu invitis seu in- „ consultis, certè non semper assentientibus, non solum de parte quapiam „ bonorum ac jurium, sed de integris Monasteriis, totisque fundis disposu- „ erit, transegerit, cedendo, donando, commutando, aut quavis alia ratione alienando, ubi nihil obloqui licuit iis, qui proximi fruiti fuerant: ut ni-

131 hil interim dicam de locis Ordini quidem perfecta donatione acquisitis, sed nondum habitatis, qualem constat fuisse Præmonstratum (à quo nomen habet candida D. Norberti familia) aliumque item prope Hierosolymam,

132 Epist. 252. Annal. Manriq. ad ann. 1120. ca. 2. quem utrumque Divus Bernardus authoritate ab Ordine participata abdicavit, atque in Præmonstratenses transtulit: Vbi perspicuè, nostro munere, inquit, & nostro dono locum habetis & autem eos (in dotem Monasterii datos) habuistis. Itaque quod jam dicebamus de Ordinis conventis super S. Bernard. ibidem post med. Monasteriorum habitatorum bonis aut juribus, exemplum suppeditat eadem Bernardi jam allegata Epistola, ubi controversiam, quæ Monasterio

133 Villariensi nostri Ordinis erat cum Præposito S. Foillani Præmonstratensiũ,

primum

primum communibus Capituli Generalis suffragiis compositam, deinde »
recrudescentem testatur Bernardus à Cisterrii Abbate, quantumvis cœno- »
biarcha Villariensi (cuius proximè intererat) absente factam denuo transa- »
ctionem, duraturam illam semper, nisi pars adversa à Conventis resili- »
isset.

Quid Bernardus ipse de suæ filiationis cœnobio Brixiano? annon 134
cum Comite Engolismensi expostulat de graviori tributo eidem imposito,
cuius tamen præstandi obligationem cum aliter non posset, ratam interim *Idem Epi. 29?*
esse jubet, cœnobitis alias hoc oneris non suscepturis? Enimvero hoc ip- »
sum cœnobium cum postea super eo litem movissent Canonici Sanct-aman-
tiani, Bernardus sponte remisit, jureque suo decessit, quod testatum vo-
luit hoc ipso syngrapho.

In Nomine Domini Amen. Ego Bernardus Claravallensis vocatus Ab- Refert Ioan. Picard in notis ad cit. epist.
bas notum volo esse, quod locum de Brexia & quicquid in eo habemus in dono Co-
mitis Engolismensis & Petri Auxentii Ecclesiæ S. Amantii concessimus. Te-
stes fuerunt Dominus Hugo Engolismensis Episcopus, Dominus Godefridus Lin- 135
gonensis Episcopus, Iunius Abbas de Corona, frater quoque Philippus Prior no-
ster, & frater Gerardus, & frater Gaufridus Monachi domus nostræ. Actum
apud Claramvallem anno ab Incarnatione Domini millesimo, centesimo, quin-
quagesimo tertio.

Videat Lector, non hic agi de agro quopiam aut prædio ad Claram- »
vallem pertinente, sed de perfectè constituto, iamque possesso, & à Religi- 136
osis habitato, eodemque in aliena diœcesi sito Monasterio; tota tamen con-
ventio, cessioque peracta à Bernardo ut Patre Abbate (adeoque authori-
tate ab Ordine accepta) nullâ loci Abbatis aut conventus habita mentione.
quâ tandem amabo aliâ ratione chirographum formare debuerat, si de pro-
prii cœnobii bonis quidpiam abdicasset? Eiusmodi autem cessiones Mo- 137
nasteriorum ab Ordine pluries factas fuisse, præsertim mutationis causâ ex
variorum cœnobiorum monumentis fit certissimum. Exemplum è vicino
damus, cœnobium nempe *sanctimonialium* nostri Ordinis *Friesaci* in Carin- 138
thia olim non ignobile, quod tamen, cum videretur Ordini minus proficuũ, *Ex Archiv.*
Abbas Runensis per illum tractum Ordinis legatus, & Pater Abbas cum Ar- *Monasterii*
chiepiscopo Salisburgensi aliquot Parochiis permutavit. Quo in facto Ge- *Runensis.*
neralis nostri Capituli assẽsus necessariò prorsus intervenit, iuxta ac vetus lex 139
præscribit his verbis. *Abbatiam nostri Ordinis fundare, mutare, transferre seu Libell diffin.*
aliam nostro Ordini incorporare nulli liceat sine assensu Capituli Generalis. Atq; *anni 1316. dist. 3. c. 1.*
hic assensus videtur olim apud nostros fuisse sufficiens, ut cœnobium ali-
quod alieno iuri permitteretur, verum angustius circumscripsit hanc alie- 140
nandi potestatem Benedictus XII. dum post confirmatum Ordini ius circa *Tom. 1. privil.*
alios de bonis contractus, Monasteriis locisque præstantioribus ita cautum *62. Ann. 1334.*
voluit. *Verum*, inquit, *cum Monasterium seu alius conventualis locus, castrũ,* 141

villa, grangia, vel res alia multum notabilis alienandum vel alienandus, seu alienanda fuerint, Capitulum Generale eiusdem Ordinis alienandi licentiam concedere non præsumat, nisi prius per idem Capitulum Generale Romano Pontifice consulto, &c.

142 Ex quibus omnibus facilè videat prudens lector, quanto magis permissum fuerit nostris, intra Ordinem Monasteriorum, aliorumve locorum translationes, uniones, disjunctionesque efficere, ut, quod jam olim sibi vendicavit supremus noster Magistratus (dum enim prohibent mutare, transferre &c. sine licentia Capituli Generalis, quid ni si permittunt eadem habitâ?) posterioreque tempore non modo nunquam contrariis præceptionibus abolitum, sed novè subinde à Pontificibus constitutum, confirmatumq; est. Hactenus ille religiosus Cistertiensis.

§. VI.

De Responso Pontificis ad quæstionem P. Becani.

143 N. 6. Allegaveram F. Romanũ conari ostendere *q. 3. n. 8.* ex eo, quod Summus Pontifex Anno 1623. requisitus mãdato Imperatoris per P. Martinum Becanum p.m. *Vtrum possit bona Palatinatus, quæ jam pridem alienata, profanata, & Monachis ac Monialibus orbata fuerant, convertere in pios usus pro spirituali bono Ecclesiæ, præsertim ad exstirpandam hæresin & reponendam fidem Catholicam, in quo opus sit viris probis & doctis, qui populum & juventutem instruant*; sua sanctitas responderit, *quod si bona illa, reditus erant alicuius Religionis Regularium, quæ modo exstat in Congregatione unita, quod illi particulari debeant restitui, quia res iniustè ablata & de facto debent restitui.* Ita Pontifex, ad cuius responsum allegatum ego notaveram, Pontificem per vocem (*particulari*) non intellexisse Congregationem seu Conventum Monasterii Monachis aut Monialibus non orbatum; quia alias non respondisset ad propositam sibi quæstionem de Monasteriis jam pridem orbatis sua Congregatione. Hoc verò fuisset absurdum, quare ad evitandum illud absurdum, Pontifex non de extantis Monasterii Congregatione intelligendus sit, sed de alia plurium Monasteriorum particulari Congregatione, ut est Congregatio Bursfeldensis in Saxonia, Melicensis in Austria, Castellensis in Palatinatu superiori. Unde videretur colligi, Summum Pontificem agnoscere unionem Bursfeldensem, v.c. vel similem adhuc bonorum Collegii emortui Dominam, ac consequenter bona emortui ex unione Bursfeldensi Monasterii non esse vacantia.

144

145

146

147

148 Ad quæ notat Frater Romanus *allegat. 256.* quasi ipsi imponatur, *eum ex Responso S. D. N. Vrbani VIII. ostendere voluisse, Vnionem Bursfeldensem, aut similem adhuc esse dominam bonorum Monasterii destituti.*

Nova commẽ- tu Haiana.

Aliud

Aliud enim est, inquiens, *Ordo, aliud Vnio. Scit ipse, huiusmodi Monasterii fundationem factam esse Ordini, Vnioni factam esse, nescit. Hæc enim* 149 *se per accidens habent respectu fundationis. Bene autem ex illo oraculo concluserit, quod Layman Summum Pontificem (prout in fronte libri pollicebatur) nequaquam defendat, sed violenter aliud affingat, quin imò arguat erroris ac falsitatis adeoq; aliud gerat in titulo, aliud in pixide &c.*

Aſt Argumentum à me pro Fratre Romano ſupra allatum ad rem facere quicquam videbatur. Nunc vero, quæ hic à Fratre Romano afferuntur, à reſponſo Pontificis prorſus ſunt aliena. Nec enim Pontifex ac ego locuti ſumus de fundatione Ordini facta, prout hic vel perperam, vel extra oleam diſcurrit Frater Romanus, ſed de Monaſteriorum bonis & reditibus, qui erant alicuius Religionis Regularium, quæ modo extet in Congregatione unita, &c. Cætera parerga prætereo. 150 *Diſcutiuntur pro parte.*

§. VII.

Ex c. in ſingulis, & c. ea quæ. de ſtat. Monacho.

N. 7. dicebam F. Romani opinionem videri confirmari ex *c. in ſingulis* errore typopraphi omiſſo, *& c. ea, quæ. de Stat. Mon.* ubi Congregationis Provincialis Viſitatoribus executio mandatur, non tantum in ſpiritualibus, ſed & in temporalibus, Ergo multo magis ea executio permiſſa Congregationis Burſfeldenſis Præſidi, idque ex vi ipſius Privilegii, de quo ipſe F. Romanus *q. 6. num.* 11. *& ſeq. iunct. num.* 19. *&* 30. Atque adeo Congregatio ipſa vel ipſius Præſes habebit aliquam in bonis Monaſteriorum Congregationis ſuæ etiam emortuorum poteſtatem, ac conſequenter bona illa non præſumentur vacantia. 151 152

Aſt F. Romanus *allegat.* 257. n. 1. quærit, *ubi terrarum hoc argumenti genus produxerit? ubi cap. ea quæ de ſtat. Mon, in hunc finem aliquando allegaverit? Vbi ab iis, quæ Viſitatoribus eo loci per Canones, conceſſa ſunt, ad Præſidem Congregationis extendendo argumentatus fuerit*, cum cit. n. 11. 12. & 19. *nihil ſimile ſcripſerit.* 153 *Nova commenta Haiana.*

Et *allegat.* 258 *num.* 2. ubi itidem vi privilegii, ſeu confirmationis ejusdem unionis à Pio II. impertitæ, & in Aſtro *q. 6. n.* 11. à ſe partim relatæ intulerit, Præſidi multo magis competere executionem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam Viſitatoribus. Cum illa confirmatio ſeu Privilegium hac de re nihil exprimat. 154

Denique *allegat.* 259. *n.* 3. ait, ut omne trinum ſit perfectum, quod ego ex Aſtro (ubi ſupra) allegem *n.* 31. *q.* 6. cum ea quæſtio non habeat numeros, niſi triginta. Hactenus F. Romanus. 155

156 *Discutiuntur hic pro parte sed infra fusiq.* Qui, dum in Astro *d.q.1, n.76. 77.* ad fundamentum Laymanni primũ quæstionis 1. Præambulæ, à se vero sub *num*. 4. mutilè relatum (in quo fundamento inter alia citabatur. *c. in singulis pen. & c. ea qua. ult. de stat. Monach.*) conatur Respondere, quod Præsidibus & Visitatoribus ex fundamento illo non tantum Prælatio in ordine ad spiritualia, sed ad bona temporalia competat, haud dubiè illud ipsum tradit, quod à me *d. num. 7. q. 2. sect. 1. c. 1.* fuit propositum. Quòd verò Præsidi Congregationis Bursfeldensis F. Romanus tribuat Prælationem ad bona temporalia Monasteriorũ, patet ex constitutione Pij II. ab ipso F. Rom. *q. 6. n. 11. & seq. iunct. n. 19. & 30. non 31.* relata; & quidem tanto magis præsumendum est, quanto, ut ait *q. 6. n. 12.* augescente Monasteriorum numero nominis illius odor & fama quaqua versum gloriosè diffunderetur, & ut dicit *eadem d. q. 6. n. 10.* cuius Bursfeldensis Cõgregationis, præ reliquis, Melicensi nim. in Austria, & Castellensi in Palatinatu superiori, zelus ac fervor erat præcipuus.

157

§. VIII.

Ex Authoritate Pii Pontificis.

158 DEnique *n. 8.* pro F. Romano afferebam, quod ipse *d. q. 6. n. 12.* ex authoritate Pii Pontificis Rom. (qui Anno 1458. Pontificatus sui primo, *pridie Nonas Martii, in diplomate suo, incip. Regis pacifici, cuius inscrutabili providentia &c.* Vnionem Bursfeldensem confirmat) videatur astruere, omnes possessiones, nõ unius sed plurium unitorum Monasteriorum subiici dominio, cum dicat, *& iisdem unitis appropriamus* scilicet omnes possessiones. Nam illud verè alicui appropriatur, cuius proprietas seu dominium illi tribuitur. F. Romanus *q. 1 n. 58. &c.*

159 *Commentum Haianum.* Ad quæ F. Romanus *allegat.* 260. reponendo sibi optat, ut Neptunus *ipsum tridente feriat, si non ego hic pro pisce lutariam testudinem teneam, affirmans hac authoritate Pij II. ipsum Congregationi Bursfeldensi, eiusve Præsidenti » asseruisse vel confirmasse potestatem in bonis Monasteriorum suæ Vnionis desolatorum, ac consequenter bona illa non esse vacantia & c. Cum tamen toto illo numero » 11. nec umbra contineatur illius à se facti discursus, &c.*

160 *Discutitur.* Verum hocce loci F. Romanus *d. n. 11.* non umbris ludit, sed literis trabalibus & uncialibus de Congregatione Bursfeldensi asserebat. 1. Vnum esse corpus; *deinde* omnes possessiones &c. *iisdem* unitis & uniendis Monasteriis appropriari. Quorsum hæc verba literis uncialibus notata, nisi ut conceptum verbis ipsis expressum & paulo ante à me ex astri Eclipsi *q. 2. sect. 1. cap. 1. num. 8.* recitatarum Lectori ingenerarent; Cum teste ipsomet F. Romano *Astr. q. 2. n. 19. in fin.* non possit esse maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Cassador. *lib. 5. var. decis. 6. n. 4. de rescript.*

161

162

Ex hactenus traditis relucet, quod ego F. Romani argumenta ex astro fideliter recitaverim, ipse verò aquarum, in quas se *allegat*. 260. conjecit, vorticibus abreptus, quo feratur, etiamnum ignoret, toties que impingat, & ultra, quoties mihi falsam allegationem affricare est conatus. 165

RESOLUTIO

CAPITIS II.

SECT. I.

QVÆST. II.

In quo solvi dicuntur à F. Romano quædam obiectiones à nobis obmotæ.

§. 1.

AD 1. nostrum argumentum, quo ostenduntur, *mortuis omnibus Religiosis incolis Monasteria esse destructa*, Respondebatur ex F. Romano, quod Monasteria fuerint destructa de facto ab hostibus & hæreticis invasoribus; non verò de jure, nec authoritate superioris. F. Rom. *q*. 1. *n*. 36. 37. adeoque sua iura postliminio recuperent *q*. 1. *n*. 20. *& n*. 41. illisque restituenda sint, quibus fuerunt ablata. 1 2

§. 2

Et licet ii, quibus illa fuerant ablata, sint mortui, tamen eorum successoribus veniant restituenda. Cum alii eiusdem Ordinis substituendi succedant in universum jus defunctorum *l. nihil est aliud hæreditas ff. de V. S.* F. Rom. *q*. 1. *n*. 41. 42. Ergo & in jus dominii, quod postliminio recuperant *num*. 43. (adde &) *num*. 86. 3

§. 3.

Illud jus verò dominii recuperent Monachi, non obstante, quòd dicantur aliqui ex Monachis defecisse; quia delictum personæ, non debet redundare in damnum Ecclesiæ vel Ordinis. *c. delictum de R. I. in 6*. F. Romanus *q*. 1 *num*. 99. Et falsum sit dictum, ex parte nostra citatum; *quod Monachi non regulariter viventes debeant per alterius Ordinis institutionem puniri.* 4

5 Neq; Alexander III. istud in Concilio Lateranensi III. decreverit, neque intextu habeatur, sed in indiculo F.Romanus.*q.7.n.5.*

6 Deinde ex eiusdem F.Romani *q.1.n.86,n.95.& q.4.* (pro qua errore typographi impressa est *q.13.*) *num.*10.*q.*8.*num.*10. respondebatur, contrarium ipsi nostrum alterum argumentum de postliminio personarum negato patrocinari hæreticis. Nam qui negat postliminium bonorum

7 Ecclesiasticorum, negat eorum restitutionem, quam & hæretici negant.

8 Ad hunc locum à me propositum F. Romanus *allegat.*261.notat, *quasi ego hic citarim ex Astro n.*10.*q.*13.*cum notum sit, non nisi novem quæstiones ibi contineri.*

Commentum Haianum.

9 *Discutitur.* Verum cum hæc ipsa responsio ad nostrum præfatum argumentum ex F.Romani doctrinâ non uno in loco isto per errorem typographi in numero aberrantis corrupto, prout paulò ante monui, sed variis in locis à me supra adductis propositâ sit allata, frustra ipse relictâ rei veritate ad errorem typographicum in numero commissum, de quo paulò ante monui,

10 convertitur, cumque insectatur; qui plures in numeris errores admisit, nec eos minimè se persecuturum, vel in iis vim suam positurum protestatus fuerat, *allegat.*335.*sub fin.* indignum censens, mendis typographorum suam fulcire doctrinam, *allegat.*368. *num.*1.*sub fin.*

11 Alias ipsi regerere possem, quod ipse *allegat.* 202.203.204.205. *pag.*177. referat, à me *q.*2. *c.*2.*num.*11. citari Gothofredum, Tholosanum, Barbosam, Dd. omnes, quos ego *in d.c.*2. ne quidem nominavi, imò nec tot numeros istic attuli, cum ultra num. 4. non excurrerim; Istic errorem typographicum in d. numero quæstionis à F.Romano admissum agnosco, dum quæstionem 2. pro q.7. expressam video.

§. 4

12 Alia *sub hoc num.* 4. proponebatur obiectio ex praxi & usu translationis Monasteriorum in Ecclesia Catholica recepto petita, atque à nobis moveri solita, quod plurima Monasteria etiam emortua &c. in familiam Sancti Benedicti & aliorum Religiosorum Ordinum ostendantur esse translata, vel collata, *Astr. q.*2. *numer.*8. *&* 19. Respon-

13 debaturque ex Fratre Romano, Collationem illam valuisse; quia Ordo Sancti Benedicti non contradixit, *q.*2.*num.*8.12,19.*&c.* vel si contradixit, aliud postulavit necessitas *q.*2.*nu.*8.*&* 19. Nunc autem & Ordo contradicit. *q.*3.*n.*5.§ *quocirca pag.*158. nec aliud exigit necessitas, *tota q.*2.*n.*12. Igitur &c.

14 *Commentum* Ad quem locum annotat F.Romanus *allegat.*262,263.264.quod pro hac

hac *assertione ipsi ascripta* (donationem & collationem illam valuisse; quia Ordo S. Benedicti non contradixit) *ego allegem* Astri q. 2. nu. 8. 12. & 19. *ipse vero propterea mihi imputet tres falsas allegationes; Cum tribus his numeris nec iota posuerit istius rationis.* *Haianum.*

15 Verum quod illa sit F. Romani assertio, colligitur ex allatis ipsius verbis, *num.* 8. 9. *dices ac si Monachi Summo Pontifici se opposuissent*, atque *ex n.* 12. *ubi in princ.* translationes olim factæ approbantur, *quòd de iure communi non modo licitum, sed etiam habitâ ratione temporum, Ecclesiæ, Clericis ipsis & pauperibus utilius, gratius & commodius erat. Translatio verò moderna Monasteriorum receptorum ad Collegia vel seminaria, contraria est sacrorum Canonum dispositioni, neque utilis, neque grata, aut accommoda Ordinibus antiquis &c.* tum ibidem ex iis, quæ *num.* 19. ubi de translatione Monasteriorum ab Ordine agitur, profert, hosque excitat, inquiens: *sed potius, ut ii Religiosi, quibus olim tanti benefactores fortunas ac bona sua transcripserunt, in præsenti necessitate Ecclesiæ, talenta sua si forsan alicubi, sudariis iaceant involuta, proferant in medium, & oblatis tam præstantibus occasionibus, una negocientur, laborent, doceant, catechizent, atque tot animarum periclitantium saluti certatim invigilent, ut sic consequenter præmissis ipsius* Fr. Romani *non patiantur Monasteria ad alios Ordines, qui se ad eiusmodi labores offerunt, transferri &c.* *Discutitur.* 16 17 18 19

Ex his igitur & similibus apparet, quàm ego fideliter datas à F. Romano Responsiones ad quædam à nobis allegata argumenta recitarim.

RESOLUTIO

CAPITIS III.

SECT. I.

PRINC. QVÆST. II.

In quo proponuntur Argumenta F. Romani, quibus ostenditur ab Ordine vel Unione bona Monasteriorum illius Ordinis emortuorum esse adhuc possessa.

REferebam asserere Fratrem Romanum. *in q.* 1. *num.* 40. *usque ad* 100. *& q.* 4. *num.* 50. ab Ordine adhuc bona emortuorum Monasteriorum possideri. 11

§. II.

§. 1.

2 *N.* 1. Rationem hanc ex eodem *q.1.num.80.* afferebam, quòd quis dicatur habitare, ubi familia sua habitat, & possessionem *acquirere* & retinere per familiam suam Bart. *in l. municipes. ff. de acquir. poss. & in l. si mulieri. ff. quib. mod. usufruct. amitt. num. 2.* Unde Fr. Romanus *q.1.num.89.*
3 citat authoritatem Eminentissimi Electoris Trevirensis P. seu Philippi (pro quo impressum ex errore typographi nomen Ioannis) Christophori affirmantis Ordinem retinuisse civilem possessionem.

4 Ad quæ Fr. Romanus *allegat. 265. 266. 267.* post multa parerga, tandem *num. 3.* subjungit, *quod 1. de Vnione nihil dixerit. 2. nunquam agnoverit, nec etiamnum agnoscere possit, Monasteria destituta esse emortua. 3. ipse loquatur de possessione civili, quam adhuc habeat Ordo, ego autem de naturali per habitationem familiæ adhuc retentâ fabuler; idcirco dixerit,* cit.

Commenta Huiana.

5 q. 1. n. 80. *quicquid accidit parti ut parti, totum redundat in ipsum Ordinem, " adeoque spoliatis alicubi Monachis rectè dicitur Ordo spoliatus; quippe qui " per suam familiam possederat Monasterium. Dicitur enim quis habitare,*
6 *ubi familia sua habitat, & possessionem acquirere & retinere per familiam " suam.* Bart. in l. 1. §. municipes. de acquir. poss. l. si mulieri. ff. quib. mod.
7 ususfru. amitt. *Hoc igitur argumento probaverat ipse, Religiosum Ordinem possedisse olim Monasteria modò destituta, nempe per suam familiam. Ego autem dicam, ipsum eo argumento docere, quod Ordo adhuc possideat (intel-*
8 *lige* naturaliter) *Monasteria desolata, id quod implicat in adjecto. Nam si Monasteria sunt desolata & vacua Religiosis, quomodo fieri potest, ut*
9 *Ordo per suam familiam eadem adhuc inhabitet & possideat. Aut si per familiam suam adhuc possidet, quomodo Monasteria huiusmodi possunt dici desolata vel emortua? &c.*

10 *Helleboro dignissimus fuisset, si ista ratione probare voluisset, Ordinem adhuc sive civiliter sive naturaliter possidere Monasteria destituta, & vacua*
11 *Religiosis:* ac num. 4. subjicit Fr. Romanus, *quod propter hanc argumentationem ipsi impactam* à num. 40. usque ad 100. *quinquaginta octo numeros tanquam perperam allegatos computando multum augere marginales suos numeros potuisset, eos tamen dissimulet.*

12 Ac demum *num. 5.* addit, *quod ibidem afferam, ipsum citare autoritatem Eminentissimi Electoris Trevirensis Ioannis Christophori; quod tamen nomen nunquam citaverit &c. si Astrum* q.1.num.32. (*ubi nomen expresserat*) *inspicere non licuisset &c. saltem in arce Confluentina legere potuissem singulis januis inscriptum;* Philippus Christophorus. *Hactenus F. Rom.*

13 Verum hic multifariam aberrat F. Romanus. *De unione* jam *sup. cap. 1.* monui; neque ego hic in textu *n. 1.* quicquam de unione asserui, sed quod F.

Discutiuntur.

Roma-

Romanus *q.* 1. *à n.* 40. *usque ad* 100. *& q.* 4. *n.* 50. astruit, ab Ordine bona emortuorum Monasteriorum possideri. *Deinde supra* tradidi, quod F. Romanus Germanis concedat, das Kloster sey außgestorben / non autem Latinis quod Monasterium sit emortuum. An fortè quia sibi propter SS. Canones 14
& doctrinam Canonistarum à Latinis, non verò à Germanis saltem quibusdam timet.

Tertio Quod attinet ad possessionem à Romano assertam, non ego in titu- 15
lo vel textu asserui, quod F. Romanus *Ordini* possessionem naturalem asserat, sicuti mihi affingit F. Romanus, & falsò addit *naturalem*; cum expressè dixerim, ab Eminentissimo Trevirensi Ordini asseri civilem possessionem. *Ra-* 16
tio, quam ego ex *q.* 1. *n.* 80. desumpseram, non involvit particulam *adhuc*; Ut proinde hic frustra cavilletur F. Romanus. Illud pro Ordine argumentum formari poterat: *Qui animo suo civilem, & per alium possessionem acquisi-* 17
vit naturalem, ipse eo defuncto retinet animo suo civilem. l. si id quo 25. §. 1. ff. de acquir. poss. Daoyz in indice juris civilis verbo possessio sicut retinetur, &c.

Argumentum pro F. Romano producitur.

Atqui Ordo secundum F. Romanum asseritur animo cepisse civilem, & per familiam suam acquisivisse naturalem possessionem, & retinere etiam naturalem Bart. in l. 1. §. municipes. ff. de acquir. poss. *Unde Ordo defunctâ etiam familiâ suâ retinebit possessionem civilem.*

Hinc commenta F. Romani priora plane evanescunt, imò si juxta ea ab 18
Ordine bona non sint occupata, nec adhuc possessa, efficient ut bona illa sint propriè vacantia, ex definitione supra à F. Romano allata.

Notandum verò est, quod F. Romanus Monasteria *emortua* appellet *desti-* 19
tuta, desolata. At vox *prior* est valde æquivoca, ideoque eam non persequor. *Desolata* vero Ecclesia dicitur relicta à Canonicis, non tamen penitus desti- 20
tuta, vel quia Ecclesia est depauperata, & ita Host. & Innoc. *in c. quia Monasterium de rel. dom.* Vid. Perus. *de Unionib. Ecclesiæ c.* 3. *n.* 2.

Vox Destituta.

Desolata Ecclesia quæ.

Adhæc notandæ sunt multiplices falsitates, quas hic committit F. Roma- 21
nus, cum falsò asserat 1. me in textu *n.* 1. usurpasse nomen *Unionis* 2. me in ratione allatâ asserere, Ordinem per familiam suam *adhuc* possidere, & quidem 3. *naturaliter.* Tum 4. me asserere eam rationem & argumentationem per F. Romanum *q.* 1. *à. n.* 40. *usque ad* 100. deduci; Cum ego duntaxat asseruerim, eam rationem *q* 1 *n.* 80. afferri: Sed ante illam rationem præmiserim 22
conclusionem F. Romani, quod ipse Ordini asserat possessionem *à n.* 40. *usq. ad n.* 100. Unde F. Romanus, quæ ego conclusioni ascripsi, ipse in rationem 23
falsò transtulit, adeoque non tantum quinquaginta octo, sed sexaginta & unam paucis lineis commisit falsitates.

Falsa allegationes F. Romani

Quod de Prænomine Eminentissimi Archiepiscopi Trevirensis attingit, error ille est typograhi, literam majusculam P. à lit. I. artificiosè circumsignatâ 24
non satis bene distinguentis. Sed quid hæ minutiæ ad F. Romani erroneam opinionem faciunt stabiliendam.

§. II.

De Postliminio.

25 NVm.2. asserebatur, quod idem quoad possessionem F. Romanus probaret ex *postliminio*. Quia Ordini restituuntur bona emortuorum Monasteriorum postliminio *q.1.n.86.* pro quo errore typographi expressus *n.80.* Igitur Ordo habet eorum bonorum possessionem, *d.q.1.n.86. non* 80. uti typographus aberravit.

26 Atque hinc cessant F. Romani *allegat.268.269.* cavillationes *de puero flosculo sub Cancris marinis collocato, quod hâc hora bis terve perlegerit totum, nullam ibi tamen mentionem postliminii, nullam demonstratam Monasteriorum possessionem ex tali antecedente repererit.*

§. III.

De Interdicto recuperandæ possessionis.

27 NVm.3. asserebatur, idem probari ex interdicto de spolio, quod Ordo agere possit de spolio *q.1.n.86.92.93.94.95.96.* Igitur Ordo habuerit
28 possessionem, saltem civilem *q.1.n.85. Consequentia* sit manifesta. *Antecedens* vero probetur *1.q.1, n.98.* (pro quo erroneè omisso numero majore 9. solum expressus est minor numerus 8.) ex Edicto Imperatoris restitutorio, quod spolio nititur, seu supponit Ordinem Religiosum possessione spoliatum *q.1.n.98.* Ideoque vult ipsum Ordinem supplicantem restitui possessio-
29 ni. Quod Edictum Ordo vel juste impetravit, atque Imperator decrevit,
30 vel non juste *q.2.n.7.* Non certè *injustè*. Aliàs enim haud modica injuria affecerit Ordinem & Imperatorem, qui antehac Ordinem sæpius possessioni Monasteriorum ac bonorum, unde exciderat, restituit. Igitur justè Ordinem possessionis Monasteriorum emortuorum ab Hæreticis occupatorum restitutionem impetrasse, atque eandem Imperatorem justè decrevisse necessariò asserendum est, adeoque Ordo supponitur possessione spoliatus, ac *consequenter* Monasteria ante possedisse.

31 *Ad quæ* F. Romanus *allegat.270.* notat, *quod mihi gratias habeat, quod tam operosè colligam & proponam ea, quæ SPARSIM HINC INDE in astro posuerat. Quod autem* (ut ibidem calumniosè addit) *sinistris allegationibus ipsum toties flagellem, probare non possit. Asseram ego*, antecedens *ab ipso probari* d.q.1.n.8. *ubi tamen ne mentionem quidem ullius spolii nec Edicti Resti-*
32 *tutorii fecit.*

Nova Commenta Hayana.

NB

33 Deinde *allegat.271.n.2.* subiicit, *sed heus, &c. quis Ordo impetravit Restitutionis Edictum? quo loco, quâ paginâ, quâ columna vel linea dixit Romanus, ab Ordine*

dine quopiam Edictum impetratum esse? Ubi talem partum de justa vel injusta impetratione edidit? qualis hic ipsi supponitur? Allegetur equidem q. 1. n. 7. *sed si* 34
vel hi vel alibi per totum Astrum has squillas gibbas quis invenerit, intra unius horæ spatium ipse Romanus omnes ebibet piscinas, salvis mihi piscibus, quos tunc sola manu capere possim. Hactenus F. Romanus.

Ex quo 1. propriam ipsius confessionem, *quod ego ordinatè & nervosè* mea 35
proponam, ipse vero inordinatè & confusè *sparsim hinc inde* sua in astro posuerit, prout disturbato magis ordine in asserto suo horto procedit, omni meliori modo accepto.

Discutiuntur.

Deinde iterum circa errorem typographicum *in cit. q. 1. n. 8. pro* 98. 36
commissum cavillatur, qui non ad numerum, sed ad rem ipsam à se traditam attendere deberet.

Denique quod spectat *ad allegat.* 271. F. Romanus solemnem suum errat 37
errorem, Verbum (edictum) captando, quod vario in intellectu potest accipi. 1. *Propriè* & in specie pro Constitutione aut lege Imperatoris vel Prætoris aliquid præcipiente, ut passim in jure accipitur. 2. *genericè*, prout interdictum comprehendit: *juxta l. 1. §. 1. ne vis fiat ei, qui in poss.* ac dicitur *immediatè* ex contraventione edicti in prima significatione accepti, *mediatè* autem ex ipso edicto descendere. Carol. Ruin. *in repet. l. hoc edict. n. 23 ff. de nov. oper. nunc. ubi* Bart. & Jason. illud sentientes contra alios defendit 3. pro generali citatione in forma Edicti proposita. l. *Ad peremptorium. 68. & post edictũ 73. ff. de jud. c. de illicita.* 24. q. 3. Brix. *in repert. verb. Edictum.*

Edictum variè accipitur.

Quando igitur ego assero, quod Ordo impetraverit Edictum restitutorium, non ego intelligo *Edictum* Imperatorium *in primâ* significatione acceptum, quodque 6. Martii Anno 1629. emanavit, sed intelligo interdictum recuperandæ possessionis, quod haud dubie Ordo ipsemet F. Romano confitente imploravit agendo de spolio. Ut proinde hic homonymia vocis *Edicti* F. Romanus Lectorem frustra decipere fuerit conatus. Sed videtur F. Romanus non bene studuisse titulo Juris de Verborum significatione, cujus tituli ignorantia laborabat, & ille Religiosus, qui cum ego coram D. Compulsore Apostolico probarem, D. Prælatum Ordinis S. Norberti esse actorem, ex eo, quod ipse jus suum diffamasset, statim cepit exclamare & protestari de injuriâ, quasi ego ipsius D. Prælatum de infamatione accusassem, quo facto præsentes, qui aderant, suaviter subridere, atque ex iis Clarissimus D. Referendarius F. Religioso explicare cepit, quid sibi vellet vox (diffamatio) *in l. diffamari. C. de ingen. manum.* quod nim. significaret jactationem sui juris. Quo audito cepit ille bonus frater suum agnoscere errorem, & rubore suffundi, admiratus eam illius vocis esse significationem. De aliis inferius videbitur. 41
Sed hæc hactenus.

38

39

40

F. Rem. non videtur titulo juris de Verb. sign studuisse. Sicut nec alius quidam Religiosus.

Diffamatio quomodo accipiatur.

§. IV.

De c. redintegranda. 3. q. 1.

42 N*Vm*.4. Asserueram, Antecedens illud, quod Ordo possit agere de spolio, 2. probari à F. Romano *q* 1. *n*. 94. 95. ex *c. redintegranda*. 3. *q*. 1. in quo remedio intentando sufficit ostendere Agentis *antiquiorem* fuisse possessionem
43 & possessoris *recentiorem*. Nam probatâ antiquiore possessione, illa quæ est
44 junior, & sine titulo, clandestina præsumitur. *c. licet de prob.* vel violenta. Atqui Ordo habuit antiquiorem possessionem, reliqui, qui non sunt ex Ordine, habent recentiorem, Ergo, &c. Deinde, ut subiiciebam ex Astro *q*. 1. *n*. 95. (qui erat omissus) *&* *n*. 96. illi datur hoc remedium. *d. c. redintegranda*. qui ingressurus non admittitur ad possessionem; *CVM DICATVR SPOLIARI ex l.* 1. *§*. 24. *ff. de vi. & vi arm. l. clam. possidere. §. qui ad nundinas in fin.* ubi gl. & omnes Dd. *ff. de acquir. poss.* Menoch. 1. *recup poss. n*. 149. (malè F. Romanus reci-
45 tat *n*. 80.) Mascard. *vol*. 3. *de probat. concl*. 1329. *n*. 7. Atqui Ordo Benedictinus ingressurus Monasteria sub Regulâ suâ emortua, non admittitur ad eorum possessionem, Ergo Ordo est spoliatus (addendum) *d q*. 1. *n*. 96.

46 Adhæc F. Romanus *allegat*. 272. post multas parasangas & fabulas [quas vide *in tract*. 4 *lib*. 1 *sect*. 6. *part. post. §*. 6. refutatas) tradit, *quod intentatus sit ipsi Cornutus syllogismus seu verius soloecismus Philosophicus, quatuor terminis exardescens. Et hunc quidem supposito ipsius nomine ego in hunc modum formem.*

Nova Commenta Hayana.

47 Deinde *q* 1. *n* 96. illi datur hoc remedium *d c. redintegranda*, qui ingressurus non admittitur ad possessionem. Atqui Ordo Benedictinus ingressurus Mo-
48 nasteria sub Regula sua emortua, non admittitur ad eorum possessionem. Ergo est spoliatus. *Neglecta hic est custos memoria. Nam terminus* spoliatus, *infertur in Conclusione, cum in neutra fuerit præmissarum, cujus tamen syllogismi nec umbram reperias*, in cit. Astri q. 1, n. 96. Ut proinde is syllogismus rastro non astro sit dignus. Hactenus F Romanus.

Discutiuntur.

Sed hic non tantum memoriam, sed & fidem omnem prostituit, atque in-
49 signem prodit ignorantiam.

Memoriam & fidem prostituit in eo, quod quæ à me 1. *relativè* fuerant re-
50 lata, ipse tanquam *absoluta* 2, *conjunctim* cum aliis erant proposita, ipse iis taciris & ab iis divulsa & divisa proponat, Quod vero & relativè & conjunctim cum aliis ea verba fuerint â me allata, ostenditur, tum ex particula *deinde*, quæ
51 isthic denotabat continuationem ad præcedentia, præcedentiumque qualitatum repetitionem inducebat, per not. Barbos. *in tract. de dictionib. usu freq. in dict. deinde* 81. *n*. 4. *ut in l. avia. in princ. ubi* glos. *ff. de cond. & demonstrat.*

Deinde quid?

52 Tum ex relativo *Qui*, quod hîc cum particula *deinde*, quæ est copula præcedentium, ponebatur. Quando verò relativum *Qui* positum est sine copula

Relativum qui

53 præce-

præcedentium significationem restringit; at si copula illi apponatur, significationem auget, ut notat Daoyz, *in indice juris civil. verb. quis vel qui per l. ea* 54
tamen adjectio 44. *de leg.* 3. Unde si præcedentia, ad quæ fiebat relatio, & cum quibus sequentia erant conjungenda, repetantur & conjungantur, hæc formabitur propositio. *Deinde ei competit interdictum* can. redintegranda 3. q. 55
1. (de quo agebatur in præcedentibus) *qui videlicet habens possessionẽ* (de quo & in præcedentibus agebatur, atque ad quem fiebat relatio) *ingressurus ad eam, non admittitur.* Cujusmodi propositio comprobatur ex hac ibidem subjecta ratione; *Cum dicatur spoliari*, scilicet, *qui habens possessionem ingressurus ad eam non admittitur*, quam relationem F. Romanus vel certè defectu memoriæ, vel citra fidem & fallaciter omisit. Ex hac demum ratione pro 56
F. Romano ejusque Ordine subsumebatur; quod ex opinione F. Romani, *Ordo habens possessionem Monasteriorum emortuorum, ingressurus ad eam, non admitteretur*; Unde consequebatur, *quod Ordo esset spoliatus*. Atque hæc duo Ar- 57
gumenta non uno syllogismo proponebantur, quemadmodum F. Romanus insuper hic falsò allegat, sed prosyllogismo inculcabantur. Verùm ut apparet, F. Romanus nescit, quid sit prosyllogizatio, aut *prosyllogismus*. Ut igi- 58
tur ejus *ignorantiam* depellam, velim F. Romanus notet ex Toleto *in c.* 11. *lib.* 1. *posterior.* ubi ait, At Themistocles aliter exponit. Dicit enim densari & augmentari esse prosyllogizari præmissas syllogismi & Demonstrationis, cum sunt mediatæ. Talis autem prosyllogizatio dicitur densatio, quia magis accedit ad immediatas propositiones, est enim ut quædam coarctatio. Dicitur etiam augmentatio propter multitudinem mediorum; modo enim per unum, postea hoc per aliud immediatius probamus &c. Vid. Tolet. *d. loc.*

Prosyllogismus quid?

Alstedius *in Encyclopædia sua lib.* 24. *part.* 2. *Logica. c.* 9. accuratius tradit, 59
Affectio, inquiens, *syllogismi est consequentia & crypsis syllogistica.* Consequentia syllogistica *est illatio consequentis ex antecedente*; Crypsis syllogistica *est recessus syllogismi ab ordinaria dispositionis formâ.* Et *Regula. II.* subijcit. *Crypsis syllogismi est* triplex. *Principiò est defectus, cum pars aliqua omittitur, vel brevitatis, vel evi-* 60
dentiæ vel ornatus causa. Deinde est redundantia, cum pars aliqua præter essentiales additur, vel probandi, vel amplificandi causa. Si addatur probandi causâ, dicitur Prosyllogismus. *Denique est inversio, cum ordo partium immutatur, ornandi vel fallendi causâ &c.* Hæc ille.

Ex quibus relinquitur, quod cum probandi causa præter essentiales par- 61
tes syllogismi una alia *à me fuerit* allata, ideo argumentum à me non per syllogismum, sed per Prosyllogismum fuerit proposita. Ad hæc prosyllogismus 62
non unum, sed plures, prout multiplicata fuerint media, syllogismos infert aut in se continet, prout hic prosyllogismus propter duo proposita media duos continebat syllogismos, quemadmodum ex paulò antè deductis mani- 63
festum evadit.

Denique quod negat F. Romanus à se *d. q.* 1. *n. m.* 95. 96. tale argumen-

F. Romanus redarguitur variarum falsitatum.

 tum

tum fuisse propositum, textus ipse redarguit falsitatis. Ita enim, ait F. Romanus. *cit. loc.* Cum *igitur Ordines antiqui & Ecclesia Universalis notoriè taliter spoliati fuerint Monasterijs & Episcopatibus* &c. *sequitur eosdem ante omnia, ex quacumque tandem injusta causa fuerint privati, restituendos* esse. *Quare licet glo. & alij.* d. caus. 3. & in c. sæpe. de rest. spoliat. & ibi Dd. *quatuor auxilia Juris computent, per quæ restitutio peti queat. licet Spec.* in eo tit. de rest. spol. *numeret o-*
64 *cto*, *Menochius septendecim*, *Rebuff.* in præfat. repet. titul. de caus. poss. & propr. *triginta duo. Inter omnia tamen remedia non esse pinguius & facilius ipso* c. redintegranda. *docet idem Menoch.* lib. cit. &c. *quippe in quo sufficit probare antiquiorem agentis possessionem, & novam Conventi. Ita Ioseph. Mascard.* d. conclus. 1351. &c. Et deinde *num.* 96. pluribus
65 conatur ostendere, *quod qui revertens prohibitus sit ingredi, vel habens possessionem ingressurus ad eam non admittatur, dicatur spoliari.* Ac demum subijcit F. Romanus, *sed quæstio est, an qui ad suum non admittitur, spolie-*
66 *tur &c.* Ex quibus sanè constat, ea à F. Romano pluribus inculcata, quæ paucis *ego d. n.* 4. fueram complexus.

67 Unde sequitur, F. Romanum hìc plures admisisse falsitates. 1. quòd mihi ascripserit falsitatem, quam tamen ipse non unam, sed plures admisit. 2. quod conjungenda cum alijs, diviserit ac separaverit. 3. quod relativè dicta, acceperit & retulerit quasi absoluta. 4 quod propositionē integrā, à qua pēdebat una cōclusio illata, omiserit vel suppresserit. 5. quod suppressâ propositione asseruerit, in conclusione aliquid illatum, quod non fuerit in præmissis. 6. quod asseruerit, me in syllogismo attulisse quatuor terminos. 7. quod in prosyllogismo à me proposito requisierit tres terminos. 8. quod negaverit à se tradita; quæ tamen fusè *d. n.* 95. 96. ipse *in Astro* asseruerat.

68 Pergit F. Romanus *allegat.* 273. præmissis plurimis ineptijs asserere; quod ego *Hoc loco*, nim. q. 2. sect. 1. cap. 3. num. 4. §. denique: *denuo ipsum referens in hunc modum syllogizem*, *Denique quæst.* 1. *num.* 94. *astri* ex *d. c. redintegranda.* Vel ipsi spoliato venit restituenda possessio, vel ipsius successori; At Monachi aliorum Monasteriorum ejusdem Regulæ, vel Ordo

Nova Commenta Hayana.

69 ipse est successor in bonis Monasteriorum. Igitur &c. *Minorem hujus syllogismi in sensu meo, ipse nunquam astruxerit. Neque verum est, inquiens, Ordinem Religiosum sibi ipsi successorem esse, aut Monachos aliorum Monasteriorum, qua aliorum in bonis mox succedere, nisi unus ex illis, per jus devolutum in Abbatem; cæteri Canonicâ translatione, vel creatione in Monachos illius Monasterij (ut par est & exigit fundatio) assumantur. Quo facto, hi e-*
70 *runt veri successores Abbatis & Monachorum olim inibi vita functorum; cæteri non. Sicuti mortuo Abbate, nullus ex conventu est successor in Abbatiâ, priusquam eligatur; ex conventu tamen debet eligi, si dignus adsit. Quoad dominium subalternum Ordinis, & possessionem ejus civilem, nulla prorsus est hic successio; Cum Ordo nunquam moriatur.* Hæc F. Romanus;

Qui dum

Qui dum se involutum videt, multifariam à propositis verbis aberrat; 71
tandem tamen veritatem ipsam nolens volens fateri debet & confite- *Discutiuntur.*
tur.

Inprimis quod F. Romanus negat hanc suam *Minorem*, quod Mo- 72
nachi aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis & Regulæ sint successo- F. Romani er-
res in bonis Monasteriorum, in sensu, quo ego illam accepi, à se unquam rores enarran-
assertam. Ea jam supra *quæst.1.cap.2.numer.10.*ex F.Roman.*Astri. quæst.1.* tur.
num.41.& allegat. 440.numer. 2. comprobata fuit. Ut proinde temerè
eam hic neget. 2. Falsum est, quod ego *supra cit. loc.* asseruerim, F. 73
Romanum astruere; *Ordinem Religiosum sibi ipsi esse successorem*; cum dedu-
xerim, *Ordinem asseri à F. Romano esse successorem in bonis Monasteriorum e-
mortuorum.* Num bona Monasteriorum emortuorum sunt ipse Ordo? 74
Ita, subsumit hic F.Romanus, sed absurde. 3. falsum quoque est, quod ego
supra dict.loc. asseruerim; F. Romanum astruere, *Monachos aliorum Mo-* 75
nasteriorum quà aliorum, in bonis mox succedere.

Et ubi ego unquam hanc propositionem sub reduplicatione proposui? 76
Nusquam nisi in cerebro F.Romani male ordinato. 4. Quod addit, *Mo-*
nachos aliorum Monasteriorum, non haberi nec censeri ab ipso veros successores 77
in bonis emortuorum Monasteriorum, nisi Canonica interveniat translatio &
Creatio in Monachos illius Monasterii emortui, acceptatur, atque hoc ipso
suam ipse contrariam confutat erroneam opinionem. Porro assertum 78
illud, quod quia *Ordo nunquam moritur, ideo nec amittat, nec amittere possit*
civilem possessionem, est erroneum, quia licet Ecclesia nunquam moria-
tur, tamen sæpius amittit civilem bonorum suorum possessiorum.

6. Quæ F.Romanus hic de dominio alterno attexit, nec ea in supra 79
allatis verbis, neque toto *hoc cap.3.* afferuntur, ut proinde sint mera F.Ro-
mani figmenta multiplicibus erroribus involuta.

§. V.

An & quomodò quilibet de Clero agat pro rebus Ecclesiæ &c.

DEmum *n.5.d.q.2.sect.1.c.3.* asserebam *Antecedens* supra allatum videli- 80
cet, *quod ordo possit agere de spolio*, 3. probari à F.Romano authoritate Dd.
Et quidem Felin. *in c.dilecti. n.2.de Major.docet quod quilibet de Clero auditur*
in concernentibus Ecclesiæ, & sic in concernentibus interesse populi. Ita di- 81
cunt Dd. hîc post Host. Et iterum *numer. 3.* subijcit, *pro Executione*
piæ Voluntatis auditur quilibet de populo, negligente Episcopo text.in §.si autem
locorum. Auth de Ecclesiast.tit. &c. *Et quidem potest Prælatus vel quilibet de*
Ecclesia agere pro Ecclesia, etiam sine literis de rato. Glo.in c. si quis Presbyterorũ 82
de reb.

83 de reb.Eccles.non al.verb. alienata. *Quin etiamsi constet expressè de non habito mandato, potest tamen agere persona conjuncta. Hac enim admittitur cum satisdatione, nisi appareat de contraria Voluntate.* ff. de procur. l. Pomponius. §. *fin.* *L.*

Sine mandato quinam possint agere.

84 sed & hæ personæ. *interdum tamen in certis casibus admittitur etiam contra Voluntatem*, ut *primò* pro libertate. *ff. de lib. caus. l.* 1. 2. *&* 3. *Secundò*, pro defensione condemnati. *ff de appel. l. non tantum.*

85 *NB. Inter conjunctas Personas referuntur etiam Clerici.* argum. 12. quæst.
86 2. c. non liceat. *Ita F. Romanus* q. 1. num. 26. non 86. prout perperam errore Typographi fuit impressum.

Novum F. Romani commentum refellitur.

Itaque cessat cavillatio F. Romani *allegat* 274. ubi malè optat sibi, ut dispereat, si *d. q.* 1. *n.* 86. de istis verbum Astro suo inseruerit; Cum ea, quæ mo-
87 do fuerunt citata, ex. *d. n.* 26. *q.* 1. Astri F. Romani colligantur. Quod si F. Ro-
88 manus circa proprias suas allegationes tantopere exerrat, vel cæcus est, quomodo in alienis verior erit & oculatior.

RESOLVTIO SECTIONIS SECVNDÆ QUÆSTIONIS PRINCIPALIS II.

In qua contraria P. Laymanni sententia latè propugnatur, & defenditur à F. Romani impugnatione.

CONtrà asserueram, P. Laymannum contendere, *Ordini nullum* in *d. Monasteriorum emortuorum sui instituti bonis esse* jus, sive *Ordinem non*
1 *habere eorum dominium aut possessionem.* §.

§. 1.

Ostenditur, quod Monasteriis Ordinis nec collectivè nec distributivè
2 sumptis competat dominium Monasterij conventu destituti, ubi de hospitalitate.

N. I. Partem *priorem* Assertionis, quod Ordini Dominium in mortuorum Monasteriorum bonis non competeret, dixi ostendi 1. hoc
3 Argumento; *Si Ordini jus competeret in Monasteriis sui Instituti emortuis, vel igitur toti Ordini, seu omnibus Monasteriis illius Instituti collectivè sumptis, seu ut Universis; vel distributivè accipiendo, aliquibus ex iis omnibus saltem Mona-*
4 *steriis jus in eorum bonis erit. Non omnibus collectivè sumptis,* sive *ut universis;* quia alias aliorum Monasteriorum ejusdem instituti Monachi exteri sine maximâ injustitiâ non potuissent nuper exules sui Ordinis in illa collectione, seu inter universos, vel in Universitate comprehensos, majoreque necessitate laborâres suis Monasteriis excludere, vel prohibere; sed obligati fuissent, & quidem sub mortali peccato, utpote in gravi materia, eos hospitio & convictu excipere, quod tamen factum est nusquam.

Contra

Contra hoc prius probationis membrum F. Romanus *allegat.* 445. 446. 5
assumit; quod ego *citato loco probaturus, toti Ordini seu omnibus Monasteriis il-* *Commenta Hayana.*
lius collectivè sumptis, non competere jus sive dominium subalternum in desolato-
rum Cœnobiorum bona, hoc utar motivo, idemque improperem ibid. n. 5. *atque in-*
geminem eod. & n. 15. & 17. *bis, adeoq́ sexties eadem sectione, Et repetam* fol. 73. col. 1. fol. 78. col. 1. & fol. 108. col. 2.

Et *n. 2.* subiicit, *quod ipse in Episcopatu Bremensi facilè concesserit, Exules Reli-* 6
giosos in aliis Monasteriis sui Ordinis, refugium non invenisse. Sed jubet, *ut ego eam in utramque Austriam, eam in Stiriam, in Carinthiam, in Archiepiscopatum Salisburgensem, in Bavariam utramque, in Helvetiam & Tyrolim, & examinem illorum locorum Abbates, quot hactenus exulantes Regulares benignè susceperint & sustentarint. Vix ullum erit in omnibus dictis Provinciis Monasterium, quod exulibus omnino caruerit. Vidit ipse F. Romanus suismet oculis in* 7
Helvetia, quindecim, octodecim, viginti & amplius Religiosos, hujusmodi diversorum Ordinum, in unico Cœnobio; in alio totidem, in aliis pauciores, per integros menses & annos, magna cum charitate suscipi & ali. Quibus benefactoribus precatur, ut Deus his benefactoribus centuplum in præsenti, & æternam gloriam in futura vita refundat; dicendo, venite benedicti Patris mei, &c. Hospes enim fui & collegistis me. *Et ego in publicam lucem exposità Eclipsi scribere audeam, nunquam id factum, &c.* 8
Addit F. Romanus, quòd data operâ dixit; Hospes fui, &c. 9
Talis enim sustentatio, non ex rigidâ justitiâ, sed ex melle charitatis potissimum profluit. Nam exulantes Religiosi, cum in illis Monasteriis non fuerint intitulati, alimenta ex justitia petere non potuerunt.

Et *ibid. n. 3.* subiicit. *Hic iterum me ipsi insultare inferendo; Ergo dominium* 10
mediatum, aut possessio singulorum Monasteriorum, non est penes Ordinem in communi, cujus & isti exules utique sunt membra? Respondet ipse *negari consequen-* 11
tiam. Quia etiam summum Universalis Ecclesiæ dominium, in omnia totius orbis beneficia & Ecclesiastica bona, est verum dominium, sed altum (quod ego minimè negem) neque tamen inde sequitur, si alicubi de Ecclesia Collegiata vel Parochiali expellantur Clerici, quòd in aliis Ecclesiis, titulo justitiæ debeant sustentari:
Hic enim justitiæ titulus resultat ex dominio solum infimo, & incorporatione Per- 12
sonarum locali (ubi beneficium datur propter officium:) non autem ex dominio *NB*
summo, vel subalterno; alias contingere posset, ut Ecclesia ex justitia quoslibet recipiens, ad impossibilitatem propriæ sustentationis, & consequenter divini cultus imminutionem redigeretur; Id quod justitiæ, & fundatorum dispositioni è diame- 13
tro repugnaret. Charitas autem patiens est, benigna est, &c. neminem sper- *1. Cor. 13.*
nit, *servato debito Ordine Charitatis secundum quem Monasterium V. G. Benedi-* 14
ctinum, si non omnes adventantes exules Regulares queat sustentare, obligatur, illos cæteris anteferre, qui dominium Ordinis subalternum, cum ipsis habent commune, veluti qui in gradu Ecclesiastico, & familia S. Benedicti, & intentione fundatorum sunt viciniores.

15 4. *Sed licere sibi* postulat F. Romanus *tantisper mutatis invicem vexillis, argumentum meum superius allatum ad Lydium lapidem adhibere, & dicere: Societati Iesu, seu Patribus Societatis collectivè sumptis non competere dominium omnium bonorum, suorum Collegiorum, quia alias aliorum Collegiorum ejusdem instituti Clerici Regulares, sine gravissima juris læsione, adeoque sine maximâ injustitiâ non potuissent nuper exules sui Ordinis, in illa collectione, seu inter universos comprehensos, majoreque necessitate laborantes, suis Collegiis excludere vel prohibere, sed obligati fuissent, & quidem sub mortali peccato, utpote in gravi materiâ, eos*
16 *hospitio & convictu excipere, Quod tamen non factum est ubique. Nam saltem Collegia quædam Societatis in finibus Galliæ, Patres suæ Societatis exulantes Germanos recipere noluerunt, prout ipsimet cuidam Abbati Ordinis S. Benedicti questi*
17 *sunt. Alii similiter â suis non admissi; Hage prope Salisburgum (Ecclesia est Collegiata) munia Clericorum sæcularium multo tempore obierunt, missas publicas & Horas Canonicas in templi choro alternatim cecinerunt, in corde suo suaviter*
18 *ter Domino cantantes. Alibi etiam Parochias acceptarunt; alibi alia* (Neces-
19 sitas dat legem, non accipit) *Hic, hic injustitiam summam exaggerandi, causam & occasionem ego haberem; ni meam argumentationem nullius roboris esse, fateri*
20 *malim, quam tamen pro ariete, primò loco collocem, ad probandum,* Ordinem Religiosum, non habere dominium subalternum, in omnia & singula Monasteria sua: *quæ argumenta si quid probant, etiam demonstrant Ecclesiæ Vniversali non competere dominium aut possessionem in omnia beneficia & Ecclesiastica bona*
21 *totius Orbis.* Eadem ipse repetit sub *alleg.* 494. *sub tit. Herculis colum. n.* 1.
22 Verum F. Romanus hic egregie lectori imponit, verba mea mutilando, im-
Discutiuntur. mutando, aliam argumentationem elumbem ex inerudito suo penicillo pro-
23 fectam substituendo. Nam meum Argumentum supra propositum hoc erat. *Cujus rei dominium vel etiam jus omnibus ut universis seu toti communitati competit, ejus dominium competet etiam omnibus Vniversitatis membris & partibus, ita ut citra injuriam ab eo sine sua culpa & suo facto excludi nequeant:*
24 Ut patet *v. g. in jure eligendi*, quod quia competit toti alicui Collegio & Universitati, competit etiā omnibus ipsius membris, ita ut hæc ab illo citra injuriam sine suâ culpa & facto non possint excludi *c. quod si* 29. *c. coram* 35. *c. bonæ memoriæ* 36. *de elect. & ibi* Can. &c. *Et sic de aliis.*

Atqui F. Romanus asserit toti Vniversitati seu Ordini dominium bonorum tem-
25 *poralium Monasterii alicujus emortui competere.* Igitur *F. Romanus asserit etiam omnibus ejusdem Vniversitatis membris dominium bonorum temporalium Monasterii alicujus emortui competere, ita ut ab eo citra injuriam excludi neque-*
26 *ant.* Cujus conclusionis â F. Romano inferendæ contradictoriam ego ostendi veram *d. sect.* 2. indeque intuli, quod cum *major* de jure sit vera, necesse sit, ut *Minor* F. Romani Propositio, unde conclusio ejusdem F. Romani inferebatur, sit falsa. Eò quòd falsa Consequentia nonnisi ex altera saltem

Præmis-

Præmiſſarum falſa ſequi poſſit, cujuſmodi præmiſſarum altera non erat *Major*, ut pote de jure vera. Igitur ea ſit *Minor*.

Quod verò *Concluſio* illa ſit falſa, oſtendi hoc ſyllogiſmo. *Si dominium* 27
bonorum temporalium alicujus Monaſterii emortui omnibus alicujus Vniverſitatis membris competit, ita ut ipſis citra injuriam non poſſit negari, neque ipſi poſſint ab eo citra injuriam ſine ſuo facto aut culpa excludi; Ergo hoc ipſo, quod excluduntur, ius fiet injuria. Atqui F. Romanus concedit, *Monachis exulibus,* 28
& membris Vniverſitatis & Ordinis Benedicti alicubi excluſis à Monaſteriis non fieri injuriam hac allegat. 445. & ſeq. n. 1. *Quin etiam nuſquam à F. Romano agnita eſt obligatio Iuſtitiæ,* quâ cæteri teneantur recipere alios ſui Ordinis Religioſos, aut *nunquam,* (ſi quidem alicubi receperint hoſpitio aliquos exules) 29
factum id ſit ex obligatione juſtitiæ. Igitur Monachis exulibus & membris Vni- 30
verſitatis & Ordini S. Benedicti non competit illorum Monaſteriorum, à quibus excluſi ſunt, dominium, ita ut citra injuriam inde excludi non potuerint; ac conſe- 31
quenter non toti Vniverſitati ſeu Ordini S. Benedicti dominium quorumcunque Monaſteriorum ſui Ordinis competit.

Ad quam argumentationem cum ſolidè nihil F. Romanus poſſet Reſpon- 32
dere, paucula duntaxat mea verba *Nunquam id factum*, abſtracta ab aliis, quibus obligatio juſtitiæ indicabatur, nudè & crudè Uncialibus literis proponit, & refert, ita ut quod ego *nunquam factum ex obligatione juſtitiæ* aſſerueram, ipſe mutilato meo jam dicto ſenſu *ſimpliciter, & abſolutè* acceperit, & cavillatus fuerit; *Deinde* de veritate narratorum ipſius F. Romani valdè dubito, 33
quod ipſe non ſoleat vera proferre. Et aliàs ego complures noverim ex Or- 34
dine S Benedicti, qui fuerint non tantum intra, ſed etiam extra Diæceſim Bremenſem ex aliis Monaſteriis ſui Ordinis excluſi. Sanè D. Abbas B. Mariæ 35
Virginis Stadēſis p. m. mihi familiaris, aliquamdiu quidem in Mōaſterio quodam fuit receptus, tandem apud ſuos hic Coloniæ cognatos, vivere debuit Si- 36
militer Prælatus *Bergenſis* prope Magdeburgum, de cujus Monaſterio ſæpius meminit F. Romanus, non fuit à Religioſis ſui Ordinis alibi receptus. Tum Abbatiſſa, & Virgines *Bingenſes* ex Monaſterio Montis S. Ruperti hic Coloniæ in pixide, ut vocant, B. Mariæ Magdalenæ, cùm pænitentibus, non verò *ſui Ordinis* Religioſis vivere debuerunt. Haud diſſimiliter Abbatiſſa cum ſuis Virginibus ex *Inſula Rolandinâ* Rheni hic privatis in ædibus, non verò in aliis parthenonibus ſui Ordinis S. Benedicti tempore belli Suecici vivere debuit, & alibi aliæ. Taceo ex Ordine Præmonſtratenſi, Virgines Nobiles Ca- 37
pellenſes, Greferadienſis, ſimiliter privatis in ædibus hic Coloniæ viventes, &c. Mitto complures ex Religioſis iſtis, & aliis ſimilibus Ordinibus hinc illinc vitam ſuam tolerantes. Quod verò diſturbato ordine F. Romanus *n.* 4. 38
obiicit, quaſi Germanos exules Societatis, noſtri in finibus Galliæ *recipere noluerint, prout ipſimet cuidam Abbati Ord. S Benedicti queſti ſint*; Eſt aſſertio F. Romani, adverſarii ſine fide, & teſte allata. Contrarium enim experientia 39

De hoſpitalitate Societatis.

ipsa comprobavit, quod nostri exules in Galliis & alibi fuerint excepti, prout
40 debebant. Nec exules ad aliud hospitium, ubi Societas domum aut Collegium habebat, divertere poterant, ejusque, qui illic præerat, obedientiæ subesse debebant in omnibus, sicut & reliqui, qui in eadem domo vel Collegio commorantur; juxta *Reg*. 48. *Commun*, & *Canon*. 13. *Congregat*. 3. & novi ego, quod qui ad Collegium Societatis non diverterit, â Societate fuerit dimissus.
41 Ut proinde fabulæ censendæ sint, quas hic F. Romanus recenset; Sub initium quidem calamitatum Germanicarum cum nostri exules in Gallias sese reciperent, memini, non â nostræ Societatis Collegiis, sed ab Eminentissimo Cardinale Richelio nonnullam fuisse in recipiendis nostræ Germaniæ exulibus
42 non ut hospitibus, sed ut membris istorum Collegiorum moram difficultatem; quòd sua Eminentia existimaret propter fœdus inter Christianissimum Galliarum Regem Ludovicum & Potentissimum Suecorum Regem *Gustavum Adolphum* initum, Societati nostræ in Germania satis provisum & consultum esse; eò quod Societas nostra in tutelam Christianissimi Regis re-
43 cepta esset, hicq; eam patrocinio suo Clementissimo tutaretur; At cum postmodum eventus doceret, non id usque adeo â milite peregrino observari, e-
44 tiam permisit nostros in nostris domiciliis Galliæ suscipi. Idem quoque alteri Cisterciensis Ordinis Religioso ad id, *quod sup. Sect*. 1. C. 1. *n*. 5. ex ipso propositum fuit, responsum velim.
45 Quomodo verò ex eo, quòd Monachi Benedictini, &c. suos Religiosos exules non ex ulla Obligatione Justitiæ fuerint obstricti recipere, F. Romanus velit inferre, quòd Collegium aliquod Societatis peregrinos & exules ex ob-
46 ligatione Justitiæ fuerit aut sit obstrictum, non video. Cum hoc ipsum sit falsum. Nam licet bona nostræ Societati donata, legata, acquisita, eidem in communi acquirantur; non tamen ita acquiruntur, ut singulis jus aliquod stri-
47 ctum & justitiæ in iis bonis pro aliquota parte competat, aut ut singulis Dominium eorum pro aliquota parte acquiratur, quemadmodum in privatis sæcularium bonis fit, quæ in communi à quibusdam tenentur, ita ut singulis pro parte jus aliquod, licet pro indiviso competat, *per l. fundū ff. de serv. rust. præd.*
48 *l. Sabinus ff. com. divid.* sed ut ea bona comunitatis collectivè duntaxat sint ac maneant; Quemadmodum Joan. Baptista Lezana *in summ. qq. regular. tom*. 1. part. priore, *seu in Comment. in mare magnum Carmelitarum circa* §. 19. *n*. 28. *sub fin*. ex Navarr *comment*. 2. *n*. 3. & 8. *de Regularib. Rodriq. tom*. 3. *qq. Regul. q*. 28.
49 *art*. 5. Sanch. *lib*. 7. *c*. 18. *n*. 11. rectè notavit, atque aliàs ex bonis Communibus *Magistratus* alicujus Municipalis videre est, quæ Magistratus duntaxat in communi *collectivè*, non verò *distributivè* possidet; ita ut in iis universitati,
50 non verò singulis jus strictum & dominium pro parte competat. Unde licet omnia Collegiorum bona sint totius Societatis, non tamen cujusq; personæ singularis pro parte erunt, adeoq; si ab iis hæc vel illa persona excluderetur, non illi inferretur injuria, nec contra justitiæ obligationem peccaretur.
51 At quæres, *An aliqua, & qualis sit obligatio hospitalitatis, ad recipiendos nostros peregrinos Societatis?* Respon-

Respondeo 1. Omnino esse *obligationem* aliquam recipiendi peregrinos Societatis nostræ & exules, eamq; ex *Regulæ communis* 48. præscripto, juxta 52
Canon. 13. *Congreg*. 3. oriri; quia ibi præcipitur nostris, ut *cum aliquis ex nostris iter faciens transit per locum, ubi domus aut Collegium Societatis est, ad aliud hospitium ne divertat, ejusq; qui illic præest, obedientiæ subsit in omnibus, sicut & reliqui, qui in eadem domo vel Collegio commorantur*. Unde si quis ex nostris iter 53
faciens tenetur divertere ad Collegium vel domum Societatis, etiam Collegium vel domus Societatis tenebitur ipsum recipere; quia agens & patiens seu recipiēs, sunt correlata, adeoq; si in itinerāte Societatis est obligatio *activa* ad ingrediendū; Collegiū, erit etiā in Collegio Societatis Obligatio *passiva* ad recipiendum Societatis itinerantem; aliàs enim sequeretur, quod utrimq; pos- 54
set esse materialiter justū bellum; Cum iter faciens pugnaret, sibi domum vel Collegium ingrediendum esse, hoc contra obtenderet, se ad recipiendum ipsum non teneri, quod foret absurdum.

Est obligatio.

℞. 2. Obligatio hæc ex præscripto Regulæ communis orta, *per se* consi- 55
derata, est duntaxat *civilis* ad culpam *Civilem* & pœnam; non verò *moralis* ad culpam *Theologicam*; Ratio est, *quia* Regulæ & Constitutiones nostræ præcisè secundùm se neminem in conscientiā obligant ad peccatum, 56
licet earum transgressores tanquam propter culpam aliquam civilem puniri possint.

Sed civilis per se.

℞. 3. Quod licet Regulæ & Constitutiones Societatis nostræ se- 57
cundùm se neminem obligent ad peccatum; attamen ratione vel *materiæ*, vel *finis intenti*, obligationem *moralem* involventis, vel etiam aliàs *per accidens*, possunt in conscientia nostros ad culpam *Theologicam* obligare, imò positā ejusmodi materiā & fine nostros de facto obligant, ut patet in votis 58
Religiosis & actibus Charitatis & similibus.

Per accidens & ex circumstantiis potest esse moralis.

Unde cum *ex Congregationis 7 decreto* 14. *hujus regulæ* 48. *communis* præ- 59
cipientis materia ac *finis* ex virtute Charitatis *intentus* sit, ut *magna ubique in Societate nostri cum Charitate hospitio excipiantur, quò mutuo Amoris vinculo arctius in dies colligemur, & liberalior in nostros hospitalitas una è primis validisque inter nos conjunctionis causis numerari debeat*, consequens est, quod ea e- 60
tiam regula ratione *materiæ & finis intenti* nostros obliget ad culpam Theologicam seu peccatum, ne alioquin ex contraria sententia sequeretur absurdum, nimirum, quod sine peccato aliquis in Societate vinculum Charitatis 61
dissolvere atque contra unam ex primis validisque inter nos conjunctionis causis venire possit, quod certè nemo Religiosus dixerit aut affirmarit; deinde si quis ex Societate alterum hospitem venientem excluderet, per accidens 62
etiam ad peccatum obligaretur; quia in causa foret, ut cum aliorum scandalo multæ regulæ & Canones Societatis violarentur, & quidem *Reg*. 16. 48. *commun*. *Reg*. 82. *Præpositi*, & 89. *Rectoris*, *Canon* 13 *Congregationis* 3. & *decretum* 14. 63

Congreg.7.&c. Ex quibus etiam patet, quanta sit ejus hospitalitatis in Societate obligatio.

64 Quomodo autem *hospitalitas* erga nostros in Societate sit exercenda, præscribit d. decretum 14. *Congregationis.7.* nempe, omnino nihil à nostris in compensationem hospitalitatis exigendum, nec etiam spontaneè oblatum à locorum Superioribus admittendum esse. Quod si tamen istic nego-

Quomodo hospitalitas erga nostros sit exercenda.

65 tiorum vel valetudinis causâ diuturniorem moram tracturi sunt, æquitas suadeat, ut Superiores mittentes sumptus hos graves Charitate & liberalitate compensent, vel Provincialis laboranti magis succurrat. Addit Suarez

66 *Tom.4. de Relig. Tract.9. lib.8. cap.8. num.* 8. hospitalitatem hanc, quæ est medium positivum, quo Fraterna Charitas in Societate conciliatur, non tantum affectu, sed & signis exterioribus *argumento Regulæ 34. communis* Iuxta S. Chrysostom. *hom.58. ad populum*, æqualiter omnibus peregrinis nostris sine ullo personarum respectu esse ostendendam; quin etiam si indi-

67 geant, viatico donandos peregrinos, *ex reg. 81. Provincialis & 80. Rectoris.*

68 Hinc apparet, quæ & quanta sit inter Societatem nostram & Ordinem Benedictinum quoad *obligationem recipiendi* peregrinos sui Ordinis, tanquam hospites differentia. Siquidem Ordinis Benedictini Religiosis non ita strictè præscriptum est, ut in locis, quibus reperitur Monasterium, ad illud solum teneantur, & non possint ad hospitium, nec ad cognatos vel amicos divertere; licet recipiendi sint, qui ad illud hospites ex Ordine divertere velint.

Differentia hospitalitatis Societatis & Ord. S. Benedicti.

69 Neque contrarium ex eo, *quod Monasteria hospites sui Ordinis recipere teneantur*, quis inferat, quod etiam propterea Religiosi illi teneantur istuc divertere.

70 Siquidem relatio ex *causalitate aliqua activa* vel *passiva* desumpta, qualis hic intervenit; non est mutua, adeoq; non sequitur; Monasterium tenetur hospites suos recipere; ergo tenebuntur hospites illuc divertere; quamvis econtra rectè inferatur, hospites tenentur ingredi locum sui Ordinis, ergo locus iste ipsum recipere tenebitur, *per supr. deducta.*

71 2. In Ordine S. Benedicti obligatio recipiendi hospites sui Ordinis est merè Civilis ex solius Regulæ, non ad peccatum, sed ad pœnam duntaxat obligantis præscripto nata, ut pluribus contra quendam Neotericum deducit Caramuel Lobkovvitz *in Theologia suâ regulari, seu in Commentario in Regulam S. Benedicti. lib.11. disput.133. de hospitalitate. numer.* 1667. *& seqq. usque ad num.* 1673. At in Societate nostra non tantum est merè Civilis ex Regulæ præscripto nata, sed etiam moralis ex arctioribus Charitatis vinculis intentis pofecta, quemadmodum supra est deductum.

Unde

Unde efficitur, non eandem, quæ apud alios Ordines S. Benedicti 72
Religiosos invenitur, sed majorem in Societate reperiri hospitalitatem,
quam etiam neminem Superiorum erga nostros non exercere existimo.

Illud notandum hic erit, quod videatur F. Romanus amphibolià *in* 73
recipiendis peregrinis nostris Lectorem fallere; Siquidem id potest intelli-
gi, *primò* ut peregrini nostri tanquam hospites recipiantur, vel se- 74
cundo. Ut tanquam membra illius Collegij istic habitent; quæ duo plurimum
inter se differunt. per not. Caramuel. *in Theologia Regulari, in Text. c. 60. & 61.* 75
Regulæ S. Benedicti. post disput. 39. &c. De *priori* acceptione, ejusque obligatio-
ne jam actum est: de *posteriori* acceptione, quam F. Romanus videtur inten-
dere, aliquid hic quoq; inculcandum est. Quare.

℞. 4. Quod si F. Romanus existimet, *peregrinum* exulem Societatis 76
hoc ipso, quod veniat ad Collegium aliquod, Superior sit obligatus, eum re-
cipere tanquam illius membrum, ut ibi habitet, vehementer fallitur. Siqui-
dem hoc ipso tolleretur 1. indifferentia ipsarum personarum, quæ est earun-
dem ad quemvis locum Societatis, ubi major Dei quærenda erit gloria, libe-
ra translatio. *Deinde* tolleretur potestas & libertas Superiorum de personis
habitâ ratione & ipsarum personarum & locorum, Temporum, ac redituum 77
&c. huc vel illuc destinandis aut transferendis ex obligatione voti obe-
dientiæ Iuxta Societatis nostræ intellectum competens, nihilque aliud foret,
quàm Societatis instituti eversio, aut inversio. Quid enim si quis Philo- 78
sophicis vel Theologicis studiis in Societate excolendus, veniret ad Colle-
gium aliquod, ubi non nisi studia tractarentur humaniora, num istic à supe-
riore relinquendus existimabitur à F. Romano? Quid si locus alicui Personæ 79
minus conveniēs esset, ubi cum perpetua valetudine conflictaretur, alibi ve-
rò melius valeret, num Superior Societatis eum aliò destinare non posset? 80
Quid si reditus alicujus loci tam exigui forent, ut plures istic ali nequirent,
num superior locum illum ob voluntatem subditi prægravare & ære alie-
no obruere deberet.

Foret hoc non tantum sacris Canonibus *c. unic. § sanè de stat. Regu-* 81
lar. in 6. cap. 3. Vers. 3. in prædictis session. 25. de Regular. Concil. Trid. sed
etiam prudenti Superiorum Gubernationi vel maximè contrarium.

Quid si aliud major Dei Gloria alicubi promovenda posceret, an 82
non possent Superiores jure suo acquisito ex voto obedientiæ à subditis
præstito uti?

His contrariæ assertiones sunt nimis paradoxæ, peregrinæ, quas F. Roma- 83
no relinquimus melius considerandas & examinandas. Saltem ex deductis vi-
det F. Romanus, nullam Superioribus Societatis injectam obligationem, quâ
tenean-

teneantur aliquem ex Societate in hoc vel illo loco relinquere, ut istius loci
membrum & incolam, sed omnem ijs relictam facultatem & libertatem,
84 ut subditos ad majorem Dei Gloriam quocumque transferre possint; secus
ac F.Romanus existimavit; Quin etiam efficitur quod Superiores Societatis
quocumque tandem in loco suos peregrinos & exules tanquam hospites
quidem excludere non potuerint; eos tamen velut membra sui Collegij &
incolas retinere non fuerint obstricti, sed potuerint aliò ablegare.
85 Quod addit F.Romanus, aliquos ex nostris exulibus *Hagæ* prope Salis-
burgum in Ecclesia Collegiata munia Clericorum sæcularium multo tem-
pore obijsse, missas publicas cecinisse, & alibi parochias administrasse, potest
86 esse, neque id repugnat Instituto nostro; Cum simus Clerici Regulares, pro-
ximorum saluti incumbentes, quibus ejusmodi munia ad voluntatem supe-
riorum committi aut delegari possunt.
87 Quod verò addit, exules Societatis, Horas Canonicas Hagæ in choro
alternatim cecinisse, in corde suo suaviter Domino cantantes; si Romanus in-
telligat, nostros exules inter se solos instituisse chorum, & alternatim cecinisse,
88 non ipse verum esse ostendit, nec ego ipsi credere possum aut debeo; Cum
sciant nostri in Societate nostra receptum esse, ut horas Canonicas privatim
juxta usum Romanæ Ecclesiæ, non autem communiter, seu in choro reci-
tare teneantur, quo acrius studiis, lectionibus, & prædicationibus intendere
possint juxta Paul. III. *Constitut. Regimini militaris Ecclesia dat.* 1540. *V. Kal.*
Octob. Iulij III. *Constit. Exposcit debitum. dat. An.* 1550. *XII. Kal. Aug.* Gregor.
XIII. *Constit. Ex sedis Apostolicæ benignitate. dat. An.* 1573. *ult. Febr.*
89 Sin verò F.Romanus intelligat, eos alijs Clericis ejus loci, ubi munijs
suis juxta institutum nostrum vacarunt, accinuisse, transeat. Inde tamen
90 nihil pro F.Romano, quod Lectori suasurus videtur, concludi poterit. Sed
hæc parerga missa faciamus, & alia, quæ ad rem præsentem facere vel debent,
vel etiam videntur, à F. Romano proposita nunc examinemus.
91 Ait F.Romanus *dict. num.* 3. quod ego ipsi insultem ita inferendo: *Er-*
go dominium mediatum, aut possessio singulorum Monasteriorum, non est penes
Ordinem in communi, cujus & isti exules utique sunt membra.
92 *Sed hanc* argumentationem vel illationem in officina Hayanâ cusam,
F.Romano relinquamus. Quomodo autem ego argumenter, & *dominium*
93 proprietatis *mortuis omnibus hujus loci Collegis Religiosis, nullo ijs substituto defi-*
cere, inferam, *ex supra deductis* sufficienter apparet, quibus tacitis vel sup-
pressis F.Romanus more suo aliud dominium, *nempe mediatum* in conclu-
sione infert, de quo minimè erat quæstio, ut sic suam exercere posset im-
posturam.
94 Ad instantiam verò F.Romani *d. allegat.* 446. *numer.* 3. & 4. & *allegat.*
494. num. ex eo, *quod dominium altum in omnia totius orbis beneficia &*
bona Ecclesiastica sit penes Ecclesiam Universalem, non sequi *etiam exules ali-*
cujus

cujus Ecclesiæ Collegiatæ vel Parochialis propterea in alia Ecclesia vel Parochia esse ex justitia sustentandos; quod justitia titulus resultet ex dominio solum infimo & incorporatione Personarum locali (ubi beneficium datur propter officium) non autem ex dominio summo vel subalterno &c.

Respondeo, eam huc & *impertinenter* allegari & pluribus scatere erroribus. Quod *impertinenter* huc allegetur, patet ex eò, quia F. Romanus *quæstion.* 1. *numer.* 58. Ordini asserit dominium proprietatis, quod ego impugnabam, atque etiamnum impugno teste F. Romano *allegat.* 499. *numer.* 14. ipse verò non elabendi modum sciens, transit à dominio proprietatis & confugit ad dominium Iurisdictionis, seu gubernandi potestatem, seu dominium juris, prout ipse fatetur *d. allegat.* 499. *n.* 14. 95 *Respondetur.* 96

Cum dominium jurisdictionis sit omnino diversum à dominio proprietatis, ut patet ex utriusque definitionis & objecti diversitate. Videatur & Caramuel *in Theolog. Regular. disput.* 57. *num.* 821. Fac. not. Becan. *in tractat. de just. & jure. capit.* 2. *quæst.* 2. *numer.* 1. 2. ubi tradit, dominium Iurisdictionis, seu potestatem gubernandi subditos omnino *impertinens* esse ad dominium *proprietatis*, nec illi hujus definitionem convenire, Ut proinde, quando ego F. Romanum Ordini *dominium proprietatis* asserentem impugno, ipse ad dominium Iurisdictionis, quod huc impertinens est, frustra dilabatur. 97 98 99

Errat autem F. Romanus 1. quod Ordini suo S. Benedicti asserat dominium Iurisdictionis in omnia & singula bona Monasteriorum, prout *infra in quæstionibus parergis* declarabitur. 100

2. Quod universali Ecclesiæ, id est, toti ordini sacerdotali asserat dominium altum Iurisdictionis in omnia totius orbis beneficia & bona Ecclesiastica, si velit totum ordinem Sacerdotalem paris esse dignitatis & authoritatis cum Romano Pontifice, jam incurret hæresim *Hussitarum* à Concilio Constantiensi damnatam; sin verò aliter jam in eundem errorem impinget, quem supra *in appendicis quæst.* 1 *resolutione* refutavimus, Ut proinde huc frustra repetatur. Accedit & alius error F. Romani, quod si toti Ordini Sacerdotali competat dominium omnium & singulorum bonorum Ecclesiasticorum. Igitur nulli parthenoni competet ejusmodi dominium bonorum Monasterij proprij, quia non sunt de Ordine Sacerdotali; Neque etiam alij Clerici non sacerdotes habebunt ullum dominium. Quæ omnia cum sint absurda, efficiunt, ut & doctrina F. Romani, unde ea consequuntur, sit absurda. Quid? quod Dd. agentes de dominio, quando illud Ecclesiæ, seu Presbyterorum, Clericorum & Episcoporum Congregationi, cœtuique, eorum omnium, qui Sacra tractant & in templo ministrant altari servientes, adscribunt, loquuntur de dominio proprietatis. 101 102 103 104 105

tatis. Vid. Ioann. Quintin. Hædv. *in repet. cap. novit. numer.* 114. 115 *de judic.*

106 Denique quando F. Romanus meum argumentum applicat universitati Clericorum, quam ipse vocat universalem Ecclesiam,& inde dicit inferri, universitati Clericorum non competere dominium in omnia & singula totius orbis beneficia & bona Ecclesiastica, si intelligatur de *dominio proprietatis*, prout dominium de dominio proprietatis per antonomasiam

107 intelligi solet & hîc debet, verissima est *conclusio*; sin vero accipiatur de dominio *Iurisdictionis*,jam *aliunde* ostendi in *d. quæst.* 1. *appendice*,eam quoque

108 veram esse,sin vero F.Romanus utramque putet absurdam esse, tunc ipse velmaximè absurdus esse ex supra deductis ostenditur, quæ non huc repeto, ne lectori nimis crebra dictorum & deductorum repetitione nauseam creem.

109 Eadem *sect. 2. num.* 1. subijciebam hoc argumentum, *Deinde*, inquiens, *si omnia Monastica bona, quoad dominium nimirum proprietatis*, subessent omnibus Monasteriis collectivè sumptis,seu ut universis, quomodo igitur aliquorum Monasteriorum ejusdem Ordinis bona dicuntur huic vel illi Monasterio ejusdem Ordinis uniri, in ijsque acquiri dominium. *cap.*

110 *quia Monasterium de religios. domibus.* (quod antonomasticè de dominio proprietatis intelligi *supra dixi*) An quod meum est,meum amplius fieri

111 potest. *Vid. not. infra.*

Nec etiam *aliquibus* saltem *Monasteriis* dominium illud in emortuorum bonis competit,quia nec huic, nec illi jus ipsum adscribi potest.Quare enim huic potius,quam illi, vel illi quàm huic tribueretur? Et si huic, vel illi dominium bonorum,alterius Monasterij ejusdem Ordinis competit, Igitur poterit hoc vel illud Monasterium de bonis alterius Monasterij ejusdem Ordinis liberè disponere.

112 Atqui hoc non;vel certe falsum est.Igitur nō poterit dici huic vel illi Monasterio competere in alius Monasterij ejusdem Ordinis bonis dominium.

113 Irretortam hujus argumenti lucem, suo F. Romanus existimat Astri obscurari & offundi lumine,quare undique rationum conquirit radios,quibus illius splendorem perstringat,sed frustra.

Commentum Hajanum. F.Romanus *supra cit. allegat.* 494. *sub titul. Herculis columnæ*, conatur quidem illa detorquere ad Ecclesiam Universalem, prout hæc secundum ipsum dicit totum Ordinem sacerdotalem, seu potius Clericorum omnium Universitatem, indeque illud argumentum quasi absurditatis conatur redarguere.

114 *Diffutitur.* Verum dum *cit. loc.* F. Romanus hanc meam argumentationem conatur detorquere ad sacerdotalem Ordinem,seu Clericorum universitatem, vel loquitur,de dominio *antonomasticè* accepto,prout hoc est *dominium proprietatis*,& tunc verissimè illi supr. d. argumentum applicatur,quia verissimum est,

quod

quod tota universitas Clericorum non habeat in omnia & singula totius orbis bona Ecclesiastica dominium proprietatis. Quid enim Clerus Germanus 115
in Turcica & Græcanica bona Ecclesiastica proprietatis prætendere poterit? Nihil sane. Isto sensu videtur Caramuelis argumentum *disp. 1. an pax sit licita. in 1. sententia, conclus. 6.* propositum huc transferri posse atque usurpari.

Sin verò F. Romanus loquatur de *dominio jurisdictionis*, illud huc, ubi 116
quæritur, *utrum mortuis omnibus hujus loci collegis bona sint vacantia*, impertinens est, & à priori diversum & disparatum. Ab uno verò separatorum 117
ad aliud nec positive, nec remotivè seu negativè argumentum duci potest. Everard. *in loc. à separ. & sub. num. 2. ex l. fin. ff. de calumn. l. naturaliter. §. nihil* 118
commune. ff. de acquir. poss. l. permiscere. ff. eodem. præterquam quod dominia proprietatis & jurisdictionis non sibi omnimodè adversentur, Cum illud 119
huic subordinetur, prout statim ex Malder. ostendetur. Ut proinde qui unum uni asserit, alterum illi vel alteri non neget. At qui dominium pro- 120
prietatis alicui asserit, negat illud ipsi amplius acquiri posse, eo quod semel meum amplius fieri meum nequeat. *l. cum res. & l. si major. C. de contrah.* 121
empt. §. sic itaque Instit. de act. l. & an eadem. §. actiones ff. de except. rei judic. quia dominium non est multiplicabile. *cap. inter dilectos. de fide Instrument. l. sequitur. §. lana. ff. de usucap.* Atque ita dominium ex una causa acquisitum, non potest ex alijs acquiri. Petr. Paul. Paris. *in repetit. c. si diligenti. n. 41. de prescript.*

Unde si toti Ordini, seu omnibus Monasterijs Ordinis S. Benedicti do- 122
minium proprietatis, in omnia & singula *Monasteria* eorumq; bona competeret, non posset eorundem *bonorum* dominium per unionem illis accedere. Hoc verò patet falsum esse. Igitur &c.

Deinde nec verum est, quod sacerdotali ordini, vel potius Clericorum, 123
Universitati competat dominium Iurisdictionis in omnia & singula totius Orbis bona Ecclesiastica, quemadmodum *supra in quæst. 1. appendice* comprobavi.

Hinc patet, quod quando F. Romanus contrarium tanquam absur- 124
dum explodit, ipse variis ex capitibus absurdus sit existimandus, maximè quando *allegat.* 494. *sub Herculis columnis, numer. 3.* dicit, quod ego de do- 125
minio Monasticorum bonorum subalterno intelligendus sim, & ipse velit illud suum dominium, quod applicat Ecclesiæ universali, seu Ordini sacerdotali, intelligi de dominio summo, quæ neque univoca sunt, & plurimum inter se differunt, pro quorum meliori intellectu, altius quædam, tam ex Canonistis & Legistis, quam ex Theologis repetam, ut inde appareat, quomodo F. Romanus peregrinos suos sensus nobis obtendat. 126

Principio Barbos. *lib. 3. de jure univ. Eccles. c. 17. n. 14.* tradit, dominium 127
bonorum Ecclesiasticorum, in hac specie (qua solet accipi pro dominio *proprietatis*, de qua & ego locutus sum) tripliciter capi. Aliud enim est *supremum* quod

Dominium proprietatis rerum triplex, supremum, medium, infimum.

quod maximum & absolutum nominatur, aliud *medium* seu *subalternum*: a-
128 liud *infimum*, seu minus proprium. *Primum*, ut est jus disponendi de re ad libitum, solum competit Deo jure creationis, & Christo jure redemtionis, qui specialius habet hoc absolutum dominium in rebus Ecclesiæ, & in hoc casu intelligitur illud *Psalmi. 23. Domini est terra, & plenitudo ejus*; & habetur *in c. tua nobis. 26. de decim.* Covarr. *lib. 3 var. resolut. cap. 6. à n. 8.*

129 *Secundum* est, quod habemus in rebus propriis, & describitur, quod sit jus disponendi nomine proprio, in suam utilitatem, nemine prohibente, vel in quemcunq; usum lege permissum, & hoc modo sumitur domi-
130 nium *tot. titul. ff. de acquirend. rer. dom.* quod dominium tam habent Laici, quã Clerici non solum in bonis suis profanis & patrimonialibus, sed etiam in reditibus occasione beneficiorum suorum acquisitis, juxta opionem, quam *d. loc.* sequitur Romanus, & sic ut veri Domini possunt ea alienare & donare, & eis uti pro libitu lege permisso. *l. sed & si §. consuluit. ff. de petit. hæred. l. in re mandata ff. mandati.*

131 Tertium & *ultimum* dicitur illud, quod est jus disponendi de re lege non prohibente in bonum tantum commune. Bartol. *in l. si quis vi. §. differentia. numer. 4 ff. de acquir. poss.* Bald. *in c. 1. colum. 1. de postulat. Prælat.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. numer 40. de constit.* Rebuff. *in concord.*
132 *in prooem. verb. dominus.* quale est illud, quod habet summus Pontifex in beneficiis & bonis Ecclesiæ, ut ea distribuat in bonum commune, ut docent S. Thom. *2. 2. quæst. 100. artic. 1.* Sot. *lib. 3. de just. quæst 6. artic. 2. colum. penult.* & il-
133 lud, quod Princeps in suis subditis, & in bonis illorum habet, quod *infimum & improprium* dicitur, quippe non in suam, sed communem subditorum utilitatem exerceatur, de quo gloss. *verb. omnia. per text. ibi. sic necessariò intelligendum, in l. 3. vers. quæ enim C. de quadrienn. præscript. junct. l.*
134 *item si verberatum 45. §. 1. vers. item si forte. C. de Rei vindicat. l. 1. C. ex quib. causis servi pro &c.* de quo in præsenti materia nulla nobis disputatio est, quippe cũ ad potestatem publicam spectet, non vero ad privatam singulorum utilitatem. Ita Barbos. *lib. 3. de jure univers. Ecclesiast. cap. 17. n. 14.*

135 Alij aliter dividunt *dominium*, nempe in *directum* & utile. *Directum* statuunt aliud *Generale* vel universale, aliud *particulare*, aliud *limitatum*. *Generale* vel universale dicunt competere ab alio independenter, ut Papæ, Imperatori, Regi in bonis universis sibi subditis, quoad protectionem *& administrationem.*

Dominium aliud directum, aliud utile.

Particulare, quod cuique particulari dependenter ab alio competit, ut est dominium Regis Hispaniarum respectu regni Neapolitani; Principis, respectu Ducatus; Comitis respectu Comitatus, aut quod alicui alij particulari in ordine ad territorium, seu protectionem & administrationem competit.

Limitatum dicitur, quod competit cuiq; privato, cui res pleno jure traditur, ac per illud videtur intelligi dominium proprietatis.

Utile

Utile dominium intelligunt, quod est minus principale consistens in jure 138
utendi, fruendi, & subalternatur vel subiicitur *directo*, vel saltem â *directo* est separatum, illudque directum supponit tanquam dominium perfectius, Ejusmodi utile dominium habent *usufructuarii, vasalli, emphyteutæ*, vel etiam quod ab alio utili dominio nascitur, illique subalternatur, quale est dominium subvasalli. Dicitur etiam 3. *utile dominium*, quod â *directo* dependet, nec 139
ab eo separatur, quale est, quod acquiritur per cessionem 4. denique utile dominium appellant aliqui, quod directo dominio non subalternatur, sed ei adversatur, accipiturque illud, quod est præscriptione acquisitum. Vid. Zaf. *in l. si quis vi. §. differentia n. 11. & pluribus seqq. ff. de acquir. possess.* Vacon. â Va- 140
cun. *lib. 3. declarat.* 49. Vid. & pro utili dominio. Bald. *in Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Ecclef.* & Dd. *in l. eum qui de usucap. & l. qui universas. ff. de acquir. poss.* Salicet. *in l. proprietatis, n. 2. C. de probat.*

Utile dominiũ quomodo se ad directum habeat.

His addit Zasius *in l. cum servus 39. §. constat. cum l. seq. ff. de legat. 1. n. 10. 11.* 141
Dominium *Ministeriale*, quod ad Ministerium relinquitur, ut scilicet vendatur vel commutetur, quale dicuntur habere Cisterciensies, quoad jurisdictiones, territoria, servitoria, quia cum eorum non fuerint capaces, non poterant retinere, sed cogebantur vendere, & in res mobiles convertere *per c. recolentes de stat. Monach.* Simile dicitur relinqui Mendicantibus, quia non possunt reti- 142
nere dominium, possunt tamen res vendere. Zaf. *d. loc.* Hoc tamen dominium 143
diversum ab alio dominio Ministeriali, quod supra Angelis est ascriptum.

Dominium Ministeriale.

Theologi dominium variè similiter dividunt ac definiunt. Nam 144
Joannes de Dicastillo *de justit. & jure lib. 2. tract. 1. disp. 1. dub. 3. n. 2. & seqq.* secutus Tannerum *in 2. 2. disp. 4. de justit. q. 1. dub. 1.* & Molin. *de justit. tom. 1. tract. 2. disp. 3.* jus in re per modum dominii, seu ut loquitur Tanner. *disp. 4.* 145
de just. q. 1. dub. 1. n. 8. ipsum dominium latè loquendo ait esse *analogum*, & qui- 146
dem, ut Tanner. *d. loc. proportionalitatis* ad sua inferiora significata, nempe ad dominium jurisdictionis, & ad dominium proprietatis, idcirco seorsim defi- 147
niendum utrumque esse, & dividendum. Dominium *jurisdictionis* est potestas quædam superioritatis, & jus, quod quis habet gubernandi subditos, spectatâ in primis eorum utilitate & commodo. Hoc dominium jurisdictio- 148
nis in sua latitudine comprehendit Divinum & increatum, de quo *in 1. parte*, & humanum sive creatum; Hujus aliud est *Ecclesiasticum* proprium Prælatorum Ecclesiæ (qui tamen, ut est *Luc. 22. v. 25. 26. 2. Cor. 1. v. 24. 1. Petr. 5. v. 3.* patrum potius, quam Dominorum nomen, & sensum affectare debent.) per se directè ordinatum ad spirituale bonũ subditorũ, finemq; supernaturalem, qualis *est potestas Pontificia, Patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis & aliorũ* inferior. Aliud est Politicum sive temporale, quod per se temporalem solum 149
fœlicitatem, pacemque subditorum & tranquillitatem publicam spectat, seu ad ea ordinatur, qualis *est Potestas Imperatoria, Regia, Ducalis, &c.* Istud

Theologi Dominium aliter dividunt.

Aliud increatum, aliud creatum, hoc vel Ecclesiasticum vel Politicum.

dominium seu Imperium Magistratus à jurisconsultis dividi solet in *Imperium Merum*, quod est potestas, seu jus gladii, ut vocant, ad plectendos facinorosos, & *Mixtum*, quod est potestas jurisdictionis cum modico coercendi jure conjuncta, ut est videre apud Brisson. Ab hac divisione non multum discrepare fertur ea, qua dominium dicitur aliud *altum*, aliud *medium*, aliud

Imperium merum, mixtum.

150 *bassum* seu *infimum*: *altum* vocant, supra quod nullum est aliud ejusdem ordinis, quale est potestas Imperatoris, quorundam Regum & Rerum publ. *Medium*, quod supra se & infra se habet aliud, quale est Regis, Ducis, Comitis, Imperatori subjectorum. *Bassum*, infra quod non est aliud coercitivum, quale est Comitis, Civitatis, &c. Cæterum altum dominium pro varia regiminis forma dividitur in Monarchicum, *Oligarchicum*, *Aristocraticum*, *Democraticum*.

Dominium altum, medium, bassum.

Altum dominium varium.

Dominium vero *proprietatis*, quod antonomasticè sine ullo addito appellari solet dominium *Inst. & ff. de acquir. rer. dom.* estque præcipua & potissima species juris in re. Lugo *tom. 1 de just. disp. 2. sect. 1 n. 1.* diciturque jus quoddam

Dominium proprietatis antonomasticè.

151 disponendi de re aliqua tanquam sua in suum proprium commodum, vel brevius, est jus quoddam in re velut sua. Hoc dominium residere potest, non tantum in una persona particulari, unde *particulare* dominium appellari solet, sed etiam in integra communitate, ut si civitas habeat oppidum, vineam, domum, non in usum singulorum, sed ut reditus ad publicos sumptus deserviant, hinc ea communitas perinde rem illam possidebit, ac si esset una persona particularis.

particulare.

Unde hoc *dominium* à priori particulari diversum, appellari solet *locorum*, seu rerum, pertinentium ad Universitatem jure Universitatis. Quod domi-

Locorum Universitatis.

152 nium non est jurisdictionis, sed proprietatis comparatione earum rerum, quæ ita sunt Universitatis propriæ, ut ad singulorum usum sint deputatæ, non ad communes sumptus, *Ejus generis sunt prata & sylvæ, ad pascenda pecora, & cædenda ligna, pro singularibus personis, quæ incolæ sunt* ejus oppidi. Ubi præterea notat Molin. *sup. cit. tom. 1. de just. tract. 2. disp 3. §. Dominium locorum*, quod ejusmodi res & loca non solum sint ejusmodi oppidi aut civitatis, sed etiam domini, qui Urbi aut oppido jure dominatur, idque in suo ordine & gradu. Atque ita possit pro ratione sui gradus in populo aut civitate eis uti sine aliorum præjudicio, plura pecora, quam alii, si ea habeat, ibi pascendo, & plura ligna, si eis indigeat, cædendo, idque non solum si immediatum dominium jurisdictionis in eo oppido aut civitate habeat, sed etiam si habeat mediatum duntaxat. Hæc Molin.

153 Rursus dominium proprietatis ex parte objecti aliud est perfectum seu plenum

plenum, quod simul complectitur proprietatem rei, ejusque commoda. Aliud imperfectum, vel non plenum, quod vel solam proprietatem, vel solam utilitatem ac commoda rei continet, itaque duplex est, illud directum, hoc utile appellari solet.

Rursus dominium particulare ex parte subjecti aliud est perfectum, quod consortem non habet in tota illa re. Aliud non plenum, quod consortem in ea re indivisa habet, adeoque dominium commune seu partiale vocatur. 154

Hæc Dicastillo Tanner. & Molin. *supra dd. loc.* quos etiam ex parte sequitur Malder, in 2. 2. *tract.* 1. *de justitia cap.* 3. *dub.* 3. qui tamen ibidem præter dominium, quod civis quisque habet in res suas, quod ipse bassum & propinquum vocat, tradit dari aliud Reip. & Principis in easdem res, idque altum seu remotum dicit, dominii propinqui perfectionem non impediens. Siquidem hæc diversi sunt ordinis & sibi subordinata, sicuti cœlum licet sit causa generationis inferiorum terrestrium, non tamen impedit perfectionem causæ particularis. 155

Neque propterea quoad omnia dominium altum basso perfectius est, sed quodammodo se mutuò excedunt. Propinquum enim in eo superat, quod expeditius sit ad usum; altum vero præstantius sit virtute & efficacia; in necessitate enim ei cedit propinquum. Dominii alti jus reddit justitia legalis, propinqui particularis. 156

Subiicit *ibid.* Malderus, distingui etiam dominium in personarum, & rerum; Personarum, vocat jurisdictionis, quod habet Superior Ecclesiasticus, aut civilis in homines liberos. Rerum dominium in possessiones habetur sive personæ sint, ut mancipia, sivè jumenta, sive res inanimatæ. Dominium jurisdictionis non est in commodum Domini, sicut dominium rerum. 157

Quibus demum subiicit, divisionem dominii jurisdictionis, supra ex Dicastil & Tanner. ac Molin. relatam. 158

Ex supra deductis Colligitur 1. quod dominium secundum Dd. tam Theologos quam jurisconsultos dividatur in dominium jurisdictionis & proprietatis.

2. Dominium altum seu sublime jurisdictionis aliter accipiatur â Theologis Maldero *supra cit. loc.* quam â jurisconsultis. Siquidem Theologi accipiunt dominium altum jurisdictionis pro plenitudine potestatis, vel etiam prout à Jurisconsultis in ordine ad Universitatem rerum & locorum consideratur, de quo Anton. *de Petr. in tract. de potest. princ.* & passim Dd. 159

pro-

pro suprema, territoriali jurisdictione, de quâ Knichen, aliique de jure territoriali.

160 2. Altum dominium jurisdictionis, Theologi accipiunt, pro mero Imperio, quod est jus gladii, seu potestas animadvertendi in facinorosos, *l.* 3. *ff. de jurisd.* Verum hoc etiam competit aliis, qui non sunt supremi & directi Domini, ut patet in aliis Magistratibus non supremis, Ducibus, Comitibus, Civitatibus. Nobilibus immediatè Imperio subjectis, imò & multi Comites, Nobiles, aliique non immediati, sed mediati in Imperio jus gladii habent. Vid. Reinkink. de jure territ. *c.1.n.*45.46 quod altum dominium jurisdictionis vocant Theologi, nec tamen jus est territoriale. Stephan. *lib.* 1. *discurs. Academ* 7. *n.* 5. quod Germanicé **Lands-Obrigkeit** illud verò **die Obrigkeit** dicitur, ut iis notum est, qui in praxi forensi quotidie versantur. Vid. Keinking. *lib.* 1. de regim sæcular. Imper. *Class.* 5. *cap.* 1. *n.* 68.69.

161 3. Quod territorium accipiatur 1. pro Universitate agrorum in loco circumscripto consideratorum, quatenus nimirum ditio vel territorium cujuscunque intra fines certos veluti cancellos concluditur, suisque limitibus circumscriptum, ab aliorum territoriis discernitur. Knich. *in Comm. ad jus Saxon. verb. Ducum Saxoniæ c.* 4. *& in tract. de sublim. & reg. territ. jure cap.* 1.
162 *n.* 2. Deinde territorium, prout à terrendo derivatur, pro jurisdictione & superioritatis jure & exercitio, Magistratui ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi competente *l. pupillus* 239. *§.* territorium, & ibi *Gedd. de V.S.* Zas. 2. *consf.* 11. *n.* 1. ita ut ipse nominis sonus indigitat, Superioritatem coercitionis intra certos terminos seu fines, indicat. Chassan. *de just. & jur.* §. 1. *verb. au territoire.* Marpurg. *consf.* 30. *n.* 94. *vol.* 2. Zachar. *Viet. de Exemp.*
163 *conclus.* 28. *circa fin.* Attamen frequentius accipiatur pro districtu, cui superioritas seu jurisdictio cohæret. Zas. 2. *consf.* 16. *n.* 47. tanquam qualitas inseparabilis. Bart. *in l.* 1. *n.* 15. *ff. de jurisd.* Meisch. *tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 4. *n.* 116. & tanquam contentum suo continenti Tiber. Decian. *respons.* 123. *num.* 24. *vol.* 2. ita ut licet jus superioritatis territorialis sit activè in Magistratu, Principe, Comite, &c. Bald. *in cap.* 1. *colum.* 3. *vers. si eramus de allod.* Nicol. Boer. *decis.* 50. *num.* 11. materialiter tamen & passivè territorio & districtui cohæreat, tanquam servitus fundo. Cravett. *consf.* 411. *num.* 35.

Ubi nihilominus hoc notandum est, quod licet ordinariè jus territoria-
164 le dicat jurisdictionem territorialem, attamen subinde ipsum jus territoriale sit ac conservetur penes Superiorem; jus gladii aut merum imperium sit penes alium; vel etiam insuper jurisdictio simplex adhuc penes alium existat. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 97. *numero* 6. Borell.

Borell. *conf.86. num.7.& 22.* Henricus Bruning, *de variis universitat. specieb. thesi 36. vol.4. Basil.* Gail. *de arrest. c.6. num.1 vers. sed quæstio ista.* Mynsing. 165
cons.16.n.45. Mascard. *concl.217. de probat.* Thoming. *conf.10. per tot.* Meisner. *decis. Cam.6. tom.3.* Uti accidit in Archiepiscopatu Coloniensi, qui in multis locis habet jus territoriale; merum tamen & mixtum Imperiũ ac Iurisdictio penes alios existit, qui vel jure antichreseos, vel per subinvestituram vel subinfeudationem ejusmodi loca a d. Archiepiscopatu obtinẽt.

166 Ita similiter in aliis Principatibus, Ducatibus, plura existunt loca, quorum dominium Iurisdictionis altum aliis etiam Comitibus, Nobilibus est concessum, quo casu dicit Knichen. *in tract. de sublimi & Regio Territorii iure, cap.1. num.62.* illud intelligi de territorio abusivo, prout sumitur in prima significatione pro loco, qui quoad dominium quidem pertinet ad superiorem directum, attamen iurisdictione destituitur. Purpurat. *conf. 479. n.12. cum seqq. lib.2.* *Dominiũ iurisdictionis altũ.* 167

168 5. Quod jus territoriale prout accipitur pro *iurisdictione territoriali*, involvat etiam dominium fundi & agrorum, quod *Malderus* dominium alrum *supra dub. 3.* nominat, ratione cuius in necessitate uti potest rebus singulorum, *v.c. tempore belli*, ut hostem arceat, excitando in fundo privatorum munitionem, aut fortalitium, aut hosti bellum moventi, nec alia ratione domando, quàm ut aliqua loca tradat, ea cedendo; quo tamen casu *quinque* requiruntur 1. ut nimirum occupaturus aut concessurus alterius privati bona, utatur plenitudine potestatis, vel ab ipso eam facultatem acceperit; *deinde*, justa interveniat causa, nempe necessitas inevitabilis, cui aliunde provideri nequeat, vel utilitas maxima, respiciens non privatum Principis, sed totius communitatis publicum comodum, cui privatorũ res cedunt; tum ei, cui auferuntur bona, detur à communitate compensatio detractâ quotâ ipsum privatum contingente, ac denique causa, ob quã auferrur, durer, alioquin ea cessante in integrum restituatur, de quibus in *quæst.4. pluribus* agetur. *Ius territoriale.* 169

170 6. Quod qui jure territorii jurisdictionem habet, eam dominii & realis juris titulo, neque alieno sed suo nomine usurpet, necesse est; quod tamen in *Officiariis*, & iis, qui jure Magistratus administrant, secus est, quia his non conceditur jurisdictionis proprietas, sed administratio officio annexa. Reinking. *de Regim. secular. Imperii lib.1 class. 5.c.1. num.17.* Knich. *de sublim. territorii iure. c.1. n.171.172.* Unde qui territorii seu universitatis dominiũ directũ vel potius dominatum habet, directus dicitur Dominus. Knich. *d.c.1. n 45.* Ioan. Phil. *conf. 39. n.34.& 35.& conf.40. n.1.* Et secundum Vacon. & Zas. *sup. ci. l.* dicuntur habere dominiũ directũ universale. Cui verò jurisdictio loci solummodo comissa est, vocatur Dominus simplex. Knich. *d. loc.* vel etiam secundum Vacon. & Ias. Dominus particularis. *Officiarii & Administratores, quomodo ab aliis differant.* 171 *Directus dominus territorii.*

172 Deinde quod qui fundatam habet intentionem in universali, censetur etiam fundatam habere super rebus singularibus, eo quod singula

quoque illius districtus loca ipsi subjecta sint, aut censeantur, Socin. *consil.* 86. *num.* 6. *vol.* 1. Everard. *in loc. à tot ad part.* VVes. *consil.* 74. *num.* 34. & 35. *part.* 2. Cravett. *consil.* 615. *num.* 13. & 14. nisi in specie de exemptione vel privilegio doceatur. *c. dilect.* de *capell. Monach. l. nulli.* §. *quod si in vico.* *C. de Episc. & Cler. c. fin. vers. cum Ministerium sit intra metas. de off.* Archid. *c. cum in partibus de V. S.* Rheinking. *d. loc. numer.* 28. 29. Matthias Stephan. *lib.* 1. *discurs. Academ.* 7 *num.* 14. ubi dicit, loca ejusmodi exempta esse Monasteria, Ecclesias, vel castra jurisdictionem per se exercentia. Vant. *in tract. de null. ex defectu iuris, n.* 118.

7. Quod ubi ius territoriale à iurisdictione secretum & separatum,
173 vel, ut ait Knichen. *de territ. iure. cap.* 1. *num.* 59. 60. abstractum, consideretur in ordine ad proprietatem, tunc illi subordinetur dominium privatum & bassum proprietatis, ut rectè Malderus *supra cit. loc.* notavit. sin verò cum Iurisdictione coniunctum, ut ait Knich. *d. loc.* in concreto accipiatur,
174 tunc non dominium privatum proprietatis, sed dominium jurisdictionis cum aliquo territoriali jure seu gradibus illius à Domino territoriali universitati alteri alicui, particulari domino loci fuerit concessum (prout singulariter feudi lege concedi vel accipi solet. Knich. *de jure territor. cap.* 1. *num.* 33. 34. *cap.* 2. & 4. Matth. Stephan. *lib.* 1. *discurs. Academ.* 7. *num.* 3.) erit & censebitur dominium subalternum Besold. *in thesaur. pract. verb.* Lands Obrigkeit *sub fin. & in tract. de statu Reipubl. subaltern.* (Herrschafft.)
175 quales sunt, quibus conceditur, Germanis ein Herrschafft, seu territorium, cui jurisdictio simplex & mixtum Imperium. Gilm. *lib.* 1. *rerum judicatarum. decis.* 1. *num.* 41. imo aliquando merum imperium inhæret. Gilm. *d. loc. num.* 165. Vid. Besold. *in thesaur. pract. verb.* Herrschafft *& ibidem.* VVehner. *in pract. observat.*
176 Sin verò concedatur alicui solum jurisdictio omnimoda absque territoriali jure, habebit ipse dominium altum jurisdictionis, sed subalternum, non tamen jure territorii: uti sequitur ex prædeductis: eritque Dominus *iusticiarius*, non autem Dominus *directus* istius loci Knich. *d. c.* 1. *n.* 45.

177 Ex supra deductis, ut ad Fr. Romanum redeamus, apparet, quàm ineptè ipse dominium summum bonorum Ecclesiasticorum totius Orbis tribuat universali Ecclesiæ, seu toti Sacerdotali Ordini, cum dominium directum proprietatis & jurisdictionis omnium omnino bonorum Ecclesiasticorum totius orbis non sit penes totum ordinem sacerdotalem, sed penes Summum Pontificem, ut suprà *in resolut. appendic. ad q.* 1. ostendimus. (*Recensentur F. Romani errores circa dominium &c.*)

178 Deinde quam ineptè & falsò idem Frater Romanus ea, quæ de dominio *limitato proprietatis privatorum* asserui, in ordine ad quæstionem,

utrum

utrum emortuorum Monasteriorum bona sint vacantia, ipse ab ea perperam declinet, ad *dominium subalternum vel iurisdictionis*; Cum dominium proprietatis privatorum respectu domini & juris territorialis, dicatur dominium bassum, illique immediatè subordinetur. Vt ita illud dominium proprietatis certo respectu etiam subalternum intelligi possit. Malderus *supra cit. loc.* Sin autem dominium proprietatis accipiatur *respectivè* ad dominium ususfructus, jam dominium non proprietatis, sed ususfructus dicetur subalternum, ex Vacon. à Vacun. *libr. 3. declarat. 49.* &c. 179

Hinc porrò patet, quam plurifariam F. Romanus exerret, quando sub *allegat. 499. n. 14.* dominium proprietatis bassum nominat infimum, cum dominium infimum, prout supra ex Zasio vidimus, sit dominium minus proprium. Deinde quod dominium subalternum tribuat Ordini & neget immediatis Dominis; Cum tamen ex Zasio *sup. d. loc.* dominium subalternum dicatur esse, quod quis habet in bonis propriis sitq; jus disponendi nomine proprio in suam utilitatem, adeoq; domini immediati, qui habent bassum dominium proprietatis, habeant dominium subalternum, juxta Zas. & Malder. non vero tale dominium habeat Ordo, quia hic teste ipsomet Fr. Romano *d. allegat. 499. n. 14.* non habeat dominium proprietatis. 180 182 183

Tum etiam falso F. Romanus negat, se Ordini dominium proprietatis asserere, cum tamen id ipsum, illi *q. 1. Astri n. 58.* ascribat, atque initio dicat, dominium bonorum omnium Monasteriorum particularium esse penes totum Ordinem, ac paulo post subiiciat, ut nim. huiusmodi PROPRIETAS inquiens (quæ nihil aliud est, quam DOMINIUM REI justis modis quæsitum. Hostiens. *in sum. de caus. propriet. n. 1.*) post Deum resideat penes S. Benedictum ceu caput Ordinis & familiæ, & consequenter PENES filios sive ORDINEM ipsum, velut Hæredem PATRIMONII S. Benedicti. Nam si filii & hæredes, ut ait Apostolus *Gal. 6.* Hæc ibi. Ex quibus evidenter apparet, quod F. Romanus Ordini proprietatem, dominium rei, seu tale dominium, cuiusmodi Hostiensis in *summ. de caus. propr. n. 1.* describit, attribuat. Hostiensis verò ibi describit dominium, prout illud, *in instit. de acquiren. rer. dom.* traditur; quod uti notorium est notorietate iuris, est *dominium proprietatis*. Igitur hoc Fr. Romanus Ordini ascribit. Consequenter quando exadversum Fr. Romanus hac *allegat. 494. & allegat. 499. numer. 14.* illud dominium Ordini negat, & alterius generis, nimirum jurisdictionis *dominiũ* illi attribuit, ipse sibi contradicit ac proinde dicit, duo contradictoria posse esse vera, quod ex legibus Dialecticorum constat esse falsum. 184 185 186 187 188

Peius errat Frater Romanus, quando dicit, quod quæ ego de *dominio proprietatis* privatorum asserui, possint etiam applicari *dominio* 189

 supre-

tatis. Vid. Ioann. Quintin. Hædv. *in repet. cap. novit. numer.* 114. 115 *de judic.*

106 Denique quando F. Romanus meum argumentum applicat universitati Clericorum, quam ipse vocat universalem Ecclesiam, & inde dicit inferri, universitati Clericorum non competere dominium in omnia & singula totius orbis beneficia & bona Ecclesiastica, si intelligatur de *dominio proprietatis*, prout dominium de dominio proprietatis per antonomasiam
107 intelligi solet & hîc debet, verissima est *conclusio*; sin vero accipiatur de dominio *Iurisdictionis*, jam *aliunde* ostendi in *d. quæst.* 1. *appendice*, eam quoque
108 veram esse, sin vero F. Romanus utramque putet absurdam esse, tunc ipse vel maximè absurdus esse ex supra deductis ostenditur, quæ non huc repeto, ne lectori nimis crebra dictorum & deductorum repetitione nauseam creem.

109 Eadem *sect.* 2. *num.* 1. subjiciebam hoc argumentum, *Deinde*, inquiens, *si omnia Monastica bona, quoad dominium nimirum proprietatis*, subessent omnibus Monasteriis collectivè sumptis, seu ut universis, quomodo igitur aliquorum Monasteriorum ejusdem Ordinis bona dicuntur huic vel illi Monasterio ejusdem Ordinis uniri, in ijsque acquiri dominium. *cap.*
110 *quia Monasterium de religios. domibus.* (quod antonomasticè de dominio proprietatis intelligi *supra dixi*) An quod meum est, meum amplius fieri
111 potest. *Vid. not. infra.*

Nec etiam *aliquibus* saltem *Monasteriis* dominium illud in emortuorum bonis competit, quia nec huic, nec illi jus ipsum adscribi potest. Quare enim huic potius, quam illi, vel illi quàm huic tribueretur? Et si huic, vel illi dominium bonorum, alterius Monasterij ejusdem Ordinis competit, Igitur poterit hoc vel illud Monasterium de bonis alterius Monasterij ejusdem Ordinis liberè disponere.

112 Atqui hoc non; vel certe falsum est. Igitur nō poterit dici huic vel illi Monasterio competere in alius Monasterij ejusdem Ordinis bonis dominium.

113 Irretortam hujus argumenti lucem, suo F. Romanus existimat Astri obscurari & offundi lumine, quare undique rationum conquirit radios, quibus illius splendorem perstringat, sed frustra.

Commentum Hajanum. F. Romanus *supra cit. allegat.* 494. *sub titul. Herculis columnæ*, conatur quidem illa detorquere ad Ecclesiam Universalem, prout hæc secundum ipsum dicit totum Ordinem sacerdotalem, seu potius Clericorum omnium Universitatem, indeque illud argumentum quasi absurditatis conatur redarguere.

114 *Diluitur.* Verum dum *cit. loc.* F. Romanus hanc meam argumentationem conatur detorquere ad sacerdotalem Ordinem, seu Clericorum universitatem, vel loquitur, de dominio *antonomasticè* accepto, prout hoc est *dominium proprietatis*, & tunc verissimè illi supr. d. argumentum applicatur, quia verissimum est, quod

quod tota universitas Clericorum non habeat in omnia & singula totius orbis bona Ecclesiastica dominium proprietatis. Quid enim Clerus Germanus 115 in Turcica & Græcanica bona Ecclesiastica proprietatis prætendere poterit? Nihil sane. Isto sensu videtur Caramuelis argumentum *disp. 1. an pax sit licita. in 1. sententia, conclus. 6.* propositum huc transferri posse atque usurpari.

Sin verò F. Romanus loquatur de *dominio jurisdictionis*, illud huc, ubi 116 quæritur, *utrum mortuis omnibus hujus loci collegis bona sint vacantia*, impertinens est, & à priori diversum & disparatum. Ab uno verò separatorum 117 ad aliud nec positive, nec remotivè seu negativè argumentum duci potest. Everard. *in loc. à separ. & sub. num. 2. ex l. fin. ff. de calumn. l. naturaliter. §. nihil* 118 *commune. ff. de acquir. poss. l. permiscere. ff. eodem.* præterquam quod dominia proprietatis & jurisdictionis non sibi omnimodè adversentur, Cum illud 119 huic subordinetur, prout statim ex Maldet. ostendetur. Ut proinde qui unum uni asserit, alterum illi vel alteri non neget. At qui dominium pro- 120 prietatis alicui asserit, negat illud ipsi amplius acquiri posse, eo quod semel meum amplius fieri meum nequeat. *l. cum res. & l. si major. C. de contrah.* 121 *empt. §. sic itaque Instit. de act. l. & an eadem. §. actiones ff. de except. rei judic.* quia dominium non est multiplicabile. *cap. inter dilectos. de fide Instrument. l. sequitur. §. lana. ff. de usucap.* Atque ita dominium ex una causa acquisitum, non potest ex alijs acquiri. Petr. Paul. Paris. *in repetit. c. si diligenti. n. 41. de præscript.*

Unde si toti Ordini, seu omnibus Monasterijs Ordinis S. Benedicti do- 122 minium proprietatis, in omnia & singula *Monasteria* eorumq; bona competeret, non posset eorundem *bonorum* dominium per unionem illis accedere. Hoc verò patet falsum esse. Igitur &c.

Deinde nec verum est, quod sacerdotali ordini, vel potius Clericorum, 123 Universitati competat dominium Iurisdictionis in omnia & singula totius Orbis bona Ecclesiastica, quemadmodum *supra in quæst. 1. appendice* comprobavi.

Hinc patet, quod quando F. Romanus contrarium tanquam absur- 124 dum explodit, ipse variis ex capitibus absurdus sit existimandus, maximè quando *allegat.* 494. *sub Herculis columnis, numer. 3.* dicit, quod ego de do- 125 minio Monasticorum bonorum subalterno intelligendus sim, & ipse velit illud suum dominium, quod applicat Ecclesiæ universali, seu Ordini sacerdotali, intelligi de dominio summo, quæ neque univoca sunt, & plurimum inter se differunt, pro quorum meliori intellectu, altius quædam, tam ex Canonistis & Legistis, quam ex Theologis repetam, ut inde appareat, quomodo F. Romanus peregrinos suos sensus nobis obtendat. 126

Principio Barbos. *lib. 3. de jure univ. Eccles. c. 17. n. 14.* tradit, dominium 127 bonorum Ecclesiasticorum, in hac specie (qua solet accipi pro dominio *proprietatis*, de qua & ego locutus sum) tripliciter capi. Aliud enim est *supremum*

Dominium proprietatis rerum triplex, supremum, mediū, infimū.

 quod

quod maximum & absolutum nominatur, aliud *medium* seu *subalternum*: a-
128 liud *infimum*, seu minus proprium. *Primum*, ut est jus disponendi de re ad libitum, solum competit Deo jure creationis, & Christo jure redemtionis, qui specialius habet hoc absolutum dominium in rebus Ecclesiæ, & in hoc casu intelligitur illud *Psalmi. 23. Domini est terra, & plenitudo ejus*; & habetur *in c. tua nobis. 26. de decim.* Covarr. *lib. 3 var. resolut. cap. 6. à n. 8.*

129 *Secundum* est, quod habemus in rebus propriis, & describitur, quod sit jus disponendi nomine proprio, in suam utilitatem, nemine prohibente, vel in quemcunq; usum lege permissum, & hoc modo sumitur domi-
130 nium *tot. tit. ff. de acquirend. rer. dom.* quod dominium tam habent Laici, quã Clerici non solum in bonis suis profanis & patrimonialibus, sed etiam in redditibus occasione beneficiorum suorum acquisitis, juxta opionem, quam *d. loc.* sequitur Romanus, & sic ut veri Domini possunt ea alienare & donare, & eis uti pro libitu lege permisso. *l. sed & si §. consuluit. ff. de petit. hered. l. in re mandata ff. mandati.*

131 Tertium & *ultimum* dicitur illud, quod est jus disponendi de re lege non prohibente in bonum tantum commune. Bartol. *in l. si quis vi. §. differentia. numer. 4 ff. de acquir. poss.* Bald. *in c. 1. colum. 1. de postulat. Prælat.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. numer 40. de constit.* Rebuff. *in concord.*
132 *in prooem. verb. dominus.* quale est illud, quod habet summus Pontifex in beneficiis & bonis Ecclesiæ, ut ea distribuat in bonum commune, ut docent S. Thom. *2. 2. quæst. 100. artic. 1.* Sot. *lib. 3. de just. quæst. 6. artic. 2. colum. penult.* & il-
133 lud, quod Princeps in suis subditis, & in bonis illorum habet, quod *infimum & improprium* dicitur, quippe non in suam, sed communem subditorum utilitatem exerceatur, de quo gloss. *verb. omnia per text. ibi. sic necessariò intelligendum, in l. 3. vers. quæ enim C. de quadrienn. præscript. junct. l.*
134 *item si verberatum 45. §. 1. vers. item si forte. C. de Rei vindicat. l. 1. C. ex quib. causis servi pro &c.* de quo in præsenti materia nulla nobis disputatio est, quippe cũ ad potestatem publicam spectet, non vero ad privatam singulorum utilitatem, Ita Barbos. *lib. 3. de jure univers. Ecclesiast. cap. 17. n. 14.*

135 Alij aliter dividunt *dominium*, nempe in *directum* & utile. *Directum* statuunt aliud *Generale* vel universale, aliud *particulare*, aliud *limitatum*. *Generale* vel universale dicunt competere ab alio independenter, ut Papæ, Imperatori, Regi in bonis universis sibi subditis, quoad protectionem & *administrationem*.

Dominium aliud directum, aliud utile.

Particulare, quod cuique particulari dependenter ab alio competit, ut est dominium Regis Hispaniarum respectu regni Neapolitani; Principis, respectu Ducatus; Comitis respectu Comitatus, aut quod alicui alij particulari in ordine ad territorium, seu protectionem & administrationem competit.

Limitatum dicitur, quod competit cuiq; privato, cui res pleno jure traditur, ac per illud videtur intelligi dominium proprietatis.

Utile

Utile dominium intelligunt, quod est minus principale consistens in jure 138
utendi, fruendi, & subalternatur vel subjicitur *directo*, vel saltem à *directo* est separatum, illudque directum supponit tanquam dominium perfectius, Ejusmodi utile dominium habent *usufructuarii, vasalli, emphyteutæ*, vel etiam quod ab alio utili dominio nascitur, illique subalternatur, quale est dominium subvasalli. Dicitur etiam 3. *utile dominium*, quod à *directo* dependet, nec 139
ab eo separatur, quale est, quod acquiritur per cessionem 4. denique utile dominium appellant aliqui, quod directo dominio non subalternatur, sed ei adversatur, accipiturque illud, quod est præscriptione acquisitum. Vid. Zas. *in l. si quis vi. §. differentia n. 11. & pluribus seqq. ff. de acquir. possess.* Vacon. à Vacun. *lib. 3. declarat.* 49. Vid. & pro utili dominio. Bald. *in Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles.* & Dd. *in l. eum qui de usucap. & l. qui universas. ff. de acquir. poss.* Salicet. *in l. proprietatis, n. 2. C. de probat.* 140

Utile dominiū quomodo se ad directum habeat.

His addit Zasius *in l. cum servus 39. §. constat. cum l. seq. ff. de legat. 1. n.* 10. 11. 141
Dominium *Ministeriale*, quod ad Ministerium relinquitur, ut scilicet vendatur vel commutetur, quale dicuntur habere Cistercienses, quoad jurisdictiones, territoria, servitoria, quia cum eorum non fuerint capaces, non poterant retinere, sed cogebantur vendere, & in res mobiles convertere *per c. recolentes de stat. Monach.* Simile dicitur relinqui Mendicantibus, quia non possunt retinere dominium, possunt tamen res vendere, Zas. *d. loc.* Hoc tamen dominium 142 143
diversum ab alio dominio Ministeriali, quod supra Angelis est ascriptum.

Dominium Ministeriale.

Theologi dominium variè similiter dividunt ac definiunt. Nam 144
Joannes de Dicastillo *de justit. & jure lib. 2. tract. 1. disp. 1. dub. 3. n. 2. & seqq.* secutus Tannerum *in 2. 2. disp 4. de justit. q. 1. dub. 1.* & Molin. *de justit. tom. 1. tract. 2. disp. 3.* jus in re per modum dominii, seu ut loquitur Tanner. *disp. 4. de just. q. 1. dub. 1. n. 8.* ipsum dominium latè loquendo ait esse *analogum*, & qui- 145 146
dem, ut Tanner. *d. loc. proportionalitatis* ad sua inferiora significata, nempe ad dominium jurisdictionis, & ad dominium proprietatis, idcirco seorsim definiendum utrumque esse, & dividendum. Dominium *jurisdictionis* est pote- 147
stas quædam superioritatis, & jus, quod quis habet gubernandi subditos, spectatâ in primis eorum utilitate & commodo. Hoc dominium jurisdictionis in sua latitudine comprehendit Divinum & increatum, de quo *in 1. parte*, 148
& humanum sive creatum; Hujus aliud est *Ecclesiasticum* proprium Prælatorum Ecclesiæ (qui tamen, ut est *Luc. 22. v. 25. 26. 2. Cor. 1. v. 24. 1. Petr. 5. v. 3.* patrum potius, quam Dominorum nomen, & sensum affectare debent.) per se directè ordinatum ad spirituale bonū subditorū, finemq; supernaturalem, qualis *est potestas Pontificia, Patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis & aliorū inferior.* Aliud est Politicum sive temporale, quod per se temporalem solum 149
fœlicitatem, pacemque subditorum & tranquillitatem publicam spectat, seu ad ea ordinatur, qualis *est Potestas Imperatoria, Regia, Ducalis, &c.* Istud

Theologi Dominium aliter dividunt.

Aliud increatum, aliud creatum, hoc vel Ecclesiasticum vel Politicum.

Imperium merum, mixtum.

dominium seu Imperium Magistratus â jurisconsultis dividi solet in *Imperium Merum*, quod est potestas, seu jus gladii, ut vocant, ad plectendos facinorosos, & *Mixtum*, quod est potestas jurisdictionis cum modico coercendi jure conjuncta, ut est videre apud Brisson. Ab hac divisione non multum discrepare fertur ea, qua dominium dicitur aliud *altum*, aliud *medium*, aliud
150 *bassum* seu *infimum*: *altum* vocant, supra quod nullum est aliud ejusdem ordinis, quale est potestas Imperatoris, quorundam Regum & Rerum publ. *Medium*, quod supra se & infra se habet aliud, quale est Regis, Ducis, Comitis, Imperatori subjectorum. *Bassum*, infra quod non est aliud coercitivum, quale est Comitis, Civitatis, &c. Cæterum altum dominium pro varia regiminis forma dividitur in Monarchicum, *Oligarchicum*, *Aristocraticum*, *Democraticum*.

Dominium altum, medium, bassum.

Altum dominium varium.

Dominium proprietatis antonomasticè.

Dominium vero *proprietatis*, quod antonomasticè sine ullo addito appellari solet dominium *Inst. & ff. de acquir. rer. dom.* estque præcipua & potissima species juris in re. Lugo *tom. 1 de just. disp. 2. sect. 1 n. 1.* diciturque jus quoddam
151 disponendi de re aliqua tanquam sua in suum proprium commodum, vel brevius, est jus quoddam in re velut sua. Hoc dominium residere potest, non tantum in una persona particulari, unde *particulare* dominium appellari solet, sed etiam in integra communitate, ut si civitas habeat oppidum, vineam, domum, non in usum singulorum, sed ut reditus ad publicos sumptus deserviant, hinc ea communitas perinde rem illam possidebit, ac si esset una persona particularis.

particulare.

Locorum Universitatis.

Unde hoc *dominium* â priori particulari diversum, appellari solet *locorum*, seu rerum, pertinentium ad Universitatem jure Universitatis. Quod domi-
152 nium non est jurisdictionis, sed proprietatis comparatione earum rerum, quæ ita sunt Universitatis propriæ, ut ad singulorum usum sint deputatæ, non ad communes sumptus, *Ejus generis sunt prata & sylvæ, ad pascenda pecora, & cædenda ligna, pro singularibus personis, quæ incolæ sunt* ejus oppidi. Ubi præterea notat Molin. *sup. cit. tom. 1. de just. tract. 2. disp. 3. §. Dominium locorum*, quod ejusmodi res & loca non solum sint ejusmodi oppidi aut civitatis, sed etiam domini, qui Urbi aut oppido jure dominatur, idque in suo ordine & gradu. Atque ita possit pro ratione sui gradus in populo aut civitate eis uti sine aliorum præjudicio, plura pecora, quam alii, si ea habeat, ibi pascendo, & plura ligna, si eis indigeat, cædendo, idque non solum si immediatum dominium jurisdictionis in eo oppido aut civitate habeat, sed etiam si habeat mediatum duntaxat. Hæc Molin.

153 Rursus dominium proprietatis ex parte objecti aliud est perfectum seu plenum

plenum, quod simul complectitur proprietatem rei, ejusque commoda. Aliud imperfectum, vel non plenum, quod vel solam proprietatem, vel solam utilitatem ac commoda rei continet, itaque duplex est, illud directum, hoc utile appellari solet.

Rursus dominium particulare ex parte subjecti aliud est perfectum, 154 quod consortem non habet in tota illa re. Aliud non plenum, quod consortem in ea re indivisa habet, adeoque dominium commune seu partiale vocatur.

Hæc Dicastillo Tanner. & Molin. *supra dd. loc.* quos etiam ex parte se- 155 quitur Malder, in 2. 2. *tract.* 1. *de justitia cap.* 3. *dub.* 3. qui tamen ibidem præter dominium, quod civis quisque habet in res suas, quod ipse bassum & propinquum vocat, tradit dari aliud Reip. & Principis in easdem res, idque altum seu remotum dicit, dominii propinqui perfectionem non impediens. Siquidem hæc diversi sunt ordinis & sibi subordinata, sicuti cœlum licet sit causa generationis inferiorum terrestrium, non tamen impedit perfectionem causæ particularis.

Neque propterea quoad omnia dominium altum basso perfectius est, 156 sed quodammodo se mutuò excedunt. Propinquum enim in eo superat, quod expeditius sit ad usum; altum vero præstantius sit virtute & efficacia; in necessitate enim ei cedit propinquum. Dominii alti jus reddit justitia legalis, propinqui particularis.

Subiicit *ibid.* Malderus, distingui etiam dominium in personarum, & 157 rerum; Personarum, vocat jurisdictionis, quod habet Superior Ecclesiasticus, aut civilis in homines liberos. Rerum dominium in possessiones habetur sive personæ sint, ut mancipia, sivè jumenta, sive res inanimatæ. Dominium jurisdictionis non est in commodum Domini, sicut dominium rerum.

Quibus demum subiicit, divisionem dominii jurisdictionis, supra ex 158 Dicastil & Tanner. ac Molin. relatam.

Ex supra deductis Colligitur 1. quod dominium secundum Dd. tam Theologos quam jurisconsultos dividatur in dominium jurisdictionis & proprietatis.

2. Dominium altum seu sublime jurisdictionis aliter accipiatur à 159 Theologis Maldero *supra cit. loc.* quam à jurisconsultis. Siquidem Theologi accipiunt dominium altum jurisdictionis pro plenitudine potestatis, vel etiam prout à Jurisconsultis in ordine ad Universitatem rerum & locorum consideratur. de quo Anton. *de Petr. in tract. de potest. princ.* & passim Dd.

pro-

pro suprema, territoriali jurisdictione, de quâ Knichen, aliique de jure territoriali.

160 2. Altum dominium jurisdictionis, Theologi accipiunt, pro mero Imperio, quod est jus gladii, seu potestas animadvertendi in facinorosos, *l. 3. ff. de jurisd.* Verum hoc etiam competit aliis, qui non sunt supremi & directi Domini, ut patet in aliis Magistratibus non supremis, Ducibus, Comitibus, Civitatibus, Nobilibus immediatè Imperio subjectis, imò & multi Comites, Nobiles, aliique non immediati, sed mediati in Imperio jus gladii habent. Vid. Reinkink. de jure territ. *c.1.n.*45.46 quod altum dominium jurisdictionis vocant Theologi, nec tamen jus est territoriale. Stephan, *lib. 1. discurs. Academ 7.n.5.* quod Germanicè **Landes-Obrigkeit** illud verò **die Obrigkeit** dicitur, ut iis notum est, qui in praxi forensi quotidie versantur. Vid. Reinking. *lib.* 1. de regim sæcular. Imper. *Class. 5. cap.1.n.* 68.69.

161 3. Quod territorium accipiatur 1. pro Universitate agrorum in loco circumscripto consideratorum, quatenus nimirum ditio vel territorium cujuscunque intra fines certos veluti cancellos concluditur, suisque limitibus circumscriptum, ab aliorum territoriis discernitur. Knich. *in Comm. ad jus Saxon. verb. Ducum Saxoniæ c.4.& in tract. de sublim. & reg. territ. jure cap.1. n.2.*

162 Deinde territorium, prout à terrendo derivatur, pro jurisdictione & superioritatis jure & exercitio, Magistratui ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi competente *l. pupillus* 239.§. territorium, & ibi *Gadd. de V.S.* Zas. 2.*consf.*11.*n.*1. ita ut ipse nominis sonus indigitat, Superioritatem coercitionis intra certos terminos seu fines, indicat. Chassan. *de just. & jur.* §.1. *verb. au territoire.* Marpurg. *consf.*30. *n.*94.*vol.*2. Zachar. *Viet. de Exemp.*

163 *conclus.*28.*circa fin.* Attamen frequentius accipiatur pro districtu, cui superioritas seu jurisdictio cohæret. Zas. 2. *consf.*16.*n.*47. tanquam qualitas inseparabilis. Bart. *in l.* 1.*n.*15.*ff. de jurisd.* Meisch. *tom.2.lib.2.decis.4.n.*116. & tanquam contentum suo continenti Tiber. Decian. *respons.*123. *num.* 24. *vol.* 2. ita ut licet jus superioritatis territorialis sit activè in Magistratu, Principe, Comite, &c. Bald. *in cap.* 1. *colum.* 3. *vers. si eramus de allod.* Nicol Boer. *decis.* 50. *num.*11. materialiter tamen & passivè territorio & districtui cohæreat, tanquam servitus fundo. Cravett. *consf.*411. *num.*35.

164 Ubi nihilominus hoc notandum est, quod licet ordinariè jus territoriale dicat jurisdictionem territorialem, attamen subinde ipsum jus territoriale sit ac conservetur penes Superiorem; jus gladii aut merum imperium sit penes alium; vel etiam insuper jurisdictio simplex adhuc penes alium existat. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 97. *numero* 6. Borell.

Borell. *conf. 86. num. 7. & 22.* Henricus Bruning, *de variis universitat. specieb. thesi 36. vol. 4. Basil.* Gail. *de arrest. c. 6. num. 1 vers. sed quæstio ista.* Mynsing. 165
conf. 16. n. 45. Mascard. *concl. 217. de probat.* Thoming. *conf. 10. per tot.* Meisner. *decis. Cam. 6. tom. 3.* Uti accidit in Archiepiscopatu Coloniensi, qui in multis locis habet jus territoriale; merum tamen & mixtum Imperiũ ac Iurisdictio penes alios existit, qui vel jure antichreseos, vel per subinvestituram vel subinfeudationem ejusmodi loca a d. Archiepiscopatu obtinẽt.

Ita similiter in aliis Principatibus, Ducatibus, plura existunt loca, quorum dominium Iurisdictionis altum aliis etiam Comitibus, Nobilibus est concessum, quo casu dicit Knichen. *in tract. de sublimi & Regio Territorii iure, cap. 1. num. 62.* illud intelligi de territorio abusivo, prout sumitur in prima significatione pro loco, qui quoad dominium quidem pertinet ad superiorem directum, attamen iurisdictione destituitur. Purpurat. *conf. 479. n. 12. cum seqq. lib. 2.* 166 *Dominiũ iurisdictionis altũ.* 167

5. Quod jus territoriale prout accipitur pro *iurisdictione territoriali*, involvat etiam dominium fundi & agrorum, quod *Malderus* dominium altum *supra dub. 3.* nominat, ratione cuius in necessitate uti potest rebus singulorum. *v. c. tempore belli*, ut hostem arceat, excitando in fundo privatorum munitionem, aut fortalitium, aut hosti bellum moventi, nec alia ratione domando, quàm ut aliqua loca tradat, ea cedendo; quo tamen casu *quinque* requiruntur 1. ut nimirum occupaturus aut concessurus alterius privati bona, utatur plenitudine potestatis, vel ab ipso eam facultatem acceperit; *deinde*, justa interveniat causa, nempe necessitas inevitabilis, cui aliunde provideri nequeat, vel utilitas maxima, respiciens non privatum Principis, sed totius communitatis publicum comodum, cui privatorũ res cedunt; tum ei, cui auferuntur bona, detur à communitate compensatio detractâ quotâ ipsum privatum contingente, ac denique causa, ob quã aufertur, duret, alioquin ea cessante in integrum restituatur, de quibus in *quæst. 4. pluribus* agetur. 168 *Ius territoriale.* 169

6. Quod qui jure territorii jurisdictionem habet, eam dominii & realis juris titulo, neque alieno sed suo nomine usurpet, necesse est; quod tamen in *Officiariis*, & iis, qui jure Magistratus administrant, secus est, quia his non conceditur jurisdictionis proprietas, sed administratio officio annexa. Reinking. *de Regim sæcular. Imperii lib. 1. class. 5. c. 1. num. 17.* Knich. *de sublim territorii iure. c. 1. n. 171. 172.* Unde qui territorii seu universitatis dominiũ directũ vel potius dominatum habet, directus dicitur Dominus. Knich. *d. c. 1. n 45.* Ioan. Phil. *conf. 39. n. 34. & 35. & conf. 40. n. 1.* Et secundum Vacon. & Zas. *sup. ci. l.* dicuntur habere dominiũ directũ universale. Cui verò jurisdictio loci solummodo comissa est, vocatur Dominus simplex. Knich. *d. loc.* vel etiam secundum Vacon. & Ias. Dominus particularis. 170 *Officiarii & Administratores, quomodo ab aliis differant.* 171 *Directus dominus territorii.*

Deinde quod qui fundatam habet intentionem in universali, censetur etiam fundatam habere super rebus singularibus, eo quod singula 172

utrum emortuorum Monasteriorum bona sint vacantia, ipse ab ea perperam declinet, ad dominium subalternum vel iurisdictionis; Cum dominium proprietatis privarorum respectu domini & juris territorialis, dicatur dominium bassum, illique immediatè subordinetur. Vt ita illud dominium proprietatis certo respectu etiam subalternum intelligi possit. Malderus *supra cit. loc.* Sin autem dominium proprietatis accipiatur *respectivè* ad dominium usufructus, jam dominium non proprietatis, sed usus-fructus dicetur subalternum, ex Vacon. à Vacun. *libr. 3. declarat. 49.* &c. 179

Hinc porrò patet, quam plurifariam F. Romanus exerret, quando sub *allegat.* 499. *n.* 14. dominium proprietatis bassum nominat infimum, cum dominium infimum, prout supra ex Zasio vidimus, sit dominium minus proprium. Deinde quod dominium subalternum tribuat Ordini & neget immediatis Dominis; Cum tamen ex Zasio *sup. d. loc.* dominium subalternum dicatur esse, quod quis habet in bonis propriis sitq; jus disponendi nomine proprio in suam utilitatem, adeoq; domini immediati, qui habent bassum dominium proprietatis, habeant dominium subalternum, juxta Zas. & Malder. non vero tale dominium habeat Ordo, quia hic teste ipsomet Fr. Romano *d. allegat.* 499. *n.* 14. non habeat dominium proprietatis. 180 182 183

Tum etiam falsò F. Romanus negat, se Ordini dominium proprietatis asserere, cùm tamen id ipsum, illi *q.* 1. *Astri n.* 58. ascribat, atque initio dicat, dominium bonorum omnium Monasteriorum particularium esse penes totum Ordinem, ac paulo post subiiciat, ut nim. huiusmodi PROPRIETAS inquiens (quæ nihil aliud est, quam DOMINIUM REI justis modis quæsitum. Hostiens. *in sum. de caus. propriet. n.* 1.) post Deum resideat penes S. Benedictum ceu caput Ordinis & familiæ, & consequenter PENES filios sive ORDINEM ipsum, velut Hæredem PATRIMONII S. Benedicti. Nam si filii & hæredes, ut ait Apostolus *Gal.* 6. Hæc ibi. Ex quibus evidenter appatet, quod F. Romanus Ordini proprietatem, dominium rei, seu tale dominium, cuiusmodi Hostiensis in *summ. de caus. propr. n.* 1. describit, attribuat. Hostiensis verò ibi describit dominium, prout illud, *in instit. de acquiren. rer. dom.* traditur; quod uti notorium est notorietate iuris, est *dominium proprietatis*. Igitur hoc Fr. Romanus Ordini ascribit. Consequenter quando exadversum Fr. Romanus hac *allegat.* 494. *& allegat.* 499. *numer.* 14. illud dominium Ordini negat, & alterius generis, nimirum jurisdictionis *dominiũ* illi attribuit, ipse sibi contradicit ac proinde dicit, duo contradictoria posse esse vera, quod ex legibus Dialecticorum constat esse falsum. 184 185 186 187 188

Peius errat Frater Romanus, quando dicit, quod quæ ego de *dominio proprietatis* privatorum asserui, possint etiam applicari *dominio* 189

repet. d. l. 2. post q. 43. n. 127, 128, & seqq. Ita nec in moralibus sequitur; homo hæc & illa peccata venialia evitare potest, ergo & omnia simul peccata venialia evitare poterit. Nec enim valet argumentatio *à sensu distributivo ad sensum collectivum*. Et confirmatur ex eo, quod aliud sit *singulis* convenire, & aliud *Vniversitati*; quia quando singulis etiam pluribus convenit, iis extinctis extinguitur etiam jus, quod illis competebat; quando verò *Vniversitati*; tunc etiam extinctis his & illis, non extinguitur jus Vniversitatis, etiāsi ad unum deveniat aut devolvatur, quin etiam si & hic moreretur, alio & aliis substitutis, adhuc perseverare dicitur universitas. *c. qui manumittitur. 12. q. 1. Dd. in l. sicut. §. in Decurionib. ff. quod cuiusque univers. nom. l. proponebatur ff. de iud.* fac. not. Guilelm. de Monte Lauduno *in repet. Proam. Clem. n. 3. 4. 5. 6.* 200 201

Aliud est, quod singulis, aliud quod universitati convenit.

202 Ex his consequens est, quam variè F. Romanus exerrârit, nec irretortam huius argumenti lucem ferre potuerit.

203 Neque ex argumento meo consequitur, prout exadversum F. Romanus *d. tit. Herculis columna. nu. 6.* perperam & falso existimavit, *posthac huiusmodi bonis ablatis pertinacius inhæsuros hæreticos, cum me Doctore discant, nullum jus & actionem in illa competere universali Ecclesiæ, nedum Ordinibus Religiosis,* licet ibidem sibi contrarius fateatur, me passim *in Astri Eclipsi* universali Ecclesiæ ascribere jus aut dominium in bona Ecclesiastica destituta. 204

205 At quæro à F. Romano, quo folio, quâve paginâ aut columnâ ego universali Ecclesiæ *synecdochicè pro capite accepta* negem jus aut dominium in bona Ecclesiastica per hæreticos ablata? Nullo, ac Nulla. Proinde huic dabitur Ecclesiæ universali actio & jus in judicio Ecclesiastico persequēdi ac repetēdi bona Ecclesiastica mortuis eorum imēdiatis Dominis per Hæreticos invasa, vel iis vivis adhuc ablata & spoliata. Paul. de Castro. *cons. 66. n. 3 par. 1. per t. cùm sit. c. conquestus de for. compet.* gloss. *in c. relatum. 21. verb. coram sæcular. per illum text. de iure patron.* & ipse F. Roman. *q. 1. astri. n. 33.* asseverat, non tamen in utilitatem suam, sed Ecclesiæ universalis; eò quod *dominium* quidem *directum* habeat bonorum Ecclesiasticorum, sed in ratione dominii *infimum* seu *minus proprium*, quemadmodum ex Zasio *supra* vidimus, licet in *ratione potestatis* universalis sit *supremum*, prout alii Dd. illud dominium considerant. 206 207

208 Vnde patet, quod nihil iuris tribuatur Hæreticis invasoribus aut spoliatoribus in bonis Ecclesiasticis invasis aut spoliatis, licet asseratur, *dominium proprietatis* immediatum, mortuis omnibus Collegis Religiosis dominis immediatis, extinctum esse, neque illud Ordini Generalem non habenti attribuatur; quia dominium *directum supremum*, seu etiam diverso respectu *infimum proprietatis* penes universalem Ecclesiam, seu eius caput dicitur remanere; quemadmodum decidit S. Rota Romana 29. *Maii An. 1641.* *coram Eminentissimo D. Verospio S. R. E. Cardinali*, eo quod Summo Pontifici 209 210

qui dum Dei vices hic in terris gerit, censeantur à principio donata fuisse omnia bona Ecclesiæ, aut ex munificentia Principum Virorum aut aliorum pietate concessa. Bald. in l. hæreditas. num. 8. ff. de hæredib. instit. *quorum dominium directè in Ecclesiam dicitur etiam absque traditione transire*, ut certum esse docet Petr. Paul. Paris. *in repet. c. in præsentia. de probat. per l. fin. C. de SS. Eccles.*

211 Quod vero Ordini S. Benedicti dominium *proprietatis* aut *iurisdictionis* in omnia & singula Monasteria; eorumque bona non competat, locuples & omni exceptione maior est testis Anton. de Butr. *in c. in præsentia. col. antepen. & ult. n. 64. de probat.* Vbi notat, quod olim nec monachi diversorũ Monasteriorum, nec plura Monasteria constituerint unum corpus, licet essent ejusdem Regulæ; sed Monachi unius Monasterii fuerint huius &

212 non alterius, & quodlibet Monasterium habuerit per se caput. Hodie repetiantur quidem plura Monasteria unita sub eodem capite, & una congregatione, uti Camaldulense & Vallis Vmbrosæ: at si Monachi profiteantur certam Regulam & in certo Monasterio *v. c. in Monasterio S. Proculi, in Monasterio S. Stephani &c.* seu professio specialis *fiat in Ordine ad loca par-*

213 *ticularia*, etiamsi plura Monasteria sub uno essent capite: tunc tamen bona pertinebunt & applicabuntur illis particularibus locis, ubi professi ingrediuntur, eorumque dispositio ad superiorem istius loci specialis spectabit; secus si professio fiat in genere subalterno, *id est*, professio fiat ad certam regulam & Ordinem, &c. qui certum claustrum non sunt expressè professi, habentque unum superiorem, in cuius manibus, vel fit professio,

214 vel eius nomine recipitur; tunc talium bona non loco recipienti, sed toti Ordini acquiruntur; quia cum in ordinibus non mendicantibus causa acquisitionis bonorum Monasterii, fit professio, & per illam fiat incorporatio, neq; hæc determinetur ad certum locum, sed ad Religionem in universo, ideo bona non certo loco, sed Religioni in genere acquirentur, ut sic effectus naturam suæ causæ sequatur, atq; ad rationem ampliorem vel strictiorem vel limites causæ suæ amplietur vel restringatur. Vid. Anton. de Butr. *dict. loco.*

Differentia ordinum quoad acquisitionem bonorum.

215 Unde cum in Ordine S. Benedicti hic in Germania, fiat professio juxta regulam S. Benedicti, sed in Ordine ad certum Monasterium, licet plura Monasteria sint sub una aliqua congregatione *v. c. Bursfeldensi*, ideo nec eorundem bona toti Ordini S. Benedicti nec illi congregationi, sed certo illi monasterio, in quo sunt professi, erunt acquisita, atq; ad illud & non ad alia monasteria pertinebunt, seu penes illud, & non penes alia Monasteria licet eiusdem Ordinis vel etiam congregationis eorum bonorum erit dominium proprietatis.

216 Adhæc quod dominium Iurisdictionis in d. bona non sit penes Ordinem S. Benedicti, patet; quia Ordo ille non unum habet pastorem seu caput intrinsecum hierarchicum, seu sacrum politicum, ut notoriũ est; in cuius manibus

nibus vel fiat professio, vel ejus nomine recipiatur, licet habeat unum *caput familiæ* S. Benedictum, à quo tanquam fonte reliqui suam traxere familiam.

Deinde ita idem Ordo dicitur unum *corpus familia*, nomine hoc accepto, prout *in l. pronunciatio*, §. *familiæ*. & ibi Goed. & Næv. *ff. de V. S. notant*, accipitur: aut prout totus Ordo iisdē Regulis S. Benedicti utitur, ut unus sit unitate *conformitatis* Regulæ aut secundum modū vivendi, juxta *c. recolentes de stat. Monach.* vel etiam unum corpus dicitur *unitate charitatis spiritualis*, non autē dicitur unum corpus sacrum Politicum, seu hierarchicū, quod uno Pastore & uno capite intrinseco regatur, ut palam est. Sic igitur multifariā accipi potest *unitas*, ut videre est apud Præpos. in *c. quāvis n. 2. dist. 21. & in c. sicut n. 6. dist. 40. & ibi* Archid. Alber. de Ros. *in reper.* Ita similiter *corpus* & *familia* varie accipi possunt, ut videre est *in d. l. pronunciatio*, quæ notanda sunt, ne quis aliàs à F. Romano sub homonymia vocū decipiatur. Quod deniq; *n. 7. eadem allegat.* 494. cavillatur, circa verba, *vide nos infra*, poterat ipse se ad *n. 8. ejusdem sectionis* 2. sequentem reflectere, & quod jam ante deduximus, propositum invenire. 217 218 219

Eod. §. I.

Cæteroqui ad Argumenta nostra F. Romanus, sicut ante hac, ita nec nunc respondere potest, quare in *Astri Eclipsi* referebā, distinguit, *inquiens*, F. Romanus in argumento nostro terminū *ordinis*, & ait: Nec toti Ordini, nec aliquibus ex Ordine, sed Ordini in comuni, vel Ordini ut universali jus esse in dictis Monasteriis emortuis *q. 1. n.* (videlicet 20. 22.) 27. 28. (57. *in fin.*) 58. 60 61. (62. 65.) 67. 68. 80. 82. 83, &c. Atq; ita *Ordinem* accipit, prout ipse Ordo à quibusdam tantum mente concipitur, à singularibus Monasteriis vel Monachis abstractus, non verò prout à parte rei existit. Sic enim Ordo est quid singulare, & non aliquid in communi. Atqui (quidquid sit de abstractione illa, utrum ejusmodi hoc in casu dari possit, nec ne) nos hic agimus de Ordine, prout quid est à parte rei capax hujus vel illius actionis realis, &c. quam à parte rei seu re ipsa in judicio, ipse apud judicem proponat, ut F. Romanus, licet invitus, fateri debet, *tota hac q. 1.* & maximè, quando vult, *Ordinem agere posse de spolio.* Actiones autem sunt singularium. *q. 1. Astri n.* 80. Igitur Ordo non potest hic considerari, ut quid in communi, seu prout a singularibus fingitur abstractus &c. 220 *Ordo quoad nomen & rē.* 221 222

F. Romanus *ab allegat.* 275. *usq; ad allegat.* 284. adeoque per decem numeros satis verbose asserit, se supra cit. locis dicere, *Ordinem Religiosum esse unam familiam, esse corpus, esse universitatem, in illo seu toto esse actuales partes & membra; Monasteria S. Benedicti omnia simul sumpta esse Ordinem S. Benedicti seu membra ut universa constituere suppositum, non vero ut singula, hinc neq; pes est homo, neq; tibia, neq; manus &c. non vero Ordinem Religiosum esse universale à singularib. abstractū, nisi apud me loco universitatis legatur universale.* 223 *Commenta Haitna.*

Verum F. Romanus nunc hoc, nunc illud asserit, ut si unum impugnetur, ad aliud recurrere possit. Quod autē ipse hac *q. 1.* Ordinē, cui tribuit bono- 224 *Distinguuntur.*

rum

rum dominium, non tantum ut universitatem, seu Monasteria S. Benedi-
225 cti omnia simul sumpta, ut universa, sed etiam *abstractè*, & in genere, adeoque universaliter consideret, satis indicant verba *d.q.1.astr.n.20*, pro se allegata, quia dominium bonorum illorum remansit PENES ORDINEM IN GENERE. Et ex Francisc. de Rubiis. *nu.* 22. ibidem allegata; adest enim, nimirum qui agat pro recuperatione &c. IPSE ORDO IN GENERE repræsentatus per Abbates Germaniæ, qui supponuntur tanquam membra subiecta uni capiti, nempe D. Benedicto, eorum Patri. Qui etiam, uti singuli, legitimam personam habent petendi huiusmodi restitutionem pro u-
226 tilitate Ordinis & Religionis. Quod si *Ordo in genere* repræsentatur per Abbates Germaniæ, & similiter alibi Ordo repræsentatur per Abbates aliorum locorum, quis non videt, quod absolutè *Ordo in genere* ab his vel illis Abbatibus repræsentantibus abstractus (qui, ut dicit idem Romanus *q.1.n.* 83 *& sub alleg.* 275. *& seq.n.6.* extra sua singularia nō exsistat &c. sed illa omnia complectatur) aliquod superius & universalius Ordine hoc vel illo modo per certi districtus Abbates repræsentato à F. Romano constituatur; Ut proinde illi diutius non sit inhærendum. Illud tamen ex *cit. numeris* colligendū
227 est, quàm multipliciter hic sibi contradicat F. Romanus, quia *n.* 82. tradit, Ordinem dicere & repræsentare omnia Monasteria ut universa, at *n* 22. Ordinem repræsentare Abbates Germaniæ.

Contraria F. Romani doctrina.

Iterum *n.*27. quodlibet Monasterium licet omnia Collegialia & Privilegialia retinuerit, tribunal tamen Iudicis per semet accedere non posse. Et *n.* 22. Abbates Germaniæ uti singulos legitimam personam habere, petendi huiusmodi restitutionem pro utilitate Ordinis. Et *n.*24. Merito Abbates & Monachos Ordinis S. Benedicti non qua intitulatos in suis Monasteriis, sed qua Religiosos ejusdem Ordinis & familiæ, qua filios S. Benedicti REPETERE JURE HÆREDITARIO legibus SIBI CONCESSO, parentis sui *patrimonium*, ab hostibus direptum &c.

Unde si singuli Abbates habent legitimam personam petendi restitu-
228 tionem bonorum Ordinis sui, & quidem tanquam patrimonii sibi JURE HÆREDITARIO concessi, sed per hæreticos ablati, etiam poterunt singuli Abbates, aut quodlibet Monasterium, tribunal Iudicis per semet accedere; Cum quilibet filius aut hæres per semet possit accedere tribunal Iudicis. *l. si bona fidei* 32. *& ibi gloss. & tot. tit. de petit hæred. tot. tit. ff. expilat. hæred.*
229 *l. fin. C. unde vi &c.* At contradictorium eius simul asserit F. Romanus *d. nu.* 27. quod quodlibet Monasterium, licet omnia collegialia retinuerit; tribunal tamen judicis per semet accedere non possit. Sed his & similibus obiter notatis redimus ad lineam.

230 Idem F. Romanus supra citatum Argumentum evasurus, sub *allegat.* 493. *tit. nebulæ.* præmissis more suo calumniosis dicteriis, quasi *de bonis temporalibus Monasteriorum, formem discursus, de æternis Monasticum servem silen-*

Nova commenta Haiena.

ſilentium, contra illud, Matth 6. *quærite primum Regnum Dei & Iuſtitiam ejus, & cætera adiicientur vobis*, Cui n. 7 *accuſando* ſubjicit: *Præterea, nomen Religioſi Ordinis, ut par erat, rarenter uſurpem, ſed ejus loco nominem ordinariè Monachos aliorum Monaſteriorum, quo termino nonnullos ejuſdem Ordinis excludam, & ſic nihil probem; quia uno vel altero excluſo, jam totus Ordo non intelligitur*. Sed eſto, *nulla hoc nomine perſona excipiatur Ordinis, adhuc magna eſt differentia; quia nomine Ordinis velut unius complexi, venit tota Univerſitas Ordinis, adeoque totum aggregatum ſemel & ſimul. Nomine verò aliorum Monachorum veniunt ſingula partim individua incomplexa. Cùm ergo cauſa Univerſitatis ſeparata ſit, à cauſa ſingularium, ut eam ſubterfugiam, hinc iſta fallacia dictionis frequentiſſimè me fallere dicit incautum Lectorem.* Eadem fere repetit *ſub allegat.* 499. *n.* 16. 17. 231 232 233 234

Hæc F. Romanus, quibus ſe calumniari duntaxat oſtendit. Annon ea, quæ *q.* 3 de fine *cujus, & cui* piorum legatorum ac donationum, itidem quæ *q.* 6. de mente fundatorum à me proponuntur, ſpectant æterna? In reliquis F. Romanus minimè meum petit argumentum, ut palam eſt, ſed quæ in Aſtro *ſub n.* 22. 24. propoſuit, impugnat, ut appareat, non Confinium horti ſe eſſe authorem, prout alibi monui; præterquam quod & opus Romani ſit plurium *Rhapſodia* & cento male cohærens: De reliquis mox plura. 235 *Diſcutiuntur.* 236 237

Quod vero F. Romanus ſe ipſe ſuamq; jam præmiſſam doctrinã oppugnet, patet ex ejus *q.* 1. *Aſtri n.* 22. ubi tradit, *Ordinẽ in genere, repræſentari per Abbates Germaniæ, qui ſupponuntur tanquam membra ſubjecta uni capiti, nempe D. Benedicto eorum Patri. Qui etiam uti* SINGULI, *legitimam perſonam habent petendi hujuſmodi reſtitutionem, pro utilitate Ordinis & Religionis.* Et ibid. num. 24 inquit. *Proinde meritò Abbates & Monachi Ordinis S. Benedicti adſunt, non quà intitulati in ſuis Monaſteriis, ſed qua Religioſi eiuſdem Ordinis & familiæ, qua filii S. Benedicti, repetuntque* JURE HÆREDITARIO *legibus ſibi conceſſo, Parentis ſui* PATRIMONIUM *ab hoſtibus direptum. Nam hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus conceditur actio.* ff. quæ in fraud. l. ait Prætor. n 25. l. ſi ager ff de rei vend. *Nec immeritò quidem, quia ſi Religioſis alicujus Ordinis conceditur actio, pro Monaſterio comparando, quod nunquam habuerunt, & in quo nullus adhuc titulum acquiſiverat: quanto magis pro eo, quod poſſederunt, & quo ſpoliati ſunt &c.* 238 239 240

Ex hiſce propoſitionibus F. Romani quis non videt, ſupra præmiſſam doctrinam *ex allegat.* 493. *n* 2. allatam (*quod* nimirum *nonniſi totum complexum Ordinis ſeu tota Univerſitas agere poſſit*) impugnari. 241

Adhæc notandum, quod ego in citata à F. Romano *l. ait prætor. ff. quæ in fraudem creditor.* numerum 25. non inveniam; ut proinde is non rectè à F. Romano fuerit citatus. Quod ſi velit *l. ait prætor, il.* 2. §. 23. citare, non video, quid ille §. ad rem faciat. 242

Exadverſum ego contra F. Romanum ſic argumentor; Nomine *Ordinis* aut 243

244 *nis* aut intelliguntur Monachi omnes ejusdem Regulæ vel ut Universi, vel
245 ut singuli, aut Monasteria omnia vel ut universa, vel ut singula; iisque vel
ut universis vel ut singulis asseritur dominium. Quod si nomine Ordinis intelligantur Monachi omnes ut Universi, (prout ego quoque in
meo assumo argumento) tunc certè nemo ab Ordine potest dici à me
exclusus, sed totum complexum, tota Universitas Ordinis, adeoque totum
aggregatum semel & simul fuit à me propositum, teste ipsomet F. Romano,
246 *sub suis denis allegat. à 275. usque ad 284 n 6. in aviario suo. ex q. 1. Astri.*
n 82. ubi Observandum dicit, *aliud esse membra ut singula, & aliud membra ut universa. Membra ut singula non faciunt suppositum, hinc neque pes
est homo, neque tibia, neque manus. Et similiter Monasterium Schurense non
est Ordo S. Benedicti, nec Monasterium Lorchense, & sic de cæteris &c. Membra vero ut universa, cõstituunt suppositũ, hinc pedes, manus, brachia, caput &
corpus simul sumpta cũ animâ, faciunt hominẽ, & sunt homo, similiter &, Monasteria S. Benedicti simul omnia sumpta sunt Ordo S. Benedicti.* Hæc ipse &c.

247 Unde cum ego etiam loquar de Monachis ut universis, non potuit sine
falsitate à F. Romano *d. allegat.* 493. allegari, quod ego nomen Ordinis usurpẽ
pro Monachis aliorum Monasteriorum, nonnullis eorum exclusis, nisi velit
conventum hujus monasterij mortuum, adhuc vivæ universitatis complexo
accensere. Itidẽ falsum est, quod ego Ordinẽ pro Monachorum singulis individuis incomplexis accipiam.

248 Ast aliud hic occurrit, quod neq; in hac *sui aviarii* recitata modo doctri-
Commenta Hajana. na conquiescat F. Romanus, sed aliã in Confinibus *sub allegat* 499 *n* 17 obtrudat. *Et nomen*, inquiens, *Ordo, nomen est universitatis. Est enim collectio
pluriũ corporum rationabiliũ speciali nomine attributo. Host*: in sum. de Syn-
249 dico. n. 1. *sive ut* Azo *definit universitatem: Est collectio plurium corporum, inter se distantium. Unde à Iurisconsultis Romanis* in astro q 1. n. 68. *citt. talis
collectio ejusdem instituti Regularium, nominatur Corpus Ordinis: ab Alexandro III.* in c. recolentes. de stat. Monach. *Societas Ordinis à Bartolo* Collegiũ
Ordinis: *quæ omnia & similia sunt nomina juris, intellectualia, animâ carentia Innoc.* in c. gratum. de sent. excomm. *glo.* in c. suscepti. extrav. Ioan. XXII.
250 de elect. verb. Capitulum. *Nomen autem (alii* Religiosi) *non est nomen Iuris,
sed singularium singulariter existentium. Ordo item, universitas, & similia,
significant personam repræsentatam.* l. municipes. ff. ad municip. *Abb.* in c. no-
251 vit. n. 2. de his quæ fi. à Prælat. *Alii verò Religiosi significant personas veras singulariter existentes. Ac licet à parte rei, hujusmodi Ordo, vel Societas, non sint
alius vel aliud, quam homines Ordinis. Bald* l. sicut municipium. ff. quod cujusque univers. n 1. *Causa tamen universitatis sive Ordinis separata est à causa
singulorum*

Ac *n.* 18. sumit ipse nomen *Ordinis pro tali aggregato integro, quod complectatur totam collectionem omnium Regularium illius instituti. Nomen*

autem

autem, alii Religosi, ego non usurpem pro toto tali integro; quia excludam illos Regulares, qui in tali Monasterio, de quo sermociner, sunt aut fuerunt. Unde & sæpius dicam, Alii Monachi, id est, non isti. Inspiciatur Index Eclipseos lit. M. verb Monachi ex aliis Mon. Ordo autem omnes includit, nemine excepto. 252 Hinc est quod argumenta mea, tam allegat. 499. ex q. 2. Eclips. astr sect. 3. c. 1. n. 23. quam in Herculis columnis sub præmissa allegat, 499. superius allata, contra Ordinem nihil probent, quippe quæ causam Ordinis ne attingant quidem sed aliorum duntaxat Religiosorum ejusdem Instituti; probent verò solum id quod negatum fuit nunquam, nempe alios Religiosos Ord. S. Benedicti in aliis Monasteriis exsistentes non 253 habere Dominium, aut possessionem immediatam sive bassam istius ejusdem Ordinis Monasterii sive florentis sive destituti: ipse autem etiamnum dicit, Ordinem possidere, & Dominium ejusdem habere subalternum idest altius basso & inferius summo. 254 Qua in sententia eo firmius perstat, quod videat, me omnibus viribus meis examinatis & excussis, ne unum protulisse argumentum, quo scopum ipsius attigerim, nedum everterim. Hæc ipse satis audacter.

Sed quod spectat ad nomen Ordinis, illud Polysemon est. Nam 1. est Ordo 255 Discutiuntur. seu dispositio rerum per prius & posterius, de quo ordine latè Thomas Conanus Ferrar. in repet proœm. Decret. n. 84. & seqq. ubi inter alia dicit, Ordinē Doctrinæ triplicem dari, nempe compositivum, resolutivū, ac definitivum, vox Ordo est polysema. de quo ibid. 2. Est Ordo Sacramentalis seu Sacramentum Ordinis, de quo in tit. de temporib. Ordinat & seqq. tit. 3 Est Ordo Religiosus, quem nec Host. in summ de Syndico. n. 1. nec Azo. in tit quod cuiusque univers definiunt, licet 256 Universitas. ibidem uterque definiat universitatem Et quidem Host. in sum. d. tit. definit, quod universitas est collectio plurium corporum rationabilium, speciali nomine attributo. ubi addit Azo, dixit, inquiens, plurium corporum inter se distantium. ff. de usucap. l. rerum mixtura, quod non placet Domino meo: sed posuit rationabilium ad differentiam gregis Idem n. 2, definit. quid sit Collegium, Collegium. 257 & dicit est plurium personarum collectio simul inhabitantium speciali nomine attributo: Ut Canonici S. Victoris, Parisiensis, & S. Genovefæ, & NB. Monachi S. Periculi Bononiensis ibid. 3. definit Quid sit Corpus? dicitque, est Corpus. collectio personarum &c ut proximè, sive simul habitent, sive non, ut pistores, Navicularii, & similes. Et n. 4. Quid Societas. Respondetque idem, quod Corpus: sed differunt, quia Societas contrahitur gratiâ commodioris usus & uberioris quæstus. Societas. ff. pro Soc. l. coiri Societatem. & l. seq. quod non est in Corpore, seu Collegio. Habent ergo se hæc nomina tanquam genus & 258 species ff eod. sc. quod cuiusque univers. nom. l. 1. & ff quod met. caus. metum. NB. §. animadvertendum.

Unde F. Romanus quando Collegium & Corpus indiscriminatim pro iisdē

 accipit

accipit, ex Azone ab ipso *cit.* refellitur. *in summ. rubr ff. Hic enim quod cujusq;*
259 „ *Vnivers. nom. n.* 1. ait, ut *primò* videamus, quid sit *Vniversitas.* Et quidem *Vni-*
„ *versitas* est plurium corporum collectio inter se distantium uno nomine
„ specialiter eis deputato, collectio. *Plurium* ideo dixi, ut notetur, differre
„ Universitatem ab Individuis, vel speciebus; ut bove & Socrate, secundùm
„ Legistas, qui non plura corpora, sed cujuslibet rei partes colligunt; *in-*
„ *ter se distantium*, ideo apponitur, ut discernatur totum *integrale*, quod
„ non distantia, sed conjuncta plura continet ab Universitate, *ut est* in
„ armario & carruca; *specialiter eis deputato*, ideo ponitur, ut per hoc appa-
„ reat, hoc nomen homo (licet plura corpora significet) non esse universi-
„ tatem; quia nulli vel nullus est specialiter deputatus. Et possunt hic alleg.
260 „ *l. de usucap. l. rerum mistura* Illud tamen Notandum, quod licet dicatur *ru-*
„ *brica*, quod *cuiusque universit.* non tamen de *qualibet* universitate, puta *de*
261 *grege*, sed *rationabili* tantum tractatur, ut de populo, Collegio, Societate &c.
Hactenus Azo. Vnde patet, quod quando F. Romanus *Ordinem*, cum toto *integrali*, ejusque partibus, v. c. cum homine, pede, manibus & aliis &c. comparat, ab Azone recedat, & ab eodē in præmissis verbis rejiciatur. Vt proinde
262 ipse authorē istum falsò & perperam pro se citarit.

Porrò si Ordo est nomē universitatis, vel universitas) ut asserit F. Rom *d. alleg.* 498. 499. *n.* 17. efficietur, quòd singula Monasteria sint Ordo; quia singula Monasteria sunt quædā uniuersitas; Cū singula Monasteria sint collectio pluriū corporum rationabiliū, speciali nomine attributo. Cujusmodi collectio Azoni *cit. loc.* est universitas. At F. Romanus *in suis decem allegationibus nim. à* 275. *usque* 284. *n.* 6. negat singula Monasteria esse Ordinem. Et consequenter negabit esse universitatem, adeòque sibi contradicet.

263 Notandum autem est, quod in sæcularibus triplex detur uniuersitas 1. Alia *larga* quæ facit provinciam, & habet merum ac mixtum imperium. 2. alia *minus larga*, quæ constituit civitatem. Et ideo de jure communi non habet merum & mixtum imperium, sed tantum jurisdictionem in levioribus, & usque ad certam summam. 3. dicitur *minima*, ut castrum, villa. Vid. Franc. Marc. *quæst.* 366 *n.* 16. *tom.* 1. quæ secundum proportionem universitatibus Ecclesiasticis poterunt accommodari.

264 *Resp. ad Host. Azon. Bald.* Quod verò addit, Ordinem Religiosum esse nomen juris, nusquam adhuc ostendit F. Romanus, nec Host. neque Azo *cit. loc.* illud testificantur. Baldus *in cit l. sicut.* §. *si quid in addit n.* 1 *&* 2. dicit, universitatem *in abstracto* consideratam esse *nomen Iuris*, & intelligi de jure & repræsentatione; at *in concreto* consideratam esse nomen personarum, nihilque aliud esse homines constituentes Vniversitatem, quàm ipsam universitatem, quæ *in concreto*
265 considerata, verè per se possidet, præscribit. Vid. Baldum d. loc. *Atqui nos* loquimur de Vniversitate *in concreto* considerata. *prout verè* dicitur *domina esse bonorum*, eaque possidere. A qua acceptione aliena est Vniversitas *in abstracto*

ſtracto conſiderata, quam *etiam in Eclipſi Aſtri* contra F. Romanũ oſtendi, hîc non eſſe attendendam, ubi ipſa vera domina bonorum conſtituitur, eaque poſſidere aſſeritur.

Neque his contradicit, ſed potius conſentit Bart. *in l. aut facta. §. nonnunquam n.3 ff. de pœn* Quærens, *an Univerſitas ſit aliud, quàm homines Univerſitatis?* Et Reſpondet. Quidam dicunt, *quod non*, ut not. *in d. l. ſicut §.1. ſup. quod cujuſque univerſ. nom. & l.1. in fin. ſup. de Colleg. Illic.* & hoc tenent Omnes Philosophi Et Canonistæ, qui tenent, quòd totum non differt realiter à ſuis partibus. Veritas eſt, quod ſiquidem loquamur realiter, Vere Et Proprie, ipſi dicunt verum. Nam nil aliud eſt univerſitas ſcholariũ, quàm ſcholares: ſed ſecundùm *fictionem juris* ipſi non dicunt verum. Nam univerſitas repræſentat unam perſonam, quæ eſt aliud à ſcholaribus, ſeu ab hominibus univerſitatis. *l. mortuo ſup. de fidejuſſ.* quod apparet, quia recedẽtibus omnibus iſtis ſcholaribus & aliis redeuntibus eadem tamen univerſitas eſt. Item mortuis omnibus de populo & aliis ſubrogatis idem eſt populus *l. proponebatur ſup. de jud.* Et ſic aliud eſt Univerſitas, quàm Perſonæ, quæ faciunt univerſitatem, *ſecundum juris fictionem*, quia eſt quædam perſona repræſentata *d. l. mortuo.* Hactenus Bart. Aſt licet totum & pars, Univerſitas & perſonæ univerſitatem conſtituentes *in modo ſignificandi* differant; attamen in re ſignificata conveniunt. Nec enim Perſonæ in Ordine ad univerſitatem conſiderantur ut ſingulæ, nec ut hæ individuæ, (ita enim ab univerſitate differunt, ut rectè Bart. *d. loc* notavit) ſed ut univerſæ: Ita propter ſubſtitutionẽ & ſucceſſionem in recedentium aut obeuntium locum, *fictione Iuris* dicitur eadem univerſitas perdurare: neque hæc ſubſtitutio & ſucceſſio perſonarum tam ad univerſitatis eſſentiam & exiſtentiam, quàm ad ejus permanentiam & identitatem ſpectat; de qua inpræſentiarum non eſt ſermo, ubi quæritur, *num univerſitas Ordinis S. Benedicti largiſſimè accepta ſit Domina bonorum Monaſterii*; quod F. Romanus quidem affirmavit, ſed nòn probavit, nec probare poterit, uti nos ſupra ipſomet fatente comprobavimus.

266. NB. 267. 268. 269. 270.

271. Quòd addit F Romanus, quaſi *alii Monachi exteri aliorum monaſteriorum à me ſingulariter accipiantur, quibuſdam excluſis*, eſt figmentum F. Romani. Siquidem hîc quæſtio eſt de monaſterio emortuo, ſeu potius ob mortem omnium Conventu deſtituto, ejuſque bonorum Dominio. *utrum alii ſeu alienigenæ vel exteri aliorum Monaſteriorum omnes, ſive ut univerſi, ſive ut Singuli habeant d. Monaſterii emortui ſeu conventu deſtituti bonorum dominium?* Lepidè hîc F. Romanus reſpondet, quòd *alii iſti Monachi* non ſint totus Ordo; quia Ego excludo illos, *qui proximi & immediati fuerunt Domini bonorum iſtius Monaſterii.* Num F. Romanus vult adhuc *mortuos* illos accenſeri Ordini? vel illis non accenſis non cenſeri Ordinem? Quid ſi igitur Monachi hujus loci originarii vel incolæ emortui, accenſendi ſunt alienigenis & exteris alibi eandem Regulam profeſſis, quæro, num ut univerſi

Alii Monachi aliorum Monaſteriorum

272. 273.

versi censebuntur Ordo mortuus, vel vivus? Paradoxa loquitur F. Romanus.

274. Quando ego probo alienigenas seu exteros Monachos aliorum Monasteriorum superstites, neque ut universos neque ut singulos habere dominium bonorũ Monasterii emortui; An non ego tunc ostendo, Ordini non cõpetere dominiũ bonorum Monasterii ob mortẽ omnium ipsius incolarũ conventu destituti? Quid enim alienigenæ Monachi aliorum Monasteriorũ post originariorum & Incolarũ hujus loci obitũ superstites considerati ut universi

275. sunt aliud, quàm ipse Ordo? si veritatem & propriè consideremus? An nõ respondebitur ex Bart. & Baldo *cit. loc.* quod nihil aliud sint, quàm alienigenarum superstitum universitas? quia isti alienigenæ omnes à mortuis Originariis abstracti, considerati ut universi, dicunt universitatem aliquam Religiosam; Adeoque secundùm F. Romanum *d. Allegatione* 499 *n.* 17. dicent *Or-*

276. *dinem* videlicet *Religiosum*. Demum quod addit F. Romanus, Ordinem *possidere*, & dominium habere *subalternum*, id est, altius Basso & inferius summo; si illud intelligatur de dominio *proprietatis*, vel etiam de Dominio Jurisdictionis, jam paulo antè, utrumque confutavimus: Ex quibus relinquitur, quòd F Romanus hîc inaniter glorietur, quasi ipsius Argumenta non attingantur; Cum ea non modo attingantur, sed omnino evertantur.

§. II.

277. Ad alteram F Romani responsionem, quâ ipse *quæstione* 1. *supra citata. n.* 82. astruebat, *bona monasteriorum esse Ordinis considerati, non jam in com-*

278. *muni velut universalis, sed ut totius integri vel ut suppositi.* Respondebam, „ quod nihil in ea esset lucis, sed meræ offunderentur tenebræ, hicq; ut verbis „ uterer F. Romani *q.* 2. (pro qua errore Typographi exprimebatur *q* 3) *n.* 23. sit „ finis finalis novitatum ac subtilitatum ejusmodi, quando regiam deserimus „ viam, ut sacris canonibus & omnibus bonis nos opponere deniq; sit necesse. „ Imò si propriè loqui velimus, non ista subtilitas, sed proprii ingenii rustica fi„ ducia novitatisq; libido, qualis in causis Ecclesiasticis, summopere reprobari „ docetur. *cap dilecti 6. de jud. & ibi* glossa *verb subtiliter*, quia ad perniciẽ revertuntur *C. ad Trebell. l. penul & c.* Alcia. *Reg.* 2. *præsump.* 30. *n.* 1.

279. *Commentũ Hayanum.* Ad ea F. Romanus *alleg.* 285. notat, quod ego *in Eclipsi. q.* 2 *sect* 2. *n.* 3. allegem ex *Astri q.* 3. *n.* 23. verba (uti putem) *formalia per tredecim lineas continuas: Cũ tamen in propatulo sit illam quæstionem supra undecim numeros nõ habere, aut ergo deficiam vehementer visu aut bifurcata creta computem viginti tria.*

280. *Diluitur.* At F. Romanus hic, uti alibi, ostendit, qua fide agat: quodque menda confectetur typographica quid si hæc omnia contra ipsum hic retorquerẽ, qui ei asserat, me *quæst* 2. *sect.* 2. *n.* 3. citare *q.* 3. *n* 23. Cum toto isto n. 3. quadraginta circiter constante lineis, ejusmodi citationem nõ reperiri in propatulo sit. Ut mirum sit, qua ratione hîc audeat me accusare de erronea & falsa allegatione, qua ipse ibidem vel maxime laborat. Citaveram ego *Astri Eccl. d. q.* 2 *sect.* 2. *n* 2.

2. *n.* 2. non vero 3. ut perperã allegavit F. Romanus, *Astri quæstionem* 2. (pro 281.
qua, ut supra notavi, errore Typographi *q* 3. expressa fuerat) ubi ea, quæ à me referebantur, à se fuisse litteris & lineis consignata, videre poterat aut scire debebat, nisi frustra de numeris, in quibus facilè menda irrepunt, disceptare satageret. Sed his omissis, ostendamus acceptionem præmissam Ordinis hîc locum non obtinere.

§. III.

De acceptione Ordinis &c.

F. Romanus Ordinẽ (cui adscribit dominium mediatum) pro toto integrali vel supposito accipere videtur *allegat*. 499. *n*. 18. *& in horto sub allegat*. 494. Quoniam *vero*, inquiens, *ego perpetuo simulo, me nõ capere allatam à se dominiorum Ecclesiasticorum subordinationẽ, rudi exemplo, rem declarat: ponit mercatorem in pollice dextro aureũ gestare annulũ & quærit, nunquid rectè dicat, dexter pollex mercatoris pulcherrimum gerit annulum: & quia pollex est pars manus, hinc iterum ait, dextra mercatoris aureum annulum gestat; quia denique manus est pars hominis, rursum bene pronunciat, mercator annulum gerit elegantissimum: En gestationem triplicem & verissimam, quarum semper inferior alteri subordinatur. Homo enim & corpus hominis dicitur ambulare propter pedes, res apprehendere propter manuum digitos, ut ait Layman.* censur. 14. Astri inextinct. §. ult. *sic & unum monasterium habet dominium immediatum bonorum sibi fundatorum, vigore sacrorum canonum & Concilii Trid; quia verò tale monasterium (nomine monasterii communitatem ipsam intelligendo cum suo capite) pars est & membrum sui Ordinis, sic Dominium bonorum ejusmodi mediatum transit ad Ordinem (nam & dextra mercatoris non nisi mediante pollice annulum gerit) Quia denique Ordo Religiosus pars est integrans & verum membrum universalis Ecclesiæ, cujus caput est Christus Dominus, sic transit dominium altum ad Ecclesiam universalem, eorumque fidelis dispensatio ad Pontificẽ Maximum seu Christi Vicarium. Et simile est, quoad alienationem bonorum Ecclesiasticorum. Nam si mercator transferat annulum à pollice in Indicem, est quædam alienatio ab uno digito in alium, sed non à manu, nec à mercatore. Si verò transferat à dextro pollice in sinistrum, est mutatio gestationis ab uno digito in alium, & ab una manu in aliam, sed necdum à mercatore, nisi transferat annulum in alium hominem. Hac ibi loco peregrino.*

282. Commentũ Hayanum.

283.

284.

Contrà opponebã, quod Ordo respectu Monasteriorũ non habeat se *ut totũ integrale*, aliàs enim sublato uno Monasterio, futurus esset Ordo mancus, vel adjecto illi alio Monasterio dicendus Monstrosus, ut patet: quippe si toti integro subtrahatur pars integrans, *verbi causa*, manui digitus unus, ipsa manus jam non integra, sed manca nuncupabitur; sin verò parti integranti adjiciatur aliquid, ut si quinque digitis in una manu adjiciatur Sextus, manus tota erit Monstrosa. Utrumque autem dicere de Ordine, nihil omnino 285. 286.

287. omnino de rationis lumine participat; Aliam quoque addidit rationem Azo *cit. loc.* quod totum integrale dicat partes conjunctas; At Ordo & uni-
288. versitas partes distantes. Consequenter F. Romanus Monasteriũ aliquod cũ digito manus tanquã parte integrante malè comparat, ac pejus bona eorũq;
289. Dominiũ cum *Annulo aureo* componit: siquidē digito in annulũ non cōpetit Dominium, nec ita est annulus digito illigatus, ut ex illo citra injuriam aliquam pro lubitu Mercatoris ad alium digitum manus transferri nequeat: bona verò Monastica eorumque Dominum ita Monasterio sunt illigata, ut citra injuriam ab illo ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis pro libitu trãsferri nequeant; uti hic ipse F. Romanus *ex SS. Canonibus & Concilio Trident.* concedere debet. Ut proinde similitudo illa digiti & annuli ineptissimè huc à F Romano afferatur.

290. Idem quoq; de *supposito* statuendum. Nam si Ordo se haberet ut suppositum, Igitur Ordo esset *substantia prima individua*, diceretque intrinsecè & formaliter exclusionem communicationis cum pluribus, adeoque plures
291. si vellent adoptari ab Ordine, seu recipi in Ordinem, non possent. *Consequentia* probatur quia suppositum in concreto & substantia prima convertuntur; & suppositum creatum dicit intrinsecè & formaliter exclusionem Communicationis cum pluribus. Dicit enim intrinsecè subsistentiam, per quam constituitur aliquid per se subsistens, & quidem ita, ut sit alteri in-
292. communicabile; Ordinem autem sive materialiter, sive formaliter sumptum nemo definiet esse substantiam individuam, & *alteri incommunicabilem*, nisi densissimis errorum *tenebris aut potius* fumis sit involu-
293. tus; Cum noverint omnes, Ordinem Religiosum esse aggregatum per accidens, instar exercitus, cum quo non invenustè componitur ab *Odone Tusculano* & *Brunone* apud Patrem Lopetz *de Mensa spirituali in verbo Religio numer.* 13. & 74. ex illo Genesis 32. *Castra Dei sunt hac.*

294. *Commentũ Hayanum.* Econtra F. Romanus, *in horti parad. 5. num.* 11. & 12. ait, quod ipse q. 1. *num.* 82. *dixerit, totum religiosum Ordinem esse veluti suppositum seu personam repræsentatam, cujus membra sint singula Monasteria, seu Religiosi, prout quævis alia universitas, Collegium, Civitas &c. à I.C. dicuntur persona repræsentata. Unde Antonius Maria Coratius.* lib. 2. de communi opinione titul. 9. num. 4. *In consilio*, inquit, *Collegii omnes simul censentur una persona ficta.* L mortuo reo, & ibi *Bald.* in 2. not. num. 2 ff. de fidejuss. & *unum corpus, ut voluit Bart. in* 1. num. 2. C. de rei uxor.
295. *act. Nam Collegium constituitur ex pluribus personis, quæ tanquam Membra juris fictione conficiunt unum corpus, ut post complures, quos ad hoc congerit, tradit Andreas Ab Exea* in c. cum omnes numer. 130. ext. de con-
296. stitu. *Unde persona appellatione venit Collegium & universitas secundum Bald.* in L. quicunque col. 3, numer. 4. prope fin. vers. item universitas C. de

de serv fugit. cum cumulatis per *Alex.* in L. si quis mihi §. servus. num. 9. ff. de acquir. hæred.

Et *num.* 12. ad Argumentum supra *ex quæst.* 2. *sect.* 2. *num.* 3. relatum, *Respondet.* 1. *se nunquam dixisse, quod Ordo quispiam religiosus sit suppositum seu Persona vera, (quod solum mei Argumenti discursus impugnat) sed esse Personam duntaxat repræsentatam, seu fictam affirmasse; Iam autem inter verum & fictum ingens chaos firmatum sit.* Respond. 2. *sicut se habet persona vera ad aliam veram, ita se habet persona repræsentata ad aliam repræsentatam; Et sic Ordo Religiosus est indivisus in se, & divisus à quolibet alio Ordine, seu alia Persona repræsentata, adeóque etiam dicit intrinsecè & formaliter exclusionem communicationis cumpluribus Ordinibus, seu personis repræsentatis in genere suo, non autem exclusionem Communicationis cum personis veris, Cum ex his ipsis constet & confluat; sicut civitas ex Civibus, Collegium ex Collegis &c. Ordinem autem, sive Materialitèr sive formaliter sumptum nemo definiet esse substantiam dividuam & alteri Ordini communicabilem, nisi fortè densissimis Eclipseos Tenebris aut potius fumis sit involutus; cum noverint omnes Ordinem Religiosum esse tale aggregatum per accidens, cui non repugnet esse Personam repræsentatam.* Hæc ipse. 297. 298. 299. *Discutitur.*

Verùm F. Romanus *d. quæst.* 1. *num.* 82. tradit quidem, quod membra ut singula *non faciant suppositum; Vnde neque pes est homo, neque tibia, neque manus &c. Et similiter Monasterium Schurense non est Ordo S. Benedicti neque Monasterium Lorchense, & sic de cæteris. Membra verò ut universa constituant suppositũ; Vnde pedes, manus, brachia, caput & corpus simul sumpta cum anima faciunt hominem, & sunt homo; Similiter & Monasteria S. Benedicti omnia simul sumpta sunt Ordo S. Benedicti.* Deinde tradit, *quod totus Ordo, veluti persona repræsentata, Possessor fuerit Monasterii Lorchensis, hoc ipso, quia per Membra sua illud monasterium corporaliter possedit.* At non meminit ibidem 1. *quod quævis alia universitas, Collegium à I.C. dicantur Persona repræsentata.* 2. neque etiam istic meminit Antonii Mariæ Coracii *lib.* 2. *de comm. opin. tit.* 9. *num.* 3. quin etiam ipse Coracius *d. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 4. nihil de Collegio aut quod personam repræsentet, agit; sed duntaxat tradit, quod præsumptio efficacior tollat præsumptionem minus efficacem per *L. Divus ff. de in integ. rest. cum adductis per Alciatum in tract. præsumpt. Reg.* 1. *præsumpt.* 9. *in fine.* Ergo &c. hæcque sola sit differentia inter communem & magis communẽ *opinionem*, at in reliquis simul conveniant, ita ut in una dispositum, habeat locum & *in altera*, quæ certè nihil ad rem præsentem faciunt. 4. Quòd si F. Romanus Ant. Corat. *li* 2. *tit.* 9. *n.* 40. 41. 42. *in cas.* 9. vellet allegare, ubi tradit, in cõsilio Collegii Dd. Lovaniensis V.C. Bononiẽsis, Patavini, Perusini vel similis non considerari singulas Personas per se, sed omnes simul censeri unam Personã fictam *d. l mortuo reo & ibi Bald. in* 2. *not. n.* 2. *ff.* 300. 301. 302. 303. 304. 305.

 de fidejussor.

306. *de fidejussor.* & unum corpus ut voluit Bart. in *l. 1. n. 2. C. de rei uxor act.* &c. pro ut supra: attamen tunc inde tantū efficeretur, quod in singulorum locorū Monasteriis personæ non singulæ per se, sed omnes simul sumptæ censeātur una persona ficta, & unum Corpus: non verò, quod omnia Monasteria Ordinis S. Benedicti in toto orbe simul sumpta, sint una Persona ficta, & unum corpus: neque illud hic asserit Ant. Mar. Coriac. *d. n. 40. 41. 42. 50.*

An Ordo S. Benedicti sit unus seu indivisus in se & divisus à quolibet alio.

307. Neque verum est, quod Ordo S. Benedicti sit *indivisus in se*; Cum unumquodq; Monasterium Ordinis S. Benedicti olim per se constituerit unū corpus, habueritq; caput ab alio independens. Antonius de But. *in c. in præsentia col 19. n. 64. de prob.* Cujus verba jam supra sunt recitata. *Deinde* neque Ordo S. Benedicti est *divisus à quolibet* Ordine alio: Cum teste ipsomet F. Romano, *alleg. 476. pag. 333.* non sit divisus ab Ordine Cluniacensi, & Auctore Caramuele Lobkowitz in Theolog. *regulari, disp. 34. n. 351* ab Ordine Cister-
308. ciensi, Unde nec potest totus Ordo S. Benedicti secundùm *proportionem* ali-
309. quam, multò minus secundùm *veritatem* appellari suppositum. Et hoc est,
310. quod ego adversus F. Romanum imitatione Azonis *in summa rub. ff. vet. quod cujusque univers. nom. n. 1.* contendebam.

311. Ad hæc quando vulgò dicitur, universitas esse persona repræsentata, tunc universitas est nomen Juris, per quod significatur quædam præsentata communitas à personis singularibus intellectu separata: unde *Corpus legale* Alcia-
312. to *in L. civitas ff. si cert. petat* dicitur, à Cumano *in l. 1. §. municipes ff. de acquir. possess.* repræsentatum *per d. l. mortuo ff. de fidejuss.* vel ab Angel. *in cons. 169. incipiente. Jam sunt* 80. *anni aliàs incipit, ex Themate*, imaginarium; licet cæteroqui quoad realē cōmunitatem V. C. *civitatem*, universitas nihil aliud sit, quā homines de universitate, Alex. *in cons. 216. incip. Nec arguendi sumus. Col. 8. in princip in 2 part.* Francisc Curt. Iun. *in cons. 21. Incip. Deus æterne. col. 6. vers. 3. verificari oportet, & vers. seq.* & in exsecutione sibi incumbentium actuum *activè* aut *passivè*, universitas se habere dicitur tanquam unū certū
313. & determinatum Corpus. Steph. Bertran. post alios, quos allegat *in Consilio 182. incip. multa sunt. Col 1. in fine in 2. parte secundæ editionis.* Vide late An-
314. dream ab Exea *in repet. c. cū omnes n. 130 de const.* Et licet aliàs nomine personæ secundum propriam ipsius significationē non veniat Cōmunitas, Collegium seu universitas Bald. *in rub. C. ad Trebell.* Roman. *cons. 195. n. 3. & cons. 400. n. 4. & seq* attamen secus ex *larga* & *impropria* ejusdem significatione
315. Romanus *d. Consilio 195. n. 3. & d. con. 400 n. 3.* Barbos. *de verbor. utriusq; juris significat. Appel. 198. n. 1. & 9.* And. ab Exea *sup d. loc.* tunc enim venit cō*munitas* &c. personæ appellatione, quando *nimirum* materia subjecta est apta & proportionabilis ad illam comprehendendam. Barbosa *d loc. per L. 1. L. nihil interest ff. ad Macedon.* Felinus *in cap. eam te n. 15. circa medium 4. declaratio. de rescriptis.*

316. Unde cum notorium sit, in exsecutione incumbentium & occurrentium actuū, nec *activè*, nec passivè totum Ordinē S. Benedicti cōcurrere, efficitur etiam

etiā totum Ordinē S. Benedicti non constituere unum certū & determinatū corpus legale: quemadmodum supra quoque est deductum. *Deinde* cum materia *Dominii proprietatis* &c. teste ipsomet F Romano *supra citata alleg.* 499 317.
n. 14. 18. non sit habilis & proportionabilis ad comprehendendū totum Ordinem S. Benedicti, etiam ipse totus Ordo S. Benedicti non erit quoad *Dominium proprietatis* &c. persona repræsentata.

Quin imò nec materia dominii, jurisdictionis, est habilis & proportionabilis ad comprehendēdū totū Ordinem S. Benedicti, universo in orbe disper- 318.
sum: Cum totus Ordo S. Benedicti non habeat unam eandemq; in individuo Jurisdictionē, respectu omniū & singulorum Ordinis Monasteriorū: ut evidentia facti notoriū est; & alias etiā colligitur ex Ant. de Butr *in d. c. in præsētia, col. 19. n. 64. de probat.* Hinc consequens est, quā multiplicibus errorū tur- 319.
binibus F Romanus involvatur: ut in gyrum actus nesciat, quò se vertat.

§. IV.

De Dominio subalterno.

Attingebam *dominium subalternum*, quod Ordini asserit F. Romanus *q.* 1. 320.
n. 71. aliisque locis paulo antè allatis, atque ita putat se argumenta nostra eludere, eorumque vim effugere posse.

Verum ipsum vehementer falli ostendebam ex eo, quod intelligi nequeat, 321.
cujusmodi hic detur *subalternatio*, prout est *positio unius sub alio*: cū non possit esse subalternatio Metaphysica *in genere Entis* per rationē confictā, qualis cernitur in subordinatione speciei respectu generis aut individuorum respectu speciei: eò quod hic de dominio vero, reali, à parte rei existente, prout F Romanus concedit *alleg.* 446. *n.* 3 de quo in Judicio apud Judicē cōpetentē disceptari possit, agatur. *L. verbum oportere ff. de V. S. l.* 3. *C. de sent. quæ sine certa quantit.* §. *curare* 33 *Instit. de act. & ibi Dd.* neque etiam sit *subalterna-* 322.
tio logica in ratione *prædicandi*, qualis reperitur in duabus propositionibus constantibus eodē subjecto, & prædicato *ejusdē qualitatis*, sed *diversæ quātitatis*, ita ut utraq; propositio sit affirmativa vel negativa, sed una *universalis*, subalternans scilicet, Et altera *particularis*, nēpe subalternata, Cū non idē sed diversū prædicatum, nec de uno eodēq; sed diverso subjecto, videlicet, non idem, sed diversum dominium de Ordine, & uno aliquo Monasterio à F. Romano *alleg.* 446 *num* 3 *& alleg.* 494 *num* 2. affirmetur: Denique nec 323.
subalternatio realis, vera, propria & essentialis, quâ vel ratione principiorum suorum intrinsecorum, vel ratione objecti sui alteri subordinatur, vel ab illa in esse dependet: imò nec *subalternatio accidentalis* & impropria, quâ unum ab altero in ratione finis extrinseci, vel etiam ab imperio alterius dependet, locum habet, ut patet: quia *dominium proprietatis* hujus vel illius Mo- 324.
nasterii non est penes totum Ordinem Sancti Benedicti, neque Dominium Jurisdictionis, in hoc vel illo Monasterio toti Ordini S. Benedicti compe-
tit: prout suprà ostensum est. Quale enim Ordo Sancti Benedicti in Hispa- 325.
nia vel Gallia dominium Jurisdictionis, in Monasteria Germaniæ

haberet? Nullum nisi in phantasia F. Romani Chimæricum. Consequenter nec toti Ordini S. Benedicti dominium proprietatis & jurisdictionis *subalternum* in uno aliquo Monasterio & quidem ob mortem omnium incolarum Religiosorum conventu destituto competere poterit.

326. Non diffiteor tamen, quòd quando Prælato uni in unum vel plura Monasteria subjecta cōpetit dominium jurisdictionis, illud sit subalternatū, utpote à Dominio jurisdictionis supremo Ecclesiæ universalis, vel summi Pontificis, tanquam fonte & principio suo intrinsecè depēdens, ut per se patet; tum etiam quod quando unum Monasterium ab altero dependet tanquā membrum incorporatum, & unitum, tunc accessoriè incorporati monasterii dominium proprietatis, ab altero, cui unitum est, dependeat, sitq; illi subalternatum, sicut Dominium utile subordinatur dominio directo *proprietatis*, quemadmodum *supra* ex Vacon. à Vacuna fuit deductum.

327. Nullo autem horum modorum, unum vel alterum Monasterium Ordinis S. Benedicti, à toto Ordine S. Benedicti est dependens, adeoq; nec subalternum.
328. Nec contrarium à F. Romano fuit demonstratum, neque quicquam ab ipso contra *d. n.* 4. fuit allegatum, sicuti nec *ad n sequentem*. Quod ne adverteretur, ideo ipse disturbavit ubique ordinem, ut quid, quo fine aut ad quid loqueretur, lectori non constaret.

§. V.

Num alienigenæ vel exteri Religiosi Ordinis S. Benedicti in Monasteriis ob mortem omnium incolarum Religiosorum Conventu destitutis dominium habeant proprietatis?

329. URgebam ulterius, quod dominium proprietatis emortui alicujus Monasterii seu conventu destituti, aliis omnibus *exteris totius Ordinis S. Benedicti Religiosis*, non cōpetat. Vel enim, ut ajebā, Monachi ex aliis Monasteriis habebunt dominium bonorum Collegii, in eodem Ordine emortui, *viventibus* adhuc ipsis hujus loci Collegis incolis, vel ipsis *emortuis*: *At Neutrū* dici
330. potest. Igitur &c. *Prius* membrum *minoris*, quod nimirum *ipsis Collegis Religiosis hujus Monasterii incolis adhuc viventibus, nunc vero mortuis, exteri*
331. *monachi ex aliis ejusdem Ordinis Monasteriis, non habeant dominium bonorū emortui Collegii*: patet; Nam hoc dominium erit apud Collegas istius loci incolas, & apud alios exteros ejusdem Ordinis Monachos vel unum ac idem, vel diversum: *Non unum*, quia illud dominium vel in solidum competet istis Collegis, viventibus hujus loci incolis, & aliis quoq; exteris Monachis omnibus dicti Ordinis, simul *in solidum* attribuetur? vel utrisque *pro parte* indivisa; adeoque erit dominium in commune: Non potest autem dici dominiū
332. *utrisque* competere in solidū. Nam unius rei Duo in solidū Domini esse nequeunt. *L. si inter me & te ff de exceptio. rei. jud. L. Pomponius.* § *sed & is in fine ff de proc. L 3. § 5 ex contrario ff de acqui. poss. L. sicut certo* §. *final. ff. commod.*

Commod. Neque asseri poterit, quod unum idemque Dominium bonorum
utrisque competat pro parte indiuisa, adeoque utrisque sit commune. 333
Nam aliàs exteri exules aliorum Monasteriorum, ad viuos adhuc hujus in
eodem Ordine Monasterij Collegas, incolas, accedentes debuissent ab
his viuis suscipi & ali, nec potuissent citra juris naturalis læsionem re-
iici; Hoc autem falsum esse, suprà probatum est. Quin imò si totus 334
Ordo S. Benedicti haberet Dominium bonorum in communi, tunc per
modum communitatis & collectivè illud haberet: Nam quando Mo- 335
nasteria dicuntur habere dominium bonorum *in communi*, tunc non sic
accipiendum est, quasi omnes *distributivè* Religiosi sint Domini singuli ali-
cuius quotæ pro indiviso, sicut contingit in fundo multis communi, *L. per
fundum ff. de seruit, rustic prad. L. Sabinus. ff. comm diuid* sed quod habeant
tale dominium per modum communitatis *& collectivè*, Nauarr. *Comm. 2. n.
3. & 8. de Regularib.* Roderiq. *tom. 3. qq. Reg. q. 28. Art. 5.* Sanch. *lib. 7. cap 18. n
11.* Ita Ioannes Baptist de Lezana *in summ. qq regul tom. 1. parte. 1. seu in Com-
mentar. in mare magn. Carmel. circa* §. 9. n 288. *sub fin.* Atqui totus Ordo S. 336
Benedicti seu omnes Religiosi totius, illius Ordinis, per modū *communitatis
& collectivè*, non habent dominium singulorum Monasteriorū, ut patet: quia
propter bona hujus vel illius Monasterii aut singulorum Monasteriorū, non
convocatur totus Ordo ex Orbe terrarum; ut evidentiâ facti notorium est.
Igitur totus Ordo S. Benedicti vel omnes Religiosi totius illius Ordinis, non 337
habent dominium bonorū in cōmuni. Neq; etiam Collegis hujus Monasterii
originarijs, vel Incolis & aliis exteris Monachis aliorū Monasteriorū ejusdē
Ordinis, Religiosis omnibus, *Dominiū diversum* assignari potest. Nam tunc
vel erit Dominiū *diversum secūdū partē*, ita ut apud Collegas hujus Monaste-
rii Originarios vel incolas sit dominiū *directum*. & apud alios exteros om-
nes aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachos, sit *utile*. vel econ-
tra; vel *omnino* ac toto genere *diversum*, ita ut apud Collegas Originarios vel
Incolas huius monasterii, sit Dominiū infimum & privatum rerum, & apud
alios exteros eiusdem Ordinis superius, aut è contra? Nihil autem horū asseri 338
potest; Nam *primò* apud alios omnes exteros aliorum Monasteriorum Mo-
nachos non est *utile* dominium; cum Collegæ originarii vel Incolæ hujus
Monasterij, & non alij exteri in eodem Ordine bonis illis utantur, & fruan-
tur, ut patet; Neque apud alios exteros omnes aliorum Monasteriorum ejus-
dem Ordinis Religiosos, est *directum dominium*, vel *proprietas*; Cum hæc sit
penes Collegas originarios vel Incolas huius Monasterii, juxta *c. inter dile-
ctos, de fid. inst auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* ubi quidquid acquirit Monachus,
suo & non alii Monasterio acquirit. Facit Cōcil. Trid *sess 25. c. 2. de Regular.* 339
Et aliàs ex contrariâ assertione sequeretur, quod sicut dominiū *utile*, à domi-
nio *directo* dependet, ita unumquodq; Monasteriū ab alio tanquam habente
directū dominium, & proprietatē, dependeret; Hoc autem repugnat *textui*

in c.cum singula § prohibemus.de preb in 6. ibi *quorum unum non dependet ab altero.* Vnde efficitur, quod cum utraque Dominii pars, nimirum proprietas & utilitas adeoque plenum dominium sit tantum penes Collegas viuos Originarios vel incolas hujus Monasterii, non possit illud esse his viuentibus, penes alios exteros omnes eiusdem Ordinis Religiosos.

§. VI.

Ostenditur hic non de Dominio jurisdictionis sed proprietatis agi.

340 Subiiciebam, quod si asseratur Ordini dominium *planè* & toto genere *diversum*, diversæ rationis, nimirum *dominium superius, seu jurisdictionis*; illud huc omnino impertinens sit, atque à nostro *dominio propriè* dicto directum & utile comprehendente, separatum; Nam nos agimus de Dominio & quidem privato bonorum ac rerum, non personarum, ut patet ex supra de-
341 ductis; quia nos agimus contra F Romanum, *an Emortuorum Monasteriorum bona sint vacantia*; adeoque an eorum dominium *privatum* cum dominis emortuis omnimodè cesset, quo dominium Jurisdictionis in personas
342 impertinens est, ut palam est. Aliàs Dominium Jurisdictionis vel Jurisdictio, quam F. Romanus Astri *q.7 n 31.* Capitulo Generali aut ejus Præsidibus, aut Visitatoribus *ex c.in singulis.c.ea qua.de statu Monach c.fin de Regular.cap. 8 Conc Trident.sess.25.de Regular.* asserit, est spiritualis, personarum Superiorum in personas Religiosas, juxta Maldei *in 2.2.tract.3.de just.c.3.dub.3.*
343 hasque respicit, tum eis & non locis terminatur; ut arguit præstitutus Concilio provinciali, finis; nimirum *intenta disciplina Regularis*, *regularumque observantia*, aut disciplinæ lapsæ reformatio. *d. c. in singulis. de statu Monach:* & simul patet ex eo, quòd Superior in suos extra Claustrum existentes, jurisdictionem exercere possit. F. Romanus *d. loco ex d c fin. de Regular.*

344 Quamvis non nemo dominium superioritatis seu Jurisdictionem Præsidum in Abbates S Benedicti, extra Capitulum Generale, seu provinciale, negare posset; eò quòd unus Abbas in alium Abbatem non habeat Jurisdictionem *d c.in singulis. ibi, ita tamen quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prelationis assumat, de stat. Monach.* Nec unum Monasterium
345 ordinariè ab altero dependeat. *c. cum singula §.prohibemus, de preb in 6.* Vnde etiam in jure cautum, ut unus Abbas uni, non verò duobus Monasteriis præficiatur *c.Clericus 2 q.1.c. ne nimia de relig dom.* Zech. *in tract. de Republ. Eccles cap.23 de Abbat n. 3. vers. 7. ut unus tantùm Abbas etc. juncto n 4.vers.quo verò ad authoritatem iurisdictionis.& n.8. v.3. non potest unire suum Monasterium vel* ALTERI *subiicere* sine consensu Episco-
346 pi, *c sicut & unire. ubi Dd de excess. Prælat.* Tum idem videtur colligi ex sacra Cardinalium Congregatione. Hæc enim *in c.8.Conc Trident sess 25. de Regularibus apud* F. Romanum *q.6.num. 19.* declaravit, *Abbates legitimè con*

timè congregatos requirere posse & monere, non verò compellere quacunque Monasteria Provinciæ. Vnde inferebam, cum Abbatibus legitimè congregatis negetur *vis coactiva*, & concedatur tantùm *directiva*, non habituros ipsos Jurisdictionem, quæ sinè modicâ coërcitione seu vi coactivâ nulla est. *l. 1. § fin & l fin ff de off ejus, cui mandata est jurisd.* sed tantùm notionem aliquam, quæ etiam subinde latè accepto vocabulo, jurisdictio appellatur. *L. ait prætor. 5. ff. de re jud* sive autem ponatur Notio, sive Jurisdictio aliqua Præsidum ac Visitatoris; ea tamen cum sit Personarum, per not. Malder *in 2.2. de just. c. 3. dub. 3.* non bonorum aut rerum (nec enim jurisdictionem territorialem Præsidi aut Visitatori ullo modo competere ostendi potest) adeoque hoc dominium personarum diversum, & separatum sit à dominio rerum ac bonorum, de quo, ubi de bonis vacantibus agitur, nobis est quæstio, ideò ex illo personarum, ad hoc nostrum rerum dominium non potest fieri illatio, per regulam vulgatam, quod *ex uno separatorum ad aliud non fiat illatio.* Everar. *in loc. à separat.* 347 348

Ex quibus relinquitur, vivis adhuc Originariis vel incolis hujus Monasterii seu Communitatis Fratribus, dominium bonorum seu rerum non esse penes alios exteros aliorum Monasteriorum Abbates, vel Præsides, vel Visitatores.

§. VII. & seqq. usque ad §. X.

Num alii exteri ejusdem Ordinis Abbates, Præsides, vel Visitatores habeant dominium rerum in Collegio emortuo.

POsterius nostræ *Minoris* supra allatæ membrum, nempe, *quòd Collegis Religiosis Originariis vel incolis hujus monasterii emortuis; alii exteri aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Abbates, Præsides, vel Visitatores non habeant Dominium rerum*, Probatur. 1. quia illud nec omnibus ut universis in toto Orbe terrarum, seu non universitati largissimæ per totum terrarum Orbem Sparsæ, nec universitati largæ in una aliqua provincia constitutæ; nec universitati minus *largæ*, in minori aliquo districtu, nec universitati minimæ, in uno certo aliquo Monasterio externo ejusdem Ordinis convenit. Vel certè designetur universitas illa minima externa, cui dominium illud rerum statim ab obitu Collegarum Originariorum vel incolarum hujus Monasterii emortui competat. Dominium enim in incerto vagari non debet, *Princ. Instit. de usucap.* Atqui nihil horum designari potest, ut *ratione prima* fuit ostensum. 349 350 351 352

Deinde *n.* 8 probabam 2. posterius *Minoris* illius membrum, ex ipsius F. Romani fundamentis, & 1. quidem ex eo, quòd ipse *q.* 1 *n.* 12. *& seq.* velit alios exteros Monachos aliorum Monasteriorum eiusdē tamen Religionis, defunctis huius Monasterii Monachis incolis substituēdos esse, eisq; cō- 353

ferenda

ferenda Collegarum Religiosorum incolarum defunctorum bona. Vnde eiusmodi contra F. Romanum formabam Argumentum.

354 Qui Dominium alicuius Cōmunitatis vel universitatis minimæ per mortem omnium de illa communitate, exstinctæ, ex substitutione ac collatione Superioris, necesse habet prius aquirere; ille dominium bonorum ac rerū illius communitatis, per mortem omnium extinctæ, ab obitu ipsorum non potest dici statim ipso Jure obtinuisse. Nā aliâs si Dominium dictorum bonorum ab obitu statim ipso Iure ad alios ejusdem Ordinis exteros transijsset, & eorum factum fuisset: ad quid tunc opus esset substitutione & collatione Superioris: Nam quod meum est semel, meum amplius fieri nequit, §. *Sed si rem* 10. *inst de legat.* Atqui ex F. Romani doctrinâ alij exteri aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis, opus habent, ut Dominium Communitatis Religiosæ per mortem omnium exstinctæ, tum ex substitutione, tum ex collatione Superioris prius acquirant; Igitur alii exteri aliorum Monasteriorum non possunt dici ex F. Romani doctrinâ Dominium bonorum seu rerum Communitatis vel universitatis minimæ Religiosæ per Mortem omnium extinctæ, statim ab obitu ipsorum, ipso Jure obtinuisse.

355

356

357

358 Denique *n.* 9. idem probabam ex eo, quod F Romanus *q.* 1. *n.* 17 24. 58. tradat, alios exteros ejusdem Ordinis defunctis originariis vel incolis huius Monasterii esse *hæredes*; Vnde ita cōtra ipsum concludebam; Dominiū bonorum alicuius defuncti ipso jure non continuatur, nisi in ijs, qui sunt hæredes sui, *L. in suis ff. de liber. posthum*: *§ sui autem, & ibi d. & instit* : *de hæredum qual & diff.* Atqui exteri monachi aliorum Monasteriorum, posito, non concesso, quod sint hæredes, non tamen sunt hæredes sui; Cum venturi essent ad hæreditatem defunctorum, ut fratres; adeoque ut *Collaterales*, de quo videbitur *infra in Resol. q.* 3. Igitur Dominium bonorū seu rerum hujus loci Originariorum vel incolarum defunctorum, ipso Jure non continuabitur in alios exteros ejusdem Ordinis Monachos.

359

360 Huic demum *n.* 10. hanc subjiciebam *rationem* quod Monachi ex aliis Monasteriis, sive ut universi, sive ut *singuli*, non possint ostendere ullum legitimum, aut *juridicum modum* quo sine facto Superioris Pontificis aut Episcopi &c ipso jure ad ipsos à morte omnium huius certæ cōmunitatis à se independentis bonorū Dominium transierit. Vel si possunt, illum modum legitimum ac iuridicum ostendant.

Quæ de Dominio bonorum communitatis Religiosæ per mortem omnium extinctæ, ad alios ejusdem Ordinis Monachos exteros non translato, dicta sufficiant.

361 *Commenta Hayana.* Ad hæc Argumenta cū F. Romanus nihil haberet, quod responderet, ipse iis dissimulatis transgreditur ad id, quod *sub. n* 6. per modum alicuius dubii duntaxat proponebatur, refertque perinde, ac si illa mea esset absoluta

luta sententia, in qua me fundem. Ait enim *alleg.* 44. *sub tit. Vrtica quod arte Pelasga tractem hoc* loco cap in singulis. de statu Monach. *Negemque jurisdictionem Præsidentium in Abbates S. Benedicti extra capitulum Generale seu Provinciale, eò quod dicam,* nullus *Abbas* in Abbatem habet jurisdictionem *d. cap. in singulis,* ibi, *ita Tamen, quod ex hoc nullus eorum sibi autoritatem prælationis assumat, de statu Monach.* quam *vitiosè autem* (ut ipse asserens non probat) *allegem ego hunc Textum, jam in Astro* EXTINCTO q. 7. nu. 31. in fine ait *declaratum fuisse. Nihil enim jurisdictionis vel auctoritatis in subjectos Abbates & Monachos Præsidentibus Capituli hoc loco derogatur, sed solummodo prohibetur arrogantia, ne quis ex hoc, quod factus est Præsidens, sibi eam auctoritatem Prælationis in illomet officio Præsidentis sic assumat, ut credat se mutari non posse, cum expedierit; sed quasi perpetuum Præsidentem se velit haberi. Hic sensus ex ipsa textus inspectione clarissimus est; sic enim habet* d. cap in singulis. *Ipsi quatuor præsint capitulo universo, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem Prælationis assumat, unde cum expedierit provida possit deliberatione mutari. Præsidentes porrò ejusmodi, non solum durante Capitulo Provinciali, sed etiam intermedio tempore jurisdictionem & potestatem habere excommunicandi, continetur expressè* in cap. fin. de Regula: *Dd.* ibidem *& glo.* in c. quanto. de Offic. Iud. Ordin. verb. si prælati. c. ea quæ de statu Monach. *Facit* Concil. Trid. sess. 25. cap. 8. de Regular. &c. 362 363 364 365

Deinde idem F. Romanus *allegat.* 45. sub Tit. *Lappa* major, dicit, *quod omnem funem moveam, ut Ordini S. Benedicti aurem evellam, cujus Præsidentibus perversâ interpretatione declarationum Cardinalium struam hic insidias & jurisdictionem iterū exagitem. Idem videtur colligi,* inquiens, *ex sacra Cardinaliū Congregatione; Hac enim* in c. 8. Conc. Trid. sess. 25 de Regular. *declaravit Abbates legitimè congregatos, requirere posse & monere, non verò compellere quæcunque Monasteria Provinciæ; Vnde cum Abbatibus legitimè congregatis negetur vis coactiva & concedatur tantum directiva, non habebunt ipsi Iurisdictionem, quæ sine modica coërcitione, seu vi coactiva nulla est: sed tantùm notionem aliquam. Verum hæc allegatio & interpretatio menti Sacræ congregationis & juri Canonico plurimum adversatur. Aliud quippè est loqui de Monasteriis in congregationem jam unitis, aliud de uniendis. Vnita sese de facto submiserunt, ac submittunt Iurisdictioni Capituli provincialis, & sacris canonibus de eo disponentibus, secus nondum unita. & sic in ista nondum unita, nulla est adhuc acquisita jurisdictio Præsidentibus. Vnde solùm requiri & moneri possunt, ut se pariter conjungant, non verò cogi vel compelli. Illa verò nimirum unita compelli possunt, ut unita maneant, & statutis communibus obediant, conformiter* Concil. Trident. cap. 8. sess. 25. de Regulari, ubi *Præsidum hujusmodi jurisdictio his verbis stabilitur.* Ipsis autem Congregationibus constitutis illarum Generalia Capita & ab illis electi Præsides vel Visitatores, eandem habent auctoritatem in suæ Congregationis Monasteria ac Regulares in iis commorantes, quam alii Præsides ac Visitatores in cæteris habent Ordinibus. *Ex quibus apparet, quàm &c. obtorto collo invitos Eminen-* 366 367 368 369 370 371

tissimos Cardinales loquentes de Monasterijs nondum vnitis ad vnita trahere (secundum ipsum) *moliar &c.* Hactenus ipse.

Diluuntur. Verum quam punicâ fide F. Romanus agat, patet ex supra deductis, quæ
372. si sincera fide fuissent allata, statim falsitatem ipsius & inanitatem aperuissent. Nam *primò* modus loquendi, *quo non* neminem negare volentem introduxi, sufficienter arguebat, quod *ego illud* tanquam certum non affir-
373. marem. 2. idem ostendebat particula *(quamvis)* huic non nemini negare
Vox Quamvis. volenti, præmissa. Particula enim *(quamvis)* arguebat casum magis dubitabilem. Cum de ejus natura sit adversari præcedentibus, & pariter explicare ac ponere casum magis dubitabilem. Barbos. *de dict. vsu freq. dict. quamuis.* 304.*n.*1.2. ubi citat glo. *verb. quamvis in Clem.* 1. *de Re jud.* & *glos. fin. in Clem* 2,
374. de reb. Eccles. non alien. Monet. *de commut. vlt. vol. cap.* 8.*n.*198 *&c.* 3. idem redarguebant hæc in illatione sub disjunctione allegata verba (*sive autem ponatur notio, sive jurisdictio aliqua Præsidum ac Visitatoris;*) ex quibus patebat, me istic nihil circa jurisdictionem vel notionem definire, sed quod neutrū
375. ad rem præsentem faceret, in medio vel potius in dubio relinquere. Vnde cum mihi nihilominus alterum F. Romanus istius disjunctæ propositionis membrum, tanquam absolutè & certò à me definitum proponat, satis ap-
376. paret, quod Pelasga fide F. Romanus, minimè Romanus agat. Quod ne advertеretur, mea partim disturbato ordine, partim etiam mutilè proposuit. At noverit F. Romanus, quod veritas amet simplicitatem & candorem; oderit autem diverticula & angulos teste Mantuano *in cons.* 1.*n.*40.41. *per c.*
377. *ad succidendos de schis. in.* 6. Eo faciunt not. eiusdem Mantuæ. *Consil.* 128.*n.*1. *& consil.* 191.*n.*1. Quod si igitur F. Romanus angulos & diverticula studiose quærit, quid inde aliud præsumendum est, quam quòd veritatem oderit ac falsitatis tenebras amet.

378. Cæterum quòd vni Abbati in alium Ordinis S. Benedicti *per hanc decretalem* non detur potestas, luculentus testis est Abbas Pan. *in d. cap. in singulis n.* " 3. *de statu Monach. & in c. fin. n.* 1. *de Regular.* ubi *tradit*, quod Visitatores, qui in " Concilio Provinciali creantur, visitent quidem Provinciam corrigendo & " emendando necessaria, *potestatemq; habeant corrigendi*, sed in *lev. bus*, neq; e" nim ipsi possunt corrigere Monachos, sed curabunt corrigi secundum Io-
379. annem Andreæ & Anchar: *in d. c. in singulis n.* 8. *relatum.* Quin etiam possunt " inquirere contra Rectorem & accipere informationem; Vtrum sit amo" vendus, cumq; denunciare Episcopo sicque habent *potestatem cognoscendi,* " *non puniendi*, quod videtur contrariari regulæ *l. de qua re ff. de jud.* & isti vide" tur quidem similes quodammodo testibus Synod. & denunciatoribus, de " quibus *sup. de test. cog. l. præterea. & l. ea quidem C. de accus. l. divus. de cust. & ex-*
380. *hibit. Reor.* habent tamen *aliquanto plus juris*; quia ipsis etiam correctio com" petit in levibus, *ut dixi*: graviora enim habent denunciare Episcopo, hæc " fere Anch. *in d. cap. in singulis & ibi* Host. Card. Anton. de But. *col.* 1. *in* " *oppositionis solutione.*

Quod

Quod spectat ad *Præsidentes Capitulis*, per illos alij intelligunt *Patres Ge-nerales*, ut Abbas Pan. *in d. c. fin. de Regular. n. 3.* Cujusmodi dantur in Ordi-nibus *Cisterciensi* & *Præmontratensi*; vel etiam *Priores Generales*; Cujusmodi danturapud *Carthusianos* vel aliquos *Ordines Mendicantes*; vel intelliguntur juxta Hostiensem, Ioan. Andreæ & Anch *n. 14. in d. cap in singulis*, Patres *Ab-bates*, vel juxta Ioan. Andreæ *in c. fin. de Regular:* Abbates *Maiores*, qui apud aliosOrdines Mendicantes appellantur *Provinciales*. Hi dicuntur extra Ca-pitulum auctoritate *delegatâ* posse excommunicare; sed eos duntaxat, qui Monasteria vel in personis vel in rebus, seu bonis molestant, *d. cap. in sin-gulis & ibi* Card. Ioan. Andreæ, Ant. de But. itidem, qui fugitivos revocare, & recipere nolunt. *cap fin. de Regul. & ibi* Dd. alioqui Præsidentes eiusmodi Capitulis, jurisdictionem in Monasteria, *non nisi* duntaxat in *levibus* habent (ut expressè Hostiensis Ant. de But. Card. & ipse Ioan. Andreæ *sup. cit. c.* ad ipsum Apostill. *in d. cap. in singulis lit. B. in verb. vel personis* docent) ne-que eam obtinent continuam Ioan. Andreæ, Innocent. *sub. n. 2. in d. c. in sin-gulis.* Cū pro arbitrio possint amoveri, *per text. in d. c. in singulis*, quamvis ex Laymanno P. Mangionius *in theoricis q. 7. à n. xxviii. usq. ad xxxix suo verò n.* .. tradat, nec per Præsides illos intelligi Generales vel Abbates Maiores, nec quatuor illos Præsidentes fuisse præditos *iurisdictione*, maximè *Ordinaria*; tum quod illi pro lubitu amoveri possent *d. c. in singulis* qualiter Patres Ge-nerales Ordinum amoveri nequeunt; præterquam quod inauditum sit in Ordine S. Benedicti Congregationis Cassinensis & similium, Generales Maiores Prælatos dari, adeoque nec amoveri possint; tum quod si Præ-sidentes fuissent Prælati Ordinarii, illi potuissent committere Visitatori-bus potestatem inquirendi, corrigendi & reformandi Monasteria: nec o-pus fuisset, ut hæc ipsa facerent *auctoritate Sedis Apostolicæ*, neq; etiam opus esset, vt dilapidatorem Abbatem prius denunciarent Episcopo, quam re-moveretur; prout tamen exadversum requirit *d. c. in singulis, & c. ea quæ*, li-cet in actu aliquo *delegatam* habeant à summo Pontifice Iurisdictionē, non tamen propterea habent *Ordinariam*: sicuti nec propterea, quod Episcopis in uno alterove actu contra exemptos delegetur Iurisdictio à sede Aposto-lica, etiam illis competit *Ordinaria* Iurisdictio in exemptos.

Hinc rectè notant Doctores, quod hic textus *in d. c. in singulis*, faciat con-tra *Patres Abbates*, qui in alienis Diœcesibus volunt visitare, pro tribunali se-dere, personas corrigere, & amovere. Dicunt etiam, quod non videant, quo jure id faciunt: Imò quod contraveniant *9. q. 2. 3. per tot. 6. q. 3. c. 1. de elect: venerabilem, de sepulc. c. 1. & de excessu Prælat. accedentibus, & huic textui in d. c. in singulis*: ex quo patet, ipsos nullam habere potestatem in aliis diœ-cesibus, *nisi à Papa ea ipsis concessa esset*; Tum verò ea non nisi in levibus concessa intelligeretur; atque ideò in aliis gravibus negata, unde non possent ipsi punire Monachum pœna aliqua graviore, nec ali-

De præsidibus Congregationis.

381. *Qui intelliguntur.*

382. *Qua potestate utantur.*

383.

384.

385.

386.

387.

388.

389.

390.

„ aliquem deponere Superiorem, *nisi vel ex privilegio*, vel ex præscriptione,
„ eam *acquisivissent* potestatem. Vide *de Off. Ord. quanto*, *ubi in novell.* Hæc
391 Card. & Ant. de But. Ex hisce apparet, quàm commodè ego per modum
dubii proposuerim, ast quam violenter F. Romanus acceperit hæc verba
in d. c. in singulis, nullus *sibi auctoritatem assumat Prælationis*, quasi per ea tantum occurreretur arrogantiæ; ne quis sibi aliquam sumat Prælationem
392 *d. alleg.* 44. Cùm tamen ea longe in alio sensu sint & pronunciata & accipienda; nimirum, quòd ipsis Prælatura *cum Iurisdictione ordinaria in gravioribus* non concedatur per *sup. deducta*; tum etiam *infertur*, quam perperam F.
393 Romanus *cit. loco* Dd. *in c. fin. de Regular.* contra me, P. Laymannum ac P.
Mangionium citet; Cùm neque textus neq; Dd. istis Præsidentibus Capitulo, extra illud in Ordine S Benedicti ullam tribuant Iurisdictionem,
394 teste Abbate Pan. *in d. c. fin. de regular. sub num* 3. ubi ait. Sed quæro circa prædicta, quia textus loquitur de Præsidentibus Patribus Abbatibus, & Superioribus, quid de inferioribus vel de his, qui non habent Patres Abbates, ut communiter reperitur in Ordine S. Benedicti: *Solve*; iste textus non aperit intellectum, Nec Doctores.
395 Quod verò addit, posse dici, *quod isti congregent capitulum sui ordinis; tunc Præsidentes etiam habeant requirere fugitivos, quia hac littera, non solùm dat potestatem Abbatibus Generalibus; sed etiam Præsidentibus capitulo, &c. requirendi fugitivos, & auctoritate Apostolica delegata compellendi Monasterium sui Capituli, ut fugitivum recipiat.* Iste casus specialis nihil contra nos facit, nec ordinariam illis tribuit Iurisdictionem.
396 Quòd si Præsidentibus & Visitatoribus in Monasteria aliorum Ordinum non competit Iurisdictio *ordinaria*, saltem *in gravioribus*, neque etiam Præsidibus à Congregationibus Ordinis S. Benedicti electis, major Iuris-
397 dictio tributa intelligetur, *per concil. Trident. sess.* 25. *c.* 8. *de Regular.* Cum illis *in d. c.* 8. ea duntaxat tribuatur auctoritas in suæ congregationis Monasteria, ac regulares in iis commorantes, quam alii Præsides ac Visitatores in
398 cæteris habent Ordinibus. Unde evanescit F. Romani distinctio *allegat.* 45. allata, quâ Præsidibus jurisdictionem in Monasteria *unita* tribuebat, quam
399 in *non unita* concedebat non competere, *ex d. declaratione* Card. *in d cap.* 8.
Præterquam quod hac sua distinctione ostendat, Ordinem S. Benedicti
Ad glo. 45. non unum esse corpus &c. Glossa *in c. quanto. verb. si Prælati. de offic. ord.* nihil
400 tractat de Præsidentibus Capitulo Provinciali aut Generali; sed solum agit de Abbate immediato Prælato Monasterii, quòd ad illum primò spectet correctio Monachi, ut proinde ipsa ad rem præsentem nihil faciat, ubi
401 quæritur de dominio bonorum ac rerum, *an hoc mortuis originariis, vel incolis omnibus alicujus Monasterii Monachis detur, in aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris superesse; vel bona illius Monasterii dicantur vacantia.* Ad hanc quæstionem F. Romanus nihil affert; sed semper extra orbitam exerrat.

Deinde

Deinde F. Romanus *allegat.* 286. ad alteram *posterioris membri Minoris* propositionem ex ipsius F. Romani *quæst.* 1. *n.* 17. 24. 58. suprà recitatam, Respondet; *quod ipse dixerit, religiosos ejusdem ordinis ac familiæ, quà filios S. Benedicti petere* JURE HÆREDITARIO *legibus sibi concesso Parentis sui patrimonium ab ipsis ibus direptum. non quod unum particulare Monasterium sit hæres alterius; sed quod Ordo S. Benedicti sit institutus hæres ac Dominus bonorum temporalium primi fundatoris, ea conditione, ut ex illo perpetuò adsint, qui fundationi cultuique divino satisfaciant. Quod si ego porrò negaverim, hodie Monasteria esse patrimonium S. Benedicti, ideoque ea Monachis non deberi jure patrimonii, mox in crastinum negare debebo etiam summo Pontifici & Ecclesiæ Romanæ patrimonium S. Petri.* Commenta Hayana. 402 403

Verùm hæc responsio quomodo ad probationem ex F. Romano *qu.* 1. *num.* 17. 24. & 58. petitam, *quod alii exteri ejusdem ordinis Monachi sint defunctorum incolarum hujus Monasterii conventu destituti, Hæredes,* quadret, nemo est qui videat. Num alii exteri ex aliis ejusdem Ordinis Monasteriis sunt unum aliquod particulare Monasterium? Deinde successio in beneficialibus hæreditaria, seu quæ dicitur fieri jure hæreditario, ab ipsomet F. Romano *alleg.* 440. reprobatur, *prout supra ostensum est.* 3. Nec verum est, quòd totus Ordo S. Benedicti sit à primo Fundatore institutus hæres ac Dominus bonorum temporalium, *prout infrà q.* 3. *videbitur.* Diluuntur. 404 405 406

4. Neque ex eo, quod quis *neget, Monasteria omnia esse patrimonium S. Benedicti, eaque Monachis totius Ordinis deberi,* rectè unquam intulerit. *Ergò etiam Pontifici & Ecclesiæ Romanæ negari posse patrimonium S. Petri,* secus ac F. Romanus existimat. Ex quibus patet, quàm multimodè F. Romanus hic aberrarit; solo hoc verus, quod *alleg.* 44. suum *Astrum* agnoscat *extinctum*; prout ex ejusdem verbis hic suprà allatis manifestè videre est. 407

§. XI. Usque ad XVII

Quod alii exteri ejusdem Ordinis Religiosi superstites per se non habeant Monasterii conventu dest. tuti vivis incolis possessionem in solidum.

Partem posteriorē Assertionis meæ, *quod nec possessionem bonorū Monasterii conventu destituti independentis, habeant alii exteri ejusdem Ordinis Monachi,* superstites probabam hac ratione: Vel enim Monachi exteri ejusdem Ordinis habent hujus Monasterii independentis possessionem, *Viventibus* hujus Monasterii collegis religiosis originariis seu incolis; vel ipsis defunctis; *Neutrum* dici potest. Non *viventibus* ipsis habuerunt alii exteri ejusdem Ordinis Religiosi possessionem: Nam illi exteri vel *per se* vel *per collegas* Originarios seu incolas hujus Monasterii eam habuissent possessionem; & quidem si per se, tunc vel *in solidum*, vel *pro parte*, vel etiam *communiter*, sive ut constituunt, unam communitatem, bona illa possedissent. Nihil autem horum asseri potest. Igitur &c. *Minoris* hujus *membrum primum*, quod illi 408 409 410

exteri per se in solidum, non possederint, probabam hoc modo: vel enim ita ipsi Exteri bona Monasterii conventu destituti possedissent civiliter, vel naturaliter, vel utroque modo simul: Non utroque modo simul, quia alias duo
411 insolidum darentur unius rei possessores, cōtra *l.3.§.ex contrario ff. de acquir. possess.* Cùm etiam vivi adhuc collegæ originarii seu Incolę hujus Monaste-
412 rii bona illa civiliter & naturaliter in solidum possederint, *ut notorium est.* Nec *alterutro modo* tantum: Non enim *naturaliter* jure suffragante alii exteri Monachi bona hujus Monasterii cōventu destituti, ejusdem Ordinis possederunt, ut patuit; atque etiamnum patet ad oculum; quia sic bona detenta fuerunt corporaliter ab ipsismet viventibus hujus Monasterii Collegis
413 Incolis. Neque etiam *civiliter* alii exteri ejusdem Ordinis Monachi dicta bona possederunt; quia cum ipsimet hujus Monasterii Collegæ originarii seu Incolæ adhuc vivi ea bona *civiliter*, seu *animo sibi possidendi* semper tenuerint per *c. inter dilectos 6. de fid. instrum.* Franc. Marc *decis. 566. n. 4. tom. 2. c. in præsentia & ibi.* Bald. *de prob.* per not. *in c. in præsentia de offic. ord. in 6.* Facit Rota Romana *decis. 214. n. 1. tom. 1. in recentior.* sequitur, quòd ipsis origina-
414 riis vivis alii exteri ejusdem Ordinis Monachi simul *civiliter* non possederint: aliàs enim sequeretur, duos datos fuisse *in solidū* ejusdē rei possessores *civiles*, quod tanquā in Jure absurdum, non est admittendum, *text. in l. ita vulneratus, 51. §. 2. v. quod si quis absurdâ ff. ad L. Aquil.* Vide F. Romanum *q. 1. n.*
415 *62.* ubi *cit.* Bart. *in l. possideri §. ex contrario n. 9. ff. de acquir. possess. L. sicut certo §. si ex duobus vehiculum eodem.* Deinde, licet civilis possessio solo retineatur animo, tamen ut acquiratur, supponit *naturalem* possessionem *ex L. 2. l. 8. l. 49. ff. de acquir. possess.* in ipso possessore vel alio, qui juris fictione idem cum ipso civiliter possidente sit, *qualis est servus vel filius, vel Procurator*, si ipse nomine alterius rem apprehendat. *Inst. per quas personas nobis acquiratur domi-*
416 *nium:* At hoc in casu Monachi exteri ejusdem Ordinis nunquam vel ipsi per se, vel per alios *suo juri* subjectos aut mandatarios apprehenderunt corporaliter vel naturaliter bona hujus Monasterii cōventu destituti, nec unquam se apprehendisse, possunt legitimè docere. Proinde Monachi exteri
417 ejusdem Ordinis non possunt dici, *civiliter* possessionem bonorum hujus Monasterii conventu destituti, collegis ipsius Incolis adhuc viventibus, *in solidum* habere vel retinere.

§. XII.

Quod exteri ejusdem Ordinis Monachi per incolas Monachos hujus Monasterii Conventu destituti bona in solidum non possederint.

418 N. 12. *Minoris* membrum *tertium* (de secundo enim paulò pòst videbitur) nimirum *quod Monachi exteri aliorum Monasteriorum bona hujus Monasterii per ejusdem Monachos originarios vel incolas non possederint*, probabam per *ante occupationem.* Neque quis dicat *inquiens*, Monachos originarios seu Incolas hujus Monasterii possedisse bona nomine aliorum Monachorū exterorum;

orum; hoc enim falsum, esse, inde ostenditur; quod cui Monachi bona æsiverunt, illa ipse & non alius possideat. *per l.3 ff de acquir.possess. juncta* 419
hen. Ingressi C. de sacros. Eccles. Atqui Monachi Originarii seu Incolæ bo- acquisiverunt Monasterio suæ professionis, seu in quo sunt professi; verò alii vel alterius nomine, *d. auth. Ingressi, & c. in præsentia, de prob.* 420
ncisc. Marc. *decis.566. Tom.2.* Igitur Monasterium professionis, seu in Monachi sunt professi, & non aliud, bona illa quæsita possidet.

§. XIII.

Monachi Incolæ alieno nomine non possident Monasterii bona.

Confirmabam illud ex eo, quod Dominus soleat suo, & non alterius *Confirm. 1.*
nine res suas possidere. *L.1. ff. pro suo & ibi* Odofred. *l. Titia 48. & ibi* An- 421
1. 5. ff. de solut. l.2. C. de acquir. possess. At Monachi Originarii seu Incolæ ac viventes hujus Monasterii, fuerunt ejusdem bonorum Domini, ut ò antè fuit demonstratum. Igitur Monachi originarii seu Incolæ adviventes hujus Monasterii, suo & non alieno nomine ea bona possent; *Consequenter* alii exteri aliorum Monasteriorum Monachi non unt dici ea bona possedisse.

§ XIV.

Nomine alterius quis dicatur possidere?

Confirmabam 2. ex eo, quod qui nomine alterius rem aliqam possidet, *Confirm. 2.*
l alterius servus vel filius vel Procurator, vel Socius in bonis indivisis 422
lebeat, *inst. per quas person. cuique acquir. & ibi Dd. not.* At Monachi oririi vel Incolæ adhuc viventes hujus Monasterii, aliorum exterorum in Monasteriis nec sunt servi, nec filii, nec Procuratores, nec Socii in bondivisis. Igitur &c. *consequenter* patet tertium propositionis nostræ 423
oris membrum, *quod exteri aliorum Monasteriorum Monachi, bona huius sterii per eiusdem Monachos originarios seu Incolas viventes in solidum non erint*, esse demonstratum.

§. XV.

Ubi exteri eiusdem Ordinis Monachi vivis incolis possessionem Monasterii emortui pro parte non habuerunt.

ulcabam secundum quoque *Minoris* membrum, nempe *quod alii ex- ex aliis eiusdem Ordinis Monasteriis Monachi bona huius Monasterii eiusdem is Originariis seu Incolis viventibus pro parte non possederint*; probari ex *Secundum Minoris membrum prob.*
osorum Exulum, in alia ejusdem Ordinis Monasteria non admis- 424
, vel saltem iis debita ex justitia atque *ex c. cum singula, §. prohibemus,* 425
b. in 6. Unde sic argumentabar: Quod aliquis sive in totum, sive pro corporaliter & civiliter, sive animo possidet ac tenet, ad illius possesobtinendã, non est opus, ut priùs Canonicè trãsferatur. *§. aque 2. vers.*

contra

246 *contra. Instit. de act. & ibi* Dd. *l. cum res. C. de contrah. empt.* F. Romanus *alleg.* 287. Ratio est manifesta, quia contrarium involvit contradictionem, eò quod possidens naturaliter & civiliter, sive in totum, sive pro parte, si deberet possessionem illius adhuc acquirere, poneretur non possidere, quod repugnat; Atqui ad possessionem bonorum hujus Monasterii conventu destituti, licet ejusdem Ordinis tam quoad totum, quam quoad partem, obtinendam *ex d. c. cum singula §. prohibemus*; opus est, ut Monachi exteri aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis prius Canonicè transferantur: Igitur Monachi exteri aliorum Monasteriorum, bona Monasterii hujus conventu destituti, nec in totum, nec pro parte naturaliter ac civiliter seu animo possident.

§ XVI.

Incolis hujus Monasterii spoliatis non possunt alii exteri etiam ejusdem Ordinis proprio nomine de spolio agere.

Confirm. 1. 247 N. 16. Confirmabam *primò* ex eo; quod si alii exteri Monachi possiderent etiam *pro parte* bona hujus Monasterii, & quidem Collegis originariis seu Incolis ipsius adhuc viventibus, tunc possent illi alii, casu, quo viventes hujus Monasterii Monachi essent sua possessione spoliati, de spolio *suo proprio nomine* agere, petereque sibi possessionis restitutionem. Hoc autem nemo IConsultorum asserit, neque ipse F. Romanus, ut videre est *q. 1. n.* 63. Igitur nec illud.

§. XVII.

Re possessa citra suam culpam nemo jure destitui potest.

Confirm. 2. 248 Confirmabam 2. ex eo, quod si alii exteri Monachi possiderent etiam *pro parte* bona hujus, in eodem Ordine, Monasterii conventu destituti, & quidem vivis originariis seu Incolis ipsius Collegii religiosis, ergò nuper exulibus ad Monasterium hoc, sui Ordinis *ex justitia* admittendis, nec admissis, injuria fuit irrogata & vis illata; quod prohibiti fuerint re possessa

249 pro arbitrio suo uti; cùm vim patiatur, ut docet F. Romanus *q. 1. in resp. ad* 7. *n.* 92. qui re possessa prohibetur uti suo arbitrio. *L. 10. de municip. ff. de vi*

NB. *arm.* ubi tamen hæc regula non probatur: sed in *L. 11. ff. de vi & vi armata.* Atqui exulibus exteris ad alia sui Ordinis Monasteria non admissis, fa-

450 ctam vim & injustitiam F. Romanus *alleg.* 446 *n. 2. in fin.* non concedit; Igitur F. Rom. nec concedere debebit, aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris, etiam *pro parte* possessionem hujus in eodem Ordine Monasterii, viventibus originariis seu Incolis illius Monasterii Monachis ac religiosis competere.

Eod.

Eod. §. XVII.

Totus Ordo S. Benedicti non communiter possidet Monasterium.

Quartò nec pro *priori* posterioris cōclusionis *membro* potest asseri, quod otus Ordo S. Benedicti viventibus originariis seu incolis Monasterium oc communiter possederit; quia cùm totus Ordo S. Benedicti non sit una ommunitas, utpote quæ nec unum Syndicum, nec unã arcam habeat, nec num concilium celebret; seu cujus Monasteria omnia non sunt unita, ut quitur F. Rom. *alleg* 45. quæ aliàs si una esset communitas, requireretur, :r notata *Dd. in suprà cit. L. sicut. §. in decurionibus ff. quod cujusq; univers. nom.* nc non poterit dici, quod Monasterium hoc vivis originariis seu Incolis sius Monachis, totus ordo S. Benedicti communiter possideat, per notata oannis Baptistæ Lezanæ, *in summa qq. regular. tom. 1. part. principal. seu in ommen. Maris Magni carmelit. circa §. 19. n. 288. sub fin.* 430

§. XVIII.

Defunctis incolis alii exteri ejusdem Ordinis Monachi non possunt dici Monasterii conventu destituti possessionem obtinere.

Posterius seu alterum *posterioris conclusionis* nostræ membrum, *quod alii teri in aliis Monasteriis Monachi*, defunctis *hujus in eodem Ordine Monasterii onachis originariis seu Incolis, ipsorum bona nec possideant, nec teneant*, est notoum; quia cum alii exteri aliorum Monasteriorum bona hujus Monaerii vivis ipsis Originariis seu Incolis Religiosis non possideant, necesse t. 1. ut defunctis illis alii vivi possessionem eorundem bonorum adepturi m corpore & animo apprehendant. *L. 3. §. adipiscimur. & L. cum Hæredes in inc. ff. de acquir. possess.* 2. ut legitimo modo ac viâ ea bona apprehendant; æ in Ecclesiasticis est investitura vel etiam immissio in possessionem, à periore ad id sufficientem auctoritatem habente facta Menoch. 15. *re. per. possess. nu. 222. per c. ex frequentibus. ç. ad hæc §. in quadam de officio Archid. 1. de eo qui mittit. in possess.* 3. ut canonicè seu justo titulo possessionem otinuerint, ne habeantur intrusi, *per c. beneficium, de R. I. in 6. c. veniens, de ers.* 431 432

Possessionem bonorum Ecclesiasticorum adepturũ quæ necessaria. 1. 2. 3.

Atqui Monachi exteri possessionem bonorum hujus Monasterii in eo m Ordine emortui, ab ipsorum Monachorum Originariorum, seu inlarum obitu, *primò*, nec corpore nec animo simul apprehenderunt: *Sendò*, nec de iis à Superiore investiti, nec in eorum possessionem immissi erunt: *Tertiò*, Nec titulum justum ac Canonicum assertæ possessionis tendere possunt. *Igitur* Monachi exteri possessionem bonorum Monaerii in eodem Ordine emortui, ab ipsorum Monachorum Originariorum Incolarum obitu nec habent, nec obtinent. 433 434

Ex hactenus deductis relinquitur, quod alii exteri Monachi nec domi- 435

nium nec possessionem bonorum Monasterii, in eodem Ordine, conventu destituti habeant; adeoq; quæ F. Romanus cõtra objicit, per se collabascāt.

Instantia Hajana.

436 Quod verò F. Romanus *sub alleg.* 499. quasi retorquendo dicit *inferri, nec alios aliarum Ecclesiarum Sacerdotali Ordinis Clericos, Cathedralis, Collegiatæ vel Parochialis Ecclesiæ independentis, viventibus ejusdem aut mortuis Canonicis vel Parocho possessionem habituros*, est illa illatio verissima, nec in ullo Cano-

437 ne aut Canonistâ *contrarium* deprehendetur esse decisum. Quin etiam illius illationis veritas manifestissimè patet. Ecquis enim unquam dixerit, quod Clerus Æthiopiæ, Abyssi, Hollandiæ, Hyberniæ, aut etiam ubi, ubi locorum extra Germaniam est constituta; Cathedralis, Collegiatæ aut Parochialis Ecclesiæ in Germania dominium aut possessionem habeat? Nul-

Contra ipsum F. Romanum discutitur, & illustratur.

438 lus & nemo præter unum & solum F. Romanum. Deinde quando aliis alia-

439 rũ Ecclesiarum Clericis nego hujus Cathedralis, Collegiatæ, vel Parochialis Ecclesiæ, *dominium* ac *possessionem*, ex eo non rectè infertur, quod similiter Ecclesiæ Vniversali (intelligendo *Synecdochicè* ejus Caput, summum Pontificem) dominiũ, ac possessionem hujusmodi Cathedralis, Collegiatæ aut Parochialis Ecclesiæ negem; quia Ecclesiæ Vniversalis dominiũ ac possessio omniũ & singulorum bonorum Ecclesiasticorum est *diversi ordinis & generis*, ut suprà vidimus, à quorum uno tanquam diverso & separato ad aliud non rectè fit illatio. Everhard. *in loco à separat.* Ex quibus patet, quod suprà recitata F. Rom. argumentatio. *sub d. alleg.* 499 *nu.* 14 quasi ego *meis argumentis evincere conarer, Ecclesiam non Vniversalem consequenter nec ordinem Ecclesiasticum bona Ecclesiarum, totius mundi possidere*; omnino fallax sit; at explicanda prout ante fuit explicata.

Quale dominium Ecclesia Vniversalis seu ejus Capiti, summo Pontifici competat in Monasteria Cõventibus ob mortem omnium incolarum destituta.

440 Neque propterea dico, quod dominium aut possessio, universali Eccle-

441 siæ, per mortem omnium Collegarum (qui fuerunt de hac vel illa Ecclesia, vel per invasionem Hæreticorum aut Schismaticorum etiam tantam, ut moraliter impossibilis putetur illius Ecclesiæ invasæ recuperatio, dejecti,)

442 pereant aut extinguantur, secus ac erroneè opinatus est Caramuel *in Tract. An pax sit licita, disp* 1. *sent.* 1 *concl.* 6. contra definitionem Apostolicam Gregorii Papæ *in c. Pastoralis* 7. *q.* 1. *clementis V. in Concilio Viennensi relatam in Clement. in plerisque de elect.* & ibi Ioan. Imol. *n.* 8. Card. *nu.* 5. Anch. *n.* 1. 2. ubi simul argumentum Hæreticorum *ex l. cum loca. ff. de rel. g & sumpt. fun.* desumptum dissolvunt; quod videlicet locus per captivitatem hostium fidei

l. cum loca. ff. de rel. & sumpt. fun. explicatur.

443 non desinat esse sacer, licet ibidem exercitium Ministrorum Ecclesiæ ces-

NB. set, *d. c. Pastoralis* 7. *q.* 1 *c. Vestra. de cohabi. Cler. c. semel Deo. de R. I. in* 6 Accedit,

444 quod non habeat jus Fisci Magistratus hæreticus, ut ex aliena, nimirum, Ecclesiæ calamitate, compendium sectetur, quemadmodum verè Christia-

445 nè definit Imperator Constantinus *in L. si quando* 1. *C. de naufrag.* Nunquid enim ex fletu Catholicorum ridebit hæreticus? Repugnaret illud definitioni *cap. Petiistis de privileg.* At væ! qui nunc ridetis, quia posteà flebitis. *Luca* 6. *c. vers.* 25.

Reliqua

Reliqua, quæ F. Romanus *sub d. alleg.* 499. *nu.* 14. cum nausea repetit de lominio infimo & immediato, *de quo ego semper ago*; & de dominio mediato ubalterno Ordinis & summo Ecclesiæ Vniversalis, *de quo ipse loquitur*, stendunt, ipsum scopi in *bona Monasterii emortui, an sint vacantia*, intenti on amplius meminisse; Similiter quando *ibidem n.* 15. dicit, *me pro possessio-e Monachorum semper substituere possessionem bonorum Monasterii*, *& sic ipsa* *lonasteria excludere*, aberrat; quia falsum est, quòd ego ipsa Mona eria *materialiter*, pro loco ipso accepta excludam, ut videre licet *in q.1.c.4.* *solut.* 446 *Commentum Haianum.* 447 *Piscatitur.*

Nihilominus F. Romano ita lubet *nomine Monasterii* plura comprehen-endente abuti, ut lectorem variâ illius significatione vel perplexum red-at, vel pro veritate conclusionis falsitatem obtrudat, per notata Cantiun-ulæ *in Top. de perplexitate, & Tusch. lit. P. conclus.* 314. vel etiam veritati eas of-undat tenebras, ut illam planè ignoret, per notat. Niconit. *in repet. c quo-am contra n.* 674. *de probat.* 448

Quod ibidem *n.* 16. 17. *&* 18. subjicit, *quasi ego terminum vocis* (ordo) *mu-verim, in terminum*, alii religiosi; *eò quod* quæst. 2. sect. 1. c. 3. fol. 51. *ponam uc titulum*, Proponuntur argumenta F. Romani, quibus ostenditur ab rdine bona monasteriorum illius Ordinis emortuorum esse adhuc pos-ssa; *sectionem* 2. *in eodem termino adhuc perseverans, sic ordiar*; Contrà, Lay-annus contendit, Ordini nullum in dictis Monasteriorum emortuo-um sui Instituti bonis esse jus *sive*, Ordinem non habere eorum domi-um & possessionem, *Vbi mox incipiam*: Pars prior conclusionis, *quod Ordini* *minium in Monasteriorum bonis non competat*, probatur, *Deinde verò* fol. 62. *n.* 11. *eodem sermonis contextu totum stylum immutans*, *non* (*ut oportebat*) *em*: Pars posterior conclusionis, quòd *Ordini possessio in Monasteriorum bo-non competat*, probatur; *sed*, pars posterior conclusionis, *quod nec possessio-m bonorum emortui collegii, religiosi alii habeant ex aliis ejusdem Ordinis Mona-riis*, probatur, &c. *Et sic deinceps loquar per totam sectionem; adeoque apud me duo sint synonyma*: Ordo religiosus; &, alii religiosi ex aliis Monasteriis; *nsequenter debebo admittere etiam hæc duo Synonyma esse*, Ordo Sacerdota-vel Ecclesiasticus; &; Clerici aliarum Ecclesiarum; *quæ tamen plurimum ferunt, ut suprà hac sect.* 2. *num.* 1. vidimus, & ipse F. Romanus *ibid. seqq. nu.* 18. insinuat. 449 *Commenta Hayana circa Ordinem & alios religiosos ejusdem Ordinis defunctis superstites.* 450

Verùm fallitur F. Romanus; quia licet Ordo religiosus & alii religiosi, exteri ejusdem Instituti collectivè sumpti, defunctis superstites, literis, aracteribus & vocibus significantibus, Grammaticè differant; non ta-en re significatâ; cum idem per utrumque significetur, quemadmodum prà ad *d.* §. 1. ex resolutione Dd. ostensum est. 451 *Dissentiuntur.*

Quod verò *ibid. n.* 17. 18. existimat, *per alios aliorum Monasteriorum religio-exteros*, *hujus Monasterii Monachos originarios & incolas ejusdem instituti* 452

 excludi;

452 *excludi*; adeoque *per illos alios exteros non significari universitatem & collectionem omnium Monachorum seu Monasteriorum formaliter acceptorum unius instituti*, fallacia est; Siquidem Monachi hujus Monasterii Originarii & incolæ ponuntur mortui, ideoque nec possunt aliis religiosis exteris aut Ordini superstiti accenseri. An F. Romanus vult reliquos Monachos vivos cum
453 mortuis morari? Ast, ut verbis Godefridi *in L.1.tit.h.C de legat.* utar; *neminē ita fatuum esse existimo, ut alicui imperet cum aliquo post mortem habitare*. An non per mortem alicujus exspirat cum eo habitatio? Vide suprà deducta
454 *in Resolutione q.1.sub princip.* An non aliquis post mortem suam Dominus & possessor esse desinit? Si ignorat F.Romanus, discat ex *addit. ad* Matthesil. *singular.*110.*n.*88.

455 Contraria F.Romani instantia ab Universali Ecclesiâ & Clericis petita, ineptè vel fallaciter huc allegatur. Cum huc omninò non quadret, prout
456 suprà est ostensum. Quomodo autem ex hisce præmissis *ibid.n.*19.F. Romanus ad vel contra quæstionem præjudicialem rei circa dominium & possessionem Monasterii Conventu destituti coram Iudice Ecclesiastico disceptandæ, atque à me hac *q. 2 sect.3.c.1.nu.*23. propositæ, & in S.Rota Rom.decisæ, inferre aut concludere possit, nemo est qui videat.

457 Econtra patet, quod nos ex suprà deductis optimè & rectissimè colligamus, Ordini sive aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris superstitibus quomodocunque acceptis, in hujus Monasterii Conventu ejusdem regulæ destituti bonis, nec dominium proprietatis, nec possessionem competere, ut ita bona ista vacent, seu sint & dicantur esse vacantia.

RESOLUTIO SECTIONIS III. QVÆST. II.

Quâ F.Romani (adde nunc) & alterius F. cujusdam Ordinis Cisterciensis argumentis initio quæstionis 2.sect.1 propositis respondetur.

F.Romani & alterius F. Argumenta, quæ *tribus capitibus sect.1.hujus q.2.* fuerunt proposita, ijsdem *totidem capitibus* responsio ex ordine subjungitur.

RESOLVTIO.
CAPITIS PRIMI.

F. Romani & alterius F.propositis cap.1. d sect.1. argumentis quoad dominium Ordini assertum satis fit.

§§. I. II. *& seqq.*

Ad 1.Arg.R.

1. *Verbum recuperare dupliciter accipitur.* AD 1. *Argumentum* F.Romani Respondetur, *negando antecedens*; quod Ordo S.Benedicti, vel Unio seu Congregatio aliqua provincialis ejusdem Ordinis habeat jus aut dominium in bonis Collegii monastici, sine spe juridica emortui. Ad illius *probationem primam* priusquam responde-
2. rem, notaveram, vocem *recuperare in Majore* positam, *dupliciter* accipi posse;

primò

primò propriè, prout significat jus pristinum, quod quis antea habuit & postea perdidit, recipere *L. postliminium. ff. de capt. & postl. reverſ.* Rebuff. *ad L. si cum nulla ff. de re jud. & in* L. *verbum reddendi* 94. *de verbo. significat.* 2. *minus propriè*, quemadmodum interdum *recuperari* dicitur id, quod nobis erat debitum, licet id nunquam antè habuerimus, *L. cum possessor in princ. ff. de censib.* ibi; *tametsi fiscus pecuniam suam recuperaret.* Rebuff. *in d. L. verbum reddendi ff. de verb. signif.*

Deinde notaveram, vocem, *habere*, ambiguam esse. Nam ipsa *primò propriè* accipitur cum effectu, *ut in L stipulatio ista* 38. §. *habere* 9. *ff. de V O* ubi Vlpi. inquit, *habere dupliciter accipitur. Nam & eum habere dicimus, qui rei Dominus est, & eum, qui Dominus quidem non est, sed tenet; deniq́, habere rem apud nos depositam solemus dicere*, Et sic tribus modis rem habere, aliquis dicitur; 1. vt proprietarius. 2. vt possessor, 3. ut custos, quemadmodum ibi notat Gothofred. *Verbum habere est ambiguum.* 3. 4.

2. Vox, *habere*, accipitur *impropriè & fictè*, prout res habetur in causa, ex qua per actionem institutam peti atque ita haberi potest, *vt in supra cit.* F. Romani *L. is, qui actionem*. 15 *ff. de R I. L. id apud se quis habere videtur.* 143. *ff de verb signi.* Dicitur autem *impropriè & fictè*, quemadmodum ostendit vox *videtur, in cit. L. allata*, & ibi. Cagnol. & Dd. notant. Nam ita loquitur *d. l. id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem; habetur enim, quod peti potest, & d. l. is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.* 5. 6.

§. II.

Subjiciebam, hinc nullo negotio ad F. Romani *Syllogismum* propositum responderi posse; quod vel ipse principium petat, vel in circulum eat vel imperitè argumentetur; vel nihil ad rem afferat. *Principium* quidem *petere* videtur; si in *Majore & Minore* intelligat actionem realem singularem, eamq; *d rectam* pro rebus corporalibus; vel *utilem* pro incorporeis & Ecclesiasticis intentari solitā; Gomes. *in §. omnium autem actionum n.* 2. *Inst. de Act* & ibi Dd. *cit.* siquidem eo sensu ipse in *Minore* supponit, *Ordinem esse Dominum bonorum controversorum*; quod tamē illi probandum erit §. 4. *Inst. de act.* Treutler. *vol. 1. Th. 2. Lit. a, & ibi* Dd. citati, Schneid. *in d. §. omniū n.* 61. *Inst. de actio*: nec probat F. Romanus nisi idem ponendo, ideoque dicendus erit petere principium. *Ad F. Romani argumenti 1. probationem Respondetur.* 8.

In circulum abit F. Romanus, si probaturus, *Ordinem esse dominum dictorum bonorum*, illud ex eo afferat, quod Ordo habeat actionem realem singularem eamq; *directam* pro rebus corporalibus, & *vtilem* pro incorporeis; hoc enim ut probet, necesse est, ut prius afferat, Ordinem esse dominum dictorū bonorum aut rerum *ex d. §. omnium, inst. de act* & ibi Dd. adeoq; in circulum eat. 9.

Porrò F. Romanum *imperitè argumentari*, ostendebatur ex communi Dd. apud Cagnol. *in d. L.* 15. *ff. de R. I.* & Hænon: *disp.* 4. *in Regul. juris d. L.* 15. qui intelligunt ita *Majorem* hanc, ut is, *qui actionem siuè personalem sive realem habet ad rem sive ea perdita sit, siue non; sive duntaxat* debita sit, recuperandam, ipsam habere videatur, sivè proprie sive impropriè, id est, sive in causa 10. *Explicatur Major.*

 proxi-

„ aliquem deponere Superiorem, *nisi vel ex privilegio*, vel ex præscriptione,
„ eam *acquisivissent* potestatem. Vide *de Off. Ord. quanto*, *ubi in novell.* Hæc
391 Card. & Ant. de But. Ex hisce apparet, quàm commodè ego per modum dubii proposuerim, ast quam violenter F. Romanus acceperit hæc verba *in d. c. in singulis*, nullus *sibi auctoritatem assumat Prælationis*, quasi per ea tantum occurreretur arrogantiæ; ne quis sibi aliquam sumat Prælationem
392 *d. alleg.* 44. Cùm tamen ea longe in alio sensu sint & pronunciata & accipienda; nimirum, quòd ipsis Prælatura *cum Iurisdictione ordinaria in gravioribus* non concedatur per *sup. deducta*; tum etiam *infertur*, quam perperam F.
393 Romanus *cit. loco* Dd. *in c. fin. de Regular.* contra me, P. Laymannum ac P. Mangionium citet; Cùm neque textus neq; Dd. istis Præsidentibus Capitulo, extra illud in Ordine S Benedicti ullam tribuant Iurisdictionem,
394 teste Abbate Pan. *in d c. fin. de regular. sub. num* 3. ubi ait. Sed quæro circa prædicta, quia textus loquitur de Præsidentibus Patribus Abbatibus, & Superioribus, quid de inferioribus vel de his, qui non habent Patres Abbates, ut communiter reperitur in Ordine S. Benedicti: *Solve*; iste textus non aperit intellectum, NEC DOCTORES.

395 Quod verò addit, posse dici, *quod isti congregent capitulum sui ordinis; tunc Præsidentes etiam habeant requirere fugitivos, quia hæc littera, non solùm dat potestatem Abbatibus Generalibus; sed etiam Præsidentibus capitulo, &c. requirendi fugitivos, & auctoritate Apostolica delegata compellendi Monasterium sui Capituli, ut fugitivum recipiat.* Iste casus specialis nihil contra nos facit, nec ordinariam illis tribuit Iurisdictionem.

396 Quòd si Præsidentibus & Visitatoribus in Monasteria aliorum Ordinum non competit Iurisdictio *ordinaria*, saltem *in gravioribus*, neque etiam Præsidibus à Congregationibus Ordinis S. Benedicti electis, major Iuris-
397 dictio tributa intelligetur, *per concil. Trident. sess.* 25. *c.* 8. *de Regular.* Cum illis *in d. c.* 8. ea duntaxat tribuatur auctoritas in suæ congregationis Monasteria, ac regulares in iis commorantes, quam alii Præsides ac Visitatores in
398 cæteris habent Ordinibus. Unde evanescit F. Romani distinctio *allegat.* 45. allata, quâ Præsidibus jurisdictionem in Monasteria *unita* tribuebat, quam in *non unita* concedebat non competere, *ex d. declaratione* Card. *in d cap.* 8.
399 Præterquam quod hac sua distinctione ostendat, Ordinem S. Benedicti
Ad glo. w. non unum esse corpus &c. Glossa *in c. quanto. verb. si Prælati. de offic. ord.* nihil
400 tractat de Præsidentibus Capitulo Provinciali aut Generali; sed solum agit de Abbate immediato Prælato Monasterii, quòd ad illum primò spectet correctio Monachi, ut proinde ipsa ad rem præsentem nihil faciat, ubi
401 quæritur de dominio bonorum ac rerum, *an hoc mortuis originariis, vel incolis omnibus alicujus Monasterii Monachis detur, in aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris superesse; vel bona illius Monasterii dicatur vacantia.* Ad hanc quæstionem F. Romanus nihil affert; sed semper extra orbitam exerrat.

Deinde

Deinde F. Romanus *allegat.* 286. ad alteram *posterioris membri Minoris* probationem ex ipsius F. Romani *quæst.* 1. *n.* 17. 24. 58. suprà recitatam, Respondet; *quod ipse dixerit, religiosos ejusdem ordinis ac familiæ, qua filios S. Benedicti repetere* JURE HÆREDITARIO *legibus sibi concesso Parentis sui patrimonium ab hostibus direptum. non quod unum particulare Monasterium sit hæres alterius; sed quod Ordo S. Benedicti sit institutus hæres ac Dominus bonorum temporalium primi Fundatoris, ea conditione, ut ex illo perpetuum adsint, qui fundationi cultuique divino satisfaciant. Quod si ego porrò negaverim, hodie Monasteria esse patrimonium S. Benedicti, ideoque ea Monachis non deberi jure patrimonii, mox in crastinum negare debebo etiam summo Pontifici & Ecclesiæ Romanæ patrimonium S. Petri.* Commenta Hayana. 402 403

Verùm hæc responsio quomodo ad probationem ex F. Romano *qu.* 1. *num.* 17. 24. & 58. petitam, *quod alii exteri ejusdem ordinis Monachi sint defunctorum incolarum hujus Monasterii conventu destituti, Hæredes,* quadret, nemo est qui videat. Num alii exteri ex aliis ejusdem Ordinis Monasteriis sunt unum aliquod particulare Monasterium? Deinde successio in beneficialibus hæreditaria, seu quæ dicitur fieri jure hæreditario, ab ipsomet F. Romano *alleg.* 440. reprobatur, *prout supra ostensum est.* 3. Nec verum est, quòd totus Ordo S. Benedicti sit à primo Fundatore institutus hæres ac Dominus bonorum temporalium, *prout infrà q.* 3. *videbitur.* Diluuntur. 404 405 406

4. Neque ex eo, quod quis *neget, Monasteria omnia esse patrimonium S. Benedicti, eaque Monachis totius Ordinis deberi,* rectè unquam intulerit. *Ergò etiam Pontifici & Ecclesiæ Romanæ negari posse patrimonium S. Petri,* secus ac F. Romanus existimat. Ex quibus patet, quàm multimode F. Romanus hic aberrarit; solo hoc verus, quod *alleg.* 44. suum *Astrum* agnoscat *extinctum*; prout ex ejusdem verbis hic suprà allatis manifestè videre est. 407

§. XI. Usque ad XVII

Quod alii exteri ejusdem Ordinis Religiosi superstites per se non habeant Monasterii conventu destituti vivis incolis possessionem in solidum.

Partem posteriorē Assertionis meæ, *quod nec possessionem bonorū Monasterii conventu destituti independentis, habeant alii exteri ejusdem Ordinis Monachi,* superstites probabam hac ratione: Vel enim Monachi exteri ejusdem Ordinis habent hujus Monasterii independentis possessionem, *Viventibus* hujus Monasterii collegis religiosis originariis seu incolis; vel ipsis defunctis; *Neutrum* dici potest. Non *viventibus* ipsis habuerunt alii exteri ejusdem Ordinis Religiosi possessionem; Nam illi exteri vel *per se* vel *per collegas* Originarios seu incolas hujus Monasterii eam habuissent possessionem; & quidem si perse, tunc vel *in solidum,* vel *pro parte,* vel etiam *communiter,* sive ut constituunt, unam communitatem, bona illa possedissent. Nihil autem horum asseri potest. Igitur &c. *Minoris* hujus *membrum primum*, quod illi exteri 408 409 410

exteri per se in solidum, non possederint, probabam hoc modo: vel enim ita ipsi Exteri bona Monasterii conventu destituti possedissent civiliter, vel naturaliter, vel utroque modo simul; Non utroque modo simul, quia alias duo
411 insolidum darentur unius rei possessores, cōtra *l.3.§.ex contrario ff de acquir. possess.* Cùm etiam vivi adhuc collegæ originarii seu Incolę hujus Monaste-
412 rii bona illa civiliter & naturaliter in solidum possederint, *ut notorium est.* Nec *alterutro modo* tantum: Non enim *naturaliter* jure suffragante alii exteri Monachi bona hujus Monasterii cōventu destituti, ejusdem Ordinis possederunt, ut patuit; atque etjamnum patet ad oculum; quia sic bona detenta fuerunt corporaliter ab ipsismet viventibus hujus Monasterii Collegis
413 Incolis. Neque etiam *civiliter* alii exteri ejusdem Ordinis Monachi dicta bona possederunt; quia cum ipsimet hujus Monasterii Collegæ originarii seu Incolæ adhuc vivi ea bona *civiliter*, seu *animo sibi possidendi* semper tenuerint per *c. inter dilectos 6. de fid. instrum.* Franc. Marc *decis. 566. n. 4 tom. 2. c. in præsentia & ibi.* Bald. *de prob.* per not. *in c. in præsentia de offic. ord. in 6.* Facit Rota Romana *decis. 214. n. 1. tom. 1. in recentior.* sequitur, quòd ipsis originariis vivis alii exteri ejusdem Ordinis Monachi simul *civiliter* non possede-
414 rint: aliàs enim sequeretur, duos datos fuisse *in solidū* ejusdē rei possessores *civiles*, quod tanquā in Jure absurdum, non est admittendum, *text. in l. ita vulneratus, 51. §. 2. v. quod si quis absurdā ff. ad L. Aquil.* Vide F. Romanum *q. 1. n.*
415 *62.* ubi *cit.* Bart. *in l. possideri §. ex contrario n. 9. ff. de acquir. possess. L sicut certo §. si ex duobus vehiculum eodem.* Deinde, licet civilis possessio solo retineatur animo, tamen ut acquiratur, supponit *naturalem* possessionem *ex L. 2. l. 8. l. 49. ff. de acquir. poss.* in ipso possessore vel alio, qui juris fictione idem cum ipso civiliter possidente sit, *qualis est servus vel filius, vel Procurator*, si ipse nomine alterius rem apprehendat. *Inst. per quas personas nobis acquiratur domi-*
416 *nium:* At hoc in casu Monachi exteri ejusdem Ordinis nunquam vel ipsi per se, vel per alios *suo juri* subjectos aut mandatarios apprehenderunt corporaliter vel naturaliter bona hujus Monasterii cōventu destituti, nec unquam se apprehendisse, possunt legitimè docere. Proinde Monachi exteri
417 ejusdem Ordinis non possunt dici, *civiliter* possessionem bonorum hujus Monasterii conventu destituti, collegis ipsius Incolis adhuc viventibus, *in solidum* habere vel retinere.

§. XII.

Quod exteri ejusdem Ordinis Monachi per incolas Monachos hujus Monasterii Conventu destituti bona in solidum non possederint.

418 N. 12. *Minoris* membrum *tertium* (de secundo enim paulò pôst videbitur) nimirum *quod Monachi exteri aliorum Monasteriorum bona hujus Monasterii per ejusdem Monachos originarios vel incolas non possederint*, probabam per *ante occupationem.* Neque quis dicat *inquiens*, Monachos originarios seu Incolas hujus Monasterii possedisse bona nomine aliorum Monachorū exterorum;

terorum; hoc enim falsum, esse, inde ostenditur; quod cui Monachi bona quæsiverunt, illa ipse & non alius possideat. *per l.3 ff de acquir.possess. juncta Authen. Ingressi c. de sacros. Eccles.* Atqui Monachi Originarii seu Incolæ bona acquisiverunt Monasterio suæ professionis, seu in quo sunt professi; 419
non verò alii vel alterius nomine, *d. auth. Ingressi,& c. in præsentia.de prob.* Francisc. Marc. *decis.566. Tom.2.* Igitur Monasterium professionis, seu in quo Monachi sunt professi, & non aliud, bona illa quæsita possidet. 420

§. XIII.

Monachi Incolæ alieno nomine non possident Monasterii bona.

Confirmabam illud ex eo, quod Dominus soleat suo, & non alterius nomine res suas possidere. *L.1. ff. pro suo & ibi* Odofred. *l. Titia 48. & ibi* Angel *n. 5. ff. de solut. l. 2. C. de acquir. possess.* At Monachi Originarii seu Incolæ adhuc viventes hujus Monasterii, fuerunt ejusdem bonorum Domini, ut paulò antè fuit demonstratum. Igitur Monachi originarii seu Incolæ adhuc viventes hujus Monasterii, suo & non alieno nomine ea bona possederunt; *Consequenter* alii exteri aliorum Monasteriorum Monachi non possunt dici ea bona possedisse. *Confirm. 1.* 421

§ XIV.

Nomine alterius quis dicatur possidere?

Confirmabam 2. ex eo, quod qui nomine alterius rem aliqam possidet, is, vel alterius servus vel filius vel Procurator, vel Socius in bonis indivisis esse debeat, *inst. per quas person. cuique acquir. & ibi Dd. not.* At Monachi originarii vel Incolæ adhuc viventes hujus Monasterii, aliorum exterorum in aliis Monasteriis nec sunt servi, nec filii, nec Procuratores, nec Socii in bonis indivisis. Igitur &c. *consequenter* patet tertium propositionis nostræ Minoris membrum, *quod exteri aliorum Monasteriorum Monachi, bona hujus Monasterii per ejusdem Monachos originarios seu Incolas viventes in solidum non possederint,* esse demonstratum. *Confirm. 2.* 422 423

§. XV.

Alii exteri ejusdem Ordinis Monachi vivis incolis possessionem Monasterii emortui pro parte non habuerunt.

Inculcabam secundum quoque Minoris membrum, nempe *quod alii extranei ex aliis ejusdem Ordinis Monasteriis Monachi bona hujus Monasterii ejusdem Collegii Originariis seu Incolis viventibus pro parte non possederint*; probari ex religiosorum Exulum, in alia ejusdem Ordinis Monasteria non admissione, vel saltem iis debita ex justitia atque *ex c. cum singula, §. prohibemus, de preb. in 6.* Unde sic argumentabar: Quod aliquis sive in totum, sive pro parte corporaliter & civiliter, sive animo possidet ac tenet, ad illius possessionẽ obtinendã, non est opus, ut priùs Canonicè trãsferatur. *§. æque 2. vers.* *Secundum Minoris membrum prob.* 424 425

contra

*246 *contra. Inſtit. de act. & ibi* Dd. *l. cum res. C. de contrah. empt.* F. Romanus *alleg.* 287. Ratio eſt manifeſta, quia contrarium involvit contradictionem, eò quod poſſidens naturaliter & civiliter, ſive in totum, ſive pro parte, ſi deberet poſſeſſionem illius adhuc acquirere, poneretur non poſſidere, quod repugnat; Atqui ad poſſeſſionem bonorum hujus Monaſterii conventu deſtituti, licet ejuſdem Ordinis tam quoad totum, quam quoad partem, obtinendam *ex d. c. cum ſingula §. prohibemus*; opus eſt, ut Monachi exteri aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis prius Canonicè transferantur: Igitur Monachi exteri aliorum Monaſteriorum, bona Monaſterii hujus conventu deſtituti, nec in totum, nec pro parte naturaliter ac civiliter ſeu animo poſſident.

§ XVI.

Incolis huius Monaſterii ſpoliatis non poſſunt alii exteri etiam ejuſdem Ordinis proprio nomine de ſpolio agere.

Confirm. 1

247 N. 16. Confirmabam *primò* ex eo; quod ſi alii exteri Monachi poſſiderent etiam *pro parte* bona hujus Monaſterii, & quidem Collegis originariis ſeu Incolis ipſius adhuc viventibus, tunc poſſent illi alii, caſu, quo viventes hujus Monaſterii Monachi eſſent ſua poſſeſſione ſpoliati, de ſpolio *ſuo proprio nomine* agere, petereque ſibi poſſeſſionis reſtitutionem. Hoc autem nemo IConſultorum aſſerit, neque ipſe F. Romanus, ut videre eſt *q. 1. n.* 63. Igitur nec illud.

§. XVII.

Re poſſeſſa citra ſuam culpam nemo jure deſtitui poteſt.

Confirmabam 2. ex eo, quod ſi alii exteri Monachi poſſiderent etiam

Confirm. 2.

248 *pro parte* bona hujus, in eodem Ordine, Monaſterii conventu deſtituti, & quidem vivis originariis ſeu Incolis ipſius Collegii religioſis, ergò nuper exulibus ad Monaſterium hoc, ſui Ordinis *ex juſtitia* admittendis, nec admiſſis, injuria fuit irrogata & vis illata; quod prohibiti fuerint re poſſeſſa

249 pro arbitrio ſuo uti; cùm vim patiatur, ut docet F. Romanus *q. 1. in reſp. ad* 7. *n.* 92. qui re poſſeſſa prohibetur uti ſuo arbitrio. *L. 10. de municip. ff. de vi*

NB. *arm.* ubi tamen hæc regula non probatur: ſed in *L. 11. ff. de vi & vi armata.* Atqui exulibus exteris ad alia ſui Ordinis Monaſteria non admiſſis, fa-

450 ctam vim & injuſtitiam F. Romanus *alleg.* 446 *n. 2. in fin.* non concedit; Igitur F. Rom. nec concedere debebit, aliis aliorum Monaſteriorum Monachis exteris, etiam *pro parte* poſſeſſionem hujus in eodem Ordine Monaſterii, viventibus originariis ſeu Incolis illius Monaſterii Monachis ac religioſis competere.

Eod.

Eod. §. XVII.

Totus Ordo S. Benedicti non communiter possidet Monasterium.

Quartò nec pro *priori* posterioris cóclusionis *membro* potest asseri, quod totus Ordo S. Benedicti viventibus originariis seu incolis Monasterium hoc communiter possederit; quia cùm totus Ordo S. Benedicti non sit una communitas, utpote quæ nec unum Syndicum, nec unã arcam habeat, nec unum concilium celebret; seu cujus Monasteria omnia non sunt unita, ut loquitur F. Rom. *alleg.* 45. quæ aliàs si una esset communitas, requirerẽtur, per notata *Dd. in suprà cit. L. sicut. §. in decurionibus ff. quod cujusq. univers. nom.* hinc non poterit dici, quod Monasterium hoc vivis originariis seu Incolis ipsius Monachis, totus ordo S. Benedicti communiter possideat, per notata Joannis Baptistæ Lezanæ, *in summa qq. regu'ar. tom. 1. part. principal. seu in Commen. Maris Magni carmelit. circa §. 19. n. 288. sub fin.* 430

§. XVIII.

Defunctis incolis alii exteri ejusdem Ordinis Monachi non possunt dici Monasterii conventu destituti possessionem obtinere.

Posterius seu alterum *posterioris conclusionis* nostræ membrum, *quod alii exteri in aliis Monasteriis Monachi*, defunctis *hujus in eodem Ordine Monasterii Monachis originariis seu Incolis, ipsorum bona nec possideant, nec teneant*, est notorium; quia cum alii exteri aliorum Monasteriorum bona hujus Monasterii vivis ipsis Originariis seu Incolis Religiosis non possideant, necesse est. *1.* ut defunctis illis alii vivi possessionem eorundem bonorum adepturi cum corpore & animo apprehendant. *L 3. §. adipiscimur. & L. cum Heredes in princ. ff. de acquir. possess.* 2. ut legitimo modo ac viâ ea bona apprehendant; quæ in Ecclesiasticis est investitura vel etiam immissio in possessionem, à Superiore ad id sufficientem auctoritatem habente facta Menoch. 15. *recuper. possess. nu. 222. per c. ex frequentibus. c. ad hac § in quadam de officio Archid. c. 1. de eo qui mittit. in possess.* 3. ut canonicè seu justo titulo possessionem obtinuerint, ne habeantur intrusi, *per c. beneficium, de R. I. in 6. c. venient, de accus.* 431 432

Possessionem bonorum Ecclesiasticorum adepturũ qua necessaria.

1.

2.

3.

Atqui Monachi exteri possessionem bonorum hujus Monasterii in eodem Ordine emortui, ab ipsorum Monachorum Originariorum, seu incolarum obitu, *primò*, nec corpore nec animo simul apprehenderunt: *Secundò*, nec de iis à Superiore investiti, nec in eorum possessionem immissi fuerunt: *Tertiò*, Nec titulum justum ac Canonicum assertæ possessionis ostendere possunt. *Igitur* Monachi exteri possessionem bonorum Monasterii in eodem Ordine emortui, ab ipsorum Monachorum Originariorum seu Incolarum obitu nec habent, nec obtinent. 433 434

Ex hactenus deductis relinquitur, quod alii exteri Monachi nec domi- 435

nium nec possessionem bonorum Monasterii, in eodem Ordine, conventu destituti habeant; adeoq; quæ F. Romanus cõtra objicit, per se collabascãt.

Instantia Hajana.

Quod verò F. Romanus *sub alleg.* 499. quasi retorquendo dicit *inferri,*
436 *nec alios aliarum Ecclesiarum Sacerdotali Ordinis Clericos, Cathedralis, Collegiatæ vel Parochialis Ecclesiæ independentis , viventibus ejusdem aut mortuis Canonicis vel Parocho possessionem habituros,* est illa illatio verissima, nec in ullo Cano-
437 ne aut Canonistâ *contrarium* deprehendetur esse decisum. Quin etiam illius illationis veritas manifestissimè patet. Ecquis enim unquam dixerit, quod Clerus Æthiopiæ, Abyssi, Hollandiæ, Hyberniæ, aut etiam ubi, ubi locorum extra Germaniam est constituta; Cathedralis, Collegiatæ aut Parochialis Ecclesiæ in Germania dominium aut possessionem habeat? Nul-
438 lus & nemo præter unum & solum F. Romanum. Deinde quando aliis alia-
439 rũ Ecclesiarum Clericis nego hujus Cathedralis, Collegiatæ, vel Parochialis Ecclesiæ, *dominium ac possessionem,* ex eo non rectè infertur, quod similiter Ecclesiæ Vniversali (intelligendo *Synecdochicè* ejus Caput, summum Pontificem) dominiũ, ac possessionem hujusmodi Cathedralis, Collegiatæ aut Parochialis Ecclesiæ negem; quia Ecclesiæ Vniversalis dominiũ ac possessio omniũ & singulorum bonorum Ecclesiasticorum est *diversi ordinis & generis,* ut suprà vidimus, à quorum uno tanquam diverso & separato ad aliud non rectè fit illatio. Everhard. *in loco à separat.* Ex quibus patet, quod suprà recitata F. Rom. argumentatio, *sub d. alleg.* 499 *nu.* 14 quasi ego *meis argumentis evincere conarer, Ecclesiam non Vniversalem consequenter nec ordinem Ecclesiasticum bona Ecclesiarum, totius mundi possidere;* omnino fallax sit; at explicanda prout ante fuit explicata.

Contra ipsum F. Romanum disceptitur, & illustratur.

Quale dominium Ecclesiæ Vniversalis seu ejus Capiti, summo Pontifici competat in Monasteria Cõventibus ob mortem omnium incolarum destituta.

440 Neque propterea dico, quod dominium aut possessio, universali Eccle-
441 siæ, per mortem omnium Collegarum (qui fuerunt de hac vel illa Ecclesia, vel per invasionem Hæreticorum aut Schismaticorum etiam tantam , ut moraliter impossibilis putetur illius Ecclesiæ invasæ recuperatio, dejecti,)
442 pereant aut extinguantur, secus ac erroneè opinatus est Caramuel *in Tract. An pax sit licita, disp.* 1. *sent.* 1 *concl.* 6. contra definitionem Apostolicam Gregorii Papæ *in c. Pastoralis* 7. *q.* 1. *clementis V. in Concilio Viennensi relatam in Clement. in plerisque de elect.* & ibi Ioan. Imol. *n.* 8. Card. *nu.* 5. Anch. *n.* 1. 2. ubi simul argumentum Hæreticorum *ex l. cum loca. ff. de rel. g & sumpt. fun.* de-
443 sumptum dissolvunt; quod videlicet locus per captivitatem hostium fidei non desinat esse sacer, licet ibidem exercitium Ministrorum Ecclesiæ cesset, *d. c. Pastoralis* 7. *q.* 1. *c. Vestra. de cohabi. Cler. c. semel Deo. de R. I. in* 6 Accedit,
444 quod non habeat jus Fisci Magistratus hæreticus, ut ex aliena, nimirum, Ecclesiæ calamitate, compendium sectetur, quemadmodum verè Christia-
445 nè definit Imperator Constantinus *in L. si quando* 1. *C. de naufrag.* Nunquid enim ex fletu Catholicorum ridebit hæreticus? Repugnaret illud definitioni *cap Petiistis de privileg.* At væ! qui nunc ridetis, quia posteà flebitis. *Luca* 6. *c. vers.* 25.

l. cum loca. ff. de rel. & sumpt. fun. explicatur.

NB.

Reliqua

Reliqua, quæ F. Romanus *sub d. alleg.* 499. *nu.* 14. cum nausea repetit de dominio infimo & immediato, *de quo ego semper ago*; & de dominio mediato subalterno Ordinis & summo Ecclesiæ Universalis, *de quo ipse loquitur*, ostendunt, ipsum scopi in *bona Monasterii emortui, an sint vacantia*, intenti non amplius meminisse; Similiter quando *ibidem n.* 15. dicit, *me pro possessione Monachorum semper substituere possessionem bonorum Monasterii, & sic ipsa Monasteria excludere*, aberrat; quia falsum est, quòd ego ipsa Monasteria *materialiter*, pro loco ipso accepta excludam, ut videre licet *in q.* 1. *c.* 4. *resolut.* 446 *Commentum Haianum.* 447 *Piscatitur.*

Nihilominus F. Romano ita lubet *nomine Monasterii* plura comprehendente abuti, ut lectorem variâ illius significatione vel perplexum reddat, vel pro veritate conclusionis falsitatem obtrudat, per notata Cantiunculæ *in Top. de perplexitate, & Tusch. lit. P. conclus.* 314. vel etiam veritati eas offundat tenebras, ut illam planè ignoret, per notat. Niconit. *in repet. c quoniam contra n.* 674. *de probat.* 448

Quod ibidem *n.* 16. 17. *&* 18. subjicit, *quasi ego terminum vocis* (ordo) *mutaverim, in terminum*, alii religiosi; *eò quod* quæst. 2. sect. 1. c. 3. fol. 51. *ponam hunc titulum*, Proponuntur argumenta F. Romani, quibus ostenditur ab Ordine bona monasteriorum illius Ordinis emortuorum esse adhuc possessa; *sectionem* 2. *in eodem termino adhuc perseverans, sic ordiar*; Contrà, Laymannus contendit, Ordini nullum in dictis Monasteriorum emortuorum sui Instituti bonis esse jus *sive*, Ordinem non habere eorum dominium & possessionem, *Ubi mox incipiam*: Pars prior conclusionis, *quod Ordini dominium in Monasteriorum bonis non competat*, probatur, *Deinde verò* fol. 62. *num.* 11. *eodem sermonis contextu totum stylum immutans, non* (*ut oportebat*) *ajam*: Pars posterior conclusionis, quòd *Ordini possessio in Monasteriorum bonis non competat*, probatur; *sed*, pars posterior conclusionis, *quod nec possessionem bonorum emortui collegii, religiosi alii habeant ex aliis ejusdem Ordinis Monasteriis*, probatur, &c. *Et sic deinceps loquar per totam sectionem*; *adeoque apud me hæc duo sint synonyma*: Ordo religiosus; &, alii religiosi ex aliis Monasteriis; *Consequenter debebo admittere etiam hæc duo Synonyma esse*, Ordo Sacerdotalis vel Ecclesiasticus; &; Clerici aliarum Ecclesiarum; *quæ tamen plurimum differunt, ut suprà hac sect.* 2. *num.* 1. vidimus, & ipse F. Romanus *ibid. seqq. nu.* 17. 18. insinuat. 449 *Commenta Hayana circa Ordinem & alios religiosos ejusdem Ordinis defunctu superstites.* 450

Verùm fallitur F. Romanus; quia licet Ordo religiosus & alii religiosi, seu exteri ejusdem Instituti collectivè sumpti, defunctis superstites, literis, Characteribus & vocibus significantibus, Grammaticè differant; non tamen re significatâ; cum idem per utrumque significetur, quemadmodum suprà ad *d.* §. 1. ex resolutione Dd. ostensum est. 451 *Dissentiuntur.*

Quod verò *ibid. n.* 17. 18. existimat, *per alios aliorum Monasteriorum religiosos exteros, hujus Monasterii Monachos originarios & incolas ejusdem instituti* 452

 excludi;

primò propriè, prout significat jus pristinum, quod quis antea habuit & postea perdidit, recipere *L. postliminium. ff. de capt. & postl. reverf.* Rebuff. *ad L. si cum nulla ff. de re. jud. & in* L. *verbum reddendi* 94. *de verbo. significat.* 2. *minus propriè*, quemadmodum interdum *recuperari* dicitur id, quod nobis erat debitum, licet id nunquam antè habuerimus, *L. cum possessor in princ. ff. de censib.* ibi; *tametsi fiscus pecuniam suam recuperaret*. Rebuff. *in d. L. verbum reddendi ff de verb. signif.*

Deinde notaveram, vocem, *habere*, ambiguam esse. Nam ipsa *primò propriè* accipitur cum effectu, *ut in L. stipulatio ista* 38. §. *habere* 9. *ff. de V. O* ubi Vlpi. inquit, *habere dupliciter accipitur. Nam & eum habere dicimus, qui rei Dominus est, & eum, qui Dominus quidem non est, sed tenet; deniq; habere rem apud nos depositam solemus dicere*, Et sic tribus modis rem habere, aliquis dicitur; *1.* vt proprietarius. 2. vt possessor, *3.* ut custos, quemadmodum ibi notat Gothofred. *Verbum habere est ambiguum.* 3. 4.

2 Vox, *habere*, accipitur *improprie & ficte*, prout res habetur in causa, e x qua per actionem institutam peti atque ita haberi potest, *vt in supra cit.* F. Romani *L. is, qui actionem.* 15 *ff. de R. I. L. id apud se quis habere videtur.* 143. *ff de verb signi.* Dicitur autem *impropriè & fictè*, quemadmodum ostendit vox *videtur*, *in cit. L. allata*, & ibi. Cagnol. & Dd. notant. Nam ita loquitur *d. l. id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem; habetur enim, quod peti potest, & d. l. is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.* 5. 6.

§. II.

Subijciebam, hinc nullo negotio ad F. Romani *Syllogismum* propositu m responderi posse; quod vel ipse principium petat, vel in circulum eat vel imperitè argumentetur; vel nihil ad rem afferat. *Principium* quidem *petere* videtur; si in *Majore & Minore* intelligat actionem realem singularem, eamq; *d rectam* pro rebus corporalibus; vel *utilem* pro incorporeis & Ecclesiasticis intentari solitā; Gomes. *in* §. *omnium autem actionum n.* 2. *Inst. de Act* & ibi Dd. *cit.* siquidem eo sensu ipse in *Minore* supponit, *Ordinem esse Dominum bonorum controversorum*; quod tamē illi probandum erit §. 4. *Inst. de act.* Treutler. *vol. 1. Th. 2. Lit. a. & ibi* Dd. citati, Schneid. *in d.* §. *omniū n.* 61. *Inst de actio*: nec probat F. Romanus nisi idem ponendo, ideoque dicendus erit, petere principium. *Ad F. Romani argumenti. probationem Respondetur.* 8.

In circulum abit F. Romanus, si probaturus, *Ordinem esse dominum dictorum bonorum*, illud ex eo afferat, quod Ordo habeat actionem realem singularem eamq; *directam* pro rebus corporalibus, & *vtilem* pro incorporeis; hoc enim ut probet, necesse est, ut prius afferat, Ordinem esse dominum dictorū bonorum aut rerum *ex* d. §. *omnium, inst. de act* & ibi Dd. adeoq; in circulum eat. 9.

Porrò F. Romanum *imperitè argumentari*, ostendebatur ex communi Dd. apud Cagnol. *in d. L.* 15. *ff. de R. I.* & Hænon: *disp.* 4. *in Regul. juris d. L.* 15. qui intelligunt ita *Majorem* hanc, ut is, *qui actionem siuè personalem sive realem habet ad rem sive ea perdita sit, siue non; sive duntaxat* debita sit, recuperandam, ipsam habere videatur, sive propriè sive impropriè, id est, sive in causa 10. *Explicatur Major.*

 proxi-

lis pro *n.148.* errore Typographi sit adjectus *n.148* quod *n.3* & 8. in madida Typographia maximam videantur habere affinitatem, immerito illam allegationem falsitatis F. Romanus accusat. Cum error *adiecti* non vitiet, 19.
quando de corpore constat, *per L. idem Pomponius 5. §. penult: de rei vend. L. in venditionibus. de contrah: empt. L. quoties. 9 & ibi glossa 2 ff. de Hared. inst. L. si quis in fundi* 4. & *ibi* glossa 1. & gloss *quod si quis: & in verb. hominũ ff de legat.* 1. eò quod adjectum sit duntaxat accidentale; per gloss. *in verb. hominum.* Atqui hoc in loco constabat de ipso corpore legis, uti evidentia facti, nimirum oculari textus illius inspectu notorium est. Igitur &c. 20.

Vnde porrò videre est, quod F. Romanus cum nihil ad rem respondere habeat, aut possit, circa numeri errorem cavilletur. 21.

Deinde quod spectat ad petitionem F. Romani, vt illi demonstrem pagellam, ac lineam, in qua ipse ex jure ad rem, jus in re intulerit, illud à posteriori seu ab effectu ostenditur. Nam F. Romanus Ordini tribuit actionem ad rem tanquam sibi debitam petendam *q.1.n.50.p.57.col.2. lin. 30. & seqq* indeq; infert Ordinem rem ipsam & dominium habere *q.1.n.55.p.60.col.1. lin.1. & seqq.* Actio verò ad rẽ tanquam debitã necessariò supponit debitũ adeoq; ius ad rem, per not. F. Rom. *q.1.n 49. sub. hoc n. 3. citata*, indeq; infert dominium, adeoque jus in re, vt notorium est; sed videtur hic F. Romanus verba duntaxat, non autem eorundem vim consectari. 2. Quoad petitionem F. Romani. 22.

Quod si forte diceret, actionem realem alijs ex Ordine competere pro ipsis bonis Monasteri emortui; actionem verò personalem pro ipsis juribus collegii, prout dicunt titulos; ex *q.1.c 2. Contra* Respondi *primo*, quod vel loquatur de actione reali *vniversali*, nimirum petitione hæreditatis, *vel speciali*, vendicatione rei; &c. si de *priori*, iam prius quæstio præjudicialis, *vtrum Ordo sit Hares*, definienda sit *ex q.3. & 6*; si de *posteriori*, tunc quemadmodum constat ex supradictis, vel petat principium, vel in circulum eat. 23.

Deinde refutavi ex eo, quod bonorum Ecclesiasticorum dominium & possessio legitima supponant titulum canonicum, per not. VVesemb. *Consil. 21.n.46.47.* Bald. *in L. proprietatis.n 5. non 4.C. de probat.* Menochi. 15. *remed. 2. recup poss. n.458. & seqq.* gloss. *in Clem. vn de caus. possess. & propriet. per c. 1. de eo qui mittit in possess. & per reg. 1. de R. I. in 6.* Proinde si alii exteri, ex eodem Ordine necdum habent reipsa Monasterii emortui titulum, sed, vt insinuat F. Romanus, pro eo obtinẽdo ipsi agũt; necdum poterunt ij asseri bonorum titulis connexorum, aut eos consequentium dominium & possessionem legitimam habere, Dd. paulo ante citati. 24. 25.

Ad hæc objicit F. Romanus *alleg.* 47. 48. 49. 50. instando, *quod ista ratione neque Ecclesia vniversalis habet dominium in omnia bona Ecclesiastica.* Baldus Loco citato *ne verbulum habeat de bonis Ecclesiasticis, aut tituo canonico; Cateri verò non loquuntur de dominio summo vel subalterno, quale est Ordinis religiosi aut Ecclesia Vniversalis; sed de dominio basso* Commenta Hayana. 26.

seu

seu infimo, quale est beneficiati in sua Ecclesia. Certè Ecclesia Vniversalis nominatim non est investita in singulis bonis aut beneficijs Ecclesiasticis totius mundi. Credit ipse, quod hic venti vendantur cum fumis ex Olao Magno.

Discutiuntur. Verùm quàm frivola sit hæc illatio, satis ex deductis patet. Nam sicut *ex eo*, quod defuncto vasallo successor, qui per pactionem & providentiam in-
27. vestituramque Domini directi prius jus aliquod in feudum morte vasalli apertum, ac Dominium vtile in illius feudi bonis acquiret, jus illud & Dominium ante pactionem & providentiam investituramq; Domini directi negatur habere, *nunquam rectè infertur? ergo etiam Dominus directus vasallo*
28. *defuncto propterea nõ habebit Dominiũ in bonis feudalibus*; ita nec ex eo, quod defunctis hujus loci Monachis stabilitatem loci voventibus, alij exteri eiusdẽ Ordinis Monachi per collationem Superiorũ prius acquisituri illius dominium ac possessionem eadem non dicuntur ante habere, unquam *rectè*
29. *inferetur*, Ergo Ecclesia Vniversalis seu eius Caput Pontifex non habebit dominium in omnibus bonis Ecclesiasticis. Esset illud ab vno separatorum ad aliud inferre quod absurdum foret. Videatur Everar. *in loc. à Separat.* Petr. Andr. Gamm. *lib. 2. dialect. legal. in lo. à separat. per c. inter corporalia de translat. Pral.* Bald. *in l. proprietatis n. 4.* (juxta Wesemb. *in consil. 21. n. 46.*) *al. n.* 10. C. *de probat.* vbi tradit, quod Dominium probetur testibus, id est, causæ
30. dominij: ex quibus infertur dominium. Istæ enim causæ cadunt in sensum testis, & consistunt in facto hominum. Ergo apprehenduntur per sensum
31. corporeum, ut notat. *ff. de acquir possess. L. quod mea* §. *penult.* Hæc ille.

Vnde cum in Ecclesiasticis titulus dominii acquirendi sit & dicatur illi-
Quoad Baldum. us causa, provt supra in *resol. q. 1. c. 2.* fuit notatum, sequitur, quod causa dominij acquirendi à Baldo *d. loco* descripta, rectè dicatur etiam titulus domi-
32. nii. Consequenter quando F. Romanus *d. loc.* dicit, Baldum ne verbulum habere de titulis, duntaxat in vocabulis, eorũ characteribus & syllabis ludit, nõ verò eorũ vim & significationẽ attendit; nos verò vocabula, quæ characteribus quidẽ distinguũtur; significatis verò cõveniũt, tãquã synonyma
33. cõplectemur, atq; vt omnis circa Baldi mentẽ de titulo possessionis rei Ec-
" clesiasticæ tollatur dubitatio, repetam, quod ipse *in l. sive possidetis. n. 5. C eod.*
" *tit. de probat. ad oppositionem quartam*, nimirum quod non sit cogendus dicere
" titulum suæ possessionis, vt *supra de petit. har. L. cogi.* inter alia respondet; nõ
" cogendum aliquem dicere titulum suæ possessionis ad adversarij instru-
" ctionem, vt *d. L. cogi*, secus ad sui relevationem & probationis adversarij ex-
34. clusionẽ; ita hîc *in d L sive possidetis.* Addit autẽ, *primum dictum* fallere; quan-
" do titulus exigitur ab eo, qui habet necesse docere de titulo, V. G. quando
" ab eo, qui tenet beneficium, Episcopus petit, quo titulo possideat, tenetur
" ipse titulum sui beneficii & possessionis dicere, & ostendere; & quidem
35. canonicè, *vt notat. in c. 1. de R. J. lib. 6.* illudque verum asserit in possessione
" recenti; secus si antiquitus possedisset, sciente & patiente Diœcesano, tunc

enim

enim præsumitur institutus in beneficio, ut *notatur* per Innocent. & per Ioannem Andreæ. post eum *extra de præsumpt c illud* quod mente est tenendum Hæc ferè Baldus.

Quod adjicit F. Romanus. quasi *cæteri Dd à me supra citati loquantur de Dominio basso & infimo; ipse verò agat de Dominio summo Ecclesiæ universalis, vel subalterno Ordinis Religiosi.* hoc ipso ostendit, se ad rem, ubi quæstio est, *an bona emortui monasterii, quod ab alio tanquam membrum non dependet sint vacantia*; nihil afferre; quia bona vacantia in ordine ad dominium bassum vel subalternum proprietatis & possessionis dicuntur § *quod autem. 7 instit. de usucap l. 1. ff de jure fisci L. 4. C. de bon. vacant. c. 1. in usib. feud. quæ sint regal. & ibidem* Dd; non autem in ordine ad dominium jurisdictionis summum vel subalternum, uti ex Dd *in supra cit. locis* patet, atque *sup. in resolut quæst. 1 append* est demonstratum, prout clarè cognovisset Lector si mea illi doctrina solidè, & non carptim aut mutilè à F. Romano proposita fuisset. 36 *Quoad alios Dd.* 37

§ 6.

Antecedentis probatio secunda à F Romano allata discutitur, ubi An Ordo sit hæres Monasterii emortui? & de collatione beneficii, Monasterii, tum de Oeconomo Ecclesiæ. &c.

AD Antecedentis illius, *quod Ordo habeat dominium seu jus in bonis emortui Monasterii*, probationem 2. respondebatur, primò ad *Majorem*. in qua asserebantur omnia jura & actiones ad hæredem transmitti. *L. 1 si hæres ff de divers & tēp. præscript L. nihil aliud est hæreditas. 24 ff. de V. S.* veram esse de juribus realibus; non verò de juribus personalibus; ut in *resol. quæst. nostra. 1. cap. 2. & 3* sufficienter est deductum, 2. *Minorem* exadversum assertam, *quod Ordo sit hæres emortui monasterii*, negandam esse, prout & negatam videre licet *in resolut. d. quæst. 1. cap 4 in Responsionis & conclusionis ratione 2.* eò quòd in Ecclesiasticis non detur successio hæreditaria, quemadmodum F. Romanus *alleg.* 440 *n. 1.* concedit, licet paulo post *ibidem* contrarium sustinere velit. 38 39

Deinde ajebam, posito, minimè concesso, *quod Ordo esset hæres*, non inde sequi, Dominium & possessionem bonorum Monasterij emortui ab ipso Ordine jam in effectu teneri, vel ad ipsum ipso jure esse translata, quod adversario probandum incumbebat; nec tamen ab ipso probatur. Quin imò contrarium ex ipsomet ostenditur. Nam auctore F. Romano *q. 1. n. 58 in fine*; si omnes ex Ordine S. Benedicti sunt filii respectu S. Benedicti; Ergo isti monachi omnes inter se erunt Fratres, ac decedētibus hujus loci Monachis incolis alii exteri tanquam fratres, adeoque tanquam hæredes extranei, non verò velut sui succedent, *per §. sui autem. & §. cæteri & ibidem* Dd. *Instit. de hæred. qualit. & diff.* Hæredes verò extranei non acquirunt ipso iure dominium, sed requiritur, ut hæreditatem legitime adeant *L. in suis ff. de lib. &* 40 41 42

 posth.

posth. multò minus ipso jure possessionem bonorum hæreditariorum acqui-
43 rent;sed opus habebunt,illam naturaliter apprehendere. Cum hæredes et-
jam sui teneantur post parentis obitum naturaliter possessionem apprehen-
dere. *L.cum heredes.ff.de acquir.possess.* Atqui hoc in casu doceri non potest;
44 *primò* quod Ordo vel alii exteri superstites aliorum monasteriorum Mona-
chi hæredes hujus Monasterii emortui,bonorum & jurium universitatem
legitimè adiverint;Cum ad Ecclesiastica bona acquirenda requiratur colla-
tio Superioris;quæ hic non intervenit,sed ut loquor *in Astri eclipsi cit. loco,*
hoc in casu,nec *primò* aditio legitima (quæ in Ecclesiasticis collationem
Superioris involvit *per not* F.Romani *q.1.n.1.&seqq.n.*49)intercessit,ut pa-
45 tet;Cum superior exteris aliis,aliorum Monasteriorum Monachis Monaste-
rium ejusdem Ordinis emortuũ necdũ contulerit,2.nec doceri potest quod
Ordo vel alii exteri aliorum Monasteriorum Monachi superstites emortui in
eodem Ordine Monasterii asserti hæredes ejusdem bonorum possessionem
naturaliter apprehenderint,prout apprehẽsio naturalis ab intrusione distin-
46 guitur.Igitur Ordo vel alii exteri aliorum monasteriorum Monachi supersti-
tes emortui Monasterii bonorum Dominium ac possessionem non legitimè
acquisiverunt.Consequenter bona,quæ nec legitimum habent dominum
47 nec possessorem,seu quæ non erunt occupata titulo dominii nec possessa,
erũt ex principio F.Romani *q.1.n.*40.51. vacantia, tanquam hæreditas,ex
48 Bart.*in L.sicut,§.ultimo ff.quod cujusque univer.nom.* quæ F Romani asser-
F.Romanus contraria tradit. tioni alteri, quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine
occupata ac possessa,è diametro contradicunt. Vnde viderit F. Romanus,
49 quomodo hac se contradictione expediat.
Commenta Hayana. Occurrit 1.F.Romanus *alleg.*287 quod *ipse* cit. quæst.1.n.49.& seqq.*vocẽ
aditionis,quam in Ecclesiasticis collationẽ superioris involvere,tradiderã,eo nu-
mero & seqq nõ inveniat,adeóque ovum irritum deprehendat.praterea ut su-
pra dictum,aliud est* inquiens,*Ordinem adire Monasterium ut beneficium*; *a-
liud ut proprietatem.* Prior *collationem superioris involvit,non* posterior. *Po-*
50 *test enim fieri, ut Ordo religiosus per deputatum Regularem capiat Mo-
nasterii restituti possessionem , non ut hic sit , aut fiat Prælatus,sed ut teneat
& custodiat illud eiusque jura ac proventus , donec vel reparentur ædifi-
cia claustralia vel certa securitas adsit, vel supellex domestica, aliaq; ne-
cessaria comparentur,atque tunc demum legitimus Abbas constituatur , sive
51 ille sive alius.Hanc autem aditionem istius Regularis non facta prius per
Superiorem collatione tituli seu beneficii, si dixero non esse legitimam, fa-
teri quoque compellar , neminem ex Patribus Societatis Iesu hactenus legi-
52 timè adivisse possessionem ullius Collegii, eò quod Religiosi Societatis Iesu
in suis Collegiis nullum jus aut titulum alicuius beneficii habeant ,* ut do-
cet Pa us Laymannus *in censura Astri inexstincti loco,6.§.ult.*
53 *Et allegat.* 288. obiicit F. Romanus , quod *ego minuto typo, ac si
ipsius*

ipsius essent genuina, hanc ipsi imputem propositionem, quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine occupata ac possessa, petitque sibi, ubi, quo folio, quâ quæstione, quo numero istud edixerit? monstrari ac digito ostendi.

Hactenus F.Romanus, Cui Respondeo, me cum ipso non Grammaticam λογομαχίαν de verbis, instituisse; sed ex antecedente ipsius fundamento sequelas considerasse, quod mihi omnino licuit. Cum ipsomet F. Romano teste, *in præfatione sui astri §. hac aliaque. pag.*15 Qui vult antecedens, velit etiam consequens. Nec adeo imperiti sint Lectores, ut eas non videant, aut non ipsi per discursum colligere possint. Quando igitur F.Romanus *in præfatione Astri § itaque orbem & urbem pag.12.q.1 n.58* tradit Monasterii emortui bona, de quibus agitur, juxta *q.1 n.61.* esse hæreditatem & Patrimonium S.Benedicti, vultque *d q.1.n.58.* Religiosos ex Ordine S. Benedicti esse filios respectu S.Benedicti, adeoque vult consequenter, Religiosos ex Ordine S Benedicti *primò* inter se esse Fratres: *deinde* si aliqui ex iis in certo loco aut Monasterio decedant, nullo omnino substituto reliquos aliorũ Monasteriorum exteros, tanquam Fratres defunctis huius loci incolis in hæreditate & patrimonio relicto succedere; adeoque *consequens* est, si petierint hæreditatem, eam quoque adeant. Angel Aret *in §. cæterum, cum § seq. Instit de hæred qual. & diff ibique.* not. Fac & not. Graff. *Lib.2. recept. opin. q.9 n.8. per L. quemadmodum ff de inoff test.* Bart. *in L gerit. ff. de acq. hæred & q.*18. *n* 8. quod consequens licet verbis non expresserit F.Romanus; tamen implicitè & virtualiter in antecedente suo sufficienter indicabat; uti jam vidimus, neque per illud consequens excludit sed involvit superioris collationem; sicut nec qui bona feudalia ultimo ipsorum possessore defuncto aditurus est, excludit, à Domino directo petendam esse investituram; sed supponit, eam necessariò sibi à Domino directo vel superiore impetrandam vel obtinendam esse: In hoc verò casu nostro, ubi monasterium aliquod est emortuum, etiam requirit F.Romanus ut illud illiusve bona à Superiore Ecclesiastico conferantur; prout palam est *ex q.1 n.1. & seqq & n.49. Astri.* 54 *Discutitur* 55 56 57 58

Unde patet 1, quod licet F.Romanus verbis non expresserit aditionem Monasterii emortui involvere collationem superioris legitimam; tamen ipsum consequens F.Romani, nimirum, aditio hæreditatis & patrimonii in Ordine S.Benedicti, involvat legitimam collationem; adeoque perperam F.Romanus *dicto loco* me accuset falsitatis. 59

Secundò quod quando F Romanus tradit, me allegare *n.49 & sequentes*, qui tamen *n.1. & seq at n* 49. absolutè citaveram, se ipsum falsæ allegationis redarguat. 60

Quod verò F.Romanus *d. allegat* 287. ad præmissa eludenda distinguit; aliud esse, *Ordinem adire Monasterium, ut beneficium*, aliud *ut proprietatem*: Prior collationem involvat Superioris, non posterior, Cum 61

 possit

possit fieri; ut religiosus aliquis à Superiore deputetur, qui possessionem Monasterii adeat, non ut illius sit prælatus; sed custos vel Oeconomus vel procurator; qui interim res Monasterii curet, omnia reparet, donec legitimus istic Abbas constituatur.

62 In hoc F Romanus sine lege & auctoritate loquitur; adeoque ipsi fidei nihil tribuendum; Erubescimus enim sine lege loqui. *Novell de trien: & semiss.* §. *consideremus, L fin. C de consulib.* Verum est, & conceditur, quod,

63 quando beneficium Ecclesiasticum vel etiam Monasterium confertur alicui *in titulum*, necesse sit, ut præcedat Titulus Canonicus collationis, *c. 1. & ibi* Dd *not. de Reg. I. in 6.* At, quando beneficium Ecclesiasticum vel Monasterium non *in titulum*, sed in *proprietatem* obtinendum est, non necesse sit, ut alicui à Superiore concedatur, vel conferatur in proprietatem; falsum est; & negatur, ut patet ex *notatis* Dd *ad c. sicut, & unire de excess. Prala. c. cura pastoralis & ibi not de jure Patron.*

64

65 Nec *obstat* quod Dd. tradant beneficium concessum *in proprietatem* non conferri, seu non habere statum collativum, Rota Roma. *decis.* 340 *n. 2. tom. 2. in recentiss.* per modernos *in regula* 8. *Cancell. glossa 5.* §. 7. *n.* 7 & 20 quia isti loquuntur de *Collatione Canonica propriè accepta*, *quæ est* provisio Superioris alicui Clerico de beneficio Ecclesiastico in titulum erecto facta; quemadmodum videre est apud Canon. *in tit. de concess: preb.* Rebuf *in praxi benefic. tit. de collat.* non verò de *Collatione generica*, seu potius de concessione in proprietatem, de qua inpræsentiarum agitur.

66 *Collatio Canonica propriè quid sit.*

67 Quod verò addit F Romanus, à *custode vel aconomo possessionem alicujus beneficii monastici adiri posse, non ut istic sit Abbas, seu Prælatus*; *adeóque videatur proprietas sine collatione & concessione superioris acquiri posse*,

68 est error in jure, & huc alioqui impertinens; qui Oeconomus seu Custos Ecclesiæ non quidem expressè, sed implicitè à F Romano descriptus est, quod videlicet hic sit regularis ab Ordine Religioso deputatus, ut capiat Monasterii restituti possessionem; non ut ipse sit aut fiat prælatus; sed ut teneat & custodiat illud, ejusque iura ac proventus, donec vel reparentur ædificia claustralia, vel certa securitas adsit, vel supellex domestica aliaque necessaria comparentur, atque tunc demum legitimus Abbas constituatur, sive ille, sive alius, pro quo.

Oeconomus Monasterii.

69 Notandum est *primò*, quod Oeconomus Ecclesiæ à Vice-Domno distinctus sit officio; quod Vice-Domnus in Episcopatu detur *c. diaconum.* 89 *dist.* Oeconomus verò in aliis Ecclesiis; ita Tholosan. *lib. 15. Syntagm. Iuris univers. c. 40 n. 3.* Idem lib. 27. *c. 5. n.* 10. tradit quod Oeconomus sit, qui bona universitatis, Reipublicæ, Ecclesiæ aut Collegii administrat. *L jubemus C de SS. Eccles. L. omnes.* §. *præter.* & §. *hoc nihilominus C. de Episc & Cler.* Cui etiam consentit Cujacius *in Inst. maior. tit. 3. lib. 7. per tot.* tradens,

Oeconomus Ecclesiæ à Vice Domno distinguitur.

70

quod

quod magis proprio vocabulo *Oeconomus* appelletur, qui Canonicorum bona administrat; *Vice Domnus* verò, qui res Episcopatus gubernat. Cuch. *d loc.*

Deinde Oeconomus seu Custos Ecclesiæ si detur *Ecclesia vacanti* seu 71
Ecclesiæ prælato duntaxat viduatæ, *cap cum vos. de offi. Ordi & ibi* gloss. & 72
Dd Concil. Trident. *sess. 24. c. 16. de Refor* constituitur ab ipso Capitulo illius Ecclesiæ Barbos. *Lib. 1. de jure unive. Ecclesiasti. tit. de Capitulo, 32. n 92.* Et si Ecclesia sit Cathedralis, à summo Pontifice approbandus juxta *c obitum, 61. dist. ca. vulterana. 12 q. 2.* sin Ecclesia aliqua inferior, ab Episcopo veniet constituendus, *d. c. cum vos. de off. Ordi. & ibi* Anto. Ancharan. Ioann. Andre: qui tradit, quod Custodia Ecclesiæ Cathedralis spectet ad Oeconomum, si ipsum habeat; *75. distinct. c quoniam quidã.* sin minus; ad Canonicos; 73
ipsisque deficientibus, ad Archi Episcopum custodia pertineat. *c. fin. de suppl neglig. Prælat.* vel ad alium Prælatum, ut gloss *in d. c. cum vos.* quia illorum est 74
Oeconomum constituere, quorum est instituere: Ita Joannes Andreæ, Innocent. *in d. c cum vos.* ne Ecclesiæ res dispergantur *c. quia in quibusdam. dist. 89.* Huic autem Oeconomo nec Ecclesia *in titulum*, nec *in proprietatem* 75
conceditur; sed solum custodia & administratio illius, usquedum alius verus Prælatus substitutus fuerit, conceditur Hon. *sum decret. lib. 3. tit. 5 part. 4 n. 79.* Sin verò *Ecclesia non vacanti* detur Oeconomus, hic à Capitulo Cathedralis Ecclesiæ constituendus est *per c. Imperatorem, de jurament. cal & 9. q. 3. cum scimus.* atque ab Episcopo confirmandus, *c. quoniam. 16 q. 8. §. nihilominus*: in aliis verò Ecclesiis Oeconomi creatio spectat ad Episcopum: Ita sentit Archid. *in d. c. quoniam. 16. q 7. n. 2.* Host *in c cum vos. §. fraternitatis vestra. de off. Ordi. col* 2 qui ib dem illud limitat, nisi de consuetudine vel privilegio ad Archidiaconum vel aliam personam Ecclesiasticam pertineat, juxta *not. de appell. c. bona memoriæ, § procurator, & de Instit. c. cum venissent.* Idem obtinet in Ecclesia Laicum Patronum habente: Ad hunc enim non custodia sed defensio duntaxat spectat. *16. q 7. c filiis & c. decernimus, per supra not* nisi ex peculiari privilegio vel consuetudine per sedem Apostolicam approbata id illi competeret, uti *Regibus Franciæ*: & *Angliæ* aliisque quibusdam principibus, *per not. de jure Patron. c. nobis. fuerit concessum*, Quod si sola consuetudo allegaretur, illa de rigore juris non obtineret, *per not de consuet. c. 1. de elect c. cum terra & c Sacrosancta.* licet in multis propter eorum potentiam ex gratia & quasi permittente dispensatione quoad præteritos actus toleretur, quoad futuros verò actus, si in judicium deducantur, veniat cassanda & irritanda. Ita Host *d loc.* dummodo sine scandalo fieri possit. 76 77 78 Privilegiũ Regum Frãcia, Angliæ &c. 79 80

Huic item Oeconomo *Ecclesia non vacans* nec *in titulum* nec *in proprietatem* conceditur, sed *in ministerium*, ut fructus conservet, Arch. *in c in nova actione 16. q. 7 n. 2. 3* ne alioqui, ex rerum Ecclesiæ dispersione, sacerdotali dignitati obtrectatio generetur, idque sub gravibus pœnis constitu- NB.

 tum,

tum, *c. quia in quibusdam dist 89. L. omnes* §. *hoc nihilominus C. de Episc. & Cleri*, prout videre est apud Cuchum in *Inst. major. lib 3. tit. 7. per tot.* Gregor. Tholosan *lib. 15. Syntagm. jur univ. cap. 40. n. 2. & lib. 17. c. 4. n. 13.* Honor. *lib*
81. *3. decret. tit 5 de preb. parte 4. n. 75.* Unde cum œconomus Ecclesiæ vel Prælato vel Præside vacanti duntaxat, vel etiam non vacanti detur, mirum est, quâ authoritate F. Romanus totis Monasteriis emortuis & per rerum naturam exstinctis, eorumque bonis vacantibus Oeconomum tribuat.

82. Deinde quâ authoritate F. Romanus comprobabit, Regularem aliquem hoc ipso, quod illi Ecclesia creditur custodienda, ejusdem adeat possessionem; Tum ubi ego doceo, aditionem (pro qua perperam *editionem* obtrudit F. Romanus *d. alleg. 287 pag. 204.*) alicujus Regularis, non esse legitimam, nisi factâ prius per superiorem tituli seu beneficii collatione? Nusquam.

83. Equidem ego trado, quod ut aliquis beneficii vel bonorum Ecclesiasticorum possessionem legitimè adeat, necesse habeat, ut collatio superioris interveniat; non tamē stricta illa collatio, quæ fit *in titulum beneficii*, sed *genericè accepta*; quæ etiam *concessio* dici potest; de qua Monet. *de commut. ultim. volunt. c. 12. quæst. 1. n. 23* Vide Pan. *in repet. c. super eo. in verb. collatio. n.*
84. *4. de Elect.* quò etiam facit F. Romani *allegatio 273.* quod ex aliis Monachis unus per jus devolutum in Abbatem, cæteri canonicâ translatione vel creatione in Monachos illius Monasterii assumantur.

Ut proinde quando ego de *Collatione genericè* ago, & F. Romanus de collatione *strictè accepta* respondet: sufficienter ostendat, se discursus suos ovo irrito inclusos fovisse.

85. Deinde, quando *ex principio* F. Romani *q. 1. n. 51.* cum Bart. *in l sicut* §. *ult. ff quod cujusq. univer. nom.* censentis *bona emortuorum Monasteriorū vacare, tanquam hereditatē*; ego *d. n 4.* infero *bona illa* ab *obitu Monachorum incolarum defunctorum in Ordine S. Benedicti ab aliis exteris ejusdem Ordinis superstitibus nec esse legitimè occupata, nec possessa*, eamque propositionem seu illationem propositioni à F. Romano probandæ (*nimirum quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine occupata & possessa*) è diametro contradicere, adeoque contradictoria admittere;

86. Econtra ipse *alleg. 288. sub gallo gallinaceo* Respondet, *quòd ego mutato ty-*
Comment. Hayana. *po ac si ipsius essent genuina verba, istam illi imputem propositionem*, quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine occupata ac possessa;
87. *quæritque, ubi quo folio, qua quæstione, quo numero, illud dixerit*, & demum subjicit, *Religiosus*, inquiens, *Ordo ante obitum totius conventus occupaverat & possederat istud Monasterium; idque per hos ipsos regulares, modò mortuos, eorumque antecessores, veluti per sua membra, eo ferè modo, quo Titius dicitur occupare & tenere, quidquid sua dextra seu conjuncto membro apprehendit, ac*
88. *detinet; Hac totius Ordinis possessio, viventibus adhuc eo loci Monachis fuit civilis & naturalis in genere subalterno: istis omnibus vita functis, periit naturalis;*

ralis;civilis autem Ordini in hodiernum usque permansit.

At nostri novi antipodes & civilem nobis negant & naturalem artibus miris praripiunt,certè non desipiunt , hodiernum sibi volunt,nobis crastinum. Possessio enim omni spe melior,& nisi superesset ultimus Iudex, quem etiam ii, qui non desipiunt,non decipiunt; Hæc ille ὕϛερον πρόϛερον.

Ego hoc *cap.1. Sect.3* de dominio bonorum *non occupato*, adeóque vacante agebam;ille verò *de possessione occupata* respondet: Ita F. Romanus extra oleas saltat. 89 *Discutitur*

Deinde ubi ego asserui,quod modò allata verba istius propositionis,quoad literas & characteres essent F.Romani,aut formaliter in terminis, prout ipse supponere videtur. Solùm significabam,quòd si F. Romanus aliquid cõtra propositum meum allaturus esset:ea ipsi propositio foret probanda,non verò ajebam,eam ab ipso esse propositam; *Et esto*, dixissem, istam propositionem à F.Romano productam esse,tunc si verborum propositionis attendatur significatio;nullum dubium esse potest,quin *q.1.astri*, *n.*48.49 50.51. 52.eam reipsa inferat:Cum istic neget,*ab obitu omnium immediatorum Collegarum incolarum alicujus Monasterii seu Conventus , Dominium & possessionem istorum bonorum vacare respectu Ordinis S.Benedicti, Domini mediati*;adeòque consequenter contrarium necesse sit,ex natura definitionis *vacantis q.1.n.40.& 48.* allatæ affirmet;*ab obitu omnium immediatorum Collegarum incolarum alicujus Monasterii seu Conventus,adhuc ab Ordine occupata esse ac possessa.* 90. 91. 92 93

Quamvis ut ad argumentum propositum aliquid respondisse videatur, oggerat chimæricam suam doctrinam, quâ censet *Ordinem bona etiam viventibus adhuc hujus loci vel Monasterii incolis , seu ante obitum eorundem naturaliter & civiliter;ab obitu verò eorundem adhuc civiliter possidere* : eò quod Ordo per eos tanquam sua membra conjuncta possideat. Cujusmodi opinionem ex professo *in resol.q.2.sect.3.c.3* pluribus refutavi , prout infra videre est. 94 95

Saltem hic noto,quòd illius propositionis ratio seu fundamentum,æquivocatione vocis *membri*,laboret,quâ incauto lectori imponitur. Nam ut unum Monasterium *tanquam membrum* alteri dicatur acquisitum seu subjectum,necesse est,ut illud pleno jure alteri dicatur esse subjectum ; Wames. *consil 40 n.3 4.de offic.Iud deleg tom.1.& consil 65 n.17.eodem tom 1 not in Clem.1.de excess.Prælat.& in clem.1 ubi* Imol. *n.29. de rescript.* Huc facit, quod *membrum* alicujus Monasterii opponatur *Conventuali* Ecclesiæ, ita ut si *membrum* erigatur in *conventualem*,non jam ipsum sit amplius membrum alterius,sed totum per se existat: Videatur Calder. *consil 10. de rebus Ecclesi: non alienan.* Imò si Monasterium sit ab aliquo dependens, & habeat bona distincta;non censetur alterius membrum esse. Rom.*Cons.332.n.6 q 3* Quin etiam Monasterium superius non potest bona inferiorum Monasteriorum 96 97 *Ut Membrum alterius aliquid dicatur* 98 99

etiam

100. etiam omnibus mortuis occupare *c. præsentia de offi. Ord in 6.* Accedit; quod Monasteria in Ordinibus acephalis non sint ita juncta, uti membra in
101. homine, sed planè disjuncta, quemadmodum sup. ex Azon. *contra* F. Romanum fuit demonstratum. Hujusmodi doctrina vel maxime sibi locum in Ordine Sancti Benedicti vindicat; ubi Monasteria omnia non sunt sibi, sicut in aliis quibusdam Ordinibus, subordinata; quò fac. not Anton. de But. *Col* 19 *&* ali. Can. *in c. in præsentia de probat.* Abb. *in c. in singulis n.* 3. *de stat Mon.* ubi tradunt, de jure quodlibet Monasterium habere caput seu de per se, nec unum alteri subjici.

102. Atque hinc patet, quàm inepta sit comparatio F. Romani, quâ in Ordine Sancti Benedicti unum Monasterium respectu Ordinis, sicut dextram
103. aliquam ad Titium dicit se habere: Cum inter omnia Ordinis Sancti Benedicti Monasteria nulla sit unio, nullaque connexio, (quemadmodum ex F Romano *alleg* 45. *sub n.* 10. *nostræ sect.* 2. fuit ostensum) & aliàs ista comparatio *jam sup d sect.* 2. §. 3. luculenter sit refutata; Ut proinde isti diutius hic inhærere non sit necesse.

§. VIII.

Quomodo Monasterium dicatur hujus vel illius Ordinis esse?

104. Tradideram, quòd licet Monasterium aliquod dicatur hujus vel illius Ordinis esse; non tamen inde sequatur, penes eundem esse illius Monasterii Dominium: Cum *genitivus* in stricta & propria quidē significatione importet dominium, non tamen in larga & impropria si-
105. gnificatione, ut notat Bart *in rub. de novi oper nunc Pan. in c.* 1. *numer.* 26. 27 *de postul. Prælat.* & ibi cit. Dd. vel etiam si ex communi usu loquendi aliud obtineat: Duenn. *in regu. Genitivus* 410 Bettachin. *in repertor verb. possessio.* Quod si igitur agatur de Monasterio vivo, cui sit professio & votum stabilitatis loci: tunc bona propriè loquendo quoad dominium illius particularis sunt, & dicuntur Monasterii viventis, & non totius Ordinis, quia Monasterium vivens est capax Dominii: Cum habeat liberum arbitrium, & possit de iis disponere, nec ab a-
106. lio Monasterio quoad ipsum dominium sit dependens: ac per se de bonis suis intervenientibus solennitatibus à jure requisitis possit disponere. Sin verò professio fiat in ordine ad totam Provinciam, & non ad certum locum restringatur, tunc bona dicuntur esse Provinciæ seu Partis illius Ordinis. At ubi professio fit sine ulla restrictione ad certum Monasterium vel pro-
107 vinciam, tunc bona dicuntur esse Ordinis. Vide Tambur. *tom.* 3. *de jure Abbat. disp.* 11. *quæst.* 4 *num.* 6. Anton. *in cap. in præsentia de prob. num.* 64. Bero. *quæst.* 83. *num.* 2. *&c.* Atqui nos hic agimus de bonis Monasterii, cui particulariter fit professio, ut palam est. Dicuntur tamen ex communi

usu

usu loquendi, *bona esse Ordinis Synecdochicè* totum pro parte Ordinis accipiendo: sicut etiam communi usu loquendi bona dicuntur esse Monasterii, si sit emortuum, eò quòd denominatio etiam destructâ re sæpius maneat ac perseveret, glossa *in L. si grege Legato 22. verb. desiisset de legat. 1 & ibi* Dyn. Joannes de Imol. Rot. Rom. *decis. 4. 5 6 apud Tambur d. Tom. 3.* 108.

§. IX.

Quartum Argumentum de Ordine Præmonstratensi, quod bona sine consensu Generalis non possint alienari, discutitur.

Quartum *sup. q. 2. sect. 1. c. 1. num. 4.* ex F. Romano propositum argumentum, quod *Ordini Præmonstratensi competat dominium in bonis Monasteriorum suæ regulæ*; negavi illud verum esse, ostendiq; illud neque ex eo evinci, *quod religiosi alicujus Conventus universim considerati*, sive conventus ipsius Ordinis Præmonstratensis *non possint bona sua sine Generalis consensu alienare*; Cum & bona pupilli minorum sine consensu Tutorum, curatorũ alienari nequeant *Inst & ff. de auctorit. Tutorum & C. de auct. præstand.* quos tamen nemo dixerit esse Dominos eorundem bonorum. 109. 110. 111.

Quin nec religiosum conventum non exemptum sine consensu Episcopi Ordinarii posse quidquam alienare, docui ex Concilio Aurelianensi III. *c.* 23. aliisque apud August. *in Iuris Pontificii Epitome lib. 15. tit. 142. cap. 5.* Vid. *& ca. Abbatibus 12. quæst. 2. ca. in venditionibus* 17. (pro qua erroneè impressor expressit 13.) *quæst. 4. c. nulli. de reb. Eccles. non alien.* Unde tamen nemo rectè intulerit, Episcopum esse bonorum Monasterii non exempti dominum. 112.

Adhæc F. Romanus *allegat. 289. & 290.* nudè repetit, quod etiam *allegat. 254.* proposuerat *nimirum se non tam ineptè ratiocinari, cum sciat, quòd etiam Abbates S. Benedicti non exempti nequeant bona suorum Monasteriorum citra consensum sui Diœcesani alienare, cui tamen nihil juris in bona ipsorum concedant.* *Comment. Hayanum.*

Verum quod ita F. Romanus argumentetur, jam *sup. in resolut. sect. 1. c.* 1 §. 4. ostendi, ut proinde frustra ea hic reperantur. 113. *Discutitur.*

Deinde *allegatione 51.* ait F. Romanus, *quod ego hic* ca. in venditionibus 13. quæst. 4. *citaverim; Cum ea causa nullum Caput sic incipiat, nec habeat ultra duas quæstiones.* 114. *Comment. Hayanum.*

Verùm hic F. Romanus iterum se fundat in mendo Typographico. Cujusmodi in numeris facilè potest irrepere, uti etiam revera irrepsit. Siquidem *d. c. in venditionibus*, non in 13. sed 17. *q. 4.* expresse continetur, quo oportuisset, ut cum F. Romano *alleg. 56.* loquar, apertis oculis vagari & in Canonem ita incipientem inquirere, priusquam me falsæ allegationis argueret, ibi enim textum à me rectè allegatum deprehendisset. 115. *Discutitur.* « « 116.

Pro meliori superiorum intelligentia duo subjeceram notabilia, quorum

 alterum

Minor negatur. ma dominii vel remota alterius alicuius obligationis. Vnde cum *Minor* hæc, quod *Ordo actionem personalem vel realem habeat ad Monasteria tanquam perdita*
11. *vel non perdita, vel duntaxat debita recipienda*, generica & varia sit, neq; exadversum vera ostendatur, quin etiam eius contradictoriæ veritas doceatur,
Conclusio. in Eclipsi *qq. 3. 6. & 7.* sequetur, quod inde non possit determinatè concludi, nedum hæc *conclusio* mente vel reipsa exadversum illata esse vera, *Ergo Ordo habet actionem realem singularem & quidem directam pro rebus corporeis,*
12. *vel utilem pro incorporeis & Ecclesiasticis monasterii emortui recuperandis*; eo quod ex positione actionis genericæ, vel indeterminātæ, non sequatur præcise positio alicuius specificæ vel determinatæ actionis; Cum ex genere ad speciem certam inferendam non fiat illatio. Nec enim consequentia valet, *animal est*, ergo *homo est*; Cum possit esse brutũ; aut *creditum est, ergo est mutuum* quia potest esse depositum vel commodatum &c. Ever. *in loco à specie ad genus. n. 2.* Igitur.

§. III.

13. N. 3. imperitia quoq; argumentandi ostendebatur ex eo, quia F. Romanus *ex jure ad rem*, sive debito, de quo *infra in resol. q. 3.* infert *jus in re.* Cum actio ad rem prius petendam vel alicui dandam, tanquam medium supponat *jus ad rem*, Actio verò ad rem nostram in petitorio propriè recuperandã supponat *jus in re*. Atqui jus ad rem siue debitum est diversum à jure in re; vti fatetur ipse F. Romanus *q. 1. Astri n. 49.* vbi ex Pan. *in Clẽ. Auditor. n. 4.*

Ius in re & jus ad rem differunt.

14. *de Rescript.* hæc affert; *differentia est, an beneficium sit* meum, *an* mihi debitum, *eodem modo, an habeam* jus in beneficio, *an* ad beneficium; *post provisionem enim mihi factam & acceptam seu collationem, beneficium dicitur* meum, *& per consequens habeo* jus in beneficio: *ante verò collationem seu provisionem, si habeo aliquod* jus ad beneficium obtinendum, *dicitur* mihi debitum, & habeo ius ad beneficium, vid. gloss. *cum suis alleg. ab ea in d. Clem. Auditor. in verb. debitum.*

§. IV.

15. N. 4. concludebatur, ex eo, *quod quis habet actionem ad rem prius petendam vel sibi dandam, &c.* malè & imperite inferri, *quod etiam habeat actionem realem ad rem tanquam suam proprie recuperandam*, ac consequenter non nisi ineptè & erroneè ex eo, quod quis habet ius ad rem, inferri, quod etiam habeat ius in re seu dominium. Vtrum autem Ordo habeat actionem ad rem etiã prius sibi petendam vel dandã, nõ huius est locis sed *in resol. q. 3.* examinabitur.

Commenta Hayana.

16. Ad ea F. Romanus *alleg. 46.* respondet; *quod ego allegem* L. 148. ff. de. V. S. *eamq; sic incipere scribam*, Id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem. *Quod si* d. L. 148. *inspiciatur, videbitur, ne fumum horum verborum ap-*
17.
18. *parere, nedum ignem.*

Discutiuntur 1. quoad numerum. Et *alleg. 47.* petit ipse, *vt sibi monstrem pagellam & lineam, in qua ex jure ad rem jus in re intulerit.*

Verum cum *d. L. id apud se quis*, verba non infideliter sint recitata, licet iis

lis pro *n.148*. errore Typographi sit adjectus. *n.148* quod *n.3 & 8*. in madida Typographia maximam videantur habere affinitatem, immerito illam allegationem falsitatis F. Romanus accusat. Cum error *adiecti* non vitiet, 19.
quando de corpore constat, *per L. idem Pomponius 5.§. penult: de rei vend. L. in venditionibus. de contrah: empt. L. quoties. 9 & ibi glossa 2 ff. de Hared. inst. L. si quis in fundi 4. & ibi* glossa 1. & gloss *quod si quis: & in verb. hominū ff de legat.* 1. eò quod adjectum sit duntaxat accidentale; per gloss. *in verb. hominum*. Atqui hoc in loco constabat de ipso corpore legis, uti evidentia facti, nimirum oculari textus illius inspectu notorium est. Igitur &c. 20.

Vnde porrò videre est, quod F. Romanus cum nihil ad rem respondere habeat, aut possit, circa numeri errorem cavilletur. 21.

Deinde quod spectat ad petitionem F. Romani, vt illi demonstrem pagellam, ac lineam, in qua ipse ex jure ad rem, jus in re intulerit, illud à posteriori seu ab effectu ostenditur. Nam F. Romanus Ordini tribuit actionem ad rem tanquam sibi debitam petendam *q.1.n.50.p.57.col.2.lin.30. & seqq* indeq; infert Ordinem rem ipsam & dominium habere *q.1.n.55.p.60.col.1. lin.1. & seqq.* Actio verò ad rē tanquam debitā necessariò supponit debitū adeoq; ius ad rem, per not. F. Rom. *q.1.n 49. sub. hoc n. 3. citata*, indeq; infert dominium, adeoque jus in re, vt notorium est; sed videtur hic F. Romanus verba duntaxat, non autem eorundem vim consectari. 2. Quoad petitionem F. [illegible] Romani. 22.

Quod si forte diceret, actionem realem alijs ex Ordine competere pro ipsis bonis Monasteri emortui; actionem verò personalem pro ipsis juribus collegii, prout dicunt titulos; ex *q.1.c 2. Contra* Respondi *primo*, quod vel loquatur de actione reali *vniversali*, nimirum petitione hæreditatis, *vel speciali*, vendicatione rei; &c. si de *priori*, iam prius quæstio præjudicialis, *vtrum Ordo sit Hæres*, definienda sit *ex q.3. & 6*; si de *posteriori*, tunc quemadmodum constat ex supradictis, vel petat principium, vel in circulum eat. 23.

Deinde refutavi ex eo, quod bonorum Ecclesiasticorum dominium & possessio legitima supponant titulum canonicum, per not. VVesemb. *Consil.21.n.46.47.* Bald. *in L. proprietatis n.5. non 4. C. de probat.* Menochi. 15. *remed.2. recup poss. n.458. & seqq.* gloss. *in Clem. vn de caus. possess. & propriet. per c.1. de eo qui mittit in possess. & per reg.1. de R.I. in 6.* Proinde si alii exteri, ex eodem Ordine necdum habent reipsa Monasterii emortui titulum, sed, vt insinuat F Romanus, pro eo obtinēdo ipsi agūt; necdum poterunt ij asseri bonorum titulis connexorum, aut eos consequentium dominium & possessionem legitimam habere, Dd. paulo ante citati. 24. 25.

Adhæc objicit F. Romanus *alleg.* 47. 48. 49. 50. instando, *quod ista ratione neque Ecclesia vniversalis habet dominium in omnia bona Ecclesiastica.* Baldus Loco citato *ne verbulum habeat de bonis Ecclesiasticis, aut tituo canonico; Cæteri verò non loquuntur de dominio summo vel subalterno, quale est Ordinis religiosi aut Ecclesiæ Vniversalis; sed de dominio basso* Commenta Haynæ. 26.

seu

enim præsumitur institutus in beneficio, ut *notatur* per Innocent. & per Ioannem Andreæ. post eum *extra de præsumpt c illud* quod mente est tenendum Hæc ferè Baldus.

Quod adjicit F. Romanus. quasi *cæteri Dd à me supra citati loquantur de Dominio basso & infimo; ipse verò agat de Dominio summo Ecclesiæ universalis, vel subalterno Ordinis Religiosi*. hoc ipso ostendit, se ad rem, ubi quæstio est, *an bona emortui monasterii, quod ab alio tanquam membrum non dependet sint vacantia*; nihil afferre; quia bona vacantia in ordine ad dominium bassum vel subalternum proprietatis & possessionis dicuntur § *quod autem. 7 instit. de usucap l. 1. ff de jure fisci L. 4. C. de bon. vacant. c. 1. in usib. feud. quæ sint regal. & ibidem* Dd; non autem in ordine ad dominium jurisdictionis summum vel subalternum, uti ex Dd *in supra cit. locis* patet, atque *sup. in resolut quæst. 1 append* est demonstratum, prout clarè cognovisset Lector. si mea illi doctrina solidè, & non carptim aut mutilè à F. Romano proposita fuisset. 36 *Quoad alios Dd.* 37

§ 6.

Antecedentis probatio secunda à F. Romano allata discutitur, ubi An Ordo sit hæres Monasterii emortui: & de collatione beneficii, Monasterii, tum de Oeconomo Ecclesiæ. &c.

AD Antecedentis illius, *quod Ordo habeat dominium seu jus in bonis emortui Monasterii*, probationem 2. respondebatur, primò ad *Majorem*. in qua asserebantur omnia jura & actiones ad hæredem transmitti. *L. cũ hæres ff de divers & tẽp. præscript L. nihil aliud est hæreditas. 24 ff. de V. S.* veram esse de juribus realibus; non verò de juribus personalibus; ut in *resol. quæst. nostra. 1. cap. 2. & 3* sufficienter est deductum, 2. *Minorem* exadversum assertam, *quod Ordo sit hæres emortui monasterii*, negandam esse, prout & negatam videre licet *in resolut. d. quæst. 1. cap 4 in Responsionis & conclusionis ratione 2.* eò quòd in Ecclesiasticis non detur successio hæreditaria, quemadmodum F. Romanus *alleg.* 440 *n. 1.* concedit, licet paulo post *ibidem* contrarium sustinere velit. 38 39

Deinde ajebam, posito, minimè concesso, *quod Ordo esset hæres*, non inde sequi, Dominium & possessionem bonorum Monasterij emortui ab ipso Ordine jam in effectu teneri, vel ad ipsum ipso jure esse translata, quod adversario probandum incumbebat; nec tamen ab ipso probatur. Quin imò contrarium ex ipsomet ostenditur. Nam auctore F. Romano *q. 1. n. 58 in fine*; si omnes ex Ordine S. Benedicti sunt filii respectu S. Benedicti; Ergo isti monachi omnes inter se erunt Fratres, ac decedẽtibus hujus loci Monachis incolis alii exteri tanquam fratres, adeoque tanquam hæredes extranei, non verò velut sui succedent, *per §. sui autem. & §. cæteri & ibidem* Dd. *Instit. de hæred. qualit. & diff.* Hæredes verò extranei non acquirunt ipso iure dominium, sed requiritur, ut hæreditatem legitime adeant *L. in suis ff. de lib. &* 40 41 42

ipsius essent genuina, hanc ipsi imputem propositionem, quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine occupata ac possessa, petitque sibi, ubi, quo folio, quâ quæstione, quo numero istud edixerit? monstrari ac digito ostendi.

Hactenus F. Romanus, Cui Respondeo, me cum ipso non Grammaticam λογομαχίαν de verbis, instituisse; sed ex antecedente ipsius fundamento sequelas considerasse, quod mihi omnino licuit. Cum ipsomet F. Romano teste, *in præfatione sui Astri § hac aliaque. pag.* 15 Qui vult antecedens, velit etiam consequens. Nec adeo imperiti sint Lectores, ut eas non videant, aut non ipsi per discursum colligere possint. Quando igitur F. Romanus *in præfatione Astri § itaque orbem & urbem pag.* 12. *q.* 1 *n.* 58 tradit Monasterii emortui bona, de quibus agitur, juxta *q.* 1 *n.* 61. esse hæreditatem & Patrimonium S. Benedicti, vultque *d. q.* 1. *n.* 58. Religiosos ex Ordine S. Benedicti esse filios respectu S. Benedicti, adeoque vult consequenter, Religiosos ex Ordine S. Benedicti *primò* inter se esse Fratres: *deinde* si aliqui ex iis in certo loco aut Monasterio decedant, nullo omnino substituto reliquos aliorū Monasteriorum exteros, tanquam Fratres defunctis huius loci incolis in hæreditate & patrimonio relicto succedere; adeoque *consequens* est, si petierint hæreditatem, eam quoque adeant. Angel Aret *in § cæterum, cum § seq. Instit de hæred qual. & diff ibique.* not. Fac & not. Grass. *Lib.* 2. *recept. opin q.* 9 *n.* 8. *per L. quemadmodum ff de inoff test.* Bart. *in L gerit ff. de acq. hæred & q.* 18. *n* 8. quod consequens licet verbis non expresserit F. Romanus; tamen implicitè & virtualiter in antecedente suo sufficienter indicabat; uti jam vidimus, neque per illud consequens excludit sed involvit superioris collationem; sicut nec qui bona feudalia ultimo ipsorum possessore defuncto aditurus est, excludit, à Domino directo petendam esse investituram; sed supponit, eam necessariò sibi à Domino directo vel superiore impetrandam vel obtinendam esse: In hoc verò casu nostro, ubi monasterium aliquod est emortuum, etiam requirit F. Romanus, ut illud illiusve bona à Superiore Ecclesiastico conferantur; prout palam est *ex q.* 1 *n.* 1. *& seqq. & n.* 49. *Astri.* 54 Distinctione 55 56 57 58

Unde patet 1, quod licet F. Romanus verbis non expresserit aditionem Monasterii emortui involvere collationem superioris legitimam; tamen ipsum consequens F. Romani, nimirum, aditio hæreditatis & patrimonii in Ordine S. Benedicti, involvat legitimam collationem; adeoque perperam F. Romanus *dicto loco* me accuset falsitatis. 59

Secundò quod quando F Romanus tradit, me allegare *n.* 49 *& sequentes*, qui tamen *n.* 1. *& seq at n* 49. absolutè citaveram, se ipsum falsæ allegationis redarguat. 60

Quod verò F. Romanus *d. allegat* 287. ad præmissa eludenda distinguit; aliud esse, *Ordinem adire Monasterium, ut beneficium*, aliud *ut proprietatem*: Prior collationem involvat Superioris, non posterior, Cum 61

 possit

possit fieri; ut religiosus aliquis à Superiore deputetur, qui possessionem Monasterii adeat, non ut illius sit prælatus; sed custos vel Oeconomus vel procurator; qui interim res Monasterii curet, omnia reparet, donec legitimus istic Abbas constituatur.

62 In hoc F Romanus sine lege & auctoritate loquitur; adeoque ipsi fidei nihil tribuendum; Erubescimus enim sine lege loqui. *Novell de trien: & semiss.* §.*consideremus, L fin. C de consulib.* Verum est, & conceditur, quod,

63 quando beneficium Ecclesiasticum vel etiam Monasterium confertur alicui *in titulum*, necesse sit, ut præcedat Titulus Canonicus collationis, *c.* 1. *&*

64 *ibi* Dd *not. de Reg. I. in 6.* At, quando beneficium Ecclesiasticum vel Monasterium non *in titulum*, sed in *proprietatem* obtinendum est, non necesse sit, ut alicui à Superiore concedatur, vel conferatur in proprietatem; falsum est; & negatur, ut patet ex *notatis* Dd *ad c. sicut, & unire de excess. Prala. c. cura pastoralis & ibi not de jure Patron.*

65 Nec *obstat* quod Dd. tradant beneficium concessum *in proprietatem* non conferri, seu non habere statum collativum, Rota Roma. *decis.* 340 *n. 2. tom. 2. in recentiss.* per modernos *in regula* 8. *Cancell. glossa 5.* §. 7. *n.* 7 *&* 20 quia isti loquuntur de *Collatione Canonica propriè accepta*, *quæ est* provisio Superioris alicui Clerico de beneficio Ecclesiastico in titulum e-

66 recto facta; quemadmodum videre est apud Canon. *in tit. de concess: præb.* Rebuf *in praxi benefic. tit. de collat.* non verò de *Collatione generica*, seu potius de concessione in proprietatem, de qua inpræsentiarum agitur.

Collatio Canonica propriè quid sit.

67 Quod verò addit F Romanus, à *custode vel oeconomo possessionem alicujus beneficii monastici adiri posse, non ut istic sit Abbas, seu Prælatus; adeoque videatur proprietas sine collatione & concessione superioris acquiri posse*,

68 est error in jure, & huc alioqui impertinens; qui Oeconomus seu Custos Ecclesiæ non quidem expressè, sed implicitè à F Romano descriptus est, quod videlicet hic sit regularis ab Ordine Religioso deputatus, ut capiat Monasterii restituti possessionem; non ut ipse sit aut fiat prælatus; sed ut teneat & custodiat illud, ejusque iura ac proventus, donec vel reparentur ædificia claustralia, vel certa securitas adsit, vel supellex domestica aliaque necessaria comparentur, atque tunc demum legitimus Abbas constituatur, sive ille, sive alius, pro quo.

Oeconomus Monasterii.

69 Notandum est *primò*, quod Oeconomus Ecclesiæ à Vice-Domno distinctus sit officio; quod Vice-Domnus in Episcopatu detur *c. diaconum.* 89 *dist.* Oeconomus verò in aliis Ecclesiis; ita Tholosan. *lib. 15. Syntagm. Iuris univers. c. 40 n. 3.* Idem lib. 27. *c. 5. n. 10.* tradit quod Oeconomus sit, qui bona universitatis, Reipublicæ, Ecclesiæ aut Collegii administrat, *L jubemus C de SS. Eccles. L omnes. § præter. & § hoc nihilominus C. de Episc &*

70 *Cler.* Cui etiam consentit Cu. hus *in Inst. maior. tit. 3. lib. 7. per tot.* tradens, quod

Oeconomus Ecclesiæ à Vice Domno distinguitur.

quod magis proprio vocabulo *Oeconomus* appelletur, qui Canonicorum bona administrat; *Vice-Domnus* verò, qui res Episcopatus gubernat. Cuch. *d loc.*

Deinde Oeconomus seu Custos Ecclesiæ si detur *Ecclesia vacanti* seu 71
Ecclesiæ prælato duntaxat viduatæ, *cap cum vos. de offi. Ordi & ibi* gloss. &
Dd Concil. Trident. *sess. 24. c. 16. de Refor* constituitur ab ipso Capitulo il- 72
lius Ecclesiæ Barbos, *Lib. 1. de jure unive. Ecclesiasti. tit. de Capitulo, 32. n 92.*
Et si Ecclesia sit Cathedralis, à summo Pontifice approbandus juxta *c obitum, 61. dist. ca. vulterana. 12 q. 2.* sin Ecclesia aliqua inferior, ab Episcopo veniet constituendus, *d. c. cum vos de off. Ordi. & ibi* Anto. Ancharan. Ioann.
Andre: qui tradit, quod Custodia Ecclesiæ Cathedralis spectet ad Oecono- 73
mum, si ipsum habeat; *75. distinct. c quoniam quidā.* sin minus; ad Canonicos;
ipsisque deficientibus, ad Archi-Episcopum custodia pertineat. *c. fin. de suppl. neglig. Pralat.* vel ad alium Prælatum, ut gloss *in d. c. cum vos.* quia illorum est 74
Oeconomum constituere, quorum est instituere: Ita Joannes Andreæ, Innocent. *in d. c cum vos.* ne Ecclesiæ res dispergantur *c. quia in quibusdam. dist 89.* Huic autem Oeconomo nec Ecclesia *in titulum*, nec *in proprietatem* 75
conceditur; sed solum custodia & administratio illius, usquedum alius verus
Prælatus substitutus fuerit, conceditur Hon. *sum decret. lib. 3. tit. 5 part. 4 n. 79.* Sin verò *Ecclesia non vacanti* detur Oeconomus, hic à Capitulo Cathe-
dralis Ecclesiæ constituendus est *per c. imperatorem, de jurament. cal. & 9. q. 3. cum scimus.* atque ab Episcopo confirmandus, *c. quoniam. 16 q. 8. §. nihilominus:* in aliis verò Ecclesiis Oeconomi creatio spectat ad Episcopum: 76
Ita sentit Archid. *in d. c. quoniam. 16. q 7. n. 2.* Host *in c cum vos. §. fraternitatis vestra. de off. Ordi. col* 2 qui ibidem illud limitat. nisi de consuetudine vel
privilegio ad Archidiaconum vel aliam personam Ecclesiasticam pertineat, 77
juxta *not. de appell. c bona memoria, § procurator, & de Instit. c. cum venissent.*
Idem obtinet in Ecclesia Laicum Patronum habente: Ad hunc enim non
custodia sed defensio duntaxat spectat. *16. q 7. c filiis & c. decernimus. per supra not* nisi ex peculiari privilegio vel consuetudine per sedem Apostolicam 78
approbata id illi competeret, uti *Regibus Franciæ* & *Angliæ* aliisque quibusdam principibus, *per not. de jure Patron. c. nobis. fuerit concessum*, Quod si sola consuetudo allegaretur, illa de rigore juris non obtineret, *per not de consuet. c. 1. de elect c. cum terra & c Sacrosancta.* licet in multis propter eorum potentiam ex gratia & quasi permittente dispensatione quoad præteritos actus toleretur, quoad futuros verò actus, si in judicium deducantur, veniat cassanda & irritanda. Ita Host *d loc.* dummodo sine scandalo fieri possit. Privilegiū Regum Frāciæ, Angliæ &c. 79

Huic item Oeconomo *Ecclesia non vacans* nec *in titulum* nec *in proprietatem* conceditur, sed *in ministerium*, ut fructus conservet, Arch. *in c in nova actione 16. q. 7 n. 2. 3* ne alioqui, ex rerum Ecclesiæ dispersione, sacerdotali dignitati obtrectatio generetur, idque sub gravibus pœnis constitutum, 80 NB.

 tam,

tum, *c. quia in quibusdam dist 89. L. omnes & hoc nihilominus C. de Episc. & Cleri*, prout videre est apud Cuchum in *Inst. major. lib 3. tit. 7. per tot.* Gregor. Tholosan *lib. 15. Syntagm. jur univ. cap. 40. n. 2. & lib. 17. c. 4. n. 13.* Honor. *lib*
81. *3. decret. tit 5 de preb. parte 4. n. 75.* Unde cum œconomus Ecclesiæ vel Prælato vel Præside vacanti duntaxat, vel etiam non vacanti detur, mirum est, quâ authoritate F. Romanus totis Monasteriis emortuis & per rerum naturam extinctis, eorumque bonis vacantibus Oeconomum tribuat.

82. Deinde quâ auctoritate F. Romanus comprobabit, Regularem aliquem hoc ipso, quod illi Ecclesia creditur custodienda, ejusdem adeat possessionem; Tum ubi ego doceo, aditionem (pro qua perperam *editionem* obtrudit F. Romanus *d. alleg. 287 pag. 204.*) alicujus Regularis, non esse legitimam, nisi factâ prius per superiorem tituli seu beneficii collatione? Nusquam.

83. Equidem ego trado, quod ut aliquis beneficii vel bonorum Ecclesiasticorum possessionem legitimè adeat, necesse habeat, ut collatio superioris interveniat; non tamē stricta illa collatio, quæ fit *in titulum beneficii*, sed *genericè accepta*: quæ etiam *concessio* dici potest; de qua Monet. *de commut. ultim. volunt. c. 12. quæst. 1. n. 23* Vide Pan. *in repet. c. super eo. in verb. collatio. n.*
84. *4. de Elect.* quò etiam facit F. Romani *allegatio* 273. quod ex aliis Monachis unus per jus devolutum in Abbatem, cæteri canonicâ translatione vel creatione in Monachos illius Monasterii assumantur.

Ut proinde quando ego de *Collatione genericè* ago, & F. Romanus de collatione *strictè accepta* respondet: sufficienter ostendat, se discursus suos ovo irrito inclusos fovisse.

85. Deinde, quando *ex principio* F. Romani *q. 1. n. 51.* cum Bart. *in l sicut §. ult. ff quod cujusq. univer. nom.* censentis *bona emortuorum Monasteriorū vacare, tanquam hereditatē*; ego *d. n 4.* infero *bona illa* ab *obitu Monachorum incolarum defunctorum in Ordine S. Benedicti ab aliis exteris ejusdem Ordinis superstitibus nec esse legitimè occupata, nec possessa*, eamque propositionem seu illationem propositioni à F. Romano probandæ (*nimirum quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine occupata & possessa*) è diametro contradicere, adeoque contradictoria admittere;

86. Econtra ipse *alleg. 288. sub gallo gallinaceo* Respondet, *quòd ego mutato typo ac si ipsius essent genuina verba, istam illi imputem propositionem*, quod bona statim ab obitu religiosi conventus sint ab Ordine occupata ac possessa;
87. *quæritque, ubi quo folio, qua quæstione, quo numero, illud dixerit*, & demum subjicit, *Religiosus*, inquiens, *Ordo ante obitum totius conventus occupaverat & possederat istud Monasterium; idque per hos ipsos regulares, modò mortuos, eorumque antecessores, veluti per sua membra, eo ferè modo, quo Titius dicitur occupare & tenere, quidquid sua dextra seu conjuncto membro apprehendit, ac*
88. *detinet; Hæc totius Ordinis possessio, viventibus adhuc eo loci Monachis, fuit civilis & naturalis in genere subalterno: istis omnibus vita functis, periit naturalis;*

Comment. Hayana.

ralis; civilis autem Ordini in hodiernum usque permansit.

At nostri novi antipodes & civilem nobis negant & naturalem artibus miris praripiunt, certè non desipiunt, hodiernum sibi volunt, nobis crastinum. Possessio enim omni spe melior, & nisi superesset ultimus Iudex, quem etiam ii, qui non desipiunt, non decipiunt; Hæc ille ὕστερον πρότερον.

Ego hoc *cap.* I. *Sect.* 3 de dominio bonorum *non occupato*, adeoque vacante agebam; ille verò *de possessione occupata* respondet: Ita F. Romanus extra oleas saltat. 89 *Discutiatur*

Deinde ubi ego asserui, quod modò allata verba istius propositionis, quoad literas & characteres essent F. Romani, aut formaliter in terminis, prout 90. ipse supponere videtur. Solùm significabam, quòd si F. Romanus aliquid cōtra propositum meum allaturus esset: ea ipsi propositio foret probanda, non 91. verò ajebam, eam ab ipso esse propositam; *Et esto*, dixissem, istam propositionem à F. Romano productam esse, tunc si verborum propositionis attendatur significatio; nullum dubium esse potest, quin *q.* I. *astri*, *n.* 48. 49 50. 51. 92 52. eam reipsa inferat: Cum istic neget, *ab obitu omnium immediatorum Collegarum incolarum alicujus Monasterii seu Conventus, Dominium & possessionem istorum bonorum vacare respectu Ordinis S. Benedicti, Domini mediati*; adeòque consequenter contrarium necesse sit, ex natura definitionis *vacantis q.* I. *n.* 40. & 48. allatæ affirmet; *ab obitu omnium immediatorum Collegarum incolarum alicujus Monasterii seu Conventus, adhuc ab Ordine occupata esse ac possessa.* 93

Quamvis ut ad argumentum propositum aliquid respondisse videatur, 94 oggerat chimæricam suam doctrinam, quâ censet *Ordinem bona etiam viventibus adhuc hujus loci vel Monasterii incolis, seu ante obitum eorundem naturaliter & civiliter; ab obitu verò eorundem adhuc civiliter possidere*: eò 95 quod Ordo per eos tanquam sua membra conjuncta possideat. Cujusmodi opinionem ex professo *in resol. q.* 2. *sect.* 3. *c.* 3 pluribus refutavi, prout infra videre est.

Saltem hic noto, quòd illius propositionis ratio seu fundamentum, æquivocatione vocis *membri*, laboret, quâ incauto lectori imponitur. Nam ut u- 96 num Monasterium *tanquam membrum* alteri dicatur acquisitum seu subje- 97 ctum, necesse est, ut illud pleno jure alteri dicatur esse subjectum; Wamef. *Ut Membrũ alterius aliquid dicatur.* *consil.* 40 *n.* 3 4. *de offic. Iud deleg tom.* I. & *conf* 65 *n.* 17. *eodem tom* I *not in Clem.* I *de excess. Prælat.* & *in clem.* I *ubi* Imol. *n.* 29. *de rescript.* Huc facit, quod *membrum* alicujus Monasterii opponatur *Conventuali* Ecclesiæ, ita ut si *membrum* erigatur in *conventualem*, non jam ipsum sit an p s membrum 98 alterius, sed totum per se existat: Videatur Calder. *consil* 10. *de rebus Ecclesi: non alienan.* Imò si Monasterium sit ab aliquo dependens, & habeat bona 99 distincta; non censetur alterius membrum esse. Rom. *Conf.* 332. *n.* 6 9 3 Quin etiam Monasterium superius non potest bona inferiorum Monasteriorum

etiam

100. etiam omnibus mortuis occupare *c. præsentia de offi. Ord in 6.* Accedit; quod Monasteria in Ordinibus acephalis non sint ita juncta, uti membra in
101. homine, sed planè disjuncta, quemadmodum sup. ex Azon. *contra* F. Romanum fuit demonstratum. Hujusmodi doctrina vel maximè sibi locum in Ordine Sancti Benedicti vindicat; ubi Monasteria omnia non sunt sibi, sicut in aliis quibusdam Ordinibus, subordinata; quò fac. not. Anton. de Butr. *Col* 19 *&* ali. Can. *in c. in præsentia de probat.* Abb. *in c. in singulis n. 3. de stat Mon.* ubi tradunt, de jure quodlibet Monasterium habere caput seu de per se, nec unum alteri subjici.

102. Atque hinc patet, quàm inepta sit comparatio F. Romani, quâ in Ordine Sancti Benedicti unum Monasterium respectu Ordinis, sicut dextram
103. aliquam ad Titium dicit se habere: Cum inter omnia Ordinis Sancti Benedicti Monasteria nulla sit unio, nullaque connexio, (quemadmodum ex F Romano *alleg 45. sub n.* 10. *nostræ sect.* 2. fuit ostensum) & aliàs ista comparatio *jam sup d sect.* 2. §. 3. luculenter sit refutata; Ut proinde isti diutius hic inhærere non sit necesse.

§. VIII.

Quomodo Monasterium dicatur hujus vel illius Ordinis esse?

104. Tradideram, quòd licet Monasterium aliquod dicatur hujus vel illius Ordinis esse; non tamen inde sequatur, penes eundem esse illius Monasterii Dominium: Cum *genitivus* in stricta & propria quidē significatione importet dominium, non tamen in larga & impropria si-
105. gnificatione, ut notat Bart *in rub. de novi oper nunc Pan. in c.* 1. *numer.* 26. 27 *de postul. Prælat.* & ibi cit. Dd. vel etiam si ex communi usu loquendi aliud obtineat: Duenn. *in regu. Genitivus* 410 Bettachin. *in repertor verb. possessio.* Quod si igitur agatur de Monasterio vivo, cui fit professio & votum stabilitatis loci: tunc bona propriè loquendo quoad dominium illius particularis sunt, & dicuntur Monasterii viventis, & non totius Ordinis, quia Monasterium vivens est capax Dominii: Cum habeat liberum arbitrium, & possit de iis disponere, nec ab a-
106. lio Monasterio quoad ipsum dominium sit dependens: ac per se de bonis suis intervenientibus solennitatibus à jure requisitis possit disponere. Sin verò professio fiat in ordine ad totam Provinciam, & non ad certum locum restringatur, tunc bona dicuntur esse Provinciæ seu Partis illius Ordinis. At ubi professio fit sine ulla restrictione ad certum Monasterium vel pro-
107 vinciam, tunc bona dicuntur esse Ordinis. Vide Tambur. *tom. 3. de jure Abbat. disp.* 11. *quæst.* 4. *num.* 6. Anton. *in cap. in præsentia de prob. num.* 64. Bero. *quæst.* 83. *num.* 2. *&c.* Atqui nos hic agimus de bonis Monasterii, cui particulariter fit professio, ut palam est. Dicuntur tamen ex communi usu

usu loquendi, *bona esse Ordinis Synecdochicè* totum pro parte Ordinis accipiendo: sicut etiam communi usu loquendi bona dicuntur esse Monasterii, si sit emortuum, eò quòd denominatio etiam destructâ re sæpius maneat ac perseveret, glossa *in L. si grege Legato 22. verb desiisset de legat. 1 & ibi.* Dyn. Joannes de Imol. Rot. Rom. *decis. 4. 5. 6 apud Tambur d. Tom. 3.* 108.

§. IX.

Quartum Argumentum de Ordine Præmonstratensi, quod bona sine consensu Generalis non possint alienari, discutitur.

Quartum *sup. q. 2. sect. 1. c. 1. num. 4.* ex F. Romano propositum argumentum, quod *Ordini Præmonstratensi competat dominium in bonis Monasteriorum sua regulæ*; negavi illud verum esse, ostendiq; illud neque ex eo evinci, *quod religiosi alicujus Conventus universim considerati,* sive conventus ipsius Ordinis Præmonstratensis *non possint bona sua sine Generalis consensu alienare*; Cum & bona pupilli minorum sine consensu Tutorum, curatorũ alienari nequeant *Inst. & ff. de auctorit. Tutorum & C. de auct. præstand.* quos tamen nemo dixerit esse Dominos eorundem bonorum. 109. 110. 111.

Quin nec religiosum conventum non exemptum sine consensu Episcopi Ordinarii posse quidquam alienare, docui ex Concilio Aurelianensi III. c. 23. aliisque apud August. *in Iuris Pontificii Epitome lib 15. tit. 142. cap. 5.* Vid. *& ca. Abbatibus 12. quæst. 2. ca. in venditionibus* 17. (pro qua erroneè impressor expressit 13.) *quæst. 4. c. nulli. de reb. Ecclesi. non alien.* Unde tamen nemo rectè intulerit, Episcopum esse bonorum Monasterii non exempti dominum. 112.

Adhæc F. Romanus *allegat. 289. & 290.* nudè repetit, quod etiam *allegat. 254.* proposuerat *nimirum se non tam ineptè ratiocinari, cum sciat, quòd etiam Abbates S. Benedicti non exempti nequeant bona suorum Monasteriorum citra consensum sui Diœcesani alienare, cui tamen nihil juris in bona ipsorum concedant.* *Comment. Hayanum.*

Verum quod ita F. Romanus argumentetur, jam *sup. in resolut. sect. 1. c. 1* §. 4. ostendi, ut proinde frustra ea hic repetantur. 113. *Discutitur.*

Deinde *allegatione 51.* ait F. Romanus, *quod ego hic* ca. in venditionibus 13. quæst. 4. *citaverim; Cum ea causa nullum Caput sic incipiat, nec habeat ultra duas quæstiones.* 114. *Comment. Hayanum.*

Verùm hic F. Romanus iterum se fundat in mendo Typographico. Cujusmodi in numeris facilè potest irrepere, uti etiam revera irrepsit. Siquidem *d. c. in venditionibus,* non in 13. sed *17. q. 4.* expresse continetur, quo oportuisset, ut cum F. Romano *alleg. 56.* loquar, apertis oculis vagari & in Canonem ita incipientem inquirere, priusquam me falsæ allegationis arguere, ibi enim textum à me rectè allegatum deprehendisset. 115. *Discutitur.* " "

Pro meliori superiorum intelligentia duo subjeceram notabilia, quorum alterum 116.

alterum *n* 10 hoc erat, quod *licet verum sit affirmare*, ejus, qui dominus est,
117 consensum in alienatione rei suæ requiri; *non tamen è converso*: etiam, cujus consensus in alienatione alterius rei requiritur, etiam esse Dominum. Cum propositio affirmans non simpliciter, sed per accidens convertatur; eò quod prædicatum prioris propositionis latius sit seu generalius & cõmunius suo subjecto; & Juris Consultis posita specie, bene ponatur genus, non verò cõtra, *L. si quid eorum* § *interemptum*, *& ibi* glossa *in verb paratum*. Bart. & Dd. *ff. de legat* 3. Everh *in loco à specie ad genus*, Ita enim rectè dicitur, *homo est animal*, non tamen contra, *animal est homo*.

118 Alterum notabile proposueram *n*. 11. quod quamvis, ut modo dictũ est, à genere ad speciem non affirmativè; attamen negativè liceat argumentari, ita ut à quocunq; removetur genus, seu magis commune, ab eodẽ removeatur species seu minus commune, *per l. si causa cognita*. juncta *glossa in verbo peremisti & ibi*. Bart. Castr aliique Dd. *C. de transact. c. nam concupiscentiam*, ubi Joannes de Imol. *de constit.* Everhard. *in loco à genere ad speciem num*. 1. Unde etiam ex eo, quod alicujus in alienatione rei *x* non requiratur consensus, rectè infertur, *ergo ipse non est dominus*.

119 Comment. Hayanũ. Ad secundum hoc notabile nihil aliud Respondet F. Romanus, *alleg.* 52. quã *quod nullũ caput in corpore Iuris Canonici reperiatur quod incipiat concupiscentiam, præter caput illud, quod concupiscentia Monasteriorũ præoccuparit*.

120 Diluuntur. Verũ optimus F. est Romanus, ut cum ipso loquar *alleg.* 368. *n*. 1. qui præcipua fundamenta suarum stabiliendarum allegationũ super errores & mẽda Typographorum ponit, ex quibus & hoc unum est, prout facile colligere potuisset, si vel Everhardum *loc. à me cit.* vel ipsum Jus Canonicum accuratius inspexisset; ita enim mox *c nam concupiscentiam cit. à me tit. de Const.* deprehendisset. Reliqua sunt merè calumniosa, prout *in tract. nostro* 4. ostendetur.

§. XII. & XIII.

De ejusdem Ordinis Præmonstratensis dominio bonorum.

121 Ostenderam, quod in *Ordine Præmonstratensi*, ubi etiam Votum stabilitatis in loco nuncupatur, per quod acquiritur Jus ad Monasteriũ ejusq; bona. Lairveltz *in Catechismo Novitiorum de stabilitate in loco lect.* 112. *vot.* 6. alii exteri aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis ipsorumque Generales non habeant dominium bonorum hujus Monasterii Conventu destituti im-
122 mediatum, ne alioqui duo ejusdem rei in solidum dentur domini, contra *L. si ut certo loco* §. *si duobus vehiculum ff. commod.* prout etiam non ita pridem Cõventus Knechtstadiẽsis conscio suo Prælato, & Provinciali Reverend.[mo] Domno Abbate geminatâ vice 5. *&* 13. *Aprilis hoc Anno* 1651. Judicialiter coram Commissariis Imperii in causa Monasterii Capellensis est expresse confessus: ita enim se scripto declaravit. 5. *Aprilis*. 1651.

Dum

Nun haben wir vorhin vns darauff erklärer das der Convent ad Causam nit citiret / das Closter Cappel Einen absönderlichen Conventum constituire/seinen besonderen Probsten Administratoren vnnd Güter gehabe; wir aber ausser das vnser Herr Prælat dessen Orts Pater Abbas Visitator vnnd Ordinarius ist / Hauptsächlich nit interessiret / also auch keinen rechten noch Reden vns ad constituendum in hac causa obligiren können / auch die Herrn subdelegirte Festen verhoffens nit obligiren werden/Sondern hetten E. Ehrentvest vnseren Herrn Prælaten als dessen Orts Ordinarium vnnd Herrn Wilhelm Kerpen als Probsten mit seinen annoch lebendigen Conventualinnen / als respectivè Eygenthümbere rechtmässige besitzern vnd legales defensores disfals anzusuchen. 123

Iterum Jovis 13. Aprilis.

Ohn dem das sufficienter erkleret/daß obwollgemelder Herr Prælat als Visitator Ordinarius vnnd mit dem Herrn Probsten Kerpen des von vns abgesonderres Closters Capell legalis defensor ad hanc causam zu constituiren hette. *Id est. 5. April.*

Nos antehac declaravimus, quod Conventus ad causam non fuerit citatus, Monasterium Cappellense Conventum separatum constituat, suũ separatum Præpositum Administratorem & bona habeat; nostrâ autem præterquam quod noster Domnus Prælatus illius loci Pater Abbas Visitator & Ordinarius sit, principaliter vel capitaliter non intersit, adeoq; nulla jura, neq; mandata nos ad constituendum in hac causa obligare possint, neq; Domini subdelegati spe certâ sint obligaturi. Claritates autem vestræ Domnũ nostrũ Prælatum, velut istius loci Ordinarium & Domnum Wilhelmum Kerpen Præpositum suasque adhuc vivas Conventuales Virgines respectivè proprietarias, legitimas possessores ac legales defensores ea propter haberent requirere.

Iterum Iovis 13. Aprilis.

Præterquam quod sufficienter declaratũ sit, quod præfatus Domnus Prælatus tanquam Visitator Ordinarius & cum Domno Præposito Kerpen separati à Nobis Monasterii Cappellensis legalis defensor ad hanc causam constituere habeat.

Cujusmodi scriptum subscripserant Petrus Richarts Prior, Joannes Andreas Mellinghausen Cellerarius (Kellner) Ægidius à Wirth provisor, Petrus Gelart Senior. &c. 124

Mediatum verò & superius Jurisdictionis Generali assertum dominium huc impertinens sit. Cum sit personarum, non verò rerum; eò quòd non territorialis illa foret Jurisdictio, sed spiritualis, quæ etiam deficientibus alicubi personis omnibus illius Ordinis per accidens deficeret. *Statuta Pramonstratensia quos & in quibus obligent.*

Quin etiã *n.* 13. subjiciebã *statuta Pramonstratensia Anni 1618. alienationẽ rerum sine consensu Generalis prohibentia* non huc allegari posse, cum statuta veluti leges futuris, non præteritis negotiis præscribant formam *L. leges C. de* 125

LL. Cujac *in Novell.22. in princ.* neque ea obligent nisi eos, qui in ea cõsenserint *L.fin.C.de auth.præst.c.quod omnes de Reg.Iur.in 6.* Nos vero hîc de bonis Monasteriorũ jam pridẽ ante ejusmodi statuta emortuorũ egimus. Præterquã quod hic nulla detur alienatio, seu dominii translatio ab uno in aliũ, per *not.alibi* Atqui cũ hîc religiosi incolę certi loci, quorũ fuit immediatũ dominiũ bonorũ, supponantur mortui, nõ poterit dici, quod ab uno ad aliũ fiat dominii translatio. Cum non entis nullæ possint esse qualitates *l.ejus, qui in provincia & ibi* Decius *ff.si cert.petat.& L.quidam referunt, de jure Codicil.*

126 Unde concludebam, dicta statuta Ordinis Præmonstratensis nihil ad rẽ præsentem facere, nec conclusionem de dominio ac possessione bonorum Monasterii emortui Ordini negantem infringere.

§. XIV.

Quintum argumentum de dominio Cistertiensis Ordinis discutitur, ubi de ejusdem paupertate & differentia à Monachis nigris, agitur.

127 Progrediebar ad *quintum* argumentum de *Ordine Cistertiensi* motũ, illiq; auctoritatẽ Alexandri III. summi Põtificis *in c.recolentes de stat.Monach.* opponebam, ubi ita ipse Abbatibus & conventibus Cistertiensis Ordinis rescribit, *dolentes dicimus, quod etsi non ab omnibus, à plerisque tamẽ, & in pluribus ab illa sancta institutione dicitur declinatum, in tantum, ut aliqui ex vobis Patriæ institutionis obliti, contra Ordinis vestri regulam, villas, Ecclesias & altaria possident. fidelitates, & hominia benignè suscipiunt, justitiarias, & tributarias tenent, &* infra, *ideoque precibus & monitis exhortamur, quatenus domus illæ, quæ à prima sui Origine in ipso Ordine sunt fũdatæ, constitutis terminis sint contentæ. &* infra, si *enim relictis Originalibus Ordinis institutis ad communia* NB. *volueritis aliorum Monasteriorum jura divertere, oportebit Vos communi jure censeri, quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, cæterum domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrum Ordinem se transtulerint, vestris omnino se satagant usibus conformare: & relictis possessionibus, vel etiam commutatis, quas institutio vestra nõ recipit, sic se in omnibus religioni vestræ coaptentur, ut quemadmodum gaudẽt se in societatem Ordinis & habitus identitatem assumptos, sic etiam in paupertate sæcularium rerum se lætentur vestris institutionibus conformatos.* Unde

128 inferebam vel secundum hanc constitutionem Pontificis Institutio prima Ordinis Cistertiensis manet immutata, & tunc frustra F. Romanus ei asserit bona; Vel contra ipsam constitutionem Pontificis institutio prima Ordinis est mutata, ita ut bona non minus, quàm alii aliorum Monasteriorum Monachi habere possint, (de qua tamen est docendum) Et tunc Pontifex statuit Cistertienses eodem jure, iisdemque legibus, quibus alii Monachi, censendos, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disci-

scipli-

sciplinam: adeoque quo ad bona sibi nihil peculiare præ reliquis Monachis aliorum Monasteriorum jure asserere possint.

Ad quam constitutionem Pontificis tradit Host. quod *Cistertiensis Ordo* ab initio fuerit sanctissimè plantatus & in magna perfectione & paupertate, & quidem certarum rerum, quarum Monachi nigri erant capaces; Nigri autem Monachi poterant habere villas *c. Visis. 16. q. 2.* Ecclesias parochiales aut curatas, & altaria, id est, decimas, seu reditus ex altaribus provenientes *c. quæsitum 1 q. 3.* fidelitates Iuratas sine homagio; & hominia sive homagia, & dicitur homagium, quando quis flexis genibus, vel etiam erectus stans ratione dignitatis personæ fit homo alterius, subiiciendo manus suas manibus recipientis, & promittendo, quod de cætero ipsius homo ligius sit futurus ac fidelis, ipsumque contra quosvis homines adjuturus, quam Promissionem medio juramento, & præbito osculo facit. 129 130

Huiusmodi *hominium* in Spiritualibus non præstatur, sed tantum *Obedientia* promittitur. *c fin. de regul. Iuris.* Illi primitus ex Institutione sua Cistertienses sese abdicarant, ne cura rerum temporalium & familiarium distraherentur; Itidem nec suscipiebant *Iustitiarias*, id est (officia Iudicum sæcularium aut pecunias ex Iustitiis provenientes, nec *Iurisdictionem temporalem* exercebant in castris seu Castellis, quæ tenebant, nec *tributarias*, id est, officia Colligentium tributa, nec *possessiones*, quibus videlicet temporalis Jurisdictio, vel prædictorum aliquod erat annexum; Non igitur Villas, nec Castra, sed agros habere poterant. Cujusmodi *primævam institutionem* adhuc alicubi, nimirum in Castro Lonicarum Foro Iuliensis Diœcesis observari tradit Hostiensis *in d. cap. recolentes.* Cui subscribit Ioannes Andreæ *ibid.* Butr. Cardinal. qui per *Ecclesias* intelligit beneficia Curata, per *altaria*, beneficia simplicia, & dicit, quod quidquid de *tributariis* sit, in quibusdam tamen locis Cistertienses talia exerceant, ac percipiant, & ita Anton. But. *Ibidem* Abbas per *Villas* intelligit loca cum Iurisdictione; Unde Infert, Cistertienses non posse habere Castra vel similia loca, agros verò & possessiones privatas retinere posse, atque in hoc differre à Monachis nigris; Consequenter Monachos albos, & nigros non tantum habitu, sed etiam ipsis modis perfectionis, nimirum *paupertate* differre, Panor. *in d. cap. recolentes in princ. d. num. 3. circa finem de statu Monachorum, & ibi Card.* Hostiensis, Ioannes Andreæ, atque ita Suar. *tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. c. 3. num. 5.* rectè notavit, Cistertiensium religionem à principio fuisse fundatam in *speciali professione paupertatis.* Nam etiam mendicasse referuntur tempore Stephani Abbatis, re tamen verâ nunquam sunt professi mendicitatem, aut paupertatem in Communi, 131 132 133 134

Cistertiensium paupertas in principio quanta fuerit.

Monachi albi & nigri non tantum habitu, sed & paupertate differunt.

NB.

 sed

ſed ſolum ex regulâ ſtatuebant abſtinere ab aliquibus modis ſeu gene-
135 ribus immobilium bonorum, vel Eccleſiaſticorum redituum, quibus poſſent vel temporalibus curis diſtrahi, vel miniſteriis à ſuâ profeſſione alienis occupari. Vnde Vincentius & Antonius referunt, ipſos feciſſe declarationem ſeu Conſtitutionem auctoritate Apoſtolicâ confirmatam abdicandi Eccleſias, altaria, Villas, oblationes, & decimas, & ſepulturas aliorum hominum, & furnos & molendina & Villas & ruſticos. Monaſteria verò eorum poſſidere poterant agros ſeu poſſeſſiones privatas, ac pecora, ex quibus Monachi alerentur.

Quò ſpectant & ſtatuta Ordinis Ciſtertienſis *Anno* 1134. vivente ad-
136 huc *S. Bernardo* edita; ne quiſquam Abbatum pro monaſterio ſuo bona emeret, niſi quatenus uſu & legibus Ordinis permiſſum eſſet. Vide apud illum fratrem Ord. Ciſter. ſupra citatum. Ex quibus conſequens eſt, quod majorem profeſſus eſt Ordo Ciſtertienſis pauperpatem, quàm reliqui ſe-
137 ctatores S. Benedicti; atque etiam Cluniacenſes ſervarunt; Ipſius etiam monachi propriis manibus agros colebant; ac præter habitum diſtinctum, proprium habebant regimen; proprios Prælatos, & Congregationes ſeu Capitula, totiuſque religionis ſupremum Regularem Prælatum: Ordinis
138 autem S. Benedicti ſingula Monaſteria, (ut Anton. de Butr. *in ſup. cit. cap. in præſentia, de probat.* & Pan. *in d. cap. in ſingulis. num. 3. de ſtat. Monach.* authores ſunt) habuerunt regimen de & per ſe, adeoque ab alio in Ordine ſuo independens.

Illud quoque notandum, quòd Ordo Ciſtertienſis in *vallibus*;
139 S. Benedicti, in *montibus* ſua collocare ſoleat domicilia; atque hodie Ordo Ciſtertienſis ex privilegiis ſummorum Pontificum poſſit habere
140 caſtra, villas, molendina, poſſeſſiones, cenſus, juriſdictiones, & jura, prout Barb. *in d. c. recolentes. num.* 2. allegat ex Emanuele *quæſt. Regularium. Tom. 3. quæſt. 35. art.* 1. ubi eam in rem citat Benedictum XII. Conſtitutionem Clementis VI. dat. Anno 135.. Privilegium Innocentii VIII. Anno 1487. ac frater ille Ordinis Ciſtertienſis *in actione ſui*
141 *Ordinis* pluribus perſequitur, Tamburin: *Tom. 3. de jure Abbat. diſp. 12.*
Commenta Hayana. *quæſt* 2. Quin & ipſe F. Romanus ſub *allegatione* 291. *num.* 6. idem affirmat; Qui *ibidem num.* 4. allegat. (ſed non probat) *quod bona ea Ciſtertienſibus ipſa Regula S. Benedicti, quam ſequuntur, aſſerat; & ſi illa iis ego negem, fateri cogar, Ordinem Ciſtertienſem primitus fuiſſe mendicantem, quod falſum ſit,* ex Aſtro. *quæſt.* 1. *num.* 77. Bulla Pii II. ibi, *omnia bona Monaſteriorum.*

Nam-

Nam licet Cistertiensis Ordo militet sub Regula S. Benedicti; & largo modo Ordinis S. Benedicti sit, non tamen *absolutè* illius esse dicitur; quia habitu & modo vivendi ab illo S. Benedicti differt. Cherubin *in Scholio* 1. *super Constit.* Benedicti XII. *incip. Regularem vitam professis.* 1. *dat. anno* 1335. *ex* Bellam. *consil.* 32. *num.* 18. *& seq* Tusch. *in verb. Religio. Concl.* 138. *n.* 4. 142 *Discutiuntur.*

Et Cistertiensis Ordo primitus paupertatem in regula S. Benedicti contentam peculiari instituto constituit strictiorem, ut possessionibus duntaxat privatis, quas propriis manibus coleret, contentus fuerit, non villas aliaque bona publica receperit; prout ex Alexandro III. *in d. cap. recolentes.* & ibi citat. Authoribus vidimus. Esto quoque habuerit bona; tamen Pontifex statuit, ut ex Ordine illo ij, qui bona admitterent, ijsdem cum aliis Monachis bona ejusmodi habentibus, regerentur legibus, eandemque sentirent disciplinam. Alex *in d. c. recolentes.* Quidquid igitur de bonis aliorum monasteriorum dictum & responsum est, etiam Ordini Cistertiensi applicandum erit, ex definitione Alexandri Papæ III. *in d. cap. recolentes.* 143 144 145

Unde patet, quod dum ad alterum *dilemmatis mei* membrum Respondet F. Romanus, *d. loc num.* 3. ignoratione Elenchi videatur laborare, & dum ad plura membra unam responsionem affert, fallaciâ plurium quæstionũ Lectorẽ decipiat, ineptiusq; *inferat*; quod ego opponendo Alexandrum III. *in d. c. recolentes*, nihil habeam, quo solidè Bullæ Pii. V. occurram, qua uniones & incorporationes sine consensu Generalis Ordinis fieri non posse docuerat; Cum responsionem ad istum locum, non *n.* 14. sed mox in sequente *n.* 15. subjecerim. 146 147

§. XV.

Quomodo sine consensu Generalis Ord. Cistert. non possint fieri Uniones, alienationes?

RESponderam, quod quidquid sit de bonis illis Ordini Cistertiensi asserendis; allata à F. Romano Pontificum summorum diplomata nihil nobis adversentur. Nam *primò*, ex Bulla Benedicti XII. *incipiente, fulgens sicut stella; dat apud Pontem Sorgiæ Aniolensis diœcesis,* 3. *Idus Iulii, Pontificatus ipsius Anno* 1. *Christi autem* 1334. *num.* 26. *quod bona non possint sine Generalis Abbatis & Capituli Generalis consensu alienari*, non sequitur, Generalem aut Capitulum Generale habere bonorum illorum Dominium privatum, ut de Ordine Præmonstratensi demonstratũ est; sicuti ex eo, quod sine curatoris & judicis superioris consensu & autoritate non possint bona Minorennis alienari *ff. de auctor. & consens. tutor.* 148 149

tutor. & curat. C de auctor. praest. De praed. & aliis reb minor sine decr. non al. vel oblig. non sequitur, Curatorem & Iudicem rerum seu bonorum Minorennis Dominium habere.

150 Ad Bullam Pii IV. Resp. Deinde ad id, quod additur in Bullâ Pii IV. *Uniones, aliis ex quacunque causa interveniente auctoritate Pontificis Maximi factas, sine*
151 *approbatione Generalis illius Ordinis vel Generalis Capituli, nullas esse & irritas*, Respondi, illud nihil ad Dominium rerum & bonorum Monasterii alicuius emortui Ordini Cisterciensi astruendum facere; Quia Pontifex irritat uniones fratrum tantum illius loci consilio factas: Igitur illic fratres adhuc supponuntur superstites Generalis directioni quo ad hoc subjecti; ne quas uniones sine ipsius Generalis approbatione faciant.

152 At nos agere de Dominio bonorum & quidem Collegii emortui, ubi nulli amplius dantur Fratres. Ut proinde hic casus noster non comprehendatur sub Constitutione Pii IV. Nam ubi verba legis adaptari ne-
153 queunt, ibi nec dispositio legis obtinet. *L. 4. §. toties ff. de damn. infect. L. quod constitutum. ff. de Milit: testament.* Praeterquam quod Papa non soleat alicui Privilegium contra se suamque auctoritatem concedere. Henr. Boich. *in cap. Abbate. q. 3. de V. S. per cap. cum instantia, de Censib. c. cum ex officii de praescript. L. Iubemus. C. de Episc. & Cler.*

Tacetur, quod Pontifex, nec sibi nec successori, possit imponere legem, quâ obligetur, Barbos: *lib. 1. de Iure univer. Ecclesiast. cap. 2.*
154 *num. 182. per cap. innotuit. vers. quamvis de electio*: Cum ipsemet sit supra jus positivum, Laurent de Rodulph. *in c. fine exceptione 12. q. 2. num. 117.* & successor Pontificis non à praedecessore suo, sed à Domino Deo suam immediatè accipiat potestatem, Ferret. *in c. 1. de Constitut. num,* Riminald. *in cap. quae in Ecclesiarum. num. 165. eod. de constit.* Ioannes Quintus Haedv. *in cap. novit. de Iudiciis num. 45.* Insuper par in parem non habeat imperium, *L. nam magistratus ff. de arbit. not in c. cum inferior de major. & obedient.*

155 Hinc licet Papa concedens possit ex rationabili causâ à sua concessione recedere; illi tamen debeat expressè derogare, ut contraria valeat dispositio. Cujusmodi derogatio non est necessaria in successore, sed poterit ipse absque derogatione speciali contrarium disponere. Barbos. *d. Loco.*

156 Commenta Hayana. Adhaec F. Romanus nihil aliud Respondet *alleg. 53. & 54.* quàm *quod ego verba Pontificis,* etiam de Fratrum consilio, *exponam de fratribus Cisterciensis Ordinis illius loci, quae tamen de S. R. Ecclesiae Cardinalibus intelligenda sunt, quos summus Pontifex fratres nominare*

nare consuevit. Rectè olim Stratonicus Ptolomæo Regi secum de musica discurrenti respondit ; aliud *inquit* , est ô Rex sceptrum , *aliud plectrum* ; *aliud sunt Fratres summi Pontificis* , *aliud fratres vnius Monasterii. Deinde vt videt lector hac bulla non irritat vniones factas, uti ego volo, sed deinceps à literarum dato faciendas Hactenus* F. Romanus.

At in pluribus aberrat, & quidem 1. in eo, quod dicat, hæc verba summi Pontificis, *de fratrum Consilio*, Cardinalibus applicanda, à me de *fratribus Ordinis Cisterciensis* accipi. Cum ego non ex verbis illis *de fratrum consilio*, sed ex verbis eiusdē Bullæ subsequentibus collegerim fratrum Ordinis Cisterciensis consilium in vnionibus & alienationibus adhibendum esse; eo quod verba antecedentia ex subsequentibus veniant accipienda, declaranda & restringenda, *L. si cum fundum* 126. *& ibi* glossa *in verb. inferiore, de V.S.* Daoyz. *in Indice Iuris Civilis. verb sequentia.* Euerh. *in top. praamb. numero* 28. *L. pacta novissima C. de pact. L. si mihi.* §. *in Legatis ff. de legat.* 1. In verbis autem immediatè subsequentibus disponit ita Pontifex; *In his verò, quæ hactenus vnita, annexa, & incorporata fuerunt, servetur præcise forma singularum literarum super his vnionibus expeditarum*; *ita tamen, quod Monachi in singulis huiusmodi monasteriis degentes sint & remaneant sub obedientia & correctione Abbatis Generalis aliorumque superiorum Ordinis Cisterciensis prædictorum*, Ex quibus apparet, quod Pontifex de Vnionibus fratribus Cisterciensis Ordinis, & quidem non tantum *faciendis*, prout perperam asseruerat F. Romanus, sed & *factis* expresse loquatur; adeoque de *Vnionibus Conservativis Iuris antiqui*, in quibus eorum, quorum interest consilium vel consensus adhiberi solet; quo sine præiudicio tertii fieri intelligantur. S. Rot. Rom. *decis.* 730. *n.* 1. *tom.* 1. *in recentis.* minime vero de *Vnionibus* eiusmodi *iuris antiqui extinctivis* agat; In iis enim Pontifex Abbatis Generalis consensu non indiget, per *not. d. decis.* 730. VVamef. *Consil.* 298. *n.* 4. *tom.* 1. Neque enim ad eum, suam suive successoris potestatem alligavit; tum quia ipse potestatis utitur plenitudine, per not. VVames. *consil.* 300. *n.* 1. 2. *tom.* 1. &c. tum quia Pontifex concedens, sui successoris potestatem astringere non potest, Barbos. *lib.* 1. *de jur. Vniv. Eccles. c.* 2. *num.* 182. Vt proinde successor, sine ullâ istius Constitutionis derogatione contrarium disponere queat, Barbos. *d. loc. per jura & rationes hic sup. n.* 154. *allatas.*

Dissentiuntur. 157. 158. 159. *Vniones alia conservativa alia extinctiva, iuris antiqui.* 160. 161.

Adhæc posito, non concesso, quod dicta Bulla de Vnionibus *faciendis* duntaxat loquatur: attamen propterea ego à F. Romano non fuissem reprehendendus, quod pro Vnionibus *faciendis*, factas vsurparim; quia nisi F. Romanus suæ syntaxeos fuerit oblitus, nosse ipse poterat, quod in figuratâ Constructione per *Enallagen* verbum *præteriti* temporis pro *futuro* accipiatur; vt videre est apud Livium *lib.* 1. *de bello Punico* & sæpius a- 162. 163.

pud poetas, qui futura narrant, ac si jã facta *essent*; aut nisi suæ oblitus Dialecticæ fuerit, ubi per *ampliationis* regulam, participium præteritum etiam pro futuro accipitur. Vide Fonsecæ Dialecticam, *lib.* 8. *c.* 37. *de ampliatione.*

164. Vnde etiam patet, quod frustra F. Romanus *supradicta allegatione* 291. *n.* 3. *&* 4. jactarit, quasi istam nucem frangere non potuerim; quæ tamen vacua plane, nullo negotio, ut jam visum, fracta fuit; nihilque obest, quo minus Pontifex sine consensu Abbatis Generalis Ordinis Cisterciensis aliquod eiusdem Ordinis Monasterium, in quo stabilitas loci vovetur, si emortuum fuerit, Societati vel alteri alicui Ordini vnire possit; de quo non inpræsentiarum, sed *in resolutione quæstionis* 5. disceptandi locus erit.

165. Illud tamen non dissimulandum, quod si quis à Pontifice vel Sede Apostolica *per importunam instantiam* extorsisset & obtinuisset *unione extinctiva* juris, uniri sibi membrum, grangiam &c. tunc eiusmodi unio non valeat de jure, non quidem communi, sed speciali Innocentii PAPAE VIII. *in Constit. licet exacta. dat. Anno.* 1489.

Fratres à Pontifice non soli Cardinales vocantur.

Neque tacendum, non vniversim verum esse, quod nomine *fratrum* in Constitutionibus Apostolicis *semper* intelligantur Cardinales, cum etiam Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ vocentur à Pontifice *fratres* Ioan. Anton. de Nigris. *in repet. Extravagant. vnic. de vit. & honestat Cler n* 34. *per*

166. *c. quam gravè, x. de crim. fals c. miratus.* 93. *distinct. &c. Vide & in tractat* 4. *lib.* 2: *sect.* 2.

197. Ex his deductis patet. 1. quam multifariam F. Romanus aberrarit vel lectori inposuerit.

198. Deinde quid ad argumenta à Fratre Ordinis Cisterciensis modestè & religiosè proposita sit respondendum; attamen quia multa historica ab ipso miscentur, circa quæ discursus infertur; ideo hic ea speciatim discu-

169. tienda assumo, Frater iste ex *tabulario firmitatis* affert; quod, vbi Cistertii tantus numerus fratrum creverit, ut neque substantia, quam habebant, neque locus, in quo manebant, sufficeret; placuerit fratribus alium locum quærere, in quo pars eorum corpore, non animo separata, Deo devotè & regulariter deserviret. Vnde certè, id, quod intendere voluit frater iste, non potest inferri, quod nimirum fratres aliam à priori substantiam quæsiverint, quæ *veluti pars* seu *membrum* Cistertio accesserit, Cum contra-

170. rium ex *ipsius Tabularii Firmitatis* sequentibus verbis colligere potuisset; "In iis enim Gualterus Cabilon Episc. & Canonici istius Civitatis, Comites item, Sauaricus & Guilielmus, concio Domno Gualtero Cabilonensi Episcopo, & Domno Stephano Cistercienſi Abbate, VVidone de Virduno locum præfatis Monachis idoneum assignarunt, in quo regulariter viverent, ac Deo servirent; tum ipsi Comites Domini partem sylvæ suæ adjunxerunt

xerunt;ac ne quis fundationē hanc infringeret, ipso dedicationis die, duo »
Episcopi Gualterus Cabilonensis, & Ioannes Lingonensis, sub gravibus »
censuris statuerunt, ut si quis fratrum jam dictorum possessionem, quam »
eodem tempore, in eodem loco, à prædictis Comitibus Sauarico & Guilel- »
mo, susceperant, vllo modo infringeret, excommunicationi perpetuū sub- »
jaceret; nisi Deo, & B. Mariæ, & fratribus *ipsius Cœnobij*, de infractura (vio- »
latione) satisfaceret , sed & prædicti Comites reliquam partem sylvæ »
Bragne, videlicet , quæ extra terminum possessionis antedictorum fra- »
trum erat, ad omnia sua necessaria explenda, ad usus domorum, ad pastus »
suorum animalium , ad fœnum colligendum gratanter concesserunt; »
Acta sunt ista ab incarnatione Domini 1113. Indictione sexta. Hæc ex libro »
Exordii Cisterciensis; quæ si F. iste inspexisset, facile collegisset suum dis- »
cursum vacillare. »

Ad hoc *Pontigniacense* Monasterium Anno *1114*. in allodio Hildeberti Canonici Antisiodorensis, sub Hunbaldo Episcopo à Theobaldo Campaniæ Comite *pro fratribus illius loci* fundatum invenio; ubi primum Abbatem non Stephanum sed Hugonem, postea Episcopum Antisiodorensem, qui anno 1148. Concilio Rhemensi interfuit, designat catalogus Abbatum Pontigniacensium; de quo sic habet Martyrologium S. Sulpitii in Subaudia; habebat generosa mater Pontigniacensis Ecclesia. 171.

Claro germine Monachorum fecunda 172.

Hugonem genere & doctrina conspicuum, charitatis & abstinentiæ »
virtute præcipuum, &c. »

Cui adhuc Abbati S. Bernardus *Epistolam suam 33*. inscripsit; Obiit Anno *1151. 6. Idus Octobris*, sepultus Pontigniaci. Similiter Claræ vallense Mo- » 173.
nasterium anno 1115. à Theobaldo Campaniæ Comite, pro fratribus isti- »
us loci instante S. Bernardo fundatum fuit, cui ipse, ante biennium nimi- »
rum Anno 1113. Cistertium ingressus, præfato Anno 1115. Abbas præfuit, »
Videatur Iungelinus *in Notitia Abbatiarum Ordinis Cistertiensis*. »

Vnde corrigendi sunt errores istius religiosi Cisterciensis ; 1. quod S. Stephanum Cistertii Abbatem hisce locis tanquam Abbatem præfuisse , sine Auctore & legitimis documentis tradit; cuius contrarium quoque ipsemet ex evocatione eorundem localium Abbatum ad Concilium primum Cisterciense, in quo rogandæ erant leges, colligere potuisset. 174.

Deinde quod hæcce loca Cisterciensi Monasterio pleno Iure in proprietatem data, adeoq; Cistertij *veluti membra incorporata* sine ullo legitimo testimonio asserit; tum quod hasce *proprie Iure familias*, Cistertio, ac si illius *proprio Iure* fuissent ascribat; cum tamen eius duntaxat *communi Iure* essent, *per leg. pronunciatio. 185. §. familiæ appellatio. 1. ff. de V. S.* 175. 176.

Et esto, S. Stephanus fuerit omniū istorū locorū primus Abbas; nō tamē ipsa loca fuerunt Cistertio *pleno Iure* in proprietatem data, adeoq; nec tan-

quam membra incorporata per not. *in c. cum singula. §. prohibemus. de præb. in 6. & ibi* Canonist *in Clement. 1. de excessib. Prælat. in Clement. 1. vbi Imol. n. 29. de rescript.* VVames. *Consil. 40. n. 34. de Offic. Iud. delegat. & consilio 65. n. 17. tom. 1.* Baldus *Consil 205. n. 2. Volum. 3.* apud Tamburin. *tom. 3. de Iure Abbatum* S. Rota Rom. *decis. 55 n. 11.* quia si loca ea fuissent Cistercienses Monasterii, tunc & proprietas eorundē illius debuisset esse; eò quod genitivus importet Dominiū. *L. 2. § locū. ff. de religios. Arg. l. 1. C. de Offic. præfecti Vr-*
177. *bis* Bald. *d. conf. 305. n. 2. vol. 3.* Ast ea fuisse data in proprietatem Cisterciensi Monasterio exadversum ostendi nequit. Igitur &c. Consequenter quod si
NB. monasteria illa fuissent ipsius Cistertii membra, utiq; non fuissent erecta in propriam Conventualem Ecclesiam per not. Calder. *Cons. 10. de rebus Eccles. non al.* At ipsa sunt erecta in propriam Conventualem Ecclesiam, *vt patet.*
178. Accedit quod ista loca principaliter in propria Monasteria sint erecta; quæ propterea quod illis præsit vnus Abbas Generalis, non dicuntur tanquam membra proprietatis sibi mutuo esse incorporata, licet Cistertium honore, dignitate, origine antecellat: sicuti nec quando Vnus Prælatus seu Episcopus pluribus Episcopatibus præficitur, Propterea hi sūt sibi incorporati, licet ex iis vnus sit Archiepiscopatus honore. Dignitate præcellentior. per not. Garz. *de beneficiis part. 11. c. 2.* Barbos. *lib. 3. de Iure Vnivers. Eccles. tit. de Vnione.* Canonistæ *in c. sicut & vnire. de excessib. Prælat.*

179. Neq̄, Contrarium ex citata illius Religiosi Cisterciensis *Bulla Alexandri*
Ad Bullam Alexandri III. III. ostendi potest, nam præterquam quod ea neq; in Bullario contineatur, neq; legitimè extracta doceatur, licet apud Chrysostomum Henriquetz *in lib. Regul. Const. & Privileg. Ordinis Cistertiensis. privil. 4. incip. Religiosam vitam dat. An. 1164. IV. Nonas Februarii. Inscripta Guilliberto Abbati Cisterciensis* Monasterii eiusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem Vitam
180. professis recitetur. Attamen ea etiam admissa, docet tantum, quod *Pontifex sub protectionem suam recipiat locum ipsum de cistertio cum terris, pratis, agris, sylvis, pascuis & omnibus pertinentijs suis, Abbatiam de firmitate, Abbatiam de Pontigniaco, Abbatiam de Claravalle &c.* Vbi notanda est clausula *cum omnibus pertinentiis suis,* quæ, vt auctor est Innocentius *in c. inter dilectos n. 2. verb. rece-*
181. *perunt. de donat.* importat omnia alia loca vel membra subjecta & cohærentia. Cum verò inter eas pertinentias ipsius Cistertij non reliquæ Abbatiæ, sed hæ tanquam principales & diversæ à Cistertio in dicta bulla Alexandri III. referantur (videlicet Cistertium *cum pertinentiis suis,* Abbatia de firmitate, Abbatia de Pontigniaco, nec dicat Cistertium cum pertinentiis suis, quales sunt Abbatiæ de firmitate, Pontigniaco &c.) inde clarum evadit, quod ipsæ non sint membra Cistertio incorporata, vel cohærentia, nec cum eo, vt contra malè asserit F. iste, quoad proprietatem connectantur.
182. Porrò notandum est, quod Pontifex *Guilliberto Abbati Ordinis Cistertiensis eiusque Fratribus*, non autem Abbati & Fratribus Monasterii Cister

Cistertiensis rescribat, quæ duæ propositiones diversum generant sensum; *prior* enim illarum de diversis Abbatibus diversorum Monasteriorum verificari potest (per ea quæ *in tract. nostro 4. lib. 2. sect. 2.* notantur) non autem posterior, ut palam est.

Neque quis dicat, quod Pontifex videatur de Abbate & Fratribus Monasterii Cistercienfis loqui, eò quod dicat, *eos in præfato monasterio divino esse mancipatos obsequio*, Nam particula *in* significat istic idem, quod sub. per not. Barbos. *de dict. usu freq. dict.* (*in*) 152. *nu.* 9. *per auth. de posito. collat.* 6 *circa princ. vers. in conditione*, ut sit sensus, quod qui in Abbatiis sunt Firmitatis, Pontigniaci, sint sub Cistercio; non verò in ipso Cistertii loco divino mancipati obsequio. 183 *Particula in.*

Neque etiam obstat, quod Pontifex initio loquatur de possessionibus Monasterii Cistertiensis, in quibus postea connumerantur præfatæ Abbatiæ. Siquidem propter præmissam rationem particula, *in*, significat idem, quod *inter* per not Barbos *d. loc. nu.* 4. *ex c. sacrosancta* 21. *distinct.* glo *in l. fin. ff. de reb dub.* ut sit sensus; *Pontifex in suam protectionem non solum possessiones Monasterii cistertiensis, sed & inter eas præmissas suscepit Abbatias reliquas*, qui sensus clarus est, & omnes evitat absurditates, quas contrarius Religiosi illius Cistertiensis sensus importaret. 184

Accedit, quod à Religioso illo nec sit ostensum, nec unquam ostendi possit, quod possessiones aliarum Abbatiarum à Conventu Monasterii Cistertiensis, ejusque nomine verè & realiter sint acceptæ. Unde eæ etiam illi non fuerunt acquisitæ. Nam si possessio defuncti, quæ dicitur alicubi V. G. hic Coloniæ in hæredem continuari; tamen intelligitur continuari *non actu*, sed *habitu*, id est, non quoad substantiam, & actualem omnimodum effectum; eo quod possessio realis non transeat sine actuali apprehensione, sed quoad habitualē qualitatem; Videlicet quod habeatur pro possessore, licet verè non sit, secundum Bald. *in c. 1. de controvers. inter mar. & fem* Vide Zasium *de feud. part.* 6. *nu.* 32. quando minus possessio in extraneum, non apprehensa actu, non transibit, præsertim ubi Ecclesia alteri non subjicitur pro augmento dotis & Patrimonii illius, sed tantum ratione administrationis & Juris administrandi subditur; tunc enim non dicitur tanquam unita dependere, Moneta *de Commut. ult. vol. c.* 12. *q* 1 *n.* 14. 185 186 *Statutum Coloniense de cōtinuatione possessionis defuncti in hæredem.*

Deinde quod ex *chartâ charitatis circa medium in meo exemplari c.* 3. Religiosus ille Ordinis Cistertiensis asserit, si aliqua illius Ordinis Ecclesia, adeo accrescat, ut aliud Cœnobium constituere possit, tunc servanda sit illa definitio, quam ipsi inter Fratres suos tenent; non video quo modo inde Ordini dominium privatum asserere velit. Esto sit aliqua firmior etiam quoad bona inter duos illos Conventus connexio. 187 *Ad Chartam Charitatis.*

Nam si aliquod Monasterium tam locuples esset, ut ex reditibus suis superfluis alicubi fundaret prioratum, qui non esset Conventus per se, sed 188

 ut per-

ut personæ ibi habitantes censerentur ejusdem cum matrice Conventu Communitatis, tum haud dubiè iste locus Matrici accessoriè esset vnitus & incorporatus; sin verò iste erigeretur in Conventum proprium, ita ut professi per professionem dicerentur hujus & non matricis Ecclesiæ. jus in ea per filiationem acquirere, neque horum Præsentia vel Consensus in Electione Abbatis matricis requireretur, clarum est, quod ille Conventus priori matrici quoad Dominium non maneat incorporatus, per not.

189 Calderini.*cons.10.de reb.Eccles.non alien.* Canonistæ *in c.cum singula.§ prohibemus de præbend.in 6.c præsenti de offic ord lib 6* quia quando inferior Conventus permittitur habere loca distincta, ut quando non amplius interest electioni Abbatis Majoris, non censetur amplius membrum internum majoris, per not.*Dd in c.quia propter, de elect.* contra glossam ibidem. Vide not.Rom.*cons.*332.*n.6.q.1.2.*

190 Quod attinet ad verba statutorum primorum de *mutua inter se fraterna charitate observanda*, de qua etiam S.Bernardus *Epist.*336. loquitur, inde non rectè infertur dominium omnium rerum iis commune esse; ut palam est, & quotidiana experientia docet; quod fratres licet optimè inter se consentientes sint; non tamen propterea dominium etiam profectitium, seu rerum à parentibus profectarum commune habeant. Cum sua bona Castrensia, vel quasi singuli per se retineant.

191 *Statuta de bonis Monasteriorum Ord.Cist.* Tum neque ex argumento istius Religiosi Cistertiensis, quod *Capitulum Generale Ordinis Cistertiensis possit leges condere de bonis omnium & singulorũ monasteriorum rectè & utiliter administrandis & non alienandis, quarum executio sit Generalis totius illius Ordinis*, Concluditur, quod propterea ipsi Generali &

192 Generali Capitulo dominium omnium & singulorũ bonorum totius Ordinis competat; quasi de suis & non alienis habeat disponere; quia cum extra dubium sit, quod tota Communitas & vniversitas, quanta, quanta sit, totius Ordinis possit pro se suisq; bonis bene & utiliter administrandis leges condere, conditasq; Generalis tanquam publica persona & generale Capitulum exequi, per not.S.Thomæ 2.2.*q.90 art.* 3 *ad* 2.*& q.97.art.3. ad* 2.Fragos *part.1. de Regim.Reip.Christ.lib.1.disp.3.§.1 n.*202. non est mirum, si istiusmodi leges condere & exequi possit, & quidem in Ordine tantum, ut

193 servetur regula S.Benedicti & charta charitatis *c.*2.3. nec tamen propterea singulorum Ordinis Monasteriorum bonorum dominium privatum trãscribitur; sicuti nec quod magistratus aliquis politicus de subditorum bonis rectè administrandis, transcribendis leges præscribat, ideo etiam subditorum suorum bonorum dominium dicitur esse consecutus. Præscribit autem ipse leges de bonis non quidem alienis, sed de suis, *id est*, sibi suæque Jurisdictioni ac potestati, prout Imperium magistratus dicit *per l. potestatis ff.de V.S.* directè vel indirectè subjectis disponit; Ita enim *res sua* hic in materia politica & Iurisdictionis respectu magistratus & superiorum sunt ac-

Quomodo Magistratus politicus de suis disponere dicatur, quãdo de subditorum bonis disponit.

cipiendæ,

cipiendæ, ut nemini non notum est, qui politica duntaxat à limine salutavit; & videri potest apud Aristotelem *lib. 1. Politic. c. 2. 3. 4. & 5. lib. 2. c. 4. lib. 3.* 194
c. 3 & 6. &c. alioqui vox (*sua*) valde æquivoca, facile lectorem in errorem *Vocis suæ*
induceret, Siquidem per eam intelligitur nunc *dominium plenum*, id est, pro- *vis.*
prietatis & ususfructus *L. servis in princ. ff. de legat.* 3 nunc *semiplenum*, videlicet, proprietatis aut usufructus, ut notatur *in l. 1. C. de Thesaur.* & videre est apud Vulte. *conf. 21 n 50. n. 215. & 226. vol. 3. Marpur.* nũc res aliqua cum alio communis, etiam in qua alienus est ususfructus, *ff. eodem tit. L. seq.* nunc res, quæ est *alicujus* dũtaxat quoad *protectionem* vel servitium *L. 2. C. de quadrien. præscript. L. 2. vers. quam de cætero, & ibi not. C. in quibus Causis Coloni, censit. dom. c. 1. de postulat. Prel.* aut quæ mediante aliquo, seu *indirectè* alii subjacet. *c. pro illorum de præbend.* vel etiam aliter *quomodocunque directè* subjecta est, *c. ex tenore, de usu pall. & notatur in l. 3. ff. de officio Præsid.* vel quæ *aliquo modo* aliquem concernit vel attingit ministerio, *ut* famulus, Procurator, Advocatus, testis *c. 1. in fine quod met. caus. in 6. c. ex parte tua de offic. vic. L. quicunque C. de re militari*, vel necessitudine, aut consanguinitate *L. si ultra C. de Decur. L. ulti. C. quo quis Ordi. conven* vel habitatione aut dominio *L. hac opera, vers. quod sic ff. de oper. libert.* Videatur Lucas de Pennâ *in L. omnes Iudices col. 5. verb. sui C. de decur.*

Præterea quod ex Charta Charitatis *circa mediũ in meo exemplari c. 4.* Filialis alicujus Monasterii Rectore suo carentis curam seu administrationẽ Major Abbas vel Pater Abbas suscipiat, usque dum alius substituatur superior proprius, aut quod ex Constit. Clement. IV. majoris momenti res & negotia ad Patrem Abbatem sint referenda, aut in Capitulo Generali sit administrationis reddenda ratio, aut ex charitate indigis subveniatur, exinde Dominiũ rerum cujusq; Monasterii toti Ordini non magis potest asseri, quàm Oeconomo vel Administratori, qui datur Ecclesiæ Vacanti, vel Episcopo &c. ad quem majoris momenti res monasteriorum, non exẽptorum sunt deferẽdæ, aut danda administrationis ratio, prout patet in Curatoribus aliisq; administratoribus. Et reddenda ratio administrationis *ex charta charitatis c. 3.* spectat ad regulã & gubernationem, vel simplicem custodiam, non verò dominium Arg. Conc. Trid. *sess. 25. c. 9. de Regular.* 195 196

Nec contrarium S. Bernardus *Epistola sua 186.* decidit; quinimò contra illum ipsum religiosum Ordinis Cistertiensis facit. Nam ibi S. Bernardus à Simone Hugonis Castellani Cameracensis Filio petit, ut Ligicurtem (Villam feudalem) quam ipsi S. Bernardo, Pater Simonis præsenti contulit (non absolutè, nec pro S. Bernardo, *ut Religiosus ille Ordinis Cistertiensis vult*) sed ad opus illius Monasterii Valcellensis, Filius quoq; Simon concedat, & donum Patris sui non faciat irritum. Adeoque S. Bernardus *non sibi sed Monasterio Valcellensi* ligiamcurtem vult collatam & ratam. 197 *Ad Epist. 186. S. Bernardi.*
Nam in omni dispositione, collatione, donatione venit attendendũ, cujus 198.
contem-

contemplatione, quid disponatur, conferatur, aut donetur; Illi enim id acquiritur, *per L. fideicommissa* 11. *L. interdum* 22. *ff. de legat.* 3. ubi Vlpianus decidit, *legatum non ab eo, cui est ascriptum, sed ab ipso, pro quo relictum est, peti posse; multum enim interesse arbitratur, cui velit testator prospectum, cujusque contemplatione fecerit.* Faciunt notata Gregorii xv. *decis.* 544. *nu.* 4. Dobbercin. *in repertorio Iuris verb. de contemplatione.* Ille verò, cui asscribitur, tantum
199 NB. præstat ministerium, ut merus sit executor facti, quemadmodum patet. Vnde ipsi nullum poterit dominium asscribi. Consequenter ex propositione limitata & determinata, qualis erat illa restrictiva S. Bernardi, fallaciter absoluta infertur.

200 Quod verò Religiosus ille Ordinis Cistertiensis dominium asserit S. Bernardo ex verbis *ejusdem Epistolæ* præcedentibus amoris & dilectionis indicibus, quibus S. Bernardus Simonē alloquitur & Valcellenses Ordinis sui Fratres commendat, (*Hoc est itaque*, inquiens, *quod rogo, ut quod de meo apud te est, Fratres dico Valcellenses & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foveas, & manu teneas, ubi necesse fuerit*) colligere velit, nemo est qui videat.

201 Multo minus videre licet, quomodo ex eo, (quod S. Bernardus Innocentio Pontifici maximo supplicarit *Epistola* 198. ut Guidonem Abbatem Caroloci ab injustis invasionibus Petri Bisuntini Decani habitu Monachum mentientis liberet, atque *Epist.* 199. petat sententiam contra eundem latam confirmari, tum Abbati Casæ Dei mandari, ut in monasterio, quod ille inutiliter occuparat, virum religiosum promoveat, ac regularem Ordinis Conventum,) velit ille Frater Cistertiensis dominium istorum Monasteriorum ac bonorum *S. Bernardo* asscribere.

202 Neque etiam dominium illud rerum ac bonorum Monasterii Ordini Cistertiensi asseri potest ex *Epistola S. Bernardi* 24. in qua Coabbatem suum de grandi sylva ipsiusque monasterium Tholosatibus commendat, *Sit vobis*, inquiens, *commendatus lator Epistolæ Venerabilis Abbas Grandissylvæ, & domus ejus, quæ & nostra est, nuper nobis & Ordini nostro*, (quæ verba notari cupit religiosus ille Ordinis Cistertiensis, ab ipso tradita ; at quæ sequuntur ibidem verba, ego potissimum notanda existimo) *Ecclesiæ claravallis specialiter associata.* His præmissis verbis fidem Lectoris implorat religiosus ille Ordinis Cistertiensis, itaque discurrit, utrum Ordo Cistertiensis, inquiens, idoneus fuerit donatarius, aut quæ lex communi legitimorum cætuum beneficio eum arceat; sin donationis capax fuerit, igitur traditione perfecta erit donatio, eaque jus disponendi illi acquisitum.

203 Verum quod S. Bernardus, domum illam ab Abbate de grandisylva Ordini Cistertiensi traditam, dicat, non propterea asserit toti illi Ordini domum fuisse donatam. Nam præterquam quod nomen *Ordinis* synecdochicè pro Monasterio Ordinis accipi soleat Caramuel. *in Theol. Regular. disp.* 2. *lib.* 7. *n.* 524. atque ex vulgari loquendi usu, qui præcipuè venit attendendus

dendus

dendus *L. Labeo ff. de supellect. legat.* ac verbum illud *tradere*, sicut & participium *tradita* non important donationem, nec translationem dominij, sed meram tenutam, *ut loquuntur*, seu meram detentionem, & sic merum factum *L. si rem tradidi 28. ff. de V.O.* ut patet in *commodato, precario, deposito*, ubi res traditur, nec tamen propterea censetur donata. Ut proinde religiosus ille sine fundamento discurrat. Quin etiam ille Religiosi istius gratuitò assumptus sensus & discursus per subsequentia verba refellitur, quibus perhibetur, *domus illa specialiter Ecclesiæ Claraevallensi associata*, adeoque illi specialiter subjecta & unita, per text. *in c. recolentes. vers. caeterum. de stat. Monach.* juncto Butrio *in d. c. recolentes. ibidem.* Card. & Host. Quod si domus illa specialiter est dictæ Ecclesiæ Claraevallensi subjecta & unita, Igitur non dicetur specialiter toti Ordini ut universo subjecta esse & unita, Unde Religiosi illius ratiocinatio multis capitibus collabascit. 204

Porrò quæ ex antiquis statutis Ordinis Cistertiensis *Anno* 1134. factis allegantur, potius pro nobis, quàm pro Religioso illo faciunt, nimirũ quod dominium privatum bonorum alicujus Monasterii ad ipsum, & non ad totum Ordinem spectet, in iis enim disponitur ac decernitur, ne *Quisquam Abbatum pro monasterio* suo (non pro toto Ordine aut universitate) *bona emeret, nisi quatenus usu & legibus Ordinis permissum esset, &c.* Unde si quisquã Abbatum bona usu & legibus Ordinis permissa pro *Monasterio suo* emere potest, sequitur quod ipse eorum dominiũ monasterio suo acquirat; Cum titulus *pro empto* sit titulus dominii acquirendi *ff. pro empto*, & dominium istud illi dicatur acquiri, pro quo vel cujus nomine illud emitur. *tit. C si quis alteri vel sibi, vel alter. nom. vel alie. pecun. em.* 205 *Ad antiqua statuta Ord. Cist. n.* 206

Similiter ex susceptione peregrinorum & itinerantium, de qua & statuta antiqua istius Ordinis in *charta charitatis, c. 1. & 2.* agunt, dominium inferri nequit, cum illa sint ex præscripto regulæ S. Benedicti *c. 53. & 61.* & Statutis Ordinis, quemadmodum S. Bernardus pluribus *Epist. 67. & 68.* ad Hugonem Abbatem, qui postea factus est Abbas Cluniacensis, & Fratres Monachos Flaviacenses Ducatus Burgundiæ inculcat. 207

Quomodo ergo, inquiens, *illud implebitur, quod à Beato Benedicto vel præcipitur, vel permittitur, peregrinum videlicet Monachum non solum debere suscipi ad habitandum pro hospite, quanto cupit tempore, sed etiam inventum utilem suaderi ad manendum omni tempore*, Quin etiam præceptum illud S. Benedicti de suscipiendis peregrinis hospitibus non est obligatorium sub culpa Theologica (ut sup. vidimus) saltem mortali, neque ex Iustitia, *ut patet*, neque ex charitate, nisi vel Superior in virtute S. Obedientiæ inferiori id præciperet, vel suscipiendi paupertas extrema id exigeret; Ratio est, quia Regula S. Benedicti suos religiosos nõ sub peccato, sed sub pœnâ duntaxat aliqua externa obligat; uti pluribus tradit Caramuel *in sua Theologia regulari disp. 133 n. 1667. & sequentibus*, vnde citra culpam saltem mortalem seclusis 208 *Sect. 2. §. 1. n. 71.*

circumstantiis aliud fortè exigentibus posset quis in illo Ordine Hospites non suscipere. Quod si tamen suscipiat, charitatem exercet, juxta illud Epistolæ *Ioannis* 3. Charissime *fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos; testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ, quos bene facis deducens digne Deo.* Et eandem suadet charta charitatis Stephani Abbatis

209 Cistertiensis *c. 1. & quia omnes Monachos ipsorum ad nos venientes in claustro nostro recipimus, & ipsi similiter nostros in claustris suis, &c.* inde verò, ut dixi, non potest argui ullum dominium. Quis enim unquam asseret, quod quia Abbas S. Bertini Ordinis Cluniacensis Monachos Claravallenses liberaliter hospitio suscepit, pro quo maximas illi S. Bernardus agit gratias *Epistola 343* ideo & Monachi Claravallenses bonorum Monasterii S. Bertini dominium habuerint.

210 Quod verò de aliorum Ordinum religiosis, quibus nullo certo loco seritur aut metitur, addit Religiosus ille Cister. quasi in exules sui Ordinis minus fuerint liberales, cum sit quæstio facti alieni, ea nihil ad me pertinet per not. *L. 3. C. qui manumitti non poss. L. culpa est 35. ff. de regul. juris,* nec de eo quicquam sufficienter probavit; Ut proinde illi fidem adhibere nequeam. Taceo quod aliunde mihi aliud constet, prout *in sect. 2. §. 1. n. 38. & seqq.* contra F. Romanum deduxi.

211 Pari ratione nec ex eo, quod unum Monasterium alteri indigenti succurrere petatur & succurrat, prout S. Bernardus à Sugerio Abbate de reformatione Ecclesiæ S. Genevefæ pro Bituricensibus Religiosis *Epist. 360.* ac pro Abbate paupere *Epistola 361.* subsidium annonæ humiliter petiit, quidquam ad dominium asserendum inferri poterit.

212 *De mulcta emanentiū ex congregatione Generali Ord. Cist. N.*

Porrò quod ipse addit de iis, qui sine justa causa à Capitulo generali emanent, ex *lib. defin. distinct. 6. cap. 3.* mulctam indici pecuniariam, non video, quomodo ea possit dispositio de bonis alicujus monasterii vocari; Cum spectet duntaxat ad regularem disciplinam, ad quam etiam tuendam in *charta charitatis cap. 3.* definitur, ut si quis aliâ de causâ, quam infirmitatis & remotioris distantiæ à Capitulo Generali emanserit, in sequentis anni Capitulo culpæ veniam roget, nec sine gravi animadversione dimittatur. Ecquis enim Magistrum aliquem discipulis suis absentiæ causa mulctam irrogantem dicat de eorundem bonis disponere.

213 *De Contributionib. Ord. Cist. N.*

Quæ de *Contributionibus* vel potius Collectis à generali Capitulo imperari solitis afferuntur, contra ipsummet Religiosum illum faciunt; ostenduntque non quod Ordo, sed unumquodque Monasterium nomine suo sua bona possideat, *L. his penes quos 4. C. de agricol. & censit.* eorumque sit Dominus, *per leg. 22. §. ult. ff. ad municipal. in* verb. *omnibus Patrimonii intributionibus fungi debent, &c.* Ipsa verò contributionum indictio cum fiat à Capitulo generali, in quo conveniunt omnes Prælati, & Abbates,

mirum

mirum non est, quod ab eodem fiat indictio; Cum omnes Abbates ut universi possint sibi ut singulis, eam indicere, quemadmodum municipales 214
possunt facere statutum inter se, ut aliquam solvant Collectam vel contributionem, vectigal. Cujusmodi vectigal & contributio voluntaria, non ad regalia spectabit, sed ex pacto quodam civium inter se inito orietur & oritur, ut notat Petrus de Ravenna *in singulari*. 954. ex glossa *singulari in L. nec ex pratorio ff de reg. Iur. secundum* Bald. *in c.1. in fin. princ. Episcop. vel Abbat*. Caspar. Klock *in disputatione sua inaugurali de Contrib. 4 concl.* 12. Menoch. *consil.* 28. *num.* 34. Wesemb. *consil.* 45. *num.* 10. Pancirolus *cons.* 119. *nu.* 64. Goden. *cons.* 1. *de auri & argenti fodina n.* 9. ut consideratum fuit in causa M. contra E. Alias *contributio* est Collecta non voluntaria, sed necessaria, 215 *Moguntini contra Erfurtum.*
indiciturque à magistratu, qui vel regalibus vel Iurisdictione est munitus. Klock, *d. disp.* 4. *concl.* 11. *& concl.* 15. *tom.* 1. *Basileensi per text. lib. feud. de pace Cōstantia, vers. nos Romanorum, & vers. volumus in L. rescripto §. fin. ubi* Bart. *L. munerum §. patrimoniorum ff de muneri. & honor. L unica C. de mulie.* inde tamen nemo magistratui dominium in singulorum subditorum bonis attribuit.

Denique *ultimum* istius religiosi Cistertiensis *argumentum*, quod existimat Herculeum, aggrediamur, in quo dicit, quod *Ordo ipsius suomet arbitratu localibus praefectis seu invitis seu inconsultis, certe non semper assentientibus, non solum de parte quapiam bonorum ac jurium, sed de integris Monasteriis totisque fundis disposuerit, transegerit, cedendo, donando, commutando, aut quavis alia ratione alienando, ubi nihil obloqui licuit, iis qui proximi fruiti fuerunt, ut nihil interim dicat de locis Ordini quidem perfectâ donatione acquisitis, sed nondum habitatis*, qualem constat fuisse Præmonstratum; Hæc dicit ille Religiosus Ordinis Cistertiensis. 216 *Vltimo argumento F. istius Cistertiensis, R.*

At *prius* membrum quoad *partem bonorum* jam supra vidimus ab eo non probatum; quomodo autem *posterius* membrum de *integrorū* Monasteriorū invitis possessoribus factâ transactione &c. probet, nūc videamus, Laudat eam in rem *Epistolam S. Bernardi* 252. & Annales Manriq. ad an. 1120. c. 2. 217 *R.*

Verum istic illi agunt de *Præmonstrato*, quod Cistertiensibus à F. Widone (hoc nomen primo incolæ loci fuit) per manum Episcopi ante donatum quidem, sed, ut ipsemet ille Religiosus fatetur, nondum ab iis inhabitatum, cessisse Præmonstratensibus, quomodo igitur poterit asseri illis invitis & contradicentibus inquilinis proximis Cistertiensibus ad Præmonstratenses fuisse translatum. 218

Eâdem ratione de loco S. Samuelis in Monte Sylo prope Hierosolymam à Rege Balduino cum mille aureis donato, atque ab iisdem in Præmonstratenses ex Canonicâ S. Mariæ Nemorensi sita in Diœcesi Tullensi eductos translato, qui ibidem Monasterium in honorem S. Samuelis exædificarūt, Respondetur, inde nihil ad dominium inferri. Potest enim Prælatus aliquis juri quæsito, sed necdum plenè incorporato renunciare. 219

220 Aliud ex *eadem Epistola* S. Bernardi 252. recenset Religiosus ille exemplum de Controversia, quæ Monasterio Villariensi Ordinis Cistertiensis cum Præposito S. Foillani Præmonstratensium fuit, primum communibus Capituli Generalis suffragiis composita; Deinde ubi recrudescebat (quemadmodū idem testari dicit S. Bernardum) quod à Cistertii Abbate, quantumvis Cœnobiarcha Villariensi (cujus proximè intererat) absente facta sit denuo transactio, duratura illa semper, nisi pars adversa à Conventis resiliisset.

221 Sed nihil minus istic S. Bernardus, quàm istud de Controversia quantūvis absente Abbate Villiariensi composita asserit. Neque ea, quæ sunt facti, præsumenda sunt, sed comprobanda, maxime cū non verisimile appareat, quod S. Bernardus aut aliquis alius tanquā tertius inaudito vel inconsulto altero velit aut possit controversiam aliquam componere, nisi in ipsum sit
222 compromissum. Controversia verò fuit de domo S. Foillani, quam illius loci Abbas Ordinis Præmonstratensis in præjudicium Abbatis Villariensis Ordinis Cistertiensis ædificaverat, unde inter ipsos orta fuit lis, eaque semel ac iterum transactione composita, sed eâ non servatâ, *actio novi operis nunciationis* instituta, in qua tandem pro Abbate Villariensi per Abbates Præmonstratenses ac Cistertienses pronunciatum, opus novum destruendum esse, cui cum ab Abbate S. Foillani non pareretur, pro executione Episcopus Cameracensis, ad cujus paræciam spectabat locus ille, imploratus, sub censuris Ecclesiasticis cogere voluit. Verum Abbate S. Foillani ad Pontificem provocante, causa ad curiam Romanam fuit devoluta, & *prior* sententia confirmata; Tum domus ipsa S. Foillani interdicto supposita, seu ei sacris interdictum est, donec judicato satisfieret. Demum Abbas Præmonstratensis & ipse Abbas S. Foillani præsente Episcopo Cameracensi Burchardo Abbatem Cistertiensem reliquosque, ut & S. Bernardum rogarunt, ut se interponerent, ac de modo & forma aliqua, quâ Controversia componi posset, cogitarent, cum verò omnes judicarent, domum seu opus destruendum esse, & nihilominus ille Abbas Foillanus maneret pertinax, S. Bernardus intercessit, egitque, ut promulgatio Censuræ, nim. Interdicti usque ad Octavam Epiphaniæ differretur, Et hoc est totum, quod S. Bernardus *cit. loc.* de Controversia Villariensi tractavit. Inspiciantur ipsius verba, & contrà nihil simile invenietur ejus, quod Religiosus ille proposuit aut intendit. Ecquis enim ex
223 eo, quod mediatorem, aut arbitratorem vel Compromissarium agat in aliqua Controversia, vel auctor sit, ut sententia aliqua vel censuræ promulgatio differatur, unquam concluserit, ergo ille arbitrator aut Compromissarius habet jus de bonis alterius etiam inviti, &c. disponendi. Præterea, quod hæc sint à jure & facto præsenti aliena.

224 Deinde quod Religiosus ille asserit, S. Bernardum *exactas à Comite Engolismensi*

golismensi de Monasterio Brixiano contra morem & Consuetudinem Ordinis Cisterciensis graviores contributiones ratas habuisse, Cœnobitis alias hoc oneris non suscepturis, istud ex S. Bernardo non probatur, qui ita ad Comitem Engolismensem inter alia scribit, *Nam multas fecimus Abbatias, & nulla illarum tali subjacet exactioni, sed quia Vos ita vultis & Deo plus acceptum voluntarium, quam coactum, SVSTINEMVS IVXTA CONVENTIONEM QVAM FRATRES NOSTRI VOBISCVM FECERVNT, Donec Deus meliorem inspiret voluntatem, quod non diffidimus.* *Ad locum S. Bernardi ad Comitem Engolismensem de Monasterio Buxiano 14.*

Hactenus S. Bernardus, qui asserit, se solutionem istarum exactionum sustinere, *id est*, pati, *per L. si pendentes § fin. ff. de usufruct. & not.* Rebuf. *in L. qui neq; §. solutum ff de verb. signif. juxta* Conventionem, quam Fratres nostri fecerunt. Vbi notandum, quod vox *(juxta)* in dubio stet potius demonstrative & causative, non verò conditionaliter, nec restrictivè. Barbos. *in tract. de dict. usu freq. in dict. juxta n 8. ex Dec. in c. quoniam Abbas n. 14 vers. & in dubio de off delegat.* Roma. *Consil.* 336. *incipi. circa propositum n.* 2. Paris. *cons.* 4. *n.* 56. *lib.* 4. Rota Roman. *decis.* 27. *n.* 7. *part.* 2. *divers.* Vnde si S. Bernardus dicitur pati, ut solvantur exactæ graviores contributiones, quia ita Fratres cum Comite convenerunt, non poterit asseri hic sensus subesse, quod Fratres isti non essent suscepturi illarum contributionum exactionem & solutionē, nisi S. Bernardus eam ratam habuisset; Cum illæ duæ propositiones, ut patet ex terminis, plurimum inter se differant, & sint diversæ, eò quod Vna sit exclusiva; altera verò relativa, Esto etiā vox *juxta* accipiatur conditionaliter, restrictivè & relative, ita ut S. Bernardus dicatur pati exactiones fieri, siquidem à Fratribus sic conventum fuit; tunc tamen inde tanquam certum inferri non poterit, quod in Conventione facta fuerit relatio ad ipsam S Bernardi ratificationem, quod nimirum Conventio non nisi ad beneplacitum S. Bernardi facta fuerit; cum hoc ipsa verba non indigitent. Quin posito, factam esse in ipsa Conventione pro d. ratificatione obtinenda relationem, tunc tamen inde pro illo Religioso cōcludi non poterit, quod bona quoad dominium sint Superioris Abbatis; quia, ut mox ostendetur, illud cœnobium cœptum, eiusque Fratres ex Claravalle istuc missi, suberant S. Bernardo, licet in aliena Diœcesi existerent, per *not. in c. cum singula §. prohibemus. de præbend. in 6.* 225. 226. *Vox juxta.* 227. 228. 229.

Interea gratis dato non concesso, quod cœnobium fuerit absolutum & proprium habuerit Abbatem, atque ad conventionis istius valorem fuerit necessario requisitus S. Bernardi tanquam Majoris Abbatis consensus, inde S. Bernardo dominium bonorum istius loci Brixiensis non posset asscribi, sicut nec Episcopo, quod eius consensus ad alienationem rei ab Abbate non exempto faciendam subinde requiratur. 230.

Quod deinde addit Religiosus ille à S. Bernardo hoc Cœnobium lite

 post- 231.

postmodum super eodem à Canonicis Sanct. Amantianis obmota sponte remisisse, iureq; suo cessisse, teste ipsius syngrapho, *In nomine Domini Amen. Ego Bernardus Claravallensis vocatus Abbas notum volo esse, quod locum de Brixia, & quidquid in eo habemus in dono Comitis Engolismensis & Petri Austentij Ecclesiæ S. Amantij concessimus. Testes fuerunt &c.*

232. Illique subijcit, Religiosus ille Cistertiensis, non hic agi de agro aliquo " aut Prædio ad Claramvallem pertinente, sed de perfectè jam constituto, " jamque possesso & à religiosis habitato eodemq; in aliena Diæcesi sito Mo- " nasterio totam Conventionem & cessionem factam à S. Bernardo vt Patre " Abbate, adeoque authoritate ab Ordine accepta, nullâ loci Abbatis aut " Conventus habita mentione, qua tandem amabo alia ratione chiro- " graphum formare debuerat, si de proprij Cænobij bonis quicquam abdi- " casset. Hæc ille Religiosus.

233. Sed totum hoc assumptum Religiosus ille sine testibus aut documentis in medium attulit, adeoq; nude duntaxat allegavit, vt proinde illi nudè asserenti credere non tenear *L. 2. ff. de probat.* & Vnde constat Religioso illi, quod Cænobium illius loci fuerit absolutum & perfectum, habueritque proprium Abbatem, ac quod S. Bernardus *tanquam Pater Abbas* locum illum Canonicis S. Amantij cesserit. Hæc enim cum sint facti, non præsumenda sed probanda fuissent *L. in bello §. facti ff. de captiv. & postlim. reverſ.* Neq; ex allatis literis S. Bernardi comprobantur.

234. Vt verò, quoad licet assequi, suus Veritati sit locus, notandum est 1. ex Ioanne Picardo & Iacobo Merlono Horstio *in Epistolam S. Bernardi 299.* quod mendose legatur *Brixia*, pro Buxiâ, Cum ipsa à S. Bernardo perhibeatur Engolismo vicina, qualis non est Brixia, quæ jacet in Italia; sed Buxia, utpote tribus milliaribus Engolismo distans, Deinde quod *Buxia* fuerit sylva, quã S. Amantius incoluit, vitam agendo eremiticã plurimosq; excivit nactusq; est socios Monachos; Tum Monachi Cistertienses Claravalle, cui S. Bernardus id temporis præerat, submissi cæperint ibi ædificare Monasterium, sed ut auctor est religiosus ille Cistertiensis, iisdem lis à Monachis S. Amantii mota fuit, opusq; novum nunciatum, quibus denique S. Bernardus opus cæptum, ut habent ipsius literæ, concessit ac permisit, tũ (uti ego conijcio) ne videretur locum alienum invadere velle, tum etiam ut Comitis Engolismensis nimias contributiones à suis exigentis iram declinaret.

235. Præmissa lubebit ex ipsomet Ioanne Picardo apud Religiosum illum laudato, atque apud Iacobum Merlonum relato audire, Ita enim hic ad " *Epistolam* S. Bernardi 299. legendum, *inquit*, est, non Brixia sed Buxia, quæ " est sylva Galliæ distans ab Engolisma Vrbe tribus millibus, in qua sylva *milliaribus.* cum S. Amantius Burdigalensis reclusus duceret vitam solitariam, eremus versa est in Cænobium Monachorum, qui in *hac Epistola 299.* vocantur " Fratres de Buxia, Gallicè de Boixe à fundo Cænobij. Ita Picardus ex *schedis*

ipsius Monasterij, in quibus patet, locum ibi à Claravallensibus ædificari cœptum Monachis S. Amantii redditum An. 1153. Hactenus Iacobus Merlo.

Ex quibus Religiosus ille Cisterciensis corrigendus est, existimans 1. Monachos S. Amantii fuisse Canonicos, quibus 2. S. Bernardus Cœnobium Buxiense & perfectum & absolutũ inscio ipsius loci Abbate cesserit, adeoq; eius rei Dominium non ipsius loci Prælatus sed Pater Abbas habuerit; cũ ex supra deductis appareat, quod Amantiani illi Monachi Eremitæ fuerint, quibus S. Bernardus cœnobium duntaxat in sylva Buxea, quã Eremitæ incolebant, beneficio & dono Comitis Engolismensis ædificari cœptum, & à quibusdam Fratribus suis Claravallensibus sub regimine suo adhuc constitutis, (cum in cœnobiis primum ædificari cœptis non soleant novi haberi Abbates) inhabitatum concesserit, quod alias ob opus novum nunciatũ destruendum erat, prout supra ex Epistola S. Bernardi Vidimus, Abbatem Villariensem contra Abbatem S. Foilani obtinuisse, idq; jure merito, cum omne quod solo inædificatur, solo cedat §. *ex diverso* 30. *instit de rer. divis. & acq. domin.* proinde, cum Buxia sylva à S. Amantii Monachis incoleretur, illorum etiam esset cœnobium, quod in illorum sylva ædificari cœptum, illis cessisset vel certe destruendum fuisset; Quando igitur S. Bernardus ædificicium illud S. Amantianis concessisse dicitur, nequaquam *rectè & absolutè* dicetur cessisse; cum inter vtrumq; sit maxima differentia, per not. Rebuf. in *L. cedere* 213. *ff. de V. S. & L. Princeps.* 21. *ff. eod.* 236. 237. 238.

Vnde totus ille Religiosi illius discursus evanescit, ut nihil pro dominio istius syvæ Buxiæ S. Bernardo asserendo reliquum maneat.

Quod attexitur de *extinctione Monialium Frisacensium* in Carinthia, eiusq; loci cũ Parochiis Archiepiscopatus Salisburgensis permutatione ob scãdala aliaq; pericula cavenda authoritate Abbatis Runensis Stiriæ, & ut allegat, cum consensu Generalis capituli facta, inde non concluditur, quod Ordo illius Monasterii dominium habuerit: sicuti nec quando Iacobus I. Abbas Cluniacensis An. 1378. eiusq; Prædecessor Domnus Ioannes de Pinu Generalis Ordinis Cluniacensis Officium *Sacristiæ* Prioratus *S. Dionysij de Carcere* membri à Monasterio S. Martini de Cãpis dependentis justis de causis aboleverunt, seu suppresserunt; propterea sibi dominium istorum bonorum ibidẽ arrogarunt. Sed contra præfatus Iacobus I. expreßè contestatur, quod Sacristia, eiusq; emolumenta ad Priorem istius loci eiusque successores spectent ac pertineant. 239. *De extinctione Monialium Frisacensium.*

Bibliotheca Cluniacensis.

Potest autem de Iure legitime fieri, ut quia locus à prædonibus infestus, quo minus istic Sacerdotes vel ministri, vel Ancillæ Dei sine periculo habitate queant, ideo Ecclesia, auctoritate tamen legitima superioris Ecclesiastici interveniente extinguatur vel personæ alio transferantur. *Arg. c. temporis qualitas* 7. *q.* 1. tunc enim præstat Ecclesiam potius destrui, quam sine Clericorum administratione relinqui, ut testis 240.

est

241. est Menoch. *Consil.736. num. 2. tom. 5.* nec tamen propterea dicetur Ordo ipse dominium bonorum Monasterij habere, vel occupare; quia isto casu non potest Monasteriũ superius bona inferiorum occupare *per l. praesenti. de off. Ord. in 6.* sed debet successoribus alijsque reservare, nisi aliud ex peculiari privilegio vel consuetudine legitimè praescripta ei competere dignoscatur *cit. cap. praesenti.*

242. Denique ex eo, quod ad alienationem requiratur Capituli Generalis consensus, ac praeterea ex *subsequente Constitutione* Benedicti XII. *fulgente sicut stella data, anno 1334. 4. Idus Iulij* ipsius Abbatis Majoris auctoritas, inde dominium Capitulo Generali, vel etiam toti Ordini minimè asseri potest, sicut jam supra est demonstratum; & aliàs tam

243. ex *schedula charitatis*, quàm *Epistola* S. Bernardi constat; quod vnumquodque Monasterium in Ordine Cistertiensi suorum bonorum habeat dominium. Nam illud ex *charta charitatis c. 10.* colligitur ex eo, *quod* vt inquit, S. Stephanus 3. Abbas Cistertiensis, *prodesse illis omnibus S. Ecclesiae Filiis cupientes, nihil quod eos gravet, nihil quod eorum mutet propositum, nihil* (notentur verba sequentia) quod *eorum substantiam minuat, erga eos agere disponimus, neduim abundantes, de eorum paupertate esse*

144. *cupimus; avaritiae malum, quod secundum Apostolum* idolorum servitus

Vox eorum. *comprobatur, evitare non possimus?* Vbi notanda est vox (*eorum*) in plurali posita, quae distributivè pro singulis accipi solet. Host. Ioannes Andreae. Butrio, Anchar. *n. 4.* Cardinalis *in cap. vltim. de capel. Monach.*

245. Deinde, quod eadem vox (eorum) ponatur *in genitivo*, adeoque ipsis Dominium importet, prout propriè importare solet. Duennas *in regula, Genitivus 410. Pan. antiq. in c. 1. n. 26. de postul. Prelat.* Osasc. *dec. s. Padem. 71. n. 18.* Bart. & alij Dd. *in L. 1. ff. de novi oper. nunc. per L. 2 ff. de relig. & sumpt. fun. L. si domus § fin ff. de legat. 1.*

246. Tum S. Bernardus *Epistola 75 ad Artandum Pultariensem Abbatem* data, cui cũ suis transitum in Hispaniam dissuadens scribit. *Quod mihi* inquiens, *nimirum in magnam admirationem venit, quid causae vid. licet sit, quid Consilij, quid vtil tatis, quod filios tuos exulare cupis, in locum utiq; tam longinquum, tanto sumptu & labore & quaerendum, & aedificandum, cum prope te habere poss s, ubi eos colloces, jam aedificatum & bene praeparatum. Nec enim* (utrero) *hinc te excusare potes, quod locus illeTuus non sit, cum certissime sciam, quod facillimè, si vis, Tuus esse possit. Nunquidnam Abbas Domnus P. qui illum tenet, tibi requirenti negaret, Immò si velles accipere, gratissimum haberet, non quia bonus non est, sed quia sibi, ut scis, opus non est.*

247. Vbi notandum est, quod dicat S. Bernardus, *Locus tuus*, si vis, esse potest,

Vox tuus. non Ordinis. Cuiusmodi pronomen possessivum, *tuus*, similiter dominium importat *per L. Servos. ff. de legat. 3. l. 1. in princ. C. de Thesauris*, Vide Francisc. Marc. *decis. 312. n. 15. 16. tom. 1.* Luc. de Penna *in l. omnes Iudices colum 5. C. de decur. in verb. sui.* Vult. *cons. 21. n. 225. 226. vol. 3. Marpurg.* Vnde

Vnde relinquitur, quod tam charta Charitatis, quam S. Bernardus non 248
toti Ordini, sed *cuique Monasterio* suorum bonorum Dominium ascribat, adeoq; religiosi illius argumentum ex iisdem petitum penitus collabascat. Consequenter colligitur, quod emortuo Monasterio dominium bonorum illorum non sit occupatum, sed bona ipsa sint vacantia.

§. XVI.

Quomodo in Ordine Cistert. bona Monasteriorum sint communia.

Responderam 2. quod licet perhiberentur *in Ordine Cisterciensi bona* 249
Monasteriorum esse communia, inde tamen nõ inferretur, bona ipsa esse totius Ordinis collectivè sumpti quoad Dominium; cum vox *Monasteriorum* pluralis numeri in constitutionibus soleat non *Collectivè*, sed *distributivè* 250
accipi, & resolvi in singularitates, ut singula singulis respondeant. Anchar. *in d. cap. Vltimo. num. 4. de capell. Monach.* & ibi Card. Host. Ioannes Andreæ, Anton. de Buttrio, adeoque sit sensus, ut in singulis Monasteriis bona inter Abbatem & Conventum, sint communia, quæ alioqui subinde inter ipsos vel per se vel per portiones divisa esse solebant, (juxta Zecch. *in tract. de Repub. Ecclesiast. c. 25. de Abbat. num. 5. §. Tertium sit Dictum*;) non autem, ut ea ipsa bona sint toti Ordini collectivè sumpto communia, tum quia aliàs istius Ordinis peregrini, quod eiusmodi bona pro parte illorum fuissent communia, citra gravem injuriam non potuissent excludi, quos tamen citra graviorem culpam excludi posse tradit Caramuel *in Theol.* 252
regular. d. disp. 133. num. 1667. & sequentibus, eò quòd nullo jure stricto, neque ullo præcepto ad peccatum obligante ad hospitum etiam sui Ordinis receptionem teneantur, & solum ad eam præcepto merè pœnali astringantur; tum quia si omnia bona essent toti Ordini collectivè sumpto communia, 252
quomodo in illa Bullâ Pii Monasteria illius Ordinis possent dici uniri? Cum vnio ex bonis divisis, non autem communibus aut jam conjunctis fiat, ut ex ipsis terminis patet.

Vox pluralis numeri in constitutionibus accipitur distributivè, non collectivè.

Ad hæc Argumenta F. Romanus nihil Respondet.

§. XVII.

Responsum Pontificis ad P. Becanum examinatur.

Respondebam ad Argumentum F. Romani ex Responso Pontificis ad 253
P. Martinum Becanum dato *sup. sect. 1 c. 1. n. 6.* propositum, illud nihil ad rem facere, neque ex eo ostendi, unioni Bursfeldiensi in emortuorum Monasteriorum bonis competere Dominium; Cum sensus Pontificis clarus nihil nobis officiat, eò quòd de collegio religiosorum olim emortuo nunc resuscitato & quidem in congregatione vnitâ agat, illique velit bona restitui. Verba Pontificis quippe ita se habent. *Quod si bona illa reditus erant alicuius religionis Regularium, Quæ modò extat in Congregatione vnita, quod illi particulari debeant restitui, quia res injustè ablata, & de factò*

254 *debent restitui.* Vbi notanda illa verba (quæ modo extat.) referri non ad Congregationem, sed ad aliquam Religionem Regularium, quæ hic non latè accipitur, prout significat in communi universitatem omnium Cætuum sub certâ Regulâ Deum colentium Card. *in Clement.1.notab. 4.de testibus* sed strictè quatenus denotat certum aliquem illius universitatis cætum in loco determinato sub certâ regulâ militantem *c. significante & ibi Dd. de Regular. Dd. in cap. fin de renunc.* quod & vox *particularis* in Bullâ Pontificis adjecta arguit. Aliàs si hic Religio significaret totam universitatem omnium cætuum & locorum, quomodo dici posset, *illa Religio est vel extat in Congregatione unita,* cum hæc illâ latius patere deberet ex F. Romani opinione, quod evidenter foret falsum. Cum congregatio aliqua unita, non tam latè pateat, quam Religio, prout ea significat universitatem omnium istius Religionis & Ordinis locorum & cætuum.

255 Ad evitandum igitur hoc absurdum, *Religio particularis Regularium* necesse est, idem istic sit, quod Collegium religiosum; De illa statuit Pontifex *in cit. Bulla,* quod si ipsa fuerit nunc hocce in loco restaurata, illi bona restituenda. Qui casus Pontificis à nostro est diversus. Siquidem nos hic agimus, de bonis Collegii similis non reparati, vel ubi non subest spes juridica, certa & proxima similis Collegii religiosi resuscitandi, uti ex hactenus deductis apparet. Vnde locus citatæ bullæ à nostro casu separatus & diversus, nihil contra nos concludit *per not.* Everhard. *in loc. à separatis.*

256 F. Romanus *allegat.256.* rotundè fatetur, non Vnioni sed Ordini factam fundationem, eamque illi conatur asserere, prout *sup. sect.1.cap. 1.num. 6.* vidimus; Vnde etiam concedere debet, quod nec Vnioni in bona alicuius Monasterii Jus ullum competat, nedum in bonis ipsis dominium adscribi possit. Cum jus in re, jus ad rem secundùm Georgium Natt. *in repet. cap. quamvis. de pact in 6. num. 237.* & hoc demum titulum fundationis supponat, quo titulo Ordini negato consequenter negabuntur omnia, quæ illum titulum consequuntur, Fundamento enim (seu titulo) destructo, omne, quod superædificatum est, destruitur. gloss *alienaveris in L.3.§ opus.de alienat. jud. mut. & §. qua autem, Instit. de bonor. possess.*

257 Commenta Hayana. Et *allegat.57.* nihil aliud reponit, *quàm quod resolutionem Vrbani Papæ VIII. seu vivæ vocis Oraculum bis nominem Bullam, quæ tamen in forma Bullæ nunquam emanavit.* Secundo *verba Sanctissimi fuerint hæc.* Quod si bona illa reditus erant alicuius Religionis regularium, Quæ modo extat in congregatione unita, quod illi peculiari debeant restitui. *Hic ego ex nominativo unita non sine jactura Veritatis bis, ut ille nudè asserit, formem ablativum unita, ac si daretur Congregatio aliqua non unita, ut vel hinc appareat; ablativum casum mihi præ cæteris familiarem esse.*

Ita

Ita F. Romanus, qui cum nihil ad rem afferre posset, verba consectatur, 258
sed verborum & nominum controversia pertinacibus est relinquenda, juxta *Discutiuntur.*
Gloss. *in verb. vocabulo. L. 2. C. de constitut. per not.* Daoyz. *in Ind jur. civil. verb. vocabula sub numero 16. in fine.*

Non ego nomen *Bullæ* propriè prout in forma expediri solet, acceperam, quemadmodum perperam inculcat F. Romanus, sed quia P. Martinus 259
Becanus p. m. ex voluntate S. C. M. Anno 1623. egerat cum Eminentissimo & Reverendissimo Domino Aloysio Carafa S. R. E. Cardinali id temporis Nuncio Apostolico, & is cum Romano Pontifice, ut pateretur bona aliquorum Monasteriorum recuperatorum in Palatinatu applicari ad instaurandas parochias & erigenda Collegia, scholas, & seminaria, ac deinde Illustrissimus Nuncius Anno 1624. Patri Becano brevi scripto ex mente suæ Sanctitatis intellecta, responderet, si bona illa monasteriorum reditus sunt alicuius religionis regularium, quæ modo extat in congregatione unita, quod illi particulari religioni restitui debeant. Sanè ejusmodi scriptam voluntatem ac decretum Pontificis tropicè potui vocare *Bullam*. Nam ut tradit Besoldus *in Thesaur. practico, verbo* Bull, Martinus Rumelinus *in dissertat. 1. ad Aur. Bull. thes. 1.* 260
Lit. A. Bullæ appellatione *tropicè* veniunt literæ ab Imperatoribus, Regibus magnisque Principibus profectæ, & latè Theodorus Höping *in tractatu de Iure sigillorum. cap. 3. §. 1. & 2.* ubi docet, literas Imperatoris &c. à Græcis posterioribus vocatas βούλας, quod in ijs consuleretur ac decerneretur aliquid ab Imperatore, quæ vox alias à βούλῃ secunda persona verbi βούλομαι deducitur, quod Imperator vel Papa id, quod in eâ scriptum est, velit, & quod rationabilis ejus voluntas ibi declaretur, Pet. Rebuf. *part. 1 praxi benefi. cap 40. num. 7.* aliis verò & quidem communiter à βουλὴ sive ἀπὸ τῆς βουλῆς, id est, consilio, deducitur atque Æolis βόλλα nuncupatur. Vox eadem in usu forensi Consilium & locum, in quo consultatur, significat. Vide Polydor. Virg. 261
lib. 8 cap. 2. item majus Imperatoris vel Pontificis sigillum, quod gravioribus negotiis appendi solitum est. Vti enim in quotidianis vel sigillum vel annulus; ita in gravioribus Bulla adhibita fuit. *cap. licet, de crim. falsi* Marq. Freher. *in notat. ad Petrum De Andlo Lib. 2. de Imperatore Romano cap. 7. pag.* 170. ubi addit, quod sicut hæc Bulla Majestatis, ita sigilla Typariorum nomine veniant. Magis autem usitatè diplomata sive tabulæ, quibus nimirum Bullæ sive sigilla illa majora apponebantur, ab adiuncto bullæ, tam in Latina, quàm in Vernaculâ nostrâ Germanica lingua appellari solent. Recess. Imperii *Augustæ Anno* 1530. §. Nachdem Churfürsten &c. ibi Die Bullen Päbstlicher Heiligkeit Limn. *lib. 1. de Iure publico*

publico c 11.*num*.15.*&* 16.Vnde *Bulla* accipitur pro quibuscunque literis Papæ authenticis plumbo munitis & maximè gratiosis. Rebuf. *d. part. 1. prax. benef.c.* 40.*n*.30.*&* 10.

Deinde quod F.Romanus vocem,*unita*, non ablativi sed nominativi
265 casus vult esse,unde hoc ipse osten let? Annon nomen singularis numeri in dubio ad substantivum proximum & vicinum, quale est Congregatio,solet referri? *per L.si idem cum eodem in fin ff de Iurisdict.& per not. apud* Bart. in *l.cum filio familias n*.16.*ff de leg*.1.

266 Quod verò asserit à me vocē.(*Vnita*) in ablativo casu poni,perinde ac si daretur aliqua Congregatio nō unita; Omnino id assero, quia datur aliqua cōgregatio particularis cū alijs congregationibus nō vnita,seu quæ non sit in aliqua unione,per notat. Anton.*de But.in cap.in præsentia.de probat.*quin etiam ipsemet F.Romanus idem *in allegat* 45.diserte fatetur,atque ex Chronicis Yepes *in tract.nostro* 4.*lib*.2 comprobatur. Huiusmodi autem Congre-
267 gatio est singularis cuiusque Monasterii conventus, ut decidit Rota Romana *decis.65.tom 1 in recentior.n.5.ex Regula S.Benedicti c. 64.& c. Abbatem il.*1.*&* 2.18 *q*.2.quemadmodum teste Rota Romana,*d loc.*sæpe alibi
268 in Corpore Juris accipitur; Ita Electio Abbatis particularis cujusque Monasterii *activè & passivè* pertinet ad Monachos seu Congregationem illius Monasterii,de cujus Prælati electione agitur,ut de *activa* est *textus in c.1.de* Election.& de *passiva* in *c.cum dilectus.de consuet.* de utraque notat Buttio *ibidem n.7.prima lectura & n.38.in secunda lectura.*

269 At forsitan F.Romanus in inflexione nominis istius (Vnita) videtur in accusativo subsistere, nec ad Ablativum descendere velle;unde cum in præcedentibus casibus non nisi in nominativo terminationem A inveniret, existimavit esse *nominativi* casus. Sed rogo F. Romanum, ut declinet ab accusativo, tandem inveniet ablativum, de quo hic agebatur,non bonorum,quem calumniosè aliis impingit,sed calumniarum,quibus videbatur addictus esse.

§. XVIII.

De eodem Responso Pontificis.

270 Inferebam,quod vox (*particularis*) non posset commodè referri ad congregationem aliquam provincialem,qualis nunc est celebris illa Bursfeldica, & olim Melicensis inchoata in Austriâ, Castellensis in Palatinatu superiore, vel etiam aliæ Congregationes Helvetica, Salisburgensis, Alsatica, Suevica &c. apud F. Romanum Hay *quæst.6. Astri*
271 *num.* 10. 21. 24. & Trithem.*in tract. de ruina gentium cap. 9. &c.*

Hæ

Hæ enim singulæ ut sic non habent bona. Cum teste F. Romano pro illis bona nō sint fundata; nec etiam vox *particularis* ad Religionem totam, prout dicit religiosum Ordinem seu Corpus universum, referri poterit; maximè attentâ clausula subsequente, *quæ modo extat in congregatione unita*, per 272
quam ipsa vox *Religio Regularium* à Pontifice usurpata, venit restringenda, *Particula*
ita ut particula (quæ) propter adjuncta, istic restrictivè accipienda sit, prout *quæ.*
in *L. omnibus civitatibus 26. ff. ad Trebellian.* apud Alber. de Rosat *in diction. not.* adeo quc Religio, quæ dicitur extare in congregatione unitâ, accipietur pro congregatione seu particulari conventu alicujus Monasterii, ut illi prius emortuo, postmodum verò resuscitato bona restituantur; Unde inferebam 273
ex præcedente *n. 17.* quod F. Romanus erroneè discurrisset, quando *quæst. 3. n. 8* tradit, quod si Pontifex per vocem Religionis *particularis* non intellexisset congregationem seu conventum Monasterii Monachis aut monialibus orbati, non respondisset ad propositam sibi quæstionem de Monasteriis jam pridem orbatis suâ Congregatione.

Nam licet Pontifex de ejusmodi Monasteriis emortuis rogatus sit, tamen 274
non absolutè, sed sub hac cōditione respondet, si bona illa, quę erant reditus alicujus Religionis Regulariū particularis, QUÆ MODO EXTET in congregatione unita; illi particulari religioni debeant restitui. Igitur supponit nunc hanc Religionem particularem exstare; adeoque cum in Monasteriis conventu destitutis hæc conditio cum omnibus suis clausulis non verificetur, etiam deficiente conditione poterunt ex ejusdem Pontificis resolutione bona illorum Monasteriorum in usus seminariorum &c. converti.

§. XIX.

Ad confirmationem *ex c. in singulis & c ea quæ de statu Monach.* petitam, 275 *Ad confirm ex c. in singulis c. ea quæ de stat. Mon. &c.*
idem, quod sup. Religioso illi Cisterciensi §. xv. respondendū est, quod nimirū ex illa visitatione, Visitatoribus nihil acquiratur, vel competat juris in rebus tēporalibus Monasteriorum, sed tantum committatur notio & potestas aliqua delegata cognoscendæ administrationis, ut vice Pontificis recognoscant, utrū res temporales probe administrētur, sin secus, moneant Episcopū: si Abbas nō sit Exemptus; sin exemptus, Pontificem: Unde nō possunt ii dici juris aliquid in iis bonis acquirere, sicuti nec quando Visitator ex Concilio Trid. *sess. 24. de reform c. 3.* Vice Episcopi designatus, in rerū Parochialiū aut 276
Judex in rerum pupillarium, & minorennium administrationem inquirunt, propterea quicquam juris, nedum dominium rerum acquirunt.

Hujus responsionis evidentiâ convictus F. Romanus, *Allegat 257. & seqq* 277
negat à se illud argumentum in contrarium fuisse propositum, sed *sup. sect. 2. c. 1. n. 7.* ego contrarium ex ipsiusmet verbis ostendi.

§. XX.

278 *Ad confirmationem 2 ex Bulla Pii II.* Ad Confirmationem secundam *ex Bulla Pii* II. petitam respondi 1. Illam Bullam nec à me, nec ab aliis in Bullario repertam. Deinde citatam Bullam à Pio II. Pontifice non emanasse. Siquidem ipsa data fertur Anno *1453*. pridie nonas Martii, uti eam allegabat Fr. Romanus. Atqui
279 tunc temporis non Pius II. sed Calixtus IV. adhuc Pontifex erat; Cum demum hic Anno *1458*. *6*. Augusti, ut testis est Schultetus *in Chronographia sua*, obierit, eique postmodum Pius II. successerit.

280 Et esto, ea sit alicujus Pontificis, oporteret tamen eam totam videre, ut ex antecedentibus & consequentibus sensus ejus colligeretur.

281 Neque verba asserta (iisdem unitis appropriamus, scil. omnes possessiones) possunt de Monachis omnibus *Collectivè*, *vel etiam indefinitè sumptis* & unitis aut uniendis accipi. Cum pro iis *collectivè* sumptis, sicut nec pro unione est facta fundatio, & alioqui exules non potuissent sine injuria ab ipsis excludi; nec etiam *iis indeterminatè*, seu *indefinitè sumptis* possunt dici appropriari possessiones & rerum dominium, eò quòd hoc in in-
282 certo non vagetur. *Princip. Institut. de usucap.* Sed sunt accipienda de indefinita, prout illa æquipollet universali *distributivè*, *non Collectivè accepta*. per notat. Barbos *in tract. axiom. indefinita 123. numer. 3.* ex Card. Seraph. *decis.* 409. *numer.* 7. ita ut singulis Monasteriis suæ sint possessiones appropriatæ, Quemadmodum nomen pluralis numeri *distributivè* in jure accipi solet per *notat.* Can. *in cap. ult. de Capell. Monach.* Eaque ratione Bulla Pii II. nihil contra hactenus tradita facit.

283 *Commenta Hayana.* Fr. Romanus *allegat. 384* fusè conatur Respondere, ibique *numer.* 2. *graviter*, inquiens, *sentit hunc improvisum ictum laudatissima Congregatio Bursfeldiensis, penes quam hæc Bulla in Originali asservatur. Oportuisset me diligentius in hanc Bullam inquirere, priusquam tam asseveranter scriberem, illam à Pio* II. *non emanasse. Cum probè norim legerimque fol.* 407. Astri inexstincti *tres præcipua nostra Societatis Patres in Consilio Bergensi sic inter cætera scripsisse.* Certum est Sextò, Congregationem Bursfeldiensem fuisse à Pio II. legitimè confirmatam anno Pontifica-
284 tus ejus Primo.

Pergit Fr. Romanus *numer. 3. Verum*, ajens, *ut ad rem redeat,*
285 *Anni Christi computandi ratio duplex* *sciendum est, quam plurimas locorum esse Bullas* Pontificias, *quæ in bullario Laërtii vel Rodericii non reperiuntur. Deinde annos Domini triplici modo computari; alio enim die & mense incipiunt anni à nativitate Christi, alio*

sti, alio anni à circumcisione Christi & rursus alio anni ab incarnatione Christi. Rota decis. 3. & 4. de Judic. in nov. & decis. 17. de Judic. & decis. 2. de V. S. in antiq. *Natus fuit Christus Dominus 25. Decemb. quo die incipiunt anni, à nativitate ipsius, computari. Circumcisus autem fuit Calendis Ianuarii, indeque sumunt initium anni à circumcisione numerari qui computus, hodieque propter initium Ianuarii vulgatissimus est, etiam non expresso nomine Circumcisionis. Denique Christus Dominus incarnatus fuit in die Annunciationis Beatissimæ Virginis Mariæ seu 25. Martii, & ex eo die sumunt exordium anni Incarnationis Domini nominari.*

Num. 4. ibid. Stylus autem Curiæ Romanæ (ut referunt Ministri Pontificii & quotidiana praxis docet) est, ut in bullis, quæ datum habent secundum annos Incarnationis Dominicæ usque ad 25. Martii, non ponatur annus sequens, sed præcedens; Exemplo sint duæ aliæ Bullæ ejusdem Pii II. à Roderico in suo Bullario fol. 119. ipsi F. Romano in editione Turnoniensi de anno *1609.* fol. 140. *relatæ, quarum una mense Decembri, altera verò sequente Januario data fuit, in utraque tamen ponitur Annus ab Incarnatione Domini 1461. Et Pontificatus 4. Prior incipit.* Cum ex Sacrorum Ordinum, in fin. dat. Rom apud S. Petrum Anno *1461.* Calendis Decembris Pontificatus nostri anno quarto; *altera verò sic incipit;* Etsi cunctis Ecclesiastici &c. in fine, dat Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ *1461.* pridie Calendas Februarii Pontificatus nostri anno quarto.

5. *Hic Pius II. Pontificatum adierat mense Augusto Anno Christi 1458. consequenter secundus annus Pontificatus ejus incepit eodem mense, anno subsequente 1459. & tertius Anno 1460. Demum quartus eodem Augusto anno 1461. qui & duravit usque ad Augustum anni subsequentis. Adeoque posterior supradicta Bulla licet data fuerit pridie Calendas Februarii anno à nativitate vel circumcisione Domini 1462. tamen juxta stylum Curiæ Romanæ revera data fuit anno incarnationis Dominicæ 1461. iste enim durabat adhuc usque ad diem 25. Martii, quo sequens annus incarnationis incipiebat.* 286

6. *Ex hisce facile ego meum errorem dediscam, qui Bremæ de istis nihil audieram. Nam Bulla, qua Pius II. congregationem Bursfeldiensem confirmarat, hisce verbis incipit;* Regis Pacifici, cujus inscrutabili providentiâ &c. *in fine*, Datum Senis, Anno Incarnationis Dominicæ 1458. pridie Nonas Martii, Pontificatus nostri anno primo, *quo tempore, jam quidem agebatur annus à nativitate Domini 1459. sed quia nondum aderat dies 25. Martii, ideo durabat adhuc annus Incarnationis Dominicæ, 1458. adeoque perperam ego scribam, hanc bullam à Pio II. non emanasse.* 287

7. Sub-

7. Subjungit quandam argutiolam, *quare annus incarnationis tribus post*
288. *nativitatem, & non novem mensibus ante incipiat numerari; Cum ipsa incarnatio novem mensibus nativitatem ejus praecesserit.* Atque ad eam respondet, *ita primis Authoribus placuisse, sicuti Primis authoribus literarum, ut Alphabetum incipiat ab A. B. C. & non ab R. S. T. seque in Scholis semper audivisse, Magnificat non esse corrigendum &c.*

Hactenus F. Romanus qui valde in hac Responsione gloriatur, an meritò, nunc videbimus.

Imprimis ipse nihil respondet ad argumentum propositum: *deinde* ipsius est non tantum allegare Privilegium Pii II. Anno 1458. pridie nonas Martii
289 datum; sed necesse habet, ut idem producat, & ostendat: quia aliàs Privilegium nudè tantum allegandi non creditur. Socin *in cap. porro. n. 3 de Privileg.* Sebast. Naevus *in Systemate Iuris Civilis in l. non tantùm* 17. §. *non omnia. num. 6. de excus. Tutor.* Pacian. *lib. 2. de probat. c. 26. n. 142. & c. 43. n. 34. per c. cum persona de privil. in 6.* sicuti nec obiter duntaxat, vel in transcursu, *ut loquuntur*, exhibenti: quemadmodum miseri Advocati exhibere solent, qui ista ratione
290 nec videntur, nec censentur exhibuisse aut produxisse. Speculator *in §. videndum 6. num. 6. de Instr. edit. per l. optimam C. de cont. Emp.* Cum non possit examinari, utrum sit integrum, inviolatum, nec rasum, ruptum *juxta*
291 *l. fin. C. de Edict. D. Adriani toll.* nec sufficienter recognosci, utrum scriptura authentica, sigilla integra, &c. prout tamen opus esset: Videatur Höping *de Iure sigill. c. 13. §. 1.* nec etiam sufficienter discuti possit, utrum sit idem, quod allegatum est, seu ad quod facta est relatio: prout tamen requiritur, per notata Höping. *dicto loco, num. 26* Rot. Roman. *decis. 628. num. 6. tom. 2 in recentior.*

Discutiuntur. 1. de Bulla Pii II.

Neque F. Romanus hoc eludere poterit, quod *in Astro suo quaest. 6. num.* 8. particulam aliquam assertae Bullae ediderit: quia non constat, utrum ista
292 particula sit ex vero originali desumpta, ideóque non probat, idque ex definitione Urbani Papae VIII. *in Constit. In supremo justitiae solio, data Romae anno 1635. 1. Iunii.*

Et posito, quod ex originali desumpta ea particula esset: tamen quia im-
293 perfectè edita est, ut ex antecedentibus, & consequentibus non sufficienter colligatur, pro sensu Pontifex loquatur, &c. ideo perinde est ac si nihil edidisset: paria enim sunt nihil edere vel imperfectè edere. Pacian. *lib. 1. de Probat. c. 66. num 140.*

Neque, quod nostri tres Patres in causa Bergensi asserant, certum esse Cōgregationem Bursfeldiensem à Pio II fuisse legitime confirmatam anno
294 Pontificatus ejus primo, inde sequitur, quòd etiam Bulla, quam allegat F. Romanus, Justa sit; nisi etiam probet, quod ita se habeat, prout ipse eam allegat,

gat; hæc enim erat per ipsum legitime producenda, plenè edenda ac recognoscenda; quia alioqui producta ex pharetrâ Adversariorum nihil probat. Socin. *lib.2 conf.258.*

Neque mihi rectè neganti, maximè ex præsumptione juris communis pro me contra assertum Privilegium speciale militante; sed F. Romano illud allegant, incūbebat ejus Privilegii specialis probatio, productio, editio, *l.2.ff.de probat.* Pacian. *libr.2.de probat.c.43 n.34 per c.cum personæ.de priv.in 6.* quin etiam potest aliquod factum esse notorium, & tamen ejus qualitas, vel circumstantiæ esse incognitæ; Everhard. *in consil.24.n.524.* 295

Quod ad argumentum meum adversus assertam Bullam Pii II. ex tempore anni 1458. & diei nimirum pridie Nonas Martii ab Incarnatione abstracti, per Fr. Romanum *in Astro q.6.num.8.* relato propositum attinet; illud ex traditis hîc per F. Romanum confirmatur. 296 *De computatione anni Christi*

Nam cum ab ipso annus Christi 1458. & dies pridianus, Non. Martii. assertæ Bullæ Pii II. abstractus ab Incarnatione assignaretur, & insuper ex allatis decisionibus Rotæ *3. de Indic.in nov.& 17. eodem, in antiquis* constaret; Annum Christi communiter in Romana curia à Nativitate incipere, quis unquam aliud, ex F. Romano *d. quæst. 6. num. 8.* quàm quod annus Christi in asserta Bulla Pii II. etiam à nativitate Christi veniret numerandus, collegisset. Consequenter si ipsa Bulla Pii II. anno à Nativitate Christi 1458. pridiè Nonas Martii emanasset, fuisset ipsa à Pio II. data, quando adhuc Calixtus vivebat. Siquidem ipse adhuc anno 1458. quatuor mensibus, ut constat ex Schultero & Hunnio in Chronologia, adeoque non tantum in, sed etiam post mensem Martium vixit. 297

Hoc argumento cum videret se constringi Fr. Romanus, ipse propositionem suam quoad designationem anni 1458. *in Astro quæst.6.num.8.* illimitatam, & absolutam, nunc *in Horto d. allegatione 384.* per adjectionem hanc, *ab Incarnatione Domini nostri* limitare, & restringere, vel etiam explicare conatur. Sed frustrà de tempore disputatur; Cum de tota substantia Bullæ ipsius non appareat, adeóque perinde fieret, ac si de nihilo disceptaretur. Paria enim sunt non esse, aut non apparere, *l duo sunt Titii. ff de Testament. tutel. l. in lege 77. ff. de contrah. Empti. L. cum res 5. itaque ff. de legat.1. Barbos. in Tract. Axiomat. par, paria 174. num.9.* 298 299

Decisiones Rotales à F. Romano allatæ decidunt, quod in Curia Romana detur *triplex* modus computandi anni, nimirum à Nativitate, à Circumcisione vel Calendis Januarii, & ab Incarnatione Christi; sed planè pro me contra ipsum definiunt: Siquidem *in decision.3. al. 50. de Indicitis in nov.* ita Deciditur. *A Nativitate Domini &c. ab ipso die Nativitatis* JESU *Christi &* NON *à die Circumcisionis est computandus, & inchoandus* IN RO- 300 *Triplex modus computandi anni Christi.*

MANA *Curia annus. Et in decis.* 4. *al.* 108. *eod in nov.* secundum cursum Angliæ & Franciæ annus Incarnationis Dominicæ non incipit post annum Nativitatis, sicut secundùm cursum Romanæ curiæ, sed post mensem Martii concurrunt sub eodem numero tam annus à nativitate præcedens, quam annus incarnationis subsequens.

301 Eadem jam ante erant definita *in decis.17. de Iud. in Antiq* ubi definitur, *sciendum est, quod Curia Romana, Italica, & Hispanica, Arragonia, & Catalonia, Dacia, & Vasconia computant annum Domini quolibet anno in festo Nativitatis ejus, quod festum est XXV. die Mensis Decembris; in Regno verò Franciæ, Alemanniæ & Anglia computatur annus à festo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, quod festum est 25. die mensis Martii. Cum quelibet Provincia vel loca mundi circa hoc possunt abundare, in sua consuetudine, ut* in cap. certificari, de sepult. *Prædicta sequuntur per*
302 *Clericos prædictorum regnorum, locorum existentium Avenione in Sacro Palatio Apostolico Domini nostri Papæ.* Hactenus decisiones.

303 Ex quibus relinquitur, quod cum absolutè annus in curia Romanâ incipiat tantum à die Nativitatis Christi, & Bulla à F. Romano allegata, absolutè assereretur in curia expedita anno *1458.* pridie Nonas Martii, nullo alio addito, non debuerit aliud colligi, quàm quod illa Bulla tali anno à die Nativitatis Christi incipiente data fuerit.

304 Idem confirmatur per ea, quæ tradit Quintilianus Mandosius *in tractatu de annalibus casibus sub numer. 22. casu 71.* ubi ait, tantæ majestatis, splendoris, & gloriæ est dies ille natalitius Domini nostri, ut præcipuè in Italia in instrumentis anteponantur anni Domini, prout notat glossa Magna *in fine in L. generali. C. de tabul. scrib. lib.* 10. & à qua Nativitate Christi annorum computatio fit in instrumentis & aliis scripturis, *id est*, ab ipsa die Vigesima quinta Decembris; & tunc incipit annus PRÆSERTIM IN CURIA ROMANA *extrav. 1. §. Nos de Omnipotentis, ibi, à festo Nativitatis Domini nostri,* & *extrav.* 4. *post*
305 *princ. de pæn. & remiss. inter commun.* &, prout voluit glossa *fin. in extrav. un. de censib. etiam inter commu.* Et Rationem addit; quod si Senatus Romanus à die natalitio Neronis Imperatoris, qui erat mense Decembri, censuit anni principium desumendum, ab eoque die dinumerandum, an non majori & firmiore ratione senatus Divinus statuit, ab illa die 25. *Decembris* Nativitatis JESU Christi annum incipere: annumque ab
306 omni ævo dinumerationem sumere. *Addit tamen idem:* Nonnunquam, inquiens, in diversis scripturis etiam Romæ, puta in litteris Apostolicis vel juxta diversarum regionum, seu oppidorum morem annus incipere & numerari consuevit ab incarnatione Domini nostri (*id est*) à die

25. Mar-

25 *Martii* vel alio die numerando Angel. & Imola *in l. divortio ff. solut. ma trim* Rota *in nov* 108. Socin. *in l divisione in* 14. *notab. ff. eod.* & alter Socin. Jun. *conf.* 56. *In proposita lib* 3. Glossa pragm. *titu. penult. in verb Domini, & ibi* Philipp. *titul. ult. in verb. Domini.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 8. *versic. quæro, quomodo numer.* 4. *&c.*

Ubi etiam hîc notat (quod modò pro clariore annorum declaratione afferam) quod *duplex* detur annus, quidam artificialis; quidam naturalis. *Artificialis* ille est, qui incipit, *ut ipse loquitur*, in aliquibus partibus à Nativitate Domini & finitur in alia nativitate, ut est in Romanâ curia, *suprà citata decis. Rota*, aut ab Incarnatione, quæ est in mense Martio; & isto modo intelligendus est, qui passim alibi in instrumentis, & computationibus ponitur jubeturque poni annus Domini. de *quo in c. inter dilectos de fid instrumentum & per tot titu. ff. de edend.* Habetur *in Auth. de fid. instrumentorum & in Auth. ut præponatur nomen Imper.* & hoc modo incipiunt anni secundum cursum Franciæ & Angliæ, ut dicit Rota *decis. sua* 108 *incip. secundum.* Sic enim fiebat, cum anni à computatione mundi computabantur, aut ab Olympiadibus aut aliquo insigni & memorando facto, ut alias vidi quoddam instrumentum Pictavis, aut etiam apud Hebræos ab eductione populi ex Ægypto, aut reversione ex deserto, aut transmigratione Babylonis, aut aliàs secundum eorum computationes. Nam anni illi, qui ab illis gestis computabantur, *artificiales* dicuntur. & annum sic computatum *artificialem* appellat Bart. *in l. cum Hares* §. *stichus ff. de statu lib.* dum dicit, artificialem esse, qui à nativitate incipit, & in Nativitate finit; & dicit Bald. *in consil. suo* 457. *incip in Christi nomine Reverendus Pater in* 1. *part in fin. in impressione nova Mediolani*: Et alibi appellatur annus *currens*, prout communiter dicimus, *anno à Nativitate Domini, vel ab incarnatione currente*; Alius est annus *naturalis*, continens 365. dies cum sex horis; qui per Bart *in L libellorum ff. de accusat.* vocatur & appellatur *legalis*; & per eundem *in d l. cum Hares.* §. *stichus*, appellatur *naturalis*, qui quacunque hora & tempore incipit, & finitur post 365. dies *d. L. ita vulneratus* §. *stichus ff. ad L. Aquil L cum bis sextus, & ibi* gloss & Bart. *ff. de V. S.* glossa *in cap. quam sit. de elect in* 6. *& ibi* glossa, Joan. Andr. §. *quæ sunt. c. quadragesima. de consec. dist* 5. glossa *in cap. si propter tua debita, de rescript in* 6.

307 *Varia anni divisio & definitio.* *Chassan.* 308 *Est decis.* 4. *de jud in nov.* 309 310 311

Bertach. aliter accipit annum *naturalem*, quàm hîc Chassan. & alii passim accipiant; Ait verò in *repert. verb.* Annus *duplex* est *emergens* & naturalis: *Naturalis* incipit à die prima Januarii, secundum aliquos à Paschate, secundùm alios ab incarnatione; sed annus *emergens* incipit à quolibet Mense & die, dummodo connumerentur duodecim menses 312 *Bertach.*

 vel

vel 365. dies,& sex horæ;& hæc probantur *in l. divortio. in princ ff. solut. Matrimo.*

Archidiaconus *in c. si propter. num.* 3. *de rescript. in 6.* tradit, quod alius sit annus 1. naturalis, 2. alius usualis, 3. legitimus, 4. ceremonialis 5. emergens. *Naturalis* ipsi est à quolibet die incipiens, & usque ad finem illius; sunt 365. dies & sex horæ, *de consecrat. dist.* 5. *cap. quadragesima.* Usualis est à Januario, usque ad Januarium sequentem, & hoc apud Latinos; ideóque Januarius dicitur Janua anni 76. *dist. cap. jejunium,* Legitimus est ab Aprili in alium Aprilem, secundum lunationes; & hoc apud Hebræos & Græcos, *ut in d. distinct.* 1. *c. jejunium*; Ceremonialis est de festo ad festum, & hoc apud omnes gentes, *de consecrat. dist.* 1. *c.* 1. Emergens est, in quo fit aliquid magnum, sicut ab exitu de Ægypto, & dicitur emergens, quia de novo ob aliquod factum emergit, seu accidit. Computant Judæi & Græci à primâ Olympiade ob certamina Olympica 27. *Julii* haberi solita; & Romani ab urbe condita ex sententia Varronis 21. *Maii Olympiad.* 6. *anno* 4. vel ex sententia Dionysii. 21. *Aprilis Olymp.* 7. *Anno* 1. Christiani ab incarnatione Christi. 23. *dist. cap.* 1 *in princ.*

313 *Archidiacon.*

314 Eadem repetunt Ludovicus Gomesius *in §. rursus sub numer.* 33. *Inst. de actionib.* & Lucas de Pennâ *in L. sive ex Pratoriano officio* 3. *col.* 2. *C. de exact. & exsecut.* ubi præterea varias anni significationes inculcant.

315 *Bart. & Salicet.*

Bart. *in L. libellorum, sub numer.* 5. *ff. de accusat.* & Salicet. *in L. in causis numer.* 11. *&* 12. *C. de accusat.* tradunt *duplicem* annum, *alium legalem*, qui cōstat quidem 365. diebus, sed est de quocunque facto quod accidit intra annum illum currentem, & incipit ab illo facto, & retrorsum sic numeratur. Alterum *communem* & *vulgarem*, qui licet totidem dies contineat; non tamen retrorsum numeratur; incipitque in certo termino, secundū varietatem factorum & mores regionum; hancque *duplicem* annorum rationem secundùm hodiernam consuetudinem receptam esse tradit Gomez. *in d. §. rursus. sub num.* 33. *inst. de act.* Iis videtur consentire Hieron. Brixien *in repert. verb. annus* & Zasius *in L. de divisione ff. sol. Matrim. n.* 2. *& sequentibus* ubi hic alium dicit *naturalem*, alium emergentem; *Naturalis* illi est idem, " qui ordinarius, & incipit secundum mores nostros à Nativitate Domini & " recurrit, usque ad nativitatem per dies 365. Dicitur annus *naturalis*; quia nō

316 *Zasii.*

317 movetur loco, & stat suo ordine sicut Hercules: *Emergens* est annus è re na-" tus, ut ibi loquitur, qui movetur occasione alicujus acceptâ, & est mobi-" lis, incertus, quia nunc ab isto die inchoatur, nunc ab alio. Hactenus " ille.

318 *Bald.*

Baldus *in c plerumque. de rescript. num.* 11. alium dicit annum *Edictalem* à lege; alium *decretalem* à Judice; alium *conventionalem* certo pacto consti-

constitutum. Dividebant autem Romani ipsum annum in *Hyemem*, quæ incipiebat à Kalendis Octobr. usque ad Kalendas April, & *æstatem*, quâ, & non hyeme licebat ob periculum naufragii navigare, glossa *in L. 3 C. de naufrag. lib. 12.* Unde cum hyeme ex avaritia hominum navigetur, etiam tot naufragia audiuntur, teste Alberico. *in additione marginali ad Bart. in L. ita vulneratus. ff. ad L. Aquil. verb. in anno proximè.* 318 *Divisio anni in partes integrantes.*

Hæc volui nonnihil latius proponere, ut jurium Auditori constaret, de quali anno loqueremur, & quomodo unus idemque annus à variis variè nuncuparetur & inciperet. 319

Præterea notandum est, quod non semper anni Domini in curiâ Romana in rescriptis addantur. *Tempore enim Martini Papæ* pro annis Christi appositi fuere anni *Imperatoris*, *in terris Imperii*; & in terris Ecclesiæ, anni Romani Pontificis; alio verò tempore appositi quidem fuere anni Domini; 320
attamen nunc incipientes à Nativitate, nunc etiam ab incarnatione Christi, Ioannes Graff. *in tractatu de substant. procurat. in verbo. in nomine Domini sub. n. 2.* (quod intelligendum est, *prout sup. ex decisionibus Rotalibus* fuit notatum) & tunc quando literæ vel rescripta Apostolica de actis Papalibus, per Notarios fuerunt expedita, & subscripta: Illi enim addiderunt annos; at quando Notarii non subscripserunt, tunc non fuit annus Christi additus, ut notat Ioannes Andreæ *in Mercur. sub fin. datum Romæ Col. 2.* prout suo tempore per Notarios Bullæ & Rescripta non subscribebantur; ideòque nec additi anni Domini. Hactenus ille.

Quòd verò annus 25. Martii *ab incarnatione* Christi tribus mensibus post Nativitatem Christi incipiat numerari; Cum tamen illam novem mensibus præcedere deberet, *rationem* ejus affert Catellianus Cotta in memorabilibus *suis. verb. Anni varia fuit & est observatio*; Hujus rei rationem, inquiens, nullam aliam hactenus comperi, quàm quod ij, qui *ab incarnatione*, annum dinumerant, excludant novem menses, illos scilicet, quibus Dominus noster Iesus adhuc corporaliter videri non poterat; ut ita dictio (*ab*) exclusiva sit anni ejus, quo Christus incarnatus est, ut eleganter declarat Bald *in l. nupta, §. senatores. ff. de senat* Et propius facit ad quæstionẽ nostrã Aretin *consil. 71. visa. ad finem.* Qui verò *à nativitate* annũ computant, principium respexerint; quo jam Deus noster Iesus videri poterat, & tunc dictio (à) non excludit, nisi diem nativitatis. *l. à caligato, C. de nupt.* Quæ sententia etiam Quintil. Mandosio placet. Cum eadem congruit ratio Ioannis de Graff. *in tractat. de substant procurat. in verb. in Nomine Domini. sub n. 2* ubi tradit, quod ex communi Christianorum observantia anni incipiant à nativitate Domini, idque hac ratione, quia quamdiu est quis in utero, quoad alios habetur pro mortuo aut pro non existente. *L. qui in utero ff. de stat homin. L. 1. §. si quis ff. unde cognati* cum paria sint non esse vel non apparere *L. in lege. ff. de contrah. empt. l. quod servus ff. de cond ob caus. l. quotiens ff. qui satisdar. cog.* 321 *Computandi ratio ab incarnatione Christi post nativitatem ejusdem.* 322

 Mantua

Mantua *conf.* 34. *num. 16.* Hæc ratio licet videatur ostendere, cur anni Christi ab ipsa incarnatione, sicut à nativitate ejusdem incipiant numerari; tamen aliis non usque adeo forte satisfaceret. Quare melior & brevior mihi videtur ratio Iacobi de S. Georgio Præpos. Mediolanensis *in cap Iuvenis. num. 2. de sponsal.* quod singuli anni ab Incarnatione
323 Christi non incipiant numerari, nisi quando sunt completi. Completo enim anno verè & propriè dicitur nunc est annus, videlicet primus &c. ideo ubi fit mentio de anno, intelligitur de perfecto. Fachin. *consil.* 3. *num.* 41. *lib.* 3. ex Baldo *in L. ex his verbis, in 2. opposit. C. quando dies Legat. ced.* Surd. *decis.* 178 *num* 7. Rot. Rom, *decisio* 175. *num.* 7. *tom.* 1. *in recentior.* Annus verò nativitatis Christi incipit numerari, non quando est completus, sed prout in favorabilibus fieri solet, quando incipit esse, ut ita anni currentis, nondum finiti signum existat. Rot. Rom. *decisi. Cesenatis bonorum, coram R.P.D. Vbaldo seniore. Lunæ. 5. Martii 1625. quæ est. 96. num. 1. tom* 1. *apud.* Poll, *de summariis possessor.* Atque ex hisce patet, quàm sit indocta F. Romani pro me ad propositum dubium allata responsio.

§. XXI.

De potestate Imperatoris circa bona Ecclesiastica.

Ad tertiam confirmationem *sect* 1. *c.* 1. *n* 9 propositam, atque ex Rescriptis Imperatoris Ferdinandi II. f. r. petitam, *Respondi*; eius quæstionis
324 decisionem non spectare ad Imperatorem; quia quando Iuris quæstio movetur circa bona Ecclesiastica; vtrum ea huic vel illi Ordini, vel aliis Ecclesiasticis debeantur, vel sint sua, non spectat ad ipsum tanquam sæcularem, sed ad Ecclesiasticum judicem judicare. Cum sit materia & objectum Ecclesiasticum, non sæculare, nec mere politicum, secundum Dd. apud Caval. *part. 1 commun. opin. cont. comm. quæst.* 403. (pro qua errore Typographi expressa est *q.* 43.) Gail. 1. *obs.* 38. *Aufrer. de potestate secul. super person Ecclesiast. Regul,* 4. neque illud inficias it F. Romanus, sed approbat *quæst.* 4. *n* 50.

325 F. Romanus *allegat.* 58. ait, quod *apud Caval.* tota illa quæst. 43. *ne unus apex hac de re legatur, cujus titulus est solummodo, utrum fides scripturæ publicæ, testibus annullari possit.* Edit. Vrsellana de anno 1602. *Bene autem docet idem Caval* quæst. 504. eod. lib. *Iudicem secularem posse cognoscere in possessorio rei Ecclesiasticæ; iterumque judicem secularem posse judicare de quæstione facti Ecclesiastici incidentis, quando negotium principale, sine hoc expediri non posset, q* 403. *Ex quibus elucet, lampades accendi sine oleo, adeoque operam perdi.*

Commenta. Hayana.

Ast

Ast F Romanus oleum ex lampadibus Dd. frustra effundere laborat. 326
Principiò de errore typographico, quo *q.* 43 pro *q.* 403. est expressa, jā monui. *Discutiun-*
Quod ad rem ipsā attinet, Nō ego dixeram, Cævall *q.* 403 sed Dd. apud Cæ- *tur.*
val. *d. q.* 403. ad quæstionis ibidem propositæ resolutionem idipsum trade-
re. Siquidem illi ad quæstionem 403. *utrum Iudex sæcularis possit cognoscere*
de causa Ecclesiastica quæ incidenter in Iudicio apud eum agitatur. ita re-
spōdent. & quidem in hac quæst. Bart eleganter distinguit in *l.* 2. *colum* . *ff.*
de Iurisd om Iudi. inter quæstionem *facti*, & quæstionem *Juris*, ut si quæstio 327
Iuris sit, puta an matrimoniam inter tales contrahi potuerit, vel an talis con-
tractus sit usurarius, vel an permutatio fuerit Simoniaca. NON POSSIT sæcu-
laris (etiam incidenter) de illa cognoscere; si vero quæstio *sit facti*, puta, si
dubitetur, si matrimonium intervenerit, vel an pactum usurarium sit inter-
positum, tunc possit sæcularis de illa cognoscere. Cujus distinctionem asse-
rit ibi communem Curtius *n* 43. & pro hac sententia facit *Tex in c. post mi* 328
serabilem. (quem ad hoc expendunt ibi Abbas, & Anan.) *de usur.* & ante
Bart. tenuit hanc opinionem (quæ vera ac *communior* videtur) Paulus de
Leaz *in Clement* 1 *de usur.* & Fridericus de Senis *cons.* 245. & ante Frideri-
cum Archidiaconus *in c. bene quidem n.* 8. *dist.* 96. & ante Archidiaconum
Iacobus Butrig. *in L. cum alleges C de usur.* & ante Butrig. Gotred *in c. tuam.* *In praxi*
per illum, text. de ord. Iudic. & illam servari de *consuetudine* asserit Bald. *in l* *quid obser-*
filium. ff. de his qui sunt sui, vel alie jur. . & tenet Bald. *in Auth. ei qui jurat. n.* *vetur:*
41. *C. de bon. Auth. Iud. possid.* & hanc opinionem sequitur Anton. *in cap.* "
quanto. ubi etiam Felin. *num* 5. *de Iudic.* Anchar. *in cap. ea quæ. quæst.* "
5. *de R. I. in* 6. & dicit etiam *communem* Angel. Clauas. *in summa*, *ver-* "
bo judicare, §. 9. & hanc esse *communem* asserit Sylvester *in summa.* "
verb. judex. quæst. 6. *col.* 2. Sed contrariam opinionem (imò quod sive "
sit quæstio *facti*, vel *juris*, Iudex sæcularis sit incapax ad cognoscen- 329
dum de causa Ecclesiasticâ, tenet glossa *verb. usuris. in Clement. dis-* " *Praxis con-*
pendiosam de judic. & contra Bart. hanc opinionem tenet Imol. *in d.* *traria osten-*
cap. cum sit generale, (& ita servari de *consuetudine*, contra eum ibi di- *ditur.*
cit Anton.) *de for. compet* & Guido Pap. *quæst.* 71. & 85. ubi dicit, "
quod sic in Curiis servatur, & Bier. *decis.* 2 *num.* 38. *et.* 69. *n* 33. Gram- "
mat. *decis.* 78. Roland *consil.* 23. *vol.* 2. Menoch. *de recup. poss. remed.* 15. "
num. 11. Afflictus *decis.* 24. Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius* "
verb. & uxorem num. 39. *de testamen.* & nos diximus *quæst* 504. ubi "
habes Resolutionem. Fulgos *in d. l.* 2. *ff. de jurisd. om. Iud* Imol. "
& Romanus *in d. l. Titia ff. solut. Matrim.* Bald. & Fulgos *in d. l.* "
quoties C. de judic. & notat. Iason *col.* 2. item Bald. & Fulgos. *in* "
d. l. omni novatione C. de sacros. Eccles ubi ex professo asserit hanc
communem contra Bart. Aretin *col.* 2. & ita hodie intelligendus est
textus

textus *in L.nullum.C.de testibus* &c. Hactenus ibi Dd. apud Cævall. quæ
330 504.ex *communiori* & *veriori* non solum Reges, ac judices supremos, ut per Dd. *in c.causam.qui filii sint legi.* sed etiam judices inferiores ex Hispania *L.1.tit* 18.*ordin.*in possessorio retinendæ vel recuperandæ, non autem adipiscendæ, secundum Cardinalem *in clement.2 de Iudic.q.*10.& Guido Pap.*decis.*1.71.*&* 85.Gulielm.Benedict.*in d.c.Raynutius.verb. & uxorem decis.2.n.*38.*de testament.*in beneficialibus procedere posse asseverat, hac differentiæ ratio ne allatâ, quod ubi agitur de possessione adipiscendâ,
331 in Ecclesiasticis color tituli requiratur, cujus cognitio cum sit quid spirituale, non spectat ad Iudicem sæcularem. Ita Navarr.*in c cum contingat, de rescript.*latè Aufrer.*de potest.jud.secul super Ecclesiast.person.reg.*2.*Fallent.*24. contra *citat.*apud Ioann.Igne.*in L.necessarios.§.non alias.* 2 *part.à n.*17. *usque ad* 50.*ff ad Syllan.*ubi dicit contrariam *negativam* Canonistarum esse *communem*, & hanc *affirmantem* legistarum, quoque esse communem, quam
332 usu obtinuisse, & in jure *verissimam* esse dicit Coras:*in paraphrasi sacerdotii* 1.*part.c.*2.*n.*3.& ita diebus elapsis Cæval *d.quest* 504. dicit fuisse judicatum in Regali Cancellaria Pinciana. Hæc ille.

NB. Ex quibus apparet, quod secundùm omnes omnino Dd. nemine ex-
333 cepto neque Rex neque ullus supremus judex politicus vel alius sæcularis in quæstione Ecclesiasticâ *Iuris.& Dominii*, se possit etiam *incidenter*, nedum *principaliter* intromittere, de qua nos hic agebamus; de quæstione autè facti,
334 aut possessionis, infra videbitur; ut proinde hinc appareat, quantopere F. Romanus vel aberret, vel lectori imponat.

Eodem §. XXI. §. Quod vero.

De eadem Imperatoris *potestate ejusque Rescriptis &c.*

Asserebam, quod cum ex suppositione F. Romani *d q.*4.*n* 50. iteratò Im-
335 perator rescripsisse feratur, *monasteria emortua debere Ordini restitui, quia illi debita ex fundatione, vel quia bona illorum Monasteriorum sunt ipsius Ordinis, aut ad eum spectant*; utique ad talia narrata Ordinis illi supplicantis rescripsit, ut fatetur F.Romanus *q.*1.*n.*92.*q.*7.*n.*18 (pro quo erroneè irrepsit *n.* 17.) & ostenditur *inf c.*3.

Hinc, cum inter narrata supplicantis Ordinis haberetur, *quòd bona e-*
336 *mortuorum Monasteriorum sint Ordini ex fundatione debita sint sua &c.* neque hæc ab ipso Ordine doceantur esse vera; nec talia esse ostendi possint, maximè ob contrariam ipsi Ordini Constitutionem Alexand. VI. *Accepimus.* datam *Anno* 1497.*ultimo Septemb.*1.sequitur, ipsum rescriptum Imperatoris defectu veritatis narratorum ab ipso Ordine, sub: & obreptitiè fuisse impetratum.

Nec

Nec credibile est, quod pius Imperator Ferdinandus II. *motu proprio* rescripserit ad quæstionem juris in causa bonorum Ecclesiasticorum jurisdictionis suæ Terminos egrediente, secundum *cit.* Dd. Igitur Imperatoris rescriptum, hoc in casu, nihil præjudicabit; per not. F. Romani. *q* 4. *n.* 11. § *qua omnia* Atqui hoc in casu, si prout vult F. Romanus, Imperator sine conditione, absolutè, & quasi definitivè rescripsit pro Ordine, quod ipsi bona Monasteriorum ab Hæreticis occupatorum sint restituenda, ex eo, *quod monasteria illi debeantur, sintque sua modernorum religiosorum*, utique rescripsit in causa Ecclesiastica ad quæstionem Iuris in petitorio agitandam vel agitatā: adeoque in causa suæ Iurisdictionis terminos egrediente; consequenter ex hoc capite Imperatoris rescriptum erit nullum. 337. 338.

Ad quæ F. Romanus pluribus locis, nimirum *allegat.* 292 293. 448. & 451. respondere conatur, Sed videamus, quid *d. allegat.* 292. & 293. tradat. Ait verò *quod ipse* q. 1. n. 92. *dicat. ex hoc sequitur (si religiosus Ordo Monasteria) olim possedit, jā verò non, sed alius ea per injuriā detinet, quod Ordo fuerit spoliatus: ex hoc enim apparet de spolio re ipsa Bald. Alex. Mascard. & alii* paulo post *citandi & quidem in communi ex historijs & supplicationibus ad Imperatores diversimo de factis, & relatoine testium adhuc superstitum vel testium de fama, asserit* (ipse F. Romanus) *per violentiam id accidisse. Ex quibus verbis sole meridiano clarius est, ipsum F. loqui de anterioribus Imperatoribus V.G Carolo. V. Ferdinando I. & c.* 339. *Commenta Hayana.* 340.

Quorum aquilis volantibus antiqua spolia contigerunt. & n. 2. subijcit, *quod ego de Ferdinando II. Ipse verò ex supplicationibus antiquis intulerit spolium, ego asseram ipsum intulisse iterata restitutionis Rescripta Cæsarea, & c: Tacet, quod* citata quæst. 7. n. 37. *simile nihil se fateri, quisquis numerum illum perlegerit, facile sit judicaturus.*

Et *allegatio.* 448. ait, quod *etiam in Sacratißimum Cæsarem Ferdinandum II. f. m. manus injiciam hoc loco ajamq;* (fol. 81. colum. 1. & 2.) *restitutionis Edictum generale, seu rescriptum ex ea parte, qua decernit Monasteriorum desolatorum bona cuiq; Ordini restituenda esse. Nullum & nulliter emanatum, eo quod ut ajam* folio 79 col 1. ante med. *Imperator utiq; rescripsisset in causa Ecclesiastica, ad quæstionem Iuris in petitorio agitandam vel agitatam, adeoq; in causa suæ Iurisdictionis terminos egrediente; consequenter ex hoc capite Imperatoris rescriptum foret Nullum, Et subijcit F. Romanus; falsa & injuriosa est hæc allegatio, Nam Imperator nequaquā rescripsit in causa Ecclesiastica ad quæstionem juris in petitorio agitandam, vel agitatam, sed in possessorio, & ad quæstionem facti pertinente. Ex dictis manifestum fit, aiebat* astri quæst. 1. n. 50. *quæstionem à Sacra Cæsarea Majestate resolutam* (an hodierni Episcopi, Generales, Abbates, Præpositi, & Religiosi in sua possessione Iuris per canones & fundationes acquisiti, manutenendi, adeoq; nū Ordines antiqui per huiusmodi Iuris exercitium in omnia restituenda monasteria reinducendi, & in possessione civili, Dominioq; subalterno monasteriorum ex ipsa fundatione sibi competentium defendendi sint) *non esse qua-* 341. 342. 343.

se quaestionem Iuris, sed facti & possessorii, qua resolutione s pe. missarum decernit Imperator, ut jure suo per tot hactenus annos vinculato singuli posthac citra ul-
344. teriorem obicem utantur. Quaestionem Iuris, quam ego praerequiram per magistratũ Ecclesiasticum resolvi debuisse, Imperator non resolvit, sed ab Ecclesia resolutam agno-
345. vit. Vnde inter caetera narrata ajebat jus antiquorum religiosorum Ordinum esse tam liquidum & indisputabile, ut sola sit opus executione. Notoria enim non indigent probatione. Rota decis. 224. n. 1. apud Beltram.

346. Neq; enim de causa Iustitiae quaestio erat, sed de executione; ut fatetur ipse Nuncius Apostolicus Caraffa in sua Germania sacra restaur. fol. ipsi (F. Romano) 311.
347. in anno 1627. Sed quodnam est jus illud liquidum & indisputabile? inquies: Respondet, illos esse Canones & Concilia generalia, quae dudum decreverunt; beneficia vacantia saecularia danda esse saecularibus; regularia verò regularibus eundem Ordinẽ expresse professis, adeoq; habentibus qualitates à fundatione pro tal. beneficio re-
348. quisitas. Quae sequuntur ibidẽ n. 2. 3. 4. ad hujus q. 2. Sect. 3. c. 3. partim ad ipsius § 15 partim ad §. 12. spectant, ideoq; istuc reservamus, ne cũ F. Romano confusè omnia tradente & involvente disturbatis ordinibus pugnemus.

349. Rursum allegat. 452 quae hic de rescriptis Caesareis in ordine ad Dominium tradideram, ipse cum iis, quae possessionem spectant, & hic infra c. 3. §. 10 & sequentibus traduntur, in huius allegationis inscriptione confudit, sed audiamus quid hic F. Romanus proponat; In astro inexstincto, inquiens, eiusq; fine duodecim circiter Rescripta Caesarea Ferdinandi II. Imperatoris ipse F. Romanus inseruerat partim ad Commissarios Caesareos, partim ad suum Oratorem Romae partim denique ipsis Religiosis Ordinibus antiquis concessa & si opus sit, plura adjun-
350. get, quibus Imperator constanter declaraverat, mentis & intentionis suae esse semperque fuisse, vt restitutione Monasteriorum ab Haereticis, eo usque detentorum habita ratione primaevae fundationis, quaeque suis Ordinibus regularibus, iuxta
351. Sacrorum Canonum praescriptum Ordinanda relinquerentur. Quibus ego me opponens citatis Eclipseos locis & in scriptura, quam sub manu propria Coloniae Agrippinae ad acta compulsoria anno 1643. 4 Octobris exhibui, non reveritus sim illa omnia cum Layman sub: & obreptionis insimulare, quasi praeter aut contra voluntatem Imperatoris emanassent.

352. Per se autem notũ est, quod qui subreptionẽ allegat, tenetur illam probare, ut ait Rota Romana decis. 89. n. 1. apud Coccinu; id quod tanto minus possim praestare, quanto in jure certius est, quod geminatae (nedum duplicatae) literae omnem sub: & obreptionem tollant quo psissimo Argumento usi sunt Patres Societ. coram Tribunali
353. Caesareo contra Ordinem Cisterciensem, in causa Monasteriorum Monialium Coronae Mariae & Pontis salutis Palatinatus inferioris & domus Otterbergicae VVormatiae, diẽ 7. Aprilis 1629. Viennae in quadam replica, consilio Aulico Imperij praesentata, sequẽ-
354. tia §. Gestalt dan auch inseruerunt, Prout Sacra Caesarea Majestas Vestra una cum Diva Augusta coniuge, ut supradictum, ad Regem Hispaniarum & Ser.mum Cardinalem Infantem geminatim Clementissime scripsit; geminatae verò literae vim motus proprii habent, omnemq; sub: & obreptionẽ tol-

lunt

lunt, ut videre quoque est apud D. Cardi. Tusch. *tom. 4. concl. 28. n. 49. & 50. Hæc illi* (scil. Patres nostri) *pro se & ipso. Ex geminatione enim Verborum seu literarum colligitur voluntas clara, & enixa, ut ait Flamin. Paris.* li. 10. q. 7. nu. 3 de resignat. benef. *Et secundus jussus habetur pro certa scientia, vel pro Motu Proprio*, ut L. nec damnosa C. de precibus Imperator. offer. & *ibi dicit Baldus, & facit glossa* in verb. aliis, *quam not. ibi Ang* in auth. de non alien. aut permut §. quia verò simile. col. 11. *Alphons. Soto* in reg 45. Innocentii VIII, quæ est 46. Pauli V. *Quod Ioannes à Chokier* ibidem num. 9. *Limitat singulariter, ut procedat, quando secundo jussio vel secundum rescriptum facit expressam mentionem de Primo (ut in Præfatu Ferdinandi* II. *rescriptis sæpius factum) alias ista geminatio non habet effectum, per not. Bald.* in l. 2. C. de petit. bonor. sublat. lib. 2. *Iason.* in L. nec damnosa C. de prec. Imper. Offer. *vide Menoch.* 2. Præsumpt. 13. n. 3. *Ubi pluribus hac de re agit. Ex quibus manifestum evadit, Prædicta rescripta Astro inserta perperam à me sub: & obreptionis secundùm ipsum inculpari, nedum quod ea Doctoribus Universitatis Duacenæ obtruserit.* 355 356 357

Hactenus F. Romanus satis confuse sua proponit; qui etiam me falso accusat, quasi *fol* 81. *col.* 1. & 2. Imperatoris rescriptum scribam nullum, & insuper Nulliter emanasse; Cum neutra Columna istius folii Imperatoris scriptum attingam, nedum ajam nullū, multo minus uncialibus literis designem, Nulliter emanatum esse. Deinde ipse perperam *Astri q.* 1 *n.* 50. allegat, quasi illic hæc quæstio, *an hodierni Episcopi, Generales, &c. in possessione juris per Canones & fundationes acquisiti sint manutenendi, &c.* ab Imperatore inveniatur resoluta. Frustra quoque errata quædam Typographica consectatur. Cæterum *ex quæst.* 1. *Astri. numer.* 92. nihil aliud colligebam, quam quod Religiosi illi pro obtinendis Cæsareis rescriptis supplicarint; quos non semel, sed sæpius pro iisdem supplicasse fatetur F. Romanus ibi *supplicationibus ad Imperatorem diversimodè factis*, ubi Vox, *Supplicationibus* pluralis numeri multitudinem significat, ac vox *diversimodè* non unum eundemque supplicandi modum, sed diversum observatum fuisse ostendit. Deinde idem Colligitur ex literis Reverendissimi D Abbatis Cæsariensis Cisterciensis Ordinis, relatis *q* 7. *Astri n.* 18. (pro quo errore Typographi impressus est *n.* 17.) ibi; *non sum immemor decreti Cæsarei à me tunc temporis Impetrati, ne cui, me, vel Ordine meo non audito Monasterium mei Ordinis concedatur, &c.* Hinc cum Sacræ Cæsareæ Majestati pro tali decreto sit supplicatum, haud dubiè in *supplicatione* narratæ fuerint *Causæ*, quare hoc sit concedendum per not. in tit. *C. de precibus Imperat. offer. & si contra jus, vel utilitatem publicam vel per mendacium fuerit aliquid impetratum, item de divers. rescript.* Nam Rescriptorum, ut ait Wesembecius in d. tit. *C. de precibus Imperatori offer. n.* 2. Causa impulsiva & prima sunt preces supplicantium, *L. ut responsum* 11. *C. de transact.* non enim rescribitur, nisi quod ad Principem scriptum sit, cui, quod nomen indicat, rescribatur; nec aliter rescribi solet, quam sit petitum *L.* 1. *hoc tit. d. l. ut responsum l* 1. *infra de Rescriptis.* 358 359 360 361 362 363

Discutiuntur F. Romanus perperam 1. *allegat.* 2 *Seipsum.*

dem? Novo Philosopho novam hanc Philosophiam relinquamus. An nescit F. Romanus, quod quando conditionale aliquod deducitur in judicium, debeat prius purificatio conditionis liquidari? *L. hoc jure utimur* 10. *& ibi additio Marg. de V. O.* Daoyz *in judice jur. civil. verb. Conditionalis*, Ubi quæso & quo loco ego illam Conditionem purificatam significavi?

373 Ad hæc F. Romanus sibi ipsi contradicit, asserendo, Imperatorem non in petitorio, sed in possessorio ad quæstionem facti respondisse, & nihilominus in possessione civili & Dominio subalterno Monasteriorum ex ipsa fundatione Monachis competentium defendendo rescripsisse. 374 Num dominium subalternum, ejusque quæstio non est juris, sed facti, nec ad petitorium, sed ad possessorium spectabit? Ita Iuvenalis hic Iurisconsultus sentit, Magister antequam Discipulus. Non ita se illa F. Romane habent. Alia est causa possessionis, & alia proprietatis ac Dominii; illa ad possessionem, hæc ad petitorium, & punctum juris spectat. Consule textus juris & nominatim titulum juris Canonici *de caus. possess. & propriet. ibique c. pastoralis*, & invenies, quod dixi atque etiamnum dico. Quod si textum non intelligas, adeas Doctores, & docebunt te veritatem, tuamque fugabunt ignorantiam. Imperator non definit jus antiquorum Ordinum in monasteriis emortuis esse *liquidum* & *indisputabile*, ut sola sit opus executione. 375
Quid? si Imperator definivisset jus antiquorum religiosorum respectu Monasteriorum emortuorũ esse, ex Canonibus & Conciliis generalibus *liquidum* & *indisputabile*, ut sola sit opus executione, An non hoc ipsum asserendo, definiendo in quæstione juris, & non nuda facti versari dicendus esset? 376
Edictum Cæsaris & historia Cardinalis Caraffæ nihil horum asserunt *loc. cit.* ad quæ eorum citat authoritatem F. Romanus, sed hæc solum perhibet, *Electores proposuisse Cæsari, quanta quamque intolerabilia fuerint Catholicorum gravamina, quàm justæ querelæ, quamque frequentes ob nobilissimas fundationes. Monasteria, & bona paulo ipsis post Pataviensia Concordata contra Religionis Sacrosanctæ fœdera ac jus ipsum Commune cum summo tam divini honoris, quàm Ecclesiæ Catholicæ præjudicio violenter erepta, violata, eversa, ac tam pertinaci conatu detenta, &c.* 377 *Ad Card. Caraff. n.*

Horum restitutionem Catholicos Status urgere & Cæsarem mandasse, &c. Vide Caraffam *mihi pag* 312. 313. 314. *ex Editione Coloniensi apud* Cornelium *ab Egmund anno* 1639.

Quod ad assertos Canones & Concilia Generalia attinet, de iis videbitur *inf q.* 7. ostendeturq; illa perperam à F. Romano pro dominio Ordini asserendo allegari, & assertionem ipsius rei veritati & facto manifestè esse contrariam. Quare enim integris libris argumenta pro utraque parte disceptante afferrentur, si res ita *liquida* & *indisputabilis* esset? Certe ex sæpe citata Constitutione Alexandri VI. *Accepimus. data Anno* 1497. *ult. Septembris* & Trithemio omnino constat, & est *indisputabile*, quod cæteris aliorum 378 *Ad assertos Canones & Concilia n. remissivè.*

Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachis exteris in hujus Monasterii
379 conventu destituti, nihil juris competat, ut mirum sit, qua ratione F. Romanus relictâ Constitutione Apostolicâ, & doctrinâ Trithemianâ, eaque clarâ ac manifestâ, ad dubia aliorum sæcularium verba convolet, indeque suæ deploratæ causæ patrocinium corroget.

380 Neque propterea, quod Ordini negamus dominium Monasteriorum conventu destitutorum, Ego, Pater Laymannus, ac Pater Valentinus Hæreticis hominibus profanis dominium bonorum Deo & Ecclesiæ dicatorum asscribimus, quemadmodum falso nobis impingit F. Romanus, & olim periculosa Politicorum hæresis Auctore Arnoldo de Brixiâ tempore S. Bernardi excitata (de qua S. Bernardus *Epistola* 19. 65. atque ex illo Baron. *ad Annum* 1142.) à Wiclefistis postea circa annum 1413. resuscitata, Clericis omne negabat & auferebat bonorum Ecclesiasticorum
381 Dominium & laicis tribuebat; sed Nos illud Deo & Ecclesiæ relinquendum ex omni jure contestamur, sicuti nec ex eo, quod his aut illis individuis Ecclesiasticis negetur dominium, sequitur, quod illud ad laicos pertineat, Siquidem hi existimabunt, sibi dictum illud Justiniani *in L. ult. C. Unde vi. Omnes scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere*, illudq; *quod se vel Deo dicatum, amplius ad humanos usus transferri non posse*, *c. semel Deo dicatum de R. I. in 6.*

382 Duodecim illa Rescripta, quæ asserit F. Romanus ab Imperatore, partim ad Oratorem, partim ad Commissarios, partim ad ipsos Religiosos data, si intelligantur ea, quæ contra Societatem fuere evulgata, posito, quod illa fuerint Physicè loquendo 12. & plura; attamen (ut rectè advertit P. Forerus) morali æstimatione non nisi unum censenda sunt. Nam quan-
383 do duo vel plura sunt propter unum *juxta L. qui libertatis. ff. de evict. L. si plures ff. de pact.* vel unum alteri ad eundem finem in eodem negotio subordinatur, tunc tantum unum censetur, *per l. patronus ff de legat.* 3. Bald. *conf.* 397 *num.* 4 *vol.* 3. *L. divortio.* § *fin. ff. solut. matrim.* Vbi unius anni fructus dicitur esse unus, Licet diversis temporibus percipiatur. Alber. *in repertor. Ver. unus*, superiorque regula obtinet, quàm maximè, quando est unum omnium Subjectum vel objectum, de quo agitur, & una intentio, *L. si sti-*
384 *chum* §. *Stipulatio ff de V. O L. Senatus.* §. *fin de don. caus. mort.* Bald. *conf.* 324 *n.* 1. *& 2. vol.* 3. Propter unitatem enim finis & effectus idem reputantur, *L. qui pupillã* § *fin & L. vim passam* §. *incesti de adult.* Ang. *in L. hos accusare.* §. 10. *l. Julia in fine de accusat.* vel etiam quando erunt scripta correspectiva, quia videlicet uno contextu nullo actu, nisi necessario interveniente juxta §. *sed cũ paulatim, instit. de testam.* Alber. *in diction. verb. unus.* Eodemque die & loco, coram iisdem & in eodem negotio fuerunt expedita *per not.* Ro. Rom. *decis* 527 *num* 1 *tom* 2. *in recentior.* vel certe sibi invicem erunt Connexa, *per tradita* a Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 26. tunc non plura, sed unum censenda

censenda sunt, per not. Arch. *in c sicut. distinct.* 40. Præposit. *in c quamvis. dist.* 21

Quod verò hujusmodi asserta Rescripta Imperatoris planè sub & obreptitiè emanarint, ipsemet modernus Imperator Ferdinandus III. sub manu propria & Sigillo ad Oratorem suum Romanum luculenter est contestatus, & ego in processu compulsorio edendorum jurium prævia adversariorum citatione & interveniente testium Iuratorum recognitione coram Compulsore Apostolico Admodum Reverendo Domno Ioanne Maes SS. Theolo. Licentiato & Decano ad S. Cunibertum, ejusque Referendario Nobili ac Clarissimo Domino Petro Maes I.V.L. Serenissimi Principis Electoris Coloniensis id temporis Commissario Aulico, nunc etiam Consiliario comprobavi. Quas literas *in tractatu* 3. *c.* 2. *sect.* 1. *cum quibusdam adjunctis* produxi, ut cuivis pateat, quod literæ, quibus adeo gloriatur F. Romanus, sint sub: & obreptitiæ censendæ. Cum de iis Sacra Cæsarea Majestas, quæ defuncti Domini Parentis Ferdinandi II. gloriosissimæ memoriæ Consiliis omnibus interfuit, nihil unquam simile, quod F. Romani intentioni respondeat, proponi audiverit; tum etiam Dominus Registrator Cæsareus sub manu & sigillo contestatus sit, similes Literas, quas F. Romanus jactat, in registratura, aut Cancellaria non inveniri. Vide *d. tract.* 3. *c.* 2. *sect.* 1. 385 386

Ex quibus certè relinquitur, me non perperam, uti F. Romanus asserit, sed rectè cum P. Laymanno & P. Valentino asserta à F. Romano Rescripta sub: & obreptionis vel suppositionis redarguisse. 387

§. XXII.

De jurisdictione Imperatoris quoad causas Ecclesiasticas.

Proponebam, quod F. Romanus *q.* 4. *num.* 50. §. *Taceo*, pro Iurisdictione Imperatori in causis Ecclesiasticis asserenda objiciat, *Taceo*, inquiens, *falsum esse, quod à tribunali Cæsareo omnes Iuris quæstiones (ut isti volunt) excludantur. Nam alias frustra mandaret summus Pontifex in loco temporalis Iurisdictionis causas aliquas Clericorum jure canonico decidi*, c. quod Clericis. de foro compet. *& malefactores Ecclesiarum in utroque foro conveniri posse*, c. Cum sit de for. compet. *Aliæ quippe sunt quæstiones juris conditi & aliæ juris condendi. Illæ ad solum Pontificem spectant; illæ ad alios judices quoscunque.* Hæc ille. 388 *Objectioni F. Romani.*

Ex quibus dicebam patere Imperitiam & fallaciam F. Romani. *Imperitia* quidem ex eo ostenditur, quod *citatum cap. quod clericis*, statuat, ut causæ Clericorum secundum Iura Canonica, non secundum laicorum consuetudines terminari debeant, quodque Clericus commorans extra locum sui domicilii, non subiiciatur Iurisdictioni laici, etiam in causis pecuniariis, sed Episcopo loci; etiamsi sit ibi studiorum causa, atque ita Clerici studiorum causa Parisiis commorantes non coram Rege, R. 389

sed

sed coram Episcopo Parisiensi, qui etiam in certa parte urbis illius dicitur habere temporalem Iurisdictionem (major enim pars Regi paret) dicuntur conveniendi. Videatur latè Soc. *in d. c. quod Clericis.num. 2. &c. de for. compet.*

390 Unde patet, 1. quod Clericus non coram laico, sed Ecclesiastico judice sit conveniendus, 2. quod hic ne quidem de quæstione *Iuris*, sed *facti* duntaxat agatur, prout & de malefactoribus Ecclesiarum; qui in utroque foro conveniri possunt, videlicet, si sint laici. *cit. c. cum sit. eod.* & *utrobique* Soc.

391 Quod si verò malefactor Ecclesiæ sit Clericus, coram judice Ecclesiastico, non sæculari conveniendus sit. Socin. *ibid. n. 7.*

392 Fallaciter verò agit F. Romanus, quando dicit, *quæstionem Iuris Canonici condendi* spectare ad solum Judicem Ecclesiasticum, non verò *quæstionem juris conditi*, ubi per jus intelligit non ipsum justum, prout est objectum juris, sed legem seu regulam, qua definitur, hoc vel illud justum esse. Etsi verò lex Canonica *universalis* non spectet nisi ad solum summum Pontifi-
393 cem, & *particularis* ad Episcopum vel Magistratum Ecclesiasticum inferiorem localem, per nota. gloss. *in verb. magistratum in l. 1. ff. quod quisque jur. in al. stat. §. sed & quod principi placet. & ibi glo. instit. de jure nat. gent.* non tamen spectat ad quemcumque judicem Ecclesiasticum, ut ille legem aliquam Canonicam cudat, quamvis sententia judicialis dicatur quasi *Lex* esse inter-
394 partes. Alber. de Rosat. *in dictionar. verb. sententia. arg. L. cum quasi §. si plures, ff de fideicommiss. Libert.* nisi sententia aliqua Judicis referretur in corpus Iuris communis, tunc enim esset lex generalis, gloss. penult. *in l. quæsitum 76.*
395 *§. penult. ff. de legat. 3.* Daoyz *in jndice juris civilis. verb. sententia sub num. 2.* Deinde etsi verum sit, quod non solum judex Ecclesiasticus jure Canonico condito utatur, sed etiam in multis causis Iudex Laicus; attamen propterea non sequitur, quod sæcularis & Laicus in causis Ecclesiasticis quæstionem Iuris concernentibus sit competens Iudex.

396 Longè alius sensus est, quando quæritur, *utrum in quæstione Iuris Ecclesiastici, sæcularis vel Laicus possit esse Iudex*; nec enim tunc quæstio est de jure, ut est lex vel ordinatio, vel causa exemplaris, vel idæa, secundum quam quæstio aliqua terminanda est, quemadmodum existimat Vacon. à Vacun. *lib. 1. declar. 31. num. 7.* sed de *jure*, ut dicit ipsum objectum, quod per sententiam dirimendum est. Pro cujus elucidatione iterum

397 Nota, quod de quæstione juris variæ sint opiniones. *Alii* enim tradunt; *naturalia*, seu quæ sunt juris naturalis & gentium, ut pacta & contractus, esse facti; & *civilia*, cujusmodi est Stipulatio &c. esse juris. Alciat. *in l. quinque pedum num. 43. C. fin. regund.* tum quia in illis, quando producuntur in esse, non requiritur Solemnitas aliqua juris, hæc vero requirunt solemnitatem aliquam juris. Zasi; *in l. si unus, §. pactus ne peteret. num. 9. & seqq.*

De quæstione juris & facti variæ opiniones. 1.

& seqq ff de pact. tum quia stipulatio etiam quoad effectum habet assistentiam Juris in producenda actione, quàm quia pactum non habet, ideo dicitur esse facti. 2. *Alii* dicunt, quæstioné *an & qualiter sit factum*, esse quæ- 398
stionem facti; *Meritum* verò *facti*, esse jus, quod applicatur facto, estque vel *generatim* definitum in legibus, statutis aut consuetudine; vel *speciale*, quod in iis non legitur definitum, sed Iudicis arbitrio relinquitur definiendum, Vult. *lib. 2. Iurisprudent. Rom. c. 2. & 3.*

3. Bald. *in l. Arethusa in 2. & 3. lectura & l. sequent: & ibi* Delr. *de stat. hô.* di- 399
cunt quæstioné *Iuris* esse, quæ de Jure; *quæstionem facti*, quæ de facto agit; 4. Matt. Stephani *in tract. de arte juris c. 1. n. 42.* tradit hanc esse difficillimam & intricatã materiam, eamque ita tractat, ut nihil certi definiat.

Verum omnes hæ opiniones non placent; Non *prima*; licet enim in con- 400
tractibus, qui sunt Juris gentiũ *l. 7. ff. de pact.* involvatur quæstio facti; cum 401 *Refutantur*
tamen in iis de proprietate verborum contractus ac de contrahentiũ mente, tum etiam de contractus obligatione nascente disceptatio esse possit; nõ est dubiũ, quin ea ad Iuris quæstioné pertineat. Nec *secũda* placet; quia quæstio, an sit matrimoniũ, an sit cõtractus usurarius, nõ sunt quæstiones facti, sed Iu- 402
ris, nec Jus hic accipiendũ pro *lege vel regula*, sed pro justo & debito legali.

Nec Baldi opinio arridet; tũ quia per hoc ipsũ definitur, de quo agitur; tũ 403
quia potest esse quæstio de Iure itineris, utrũ hic vel ille istud habuerit, quæ tamen non est quæstio Iuris, sed facti duntaxat; licet sit de ipso Iure servitutis itinetis.

Omissis igitur aliis opinionibus, quas longũ esset adferre, *quæstio Iuris* cũ sit 404 *Quæstiones*
analoga attributionis extrinsecæ, nõ potest una definitione describi. Conside *juris quæ?*
ratur autem quæstio juris vel in ordine ad personas, vel ad res, vel actiones, Gædd *in l. 16. ff. de V. S.* Quod *ad personas* attinet, quoties agitur de legali debito alicujus personæ, seu quid illi debeatur, quo *ad statũ ejus vel originariũ*, quo aut *jure communi gentiũ* liber vel seruus, iterũ liber vel ingenuus vel li- 405
bertinus nascitur; aut *civili*, civis est, & jure civitatis fruitur; aut *domestico* ratione familiæ; sui vel alieni est Iuris, seu potestatis; vel quãdo agitur de debito alicui *personæ quo ad statũ Ecclesiasticũ*, quo clericus est, & quidem vel majoribus ordinibus insignitus vel non; vel quo in hoc vel illo gradu dignitatis, officii Ecclesiastici est constitutus; ubi *primũ* gradum Pontifex; *secundũ* dignitas Episcopalis. *Tertium* simplex aliqua dignitas obtinet; Alber. *in dictionario in verb. gradus*, eoq; spectat jus eligendi, confirmandi ejusq; causa seu titulus; vel quo est huic vel illi Ecclesiæ aut domui religiosæ adscriptus, aut quis hujus vel illius Ecclesiæ Patronus. Vide Lælium Zechum *in tractat. de Republ. Ecclesiastica tit. 1. de statu personarum in communi.*

Quæstio juris, quod *ad res* attinet, est, quãdo vel de rerũ dominio seu jure in 406
re, quo res mea esse dicitur, vel etiã prout dicit dispositioné de re per donationé aut in Testamẽto ultimave voluntate factã. *L ult ff. de legib.* vel de obligationib. quibus ius ad rẽ nãciscimur, agitur; *de obligat. & actionib. in princ. instit.*

instit l.3 ff de usu fructu l.23 de act. Empt. l. id apud se 43. ff. de V. S. Wesemb. in *œconom juris li. 2 instit tit.* 1. & quide, quando vel dubitatio oritur de proprietate verboȗ, æqui juditive interpretatione, aut voluntatis conjecturâ. Coraſ. *in L. idem erit 7. n 4 ff. de stat. hom* & Quintilian. *lib. 21. orat. instit.*

407 Ac demum quæstio iuris, *quod ad actionem* attinet, est illa ipsa actio, tam quo ad genus, quàm suam ipsius formâ, ut patet ex ipsius actionis definitione *inst. de actionib.* & traditur apud Gæd. *in rubr. n. 17. de V. S.* quibus suppositis, Notandū est, hoc in casu nostro quæstionē juris circa rem ipsam versari, nimirum circa dominium rei nō profanæ, sed Ecclesiasticæ; quo casu cōsentiunt omnes; sæcularē vel Laicum non futurum Iudicem cōpetentē, utpote qui circa rē Ecclesiasticam nullam habet Jurisdictionē. Quæ ratio vel maximè militat, quando agitur de bonis Monasterii alicujus emortui, tunc certè nemo dicet, ad sæcularem principem vel Iudicem pertinere, ut is determinet, huic vel illi Ordini eiusmodi bona Ecclesiastica esse danda, nisi à summo Pōtificē, ad id illi facta esset potestas. Verū quidē est, quod ubi controversia oritur de

408

409 re profana aliqua, spectante ad Clericos, videlicet, *utrū actio corā Ecclesiastico vel saculari Iudice sit instituēda*, Et verior ac cōmunior Dd. opinio habeat quod corā Ecclesiastico Iudice agi debeat, quia non solū respiciendū est, ubi res sita sit, sed & qualitas ipsius Cōveniendi; qui si fuerit Clericus, corā Ecclesiastico in loco rei sitæ; sin laicus, corā laico conveniendus est. Archid. 11. *q. 1. clericū.* Oldrad *cons* 84. quia qualitas personæ tanquā dignior trahit ad se rē, tanquā accessoriū quid; per notat. *d. c. clericū.* Accedit, quòd aliàs clericus saltē

410

411 indirectè corā laico cōveniretur, cogeretutq; cōparere, nisi causam velit perditam, *contra l. nec emere C de jur. deliber. & rub. ut nē invit. jud. c. fin. de judic* & notat. Ioan. Andre. *in c. Romana, §. contrahentes. de for. cōpet in 6.* Et ratio est, quod quando aliquid unâ viâ prohibetur alicui, ad id aliâ non debeat admitti. 12. *q. 2 c. sine exceptione.* Ita sentit Socin. *in c sanè si Episcopi n.* 10. 11. *in*

412

413 *nova deliberatione, de for cōp.* qui male à Gaill. *lib. 1. observat. 34. n* 4. pro cōtraria parte allegatur. *Nihilominus* quibusdam in locis, uti in Camera Imperiali & in Galliis consuetudine obtinuit, ut ratione rei profanæ Clerici coram Iudice Laico conveniantur, Ita Gail *lib. 1. observat. 37. n. 3. & 4 & ibi* Græv. Boër. *decis. 69. n 7.* per rationem *L. fin. C. ubi in rē actio. & c. fin de for compet. text. in l si prædiū C. de præd. & al reb. minor. sine decret. non alienan.* quod scil. ratione rei quis sortiatur forum in loco, ubi res sita est; Nam in actione reali

Consuetudine quid observetur in quibusdā Germania locis & Gallia.

414 persona non dicitur obligata, *text. in §. omnium, Instit. de action.* & sic nō trahitur in Iudicium persona Ecclesiastica, sed res ipsa. fac. *tex. in l. sed & loci 6. si alter fundus ff. fin. regund. ibi; quoniā magis fundo quàm personis adiudicari fines vel partes intelliguntur;* Et ita judicatū in causa Eberstein contra Capitulū Cathedralis Ecclesiæ Spirēsis Anno 1563. Gaill. *d. loc. & ibi* Græv. & in causa Prioris, & Conventus Vallis S. Mathiæ Contra Theodoricū de Millendunck Anno 1550. 4. Iunii, Mynſ. 1. *obſ.* 22. itē in causa Conventionis Schwartzenbergicæ cōtra Millendunck. Mynſ. 5. *obſ. 93. n. 6.* Græv. *dict. Loc.* Boër. *d. decis. 69.* u-

7. teſtan

7. testatur ita de stylo & consuetudine curiarũ Galliæ observari, idque patere ex pluribus Arrestis Parisiensibus; & Gallus refert *in recol. Arrest fol. 76.* Capitulum S. Maxentii condemnatum fuisse in 200 libras, eò quod vigore spiritualis Iurisdictionis de actione reali cognovisset, ac pro hac opinione allegat Ioan. Fabr. *in §. ită Serviana. n. 1. instit de action* qui tradit, Prælatos Galliæ de reali actione non cognoscere, quod de ea cognoscat Iudex sæcularis; Guil. de Cugno *in auth. Clericus, in principio C de Episc & Cler. per text in l. de iis eod. titul.* ubi idem tradit Odof. *text. in d. auth. clericus* Fac. *cap. licet ex suscepto. de for comp* ibi, *& præcipuè quæ forum seculare contingunt.* 415

Græværus in *conclu. Gall. 27. consid.* 5. n. 3. ita *has duas* opiniones cõciliat; ut hæc *posterior* affirmans intelligatur de consuetudine loci, seu certis in locis & civitatibus recepta, in quibus scil. eam opinionem tenentes vel fati sunt, & in quibus sic observatum asserunt; *Prior* verò negans de Iure obtineat; Ita auctoritate Covarruviæ, & Menochii visus est conciliasse Prosper Farinac. *quæst. Crim.* 8 *sub finem n.* 21. Unde efficitur, quod qui neganti innititur opinioni, suam habeat de Iure intentionem probatam, donec opponens de consuetudine contrariâ legitimè doceat, vel aliter constet. 416 *Conciliatio diversarum opinionum.* 417

Fortè non nemo ita has ambas conciliaret opiniones, ut *prior negans* in rei Ecclesiasticæ tanquam à Jurisdictione Judicis sæcularis exempta, *posterior verò affirmans* in rei merè profanæ persecutione obtineat. 418

Cæterum ut unde digressi sumus, redeamus, ad Caput obligationis spectant hæ quæstiones Juris, *utrum Contractus sint validi.* Nam ubi est obligatio ex aliquo contractu orta, necesse est, ut contractus supponatur validus; ubi verò nulla datur obligatio ex contractu, ibi nec ipse contractus erit Validus. Siquidem ex non Ente non potest ullus produci effectus; *L. eius qui in Provincia ff. si cert pet.* An nimirum ex *tali dispositione, actu, & facto vel delicto nascatur obligatio, qualis, & quanta; quomodo verba contractus intelligenda; quomodo ex æquo & bono in obligatione ex contractu vel delicto nata procedendum: an contractus justus vel usurarius; an permutatio justa, vel simoniaca; an contractus simulatus, item quæ fuerit mens contrahentium, disponentium &c.* Ita omnes quæstiones juris ad hæc *tria membra* sup. proposita commodissimè possunt revocari. 419

Quæstio autem *facti* est de nudo externo actu verbis vel reipsâ posito, vel ponendo, ut patet ex auctoribus citatis, & not *in titulis ff & C de jur. & fact ignor.* Hujusmodi verò quæstio facti in Ecclesiasticis, maximè in adipiscenda possessione prærequirit titulum, Rota, *decis. 2. de rest. spol. in nov.* quia beneficium sine canonica institutione obtineri nequit. *c. ex frequentibus. de instit. Reg. 1 de R. I. in 6.* Vide Gregor. XV. *decis. 212. n. 3. & 335. n. 17. & ibi* Oliver. Beltram. *n. 41.* 420 *Quæstio facti.*

Ex hisce cõsequẽs est, quod neq; Imperator, neq; ullus sæcularis Princeps sine peculia- 421

peculiari summi Pontificis facultate possit se in quæstionem Dominii & Iuris Ecclesiastici, ac Monasteriorum Conventu destitutorũ, hisce vel illis Religiosis attribuendorum tanquam Iudex intromittere, ac contrà sequitur, quàm multipliciter F. Romanus antehac in astro suo erraverit; quos errores cum in Eclipsi declarassem, eos ipse tacitus præterit, quare & ego ijs prætermissis pergo ad sequentem

§. XXIII.

Num Ordines præjudicialem quæstionem juris &c. legitimè iustificarint.

Ex superioribus quoq; relucet, quòd hæc quæstio facti, *Vtrum Ordo Monasticus præcisè in monasteria emortua veniat restituendus*, supponat aliam

422 quæstionẽ præiudicialem Iuris; *Vtrum Ordo habeat titulũ Canonicum ac dominiũ, ex quo ipse ad dicta Monasteria veniat in vel restituendus*, per not. Menochii 15. *recup. possess n 222. per c. ex frequentibus, c adhac, §. in quadã, de Off. Archid. c 1. de eo qui mitt. in possess.* ideoq; prius quæstio Iuris de Ordinis titulo, utrum ille Canonicus sit respectu Monasterii emortui, ac de dominio apud Judicem Ecclesiasticum, discepranda est, quàm agatur apud aliũ sæcularem de bonis eorundẽ Monasteriorum ab hæreticis occupatorũ & emortuorum Ordini restituendis, vel potius adipiscendis. Barbos. *de off. Episc. al-*

423 *legat.* 84. *n.* 16. Hon. *summ. decret. lib. 2. tit. 10. de Ord. Cogn. c. 2. de Iud.* vel certè præiudiciali hac quæstione neglectâ. Ordo nulliter apud sæcularem Iudicem experietur de bonis emortuorum Monasteriorum sibi restituendis, per not. Castren. *in L. 1. C. de Ord. cognit.* Atqui, ut videtur, Ordo neglectâ hac præiudiciali quæstione apud Imperatorem egit, ut Monasteriorum emortuorum bona sibi restituerentur. Igitur nulliter. Consequenter ipsum assertum Imperatoris Rescriptum pro Ordine est nullum.

424 *Commentũ Hajanũ. Diluitur.* F. Romanus *allegat.* 498. *&* 499. in margine quidem notat Barbos. & Hono: à me citatos, de quibus in textu ipse omninò nihil, sed omnia alia movet, ut videatur multa notare ipse nescius, quid notarit.

425 Ne tamen Lector ex meo silentio existimet hic aliquid subesse mysterii, ideo sciat, ex iis me ad propositum illud ita argumentatum fuisse; Si, (ut tradunt Barbos. *de off. Episcop. allegat.* 84. *num.* 16. & Honor. *lib. 2. summ. decret tit.* 10. *de Ord. Cogn. num.* 9.) Iudex exceptione illegitimæ nativitatis objectâ procedere non potest, nisi prius apud Iudicem Ecclesiasticum causæ matrimonialis cognitio præcesserit. *per c. tuã. de Ord cognit.* aut si qui non possidet, divisorio Iudicio familiæ herciscundæ vel Communi dividundo agere, aut cum illis petitionem hæreditatis, aut rei vindicationem cumulare non potest, nisi objecta exceptione tituli, *Tu non es Cohæres, hæres vel Condominus*, prius discussâ; ac talem se monstraverit *L. 1. & ibi gloss. verb. exceptionem & L. si quid ff famil. herci*

hercis. L.1 in fin. ff com. divid. Honor. *d. loc.* Ergo à pari Monachis petentibus sibi monasteria emortua, quæ non possederunt, dum objicitur exceptio tituli Canonici (sine quo ex ipsiusmet F. Romani assertione beneficium regulare obtineri nequibat *c. 1. de R. I. in 6.*) non obtenti, prius hic erit discutienda, quàm illis Monasteria ea vel addicantur, vel restituantur, & hoc est, quod ego afferebam, ad quod F. Romanus nihil respondet.

Sed videamus, quid in textu *dd. allegg. 498. & 499.* afferat F. Romanus. 426 *Commenta Hayana.*
Ait ipse 1. *quod ego fatear, hanc quæstionem ab Imperatore resolutam*, Utrum Ordini sint restituenda bona Monasteriorum emortuorum, esse quæstionē facti. *subjicitque id quod per se quidem clarum est, adeoque illud Anacleti Papæ 15. q. 1. c. si omnia. hic obtineat, quod supervacaneis labores impendiis, qui solem certat facibus adjuvare, atque* ut notat in margine ad mea verba, *quod ego Edictum Generale restitutionis, nullitatis arguam*; & quando ego infero, *Rescriptum Imperatoris pro Ordine esse nullum*, subjungit ipse F. *Cape hoc sacratissime Cæsar. Econtrà* (rogat ipse) *quem titulum Canonicum habuerint* 427 *Patres Societatis nostræ, quando Rescriptum & Commissionem Cæsaris obtinuerunt pro facienda sibi immissione Monasteriis Woltigerodæ & aliorum, an etiam nulliter talia? Præterea si rescripta illa Cæsarea fuere nulla, consequenter immissio Abbatum in Wirtembergia, vel Marchionatus, aliaque Monasteria* 428 *per superiores Ecclesiasticos deinceps facta, juxta sententiam meam fuit nulla; commissiones Cæsareæ in omnes Sacri Romani Imperii circulos nullæ; hodiernæ gubernationes Monasteriorum per dictos Abbates nullæ: Principum Electorum ea de re data placita nulla, Episcoporum confirmationes & benedictiones in Monasteriis nullæ, Et omnia nulla, Præterquam ubi Patres Societatis immissi perseverant. Quid igitur Obstat, quo minus Heretici nulliter immissos Regulares ubique locorum iteratò exterminent &c. Iuxta mentem etiam eam, Im-* 429 *perator, Principes Electores, & Nuncius Apostolicus Caraffa perperam agnovissent jus antiquorum Ordinum, adeo esse liquidum & indisputabile, ut sola sit opus executione.* Hactenus ea, quæ huc ad rem præsentem facere videntur, Cætera quæ ibi inverso ordine sequuntur *sup. sectione 2. §. 11. &c.* refutavimus.

Iterum sub *allegat. 494. n. 2.* F. Romanus rem jam similitudine aliqua 430 conatur explicare, sed quia eam supra *in resol. sect. 2. §. 3.* discussimus, ideo hic illam referre supersedemus.

Cæterum F. Romanus *fallitur* in eo, quod existimet, me confiteri istam 431 esse *quæstionem facti*, utrum monasteria emortua sint Monachis ejusdem Ordinis restituenda, *esseque ab Imperatore*, prout tacitè insinuare videtur, *pro suo Ordine contra Societatem nostram resolutam*; Cum ego nusquam id asseram, quin potius contrarium sentiens statuam. Assertum enim rescriptū Cæsareum defectu, & voluntatis Imperatoris, & veritatis narratorum esse nullum ajo, quod per sub: & obreptionem, quasi pro Ordine emanavit. Nūc 432

asserens aliquem non voluisse pro aliquo contra alium controversiam Rescripto dirimere, ipse dici poterit fateri, quod nolens dirimere pro ip'o eam controversiam definierit. Foret ea manifesta contradictio, & tamen de hac F.Romanus gloriatur.

433 Quod verò Imperator Ferdinandus II. pro Ordinibus, contra Societatẽ nostram, illam quæstionẽ; *Vtrum associatio & unio quorundam Monasteriorum emortuorum ad Societatem facta, contraria futura sit voluntati fundatorum, Concordatis Germaniæ, Iuri Canonico, atque æquitati, ex iisque fontibus non nisi Monachis ejusdem Ordinis sint conferenda*, haud unquam

434 voluerit definire, nedum definierit, patet ex authographo ipsius Imperatoris ad D.Petrum Stralendorff Imperii Procancellarium dato, quando S. C. Majestas ipsi nonnihil in expeditione literarum, utpote quibus Societati nostræ nonnulla destinabantur Monasteria, cunctanti propterea quod Monachorum imbibisset opinionem, præsente R. P. Hermanno Baving, id temporis Provinciæ Rhenanæ inferioris Provinciali respondit; prout *in tract.3.c.2.sect.1.sub lit.F.pag.91.* videre est, videlicet, ut impetratas pro Societate literas expediat.

435 Jussu igitur Cæsaris accepto D.Stralendorff literas quidem pro Societate Romam expedivit; tacitè tamen, cujus ipse esset opinionis, insinuavit; quibus sicuti & Sacræ Cæsareæ Majestatis literis sub ejusdem secretæ Cancellariæ sigillo mecum communicatis plus, quàm aliquibus inter literarũ cumulum ob negotiorum multitudinẽ pro Ordine suppositis, nec prius examinatis ad solã fidem exhibentiũ solo nomine subscriptis, nihil fidei est tri-

436 buendum. Cum aliæ literæ Imperatoris non electæ, sed ad fidem duntaxat aliorum aliter ac scriptum erat, referentium subscriptæ adeoque nec relectæ, nec examinatæ sint nullæ, *per L. si falsum 5. C plus val. quod agit.*

437 *quam quod simul.concipit.* Quod autem Princeps nonnunquam ita malè instruatur & informetur, est *text.in L.1.C de petit.bonor.sublat* & tradit Galll. *2.observ 58.numer.*8. Cravett *cons.296.vers venio* ac Zas.*lib.2.cons 10.num.* 28 Ubi tradit, *Quod Princeps*, inquiens, *multitudine negotiorum arduorum praeventus, ad omnia per eum emanata non possit advertere. Philipp. Corn* Cons. 135. Lit. C. 4. part. *Quod & Cicero* in Oratione Rosciana *eleganter tractat. Nam & pacis constituendæ rationem*, inquit, *& belli gerendi potestatem, cum solus Imperator habeat, cum omnes in unum spectent, unus omnia gubernet, cum tot tantisque negotiis distentus sit, ut respicere liberè non possit, mirum non esse, si aliqua non advertat, cum præsertim tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur, iniqua impetrandi. Quos certè importunos suggestores Rex Agesilaus examinare volens, Si quid inique ab eo obreperetur, declaraverit, se dixisse illud non permisisse. Et quod à Principe obreptio non sit insolita*, facit l. Prædia C. de locat. præd.lib.11. in fin. C.de divers.præd.lib.11. L.ult C.de fund. & saltib. lib. 11.

Cum

Cum multis simil d. lib. *In qua obrependi consuetudine Cæsaris Officiales, quos lex Cæsarianos nominat, non modicè notabiles esse videntur, quod, & Imperator prodidit* in L. defensionis al. incip facultas in fin. C. de Jure fisci lib. 10. *nempe Cæsarianos omnia temerare consuevisse. Quod ipsum* ex L. prohibitum C. eod. *rectè colligitur.* Hactenus Zasius, quem & P. Foretus *in Antimelandro part. 2. c. 2. de memoriali Confessaris Cæsaris num* 33. 34. ad eandem sub: & obreptionem Cæsarearum literarum ostendendam allegavit. Vide & Cujac. *ad d. L. defensionis facultas.*

Idem comprobatur exemplo *Theodosii Iunioris Cæsaris,* qui cum nimium suis fideret, literasque à se prius nō lectas subscriberet, à sua sorore *Pulcheria* ita suaviter correctus fuit, ut ipsa similiter literas Imperatori subscribēdas offerret, quibus *Eudoxia* Imperatoris uxor ipsi *Pulcheria* venderetur; Subscripserat Imperator literis acceptis; Pulcheria Eudoxiam apud se retinet, nec ad mandatum Imperatoris; ne quidem postridie dimittere voluit, causamq; detentionis rogata Syngrapham Imperatoris ostendit, quâ visâ ipse doctus literas prius legendas esse, quàm subscribendas. Neq; ita pridem in aulâ Serenissimi Principis Coloniensis Ferdinandi p. m. paulo ante obitum ipsius Anno 1650. literæ similes sub: & obreptitiæ contra Societatem nostram emanarunt, quas à se nec lectas, nec examinatas sua Serenitas subscripserat, quasque ad me ex aula Cæsaris transmissas ego ad Reverendissimum & Serenissimum Principem ac Dominum nostrum D. Maximilianū Henricū Archiepiscopum Coloniensem & S. R. I. Electorem Leodium destinavi. Non mirū autē est, eas per sub: & obreptionē prodiisse, atq; etiamnū sæpe prodire, quia cùm non singulæ literæ Imperatori & Principibus seorsim, sed integri earum fasciculi simul offerantur subscribendi, quas omnes & singulas perlegere ipsis Principibus perquam molestum foret, Hinc sæpissime accidit, ut Principibus ab Officialibus quibusdā obreptio fiat & subintrudantur literæ subscribendæ, quas si Principes legissent, nunquam subscripsissent. Hac de causa accuratissimè attendit Serenissimus Princeps ac Dominus D. Wolffgangus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ ac Montiū Dux &c. p. m. Dominus noster Clemētissimus, ne ullas subscriberet literas, quas sua Serenitas non prius relegisset, examinasset, ac si quid corrigendū occurreret, correxisset, prout ego coram observavi. Similē industriā Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, D. Joannes Ludovicus f. r. S. R. I. Princeps Comes Nassoviæ, Cattimeliboci, Viandæ & Dietzæ &c. solitus fuit adhibere, quemadmodum usu diversissimo habeo comprobatum.

438

Niceph. 14. c. 23. *Socrat. lib.* 7. c. 22. *Sozom. lib.* 5. *Theodoret. l.* 5. c. 36. *Suid.*

439

440

441

442

Hoc verò in casu nostro, de quo agit P. Romanus, quin sub: & obreptio intervenerit, dubitare non licet; Cū illud ipsemet Ferdinandus III. Imperator *in suis ad Principem Savellum Oratorem Romanum datis literis apud acta compulsoria Anno* 1642. 20. *Augusti editis, & 22 Augusti ejusdem anni reproductis, eodemque diè ac postmodum* 19. & 23. *Septemb. ejusdem* 443

anni

444 *anni medio jurejurando recognitis,tum in nostro tractatu 2.c. 2 sect. 1. pag. 89.* 90.relatis expressè significarit,ac declararit. Taceo literas à F. Romano in causa Beselicensi allatas,de quibus rogatum fuit, apud Registraturam,ut vocant, Cæsaream non inveniri,prout *ex eodem tractatu nostro 3 c. 1. sect. 2. p.* 83.constabit.

445 Unde consequens est,quod si ejusmodi literæ inscio Imperatore emanarunt,haud dubiè non possit dici Imperator in eas consensisse, nedum rationes à F.Romano allatas comprobasse , quod ignorantis & inscii non sit consensus,prout latè deducit Leonellus *de sub: & obreptione Rescriptorum q.10.art.4.*ex glossa 1.*in L.si verò ff sol.matr.L.4.§.1. & ibi* gloss. *verb. ignorans ff de act. & obligat.*

446 *De Edicto Imperatoris.* Deinde quod F.Romanus asserit,me Edictum Generale S.C. Majestatis, quod 16.*Martii Anno* 1629 emanavit,nullitatis insimulare, graviter vel errat,vel imponit.Nam P.Laymannus,P.Valentinus,atque ego agimus *de Rescripto Imperatoris*, quod asseritur in causa Monasteriorum pro certis Religiosis ad eorundem importunam instantiam emanasse.

447 *Edictum differt à Rescripto.* Atqui Edictum Cæsareum non est ejusmodi rescriptum, quia, ut tradit Vult.*lib.1.jurisprud.Rom.c.2.*Edictum est constitutio citra determinationem personæ,causæ,aliusve circumstantiæ facta, prout in citato Edicto Cæsareo videre est,quo Cæsar duntaxat determinavit, Hæreticis non licuisse Monasteria in Augustanæ Confessionis territoriis jacentia post Passaviensem transactionem occupare,occupata teneri Catholicis restituere , Nihil autem

448 istorum,quæ F.Romanus intendit,ibi definivit. Econtra quando ego dico, assertũ à F.Romano rescriptum Imperatoris nullum esse,non intelligo illud Edictum,nec est,quod capiat Cæsar,sed cæsus toties F. Romanus , ne per fallaciam plurium quæstionum ab unâ in aliam dilabatur.

449 Sanè Societas nostra,quando accepit Monasterii Woltigerodani possessionem,canonicum habuit à summo Pontifice atque ab Imperatore justum titulum,quemadmodum ipsemet Illustrissimus Princeps ac Domnus, Domnus Franciscus Guiliellmus Episcopus Osnabrugensis &c.in suis 16. Martii 1631.ad Reverendissimũ Dominũ Arnoldum von Buchholtz Cathedralis Ecclesiæ Hildesiensis Præpositum &c.atque ad Nobiles & Clarissimos Dominos Hermannum Eiling/& Ernestum Mack Juris utriusque respectivè Licentiatum & Doctorem, Officialem , & Cancellarium datis contestatur: Quod nimirum Sacra Cæsarea Majestas Clementissimè velit , ut Societas nostra in possessionem Monasterii Woltigerodensis, vel per suam Celsitudinem vel per suæ Celsitudinis subdelegatos introducatur, darzu Ihr Päpstliche Heiligkeit vnd Ihr Churfürstl. Durchleucht zu Cölln auch jhren consens bereits ertheilet/id est,ad quod sua Sanctitas & Serenissima sua Celsitudo Archi-Episcopus Coloniensis suum impertiti sint consensum. Annon Illustrissimæ suæ Celsitudini potius , quam uni F. Romano Monacho hac

in re

in re peregrino credendum erit. Sed hac de re pluribus *in resol.q.* 8. agetur.

Quando Sacra Cæsarea Majestas pro Monachis rescripsit, ut Monachi in Ducatus Wittenbergici & Marchionatus (quem ipse F Romanus omittit, At Eminentissimus Cardinalis Caraffa meminit) Ansbacensis Monasteria, quæ in manibus Præfatorum Ducis & Marchionis erant, nimirum Lorchense, Bretzenhusiense, Herbertingense, Maulbrunnense, Coronæ Regiæ, Bebenhusianum, Heilbronnense, & Reichenbachense, prout olim Cæsar Rudolphus II efflagitatu Episcopi Constantiensis inceperat urgere, immitterentur. nec enim possunt dici alii Abbates ad ea propriè restitui, quæ nunquam habuerunt; uti observavit Theologus *Auctor. disp. solida. quæst.* 1. *in respons ad* 1. 450

Non dico ego, quod Imperator nulliter rescripserit, neque quòd immissiones ex voluntate Pontificis, & Sacræ Cæsareæ Majestatis, vel à Cæsare ex delegatione Summi Pontificis factæ sint nullæ; Nusquam id ego vel P. Laymannus vel P. Valentinus asseruimus; Sed id solum cum sacratissimo nostro Imperatore Ferdinando III. affirmamus, quod illa F. Romani asserta rescripta, in quibus perhibetur Ferdinandus II. rescripsisse, *ut Monasteria ab Hæreticis recuperata, nulli alii quam Religiosis illius Ordinis tradantur, vel si aliis alterius Ordinis Religiosis concederentur, futurum id contrarium fundationi, Concordatis, justitiæ & æquitati repugnaturum*, sint sub: & obreptitia, prout *jam sup.* ostendimus, ut proinde quando F Romanus nostram propositionem de certis & limitatis rescriptis agentem, accipit de omnibus omninò Cæsareis rescriptis & edictis, fallaciter à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter procedit; ac pejus infert, quasi juxta mentem meam Hæretici ex illo principio possent illos Monachos, auctoritate Apostolica delegata, vel aliorum superiorum Ecclesiasticorum, institutos, tanquam nulliter immissos iteratò exterminare. 451 452 453 454

Adhæc nusquam ostendit F. Romanus, quod Imperator, Principes, Electores & Nuncius Apostolicus Caraffa agnoverint, jus antiquorũ Ordinum *adeo esse liquidum, & indisputabile*, ut sola sit opus executione. Cum contrarium ex sæpe d. Apostolica Constitutione Alexandri VI. *Accepimus, dat. Anno* 1497. Doctrinâ Trithemii *in chron. Monasterii S. Iacobi apud Herbipolim ad ann.* 1497. atq; literis Illustrissimi Principis Pauli Savelli Oratoris Cæsarei Romæ residentis ad S C. Majestatem 26. *Ianuar.* 1630. datis constet; in his enim perhibetur. 455

Quod Officiales Romani circa restitutionem Monasteriorum prioribus Ordinibus faciendam moveant difficultates, quibus attentis existimant posse ex Monasteriis aliisque bonis Ecclesiasticis erigi seminaria, plus utilitatis rei Catholicæ & Ecclesiæ allatura, maximè si quæ Monasteria ab Hæreticis occupata, non ante fuerint aliorum membra. 456

Hæc enim Religiosis Ordinibus non tam restitutũ, quàm denatum iri. Cujus- 457

modi resolutioni haud unquam fuit contrarius Imperator, neque contra
458 eam usquam rescripsit, antiquorum Ordinum *Ius* esse adeo *liquidum & indisputabile, ut sola sit opus executione.* In Edicto quidem suo, quod *anno 1629. 6. Martii* emanavit, Imperator asseruit, *pacem Religionis in superfluas ac damnosas disputationes ab Heterodoxis quidem Turbatoribus tractam esse, juxta illam Heterodoxos non potuisse Monasteria, in suis territoriis sita post transactionem Passaviensem occupare. sed occupata teneri Catholicis restituere.* Nihil autem ibi de Monasteriis emortuis, aut conventu destitutis prioribus Ordinibus restituendis definit.

459 Similiter nec illud assertum de Principibus Electoribus, aut de Eminentissimo Cardinale Caraffa à F. Romano Hay ostédi poterit. Ut ita F. Romanus ex aëre sua decerpat figmenta, quæ etiam in aërem resolvuntur, ut ex quo aliquid natum est, in illud etiam resolvatur.

460 Quod denique F. Romanus *allegat. 494. num 2.* asserit, Monasterium aliquod emortuum esse membrum Ordinis, & quidem sui Benedictini, illud nudum est allegatum, sed non probatum, nec unquam probandum. Quin & sup. ex Antonio de Butrio *in c in Præsentia. de probat. aliisque sup. citatis* refutatum, & evidenti refellitur ratione: quia certum est, quod Monaste-
461 rium Monialium non sit membrum seu pars alicujus Monasterii virorum, Cum nec sit illius *Grangia*, nec ab illo ut *proprietas* dependeat, adeoque
462 illi non sit unitum. Unde fit, ut quodlibet illorum constituat Collegium per se diversum *in c. definimus, & c. in nullo loco, 18. quæst. 2* Abb. *in c. recolentes. n 3 de stat. Monach.* Felin. *in c. cum dilecta n 21. de rescrip* quorum sententia est canonizata & approbata, à S. Rota Rom. *in decis. Trevirensis unionis 29. Maii. anno 1641. Coram Eminentissimo D. Cardinale Hieronymo Verospio,*
463 *& in decis. Spirensis Monasterii 20. Iunii anno 1644 coram R. P. D. Otthobono.* Accedit quod quando unum Monasterium dicitur esse membrum alterius, tunc debeat illud alteri pleno jure esse subjectum, unitum & incorporatum, ita ut incolæ unius, sint etiam alterius Monasterii Monachi *c. cum singula. § prohibemus de preb in 6.*

464 Hoc vero nequaquam in Monasteriis Virginum & virorum, imò ne in solis virorum quidem cœnobiis Ordinis S. Benedicti obtinet. Siquidem in iis vovetur stabilitas loci, &c prout sup. deduximus: Et confirmatur ex eo, quod si unum Monasterium esset alterius *membrum*; tunc ubi de uno exigerentur contributiones, etiam illæ ab altero tanquam *membro* simul, & non seorsim computato, venirent præstandæ, quandoquidem ex à toto Monasterii complexu ex F Romani opinione viderentur exigi per not. Bald. *cons. 235. n. 2. vol. 3* & Dd. *in Clem. 1 de excess Prælat. in Clem. 1* ubi Imola *n. 29. de Rescript*, Rot Rom. *decis. 55. n. 11 apud Tamburin. tom. 2. de Iur. Abbat.*

465 Haberentur enim ea Monasteria tanquam unum collegium, cui unus duntaxat necessario superior præesse deberet gloss. *in c. statutum in verb.*

colle-

collegiatis de Elect. in 6. Oliver ad Gregor. XV *decis. 478. numer. 6.* VVamef. *cons. 40 numer. 34. de off. iud. deleg. 1. & cons. 65. num. 17.* Atqui certum est, quod, quando ab uno Monasterio in Ordine Sancti Benedicti contributiones exiguntur, tunc illud pro reliquis tanquam membris etiam ejusdem civitatis ac Provinciæ non soleat contributiones solvere, sed singula Monasteria seorsim solvant suas impositas contributiones. Deinde, quod neque unus duntaxat necessariò Monasteriis istius Ordinis omnibus præsit Prælatus, sed unumquodque monasterium, suum habeat Prælatum & Abbatem vel Priorem conventualem, patet ex *d. c. cum singula §. prohibemus de preb. in 6.* & Anton. de Butr. *in d. c. in præsentia. de prob.* Igitur unum monasterium in Ordine S. Benedicti, non erit alterius membrum. 466 467

Quando autem aliquod Monasterium dicitur esse membrum Ordinis, tunc membrum accipitur non ut est unitum, nec ut alteri realiter quoad bona connnexum, sed prout est *membrum corporis in tertia significatione accepti*, videlicet prout illud ex distantibus quidem constat, sed uni nomini subjacet, veluti populus, legio, Grex *per L. rerum mixtura 30. ff. de usucap.* quia illud monasterium uni nomini Ordinis vel Religionis vel congregationis, ejusdemque regulis S. Benedicti substat; ideoque quoad nomen & institutum, erit ejusdem membrum, conjunctum quidem verbis, non re, *per L. triplici modo 142 ff. de verb signif.* Si tamen *populus, grex*, *legio* accipiantur, prout ab uno Magistratu, Pastore atque Duce reguntur, ita Monasteria Ordinis S. Benedicti non sunt constituta. Cum illum Ordinem non tantum tempore suo Antonius de Butr. *in c. in Præsentia de probat* sed etiam hac ætate nostra Religiosus ille Ordinis Cistertiensis *in assertasui Ordinis actione part. 1. c. 5. pag. 8; circa princ.* anarchicum agnoscat, uti etiam ipsa docet experientia, quòd singula Monasteria suos Prælatos, Abbates vel Priores superiores habeant *18. quæst. 2.* sintque ii omnes membra *unius corporis* non *politici*, sed *familiæ*; *Iure* non *proprio*, sed *communi* & originis *per L. pronunciatio 195. §. familiæ 2. ff. de V. S.* 468 469 470 471

Atque hinc patet quam varios hîc errores F. Romanus, sub homonymia vocis (*membri*) sparserit, quos colligere supervacaneum est. 472

Ex sup. deductis Relinquitur, verum esse, quod nec Ordini nec unioni aut congregationi alicui, qualis est Bursfeldica &c. dominium in bonis Monasteriorum ejusdem Ordinis conventu destitutorum competat, sicut nec confæderatorum unioni dominium in bonis suorum confæderatorum defunctorum competit.

RESOLUTIO
SECTIONIS III.
Cap. II.

Ubi Occurritur Solutionibus à F. Romano ad quasdam objectiones à nobis obmotas datis.

§. I.

1 Asserebam, quod ad primum nostrum argumentum, quo Monasteria ab aliis quoad proprietatem independentia à morte omnium incolarum nullo superstite, destructa esse, probabantur, reposuisset F. Romanus, Monasteria à morte omnium *de facto* quidem, sed *non de jure* esse destructa; ostendebamque, quod hæc F. Romani responsio, si nomine *Monasterii* intelligeret *Collegium* vel titulos vel jura corporalia, non subsisteret; sed jam
2 *sup. quæst. 1.* esset refutata; Si verò intelligeret *Monachorum bona*; ad ea non posset applicari *responsio*, quòd morte omnium incolarum alicujus loci Monachorum bona, neque de Jure, neque de facto destruantur, sed maneant, dicanturque vacare, ut similiter probavi, *quæst. 1. c. 4. ejusque appendice. & quæst. 2. sect. 2.* Vacare enim supponit *de facto esse*, secundùm
3 F. Romanum *quæst 1 num. 47.* & carere domino vel possessore, vel etiam successore. *quod autem 7. instit. de usucap.* Destructum verò minimè sup-
4 ponat *de facto esse* gloss. *in L. 6. ff. de oper. pub. verb. exstruantur. per L. 5. ff. de dam. infect.* si tamen destructum accipiatur pro perdito vel amisso;
5 ita Monastica bona ab Hæreticis Occupata possent dici destructa; quia res dicitur amitti vi fluminis, Ardearum, Vredine, Gelu, *L. ex conducto §. si vis. ff. locat.* incursu hostium, Piratarum, Latronum, §. *item is cui. Instit quib. mod contrah. oblig &c.* Vide Rebuf. *in L. impensæ necessariæ 72. in L. lata culpa finis. 225. ff. de V. S.* ideoque bona taliter amissa vel destructa, & postea recuperata, venient postliminio restituenda; sed iis, qui illa antea obtinuerant, Monachis. *ff. de capt. & postlim. reversf.* Cum verò ii sint mortui, Venient Illa Bona postliminio restituenda à Superiore substitutis.

Qui porrò illi futuri, videbitur *in resolutione q. nostræ 5.*

6 Adhæc notabam, quod F. Romanus asserendo bona Monastica defunctorum Conventuum ab Hæreticis occupata, & pòst recuperata, postliminio restituenda esse Ordini, sibi contradicat. Siquidem hoc ipso concedit, bona ea, priusquam ista restituantur, ab Ordine non fuisse occupata,

vel

vel possessa; adeoque vacantia, ex vi definitionis *bonorum vacantium*, ab ipso *q.1.n.4* o. allatæ; quod ipsius F. Romani assertioni *q.1 n 50. & alibi* repugnat. Ex his verò duabus propositionibus Contradicentibus necesse est, ut altera sit falsa; quod si propositio de postliminio bonorum est vera; erit & illa vera, quod bona Conventus defuncti postliminio restituenda Ordini, antequam ipsi restituantur, non sint ob Ordine occupata nec possessa, sed vacantia; Consequenter huius contradictoria, quod bona illa ante illam restitutionem non sint vacantia, erit falsa; 7

8 Subjunxeram, ut videret F. Romanus, quomodo sese hinc expediret. Expediit autem sese taciturnitate, adeoque mihi consensit, qui enim tacet, consentire videtur, maximè quando respondere tenebatur *c. qui tacet. de R.l. in 6.*

§. II.

Postliminium aliud est personarum, aliud rerum, non prius sed posterius in hoc casu nostro datur.

Notabam aliud esse postliminium *rerum*, de quo apud omnes constat, aliud *personarum* ex *l 19. §. fin ff. de capt. & postl. reverf.* ut videre licet apud Dd & Wesemb. *n. 5. in paratit ff eod.* At quando Monasteria ab Hæreticis antehac occupata, nunc verò recuperata, postliminio gaudere dicuntur, datur postliminium rerum, ut patet, & *inf. q. 3.* pluribus constabit. 9

Hoc posito, quærebam; *utrum hic etiam detur postliminium personarum?* Et respondebam, asserere id quidem F. Romanum *q 1. n. 33.* non autem probare; refutabamque ex eo, quòd Monachi incolæ, qui erant antea Domini, sed ejecti, sint omnes extincti, adeòque non possint dici eorum personæ postliminio ad dicta bona restitui, cum non entis nullæ sint qualitates *L. ejus qui in provincia. ff si cert. pet. cum similib.* 10

Atque inde inferebam, F. Romani *Responsionem secundam*, sive instantiam de Hæreticis postliminium rerum Ecclesiasticarum negantibus allatam collabascere Cum nos non *rerum* sed *personarum* duntaxat Monasticarum postliminium cum Dd. hic dari negemus. Illud verò quam maximè ex omni jure divino & humano urgeamus. 11

F. Romanus *allega. 59. ad d n. 2.* ait, quod *ego in aëre ædificem.* Nam in d l. eius qui in Provincia. *ne syllaba reperitur, qua de postliminio personarum appellativè sumptarum faciat mentionem. Ipse enim loquebatur de postliminio personarum ejusdem qualitatis & Ordinis, non eiusdem individui. Etiam oves recuperans à lupo abreptas tenetur eas restituere vero Domino.* L. Pomponius scribit. §. ult. ff. famil. hercisc. & l. Pomponius, ad fin. ff. de acquir. rer. domin. *Menoch* lib. *5.* præsumpt. 29. n. 28. 12 *Commenta Hayana.*

Et *allegat. 294.* (pro qua ipse F. Romanus erroneè 249. substituit) *ad d. n 2.* hæc 13

n.2. hæc addit quod *helleboro indigeat, si aut ipse asseruit ad restituenda Monasteria, hodie requiri resurrectionem mortuorum, seu quod idem est postliminium personarum Mortuarum in individuo Aut ego id ipsum affirmasse asserens, in probatione succubuerim. Allegem ego ex Astro q. 1. n. 33. ubi ex Francisco de Rubeis hæc verba leguntur.* Denique adest sedes Apostolica
14 omnium Mater, quæ sarta tectaque manutenere debet jura, privilegia, & statum antiquorum dictorum Monasteriorum, quodsanè fieri nequit, nisi illa Iure postliminii in pristinum statum & summam restituat, substituendo alios Abbates & Monachos ex Ordine S. Benedicti. *Et inf.* sed utetur sedes Apostolica sollicitudine veri Generalis & potestate Pontificiâ ordinariâ iisdem Monasteriis providendo, seu providere permittendo de Abbatibus homogeneis & eiusdem instituti iuxta consuetudinem Ecclesiæ & sacrorum Canonum præscriptum.

15 *Hæc sunt, quæ ibi scripserat de postliminio; Ex quibus si ego personarum Postliminium in individuo à se assertum deprehendere potuerim, libenter mihi postliminium mei intellectus admittet. Illud autem signanter adverti vult, quod ibidem* n. 35. in fin. *subjunxerit, esse videlicet ipsi sermonem de Monasteriis restituendis, non de mortuis resuscitandis, nec de sepultorum, sed de rerum & Ordinis religiosi superstitum seu personarum Ordinis (ut Abbatis, Prioris & Cōventualium) reponendarum postliminio se asseruisse; Aliud enim est postliminium personarum eiusdem qualitatis, & aliud postliminium personarum ejusdem individui seu cuiuslibet in individuo, quæ omnia simulem, me non advertere* Reliqua ineptiarum plena omitto, quia nihil ad rem, nihilque ad propositum faciunt.

16 Ea verò quæ allata sunt, ostendunt insignem F. Romani imposturā, Nam ut ex sup. allatis meis verbis evidens est, in iisdem non, prout mihi affingit F. Romanus, affirmavi, quod citata *L. ejus qui in provincia ff. si cert. pet.* agatur de postliminio personarum appellativè sumptarum; neq; illam eum in finem allegavi; sed tantum ex illâ ostendi, istud *axioma* à Iurisconsultis usurpari solitum, nimirum quod *non entis nulla sint qualitates*, confirmari, prout latius *ibidem in d. l. eius qui in provincia*, Philippus Decius prosequitur.

Diseutiuntur.

17 Hancque *rationem* ego integro paragrapho à postliminio, interjecto puncto maiore, interstinxerā. At F. Romanus exstincto pūcto substituit in priori allegatione Colon, in posteriori verò allegatione semicolon, atque ipsam citatam *l. eius qui.* non ad immediatè præcedens & modo recitatum axioma, cui à me subiiciebatur, sed simul axiomate expuncto ad postliminiū à se confictum refert; non secus, ac si talos pedis exsecto ventre, & coxendicibus pectori vel capiti applicare vellet. Sed hanc ipse sibi solus artem retineat.

18 Quod ad postliminiū *personarum* attinet, ex verbis meis sup. citatis ad oculū patet, quod ego non asseruerim, F. Romani *q. 1. n. 33.* loqui de postliminio personarum in individuo, seu de postliminio personarum ad individuū deter-

determinato,proinde illa limitatio & determinatio ad individuum,cōnen 19
tum est F.Romani. Cum ego indefinitè affirmarim , F. Romanum asserere postliminium personarum sine ulla determinatione aut limitatione ad individuum, prout videre erat *ex q.1. Astri.n.20.& n 33.* quamvis ibidem velit F.Romanus dari postliminium *personarum sed appellativè sumptarum*, vel personarum *ejusdem Ordinis,& qualitatis*,quæ Monstra sunt nunquam ex jure comprobanda.

Nam quando dicitur postliminium dari personarum,tunc jus personam 20
aliquam liberam,ab hostibus vel extraneis detentam,captam,& absentē,eandemq; revertentem,fingit non fuisse captam,absentem,tribuitq; illi,ut recuperet pristina suæ libertatis Iura,ac res,quas ante habuit *tot tit.ff de capt. & post.reversf.maximè L.1.& L ab hostibus C.eod.* Cujac.*lib.11.observat.23.*

Et licet *L.ult.C.de postl.reversf.*tribuat Captivis cujuscunque conditionis, 21
status,aut sexus,adeoque iis *sub nomine appellativo*,revertentibus jus postliminii,tamen ibi per *nomen appellativum* non intelliguntur alii, quàm qui capti sunt ab hostibus & reversi,eò quod Jus postliminii,ut locum habeat, duo requirat extrema,nimirum ut civis liber fuerit captus,idemque fuerit ad suos eversus,quorum altero extremo deficiēte deficit jus postliminii Bar.*l. si is,qui.pro empt. & ibi* Ioan. Crott.*n.34 ff de usucap.* Angel.*in l 1.C de postl. reversf.* Vnde Filius vel filia nata in captivitate & cū parentibus vel etiam patre solo reversus vel reversa,*jure nō proprio*,sed parentis postliminio dicitur gaudere:sin verò defuncto Patre in captivitate cum Matre sola revertatur , non fruitur postliminio,succeditque solum matri,non Patri,Angel *in d. L.1. C. de postlim.reversf.* Deinde etiam necesse est,ut captus sit ab hostibus, non autem à Piratis. Aliàs enim captus non efficitur servus,nec postliminio gaudet, secus autem si sit captus ab hostibus. *L.postliminium.§.à Piratis.ff de capt.& postl. reversf.*non tamen hodie necesse est,ut captus fiat servus capientis. Angel. Aret *in § si ab hostibus.instit quib.mod pat.potest.solvit*

Ius postliminii personarum duo requirit extrema.

Ex quibus apparet,quod nomen *appellativum* in gavisuro jure postlimi- 22
nii cum non possit verificari nisi in ipsis Captivis,& reversis,ideo vim *nominis proprii* habere videatur per *§.1.instit.de exhered.lib.l.2.ff de li.& posthum.* & notat Daoyz*in Indice iuris civil.verb nomen sub n 1.& 2* Hoc autem in casu nostro non dantur illa duo extrema,quia,ut fatetur F. Romanus , qui quasi capti vel ejecti fuerant,sunt mortui,& qui substituendi,sunt non iidem sed alii. Igitur postliminium personarum hic locum habere nequit,adeoque cum alij ejusdem Ordinis,& qualitatis religiosi externi substituendi,non fue- 23
rint ab hostibus hæreticis capti nec ejecti,non poterunt dici postliminio reverti Vnde minimè efficitur,quasi ego asseram, F.Romanum Postliminium Monachis in individuo ascribere,prout ipse per fallaciam non causæ ut causæ jactabat Cum ego ex natura postliminii concludam, quod Monachi quomodocunque considerati,non possint dici jure postliminii personarum ad dicta Monasteria reverti.

Atque

Hactenus F. Romanus insulsè satis. Neque enim ego vel ullus è Societa- 30
te nostrâ Ordines religiosos unquam impetiit, aut etiamnū impetit, neque
illud ex meâ propositione ad monasteria, quæ defecerant, restrictâ & limi-
tatâ poterat colligi, vel concludi. Siquidem particula (*quæ*) relativa, posita 31
sine copula restringit præcedentis vocis (*Monasteria*) significationem. Ca-
tell. Cott. *in memorabi. verb. quis vel qui* Barbos. *de dict. usu frequent. diction quis*
322. *n. 2. per text. in L. ea tamen adiectio. ubi* Bart. *ff. de legat.* 3. adeoq; constituit
propositionem limitatam, restrictam. Econtra quando F. Romanus eam
propositionē velut illimitatā accipit, fallaciter agit. Nam ut tradit Alsted. *in* 32
Encyclopædia logica part. 2. c. 6. reg. 3. abusus & fallacia est, cum axioma limita-
tum habetur pro illimitato, & meritò, quia à dicto secundum quid, ad di-
ctum simpliciter inferre, fallacia est. Quando igitur ego loquor restrictivè 33
de Monasteriis, quæ defecerunt, per hoc nihil volui Ordini detractum. Cū
delictum eorundem nō possit in totum Ordinem redundare; eò quod to-
tus Ordo illi non consenserit, quin potius alii ejus Monachi tanquam bo-
ni Catholici ac veri religiosi repugnarint, atq; ita nullo modo de eorundē
Monasteriorum delicto alii participarint. Ut proinde eorundem defectus
Ordini nequaquam possint ascribi, nec debeāt, neq; à me fuerint ascripti.

Discutiuntur.

Particula quæ.

Quod autem quædam Monasteria planè à fide ac religione defecerint, 34
est plusquā manifestum. In Archidiœcesi Bremensi Abbatia S. Mariæ Virg.
Stadæ, Parthenones Osterholte, Cæli porta vel Himmelpforte, Heiligerade
prope arcē Delmenhorstanam; in Ducatu Brunsuvicensi Abbatiæ, Ridda-
geshusana, Mariævallis, Amelunxborn, Ringelheim, Walckenrid, Lochu-
mensis, & Ilfeldensis, &c. In Comitatibus Nassovicis Cœnobia Vallis gra-
tiæ seu Gnadenthal, Keppelense, &c. & alia alibi, quæ, ut notorium est, no-
torietate facti, & ipsa comprobat experientia, tota à fide & religione defe-
cerunt, quin & designatio Monasteriorum restituendorum Norinbergi-
ca, plura istiusmodi refert Apostatica monasteria, quæ ipsemet F. Roma-
nus ibi videre & legere poterit.

Monasteria quædam tota defecerūt à fide & Religione.

De his autem, quæ sunt notoria notorietate facti & quidem per totum 35
Imperium, frustra quæstio facti movetur & disputatur; Cum sufficiat, ea
duntaxat allegare, *per L. si adulterium cum incestu §. idem Pollioni. ff. ad L. Iul. de adult.*

Nec obest, quod Vniversitas non possit dici delinquere, nisi solemniter 36
signo Campanæ convocata fuerit, ac desuper factâ propositione, commu-
nicato consilio deliberaverit, ex doctrina Bart *in l. aut facta. §. nonnunquam.
ff. de pœn.* communiter per Dd. approbata; prout videre est apud Ioan.
Anton. de Nigris *in addit. ad capitula Regni Siciliæ. de receptatorib. nu.* 15. Ioan.
Crott. *in c. Conquestus n.* 15. *de Vsur.* Andr. ab Exeâ. *in c. cum omnes, n.* 199. *de
Constit. per l. semper §. 2. ff. quod vi aut clam.*

Quis etenim negabit, quod in præfatis ac similibus Monasteriis isti viro- 37

rum ac Virginum conventus, non semel, sed sæpius de die, hebdomade, pluribus annis continuis ad Chorum pro psalmis, precibus ab hæreticis compositis & more hæreticorum decantandis, recitandis, aut dicendis, item ad Conciones Hæreticorum, fractionemque panis in Cœna sua parti-
38 cipandi fuerint evocati atque de iisdem participaverint. Cum ipsa facti notorietas loquatur, ab Hæreticis historicis commendata. Deinde præmissa
NB. Bartoli regula limitatur procedere in *actibus momentaneis ac transeuntibus*, secus autem se habet in actibus permanentibus, aut perdurantibus, aut tra-
39 ctum habentibus successivum. In hos enim palam frequentatos videtur Universitas re ipsa consentire. Cum voluntas non minus facto, quam verbis
40 declaretur. Anchar. *in Consil.158. atq. in Clem. 1. de pæn.* Joan. Anton. de Nigris *cit. loc. n.16.* Joan. Crott. *in d. §. conquestus nu.15.* Et licet Andreas ab Exea *in dict. c. cum omnes. n.299* existimet, ex actibus V.C. pasculandi, lignandi, ac habentibus tractum successivum, nō teneri Universitatem, nisi omnes cō-
41 sentiant; tamen quia ejusmodi actus videntur à singulis potius nomine *proprio*, quàm Universitatis gesti; ideo non obligant Universitatem; At aliud est in actibus à tota Vniversitate non singulariter, sed Collectivè & Vniversaliter exercitatis; prout fit in supra recensitis publicis Exercitiis Hæreticis. Ejusmodi enim actus cum exerceantur nomine Vniversitatis, nec semel & obiter, sed continuo & permanenter ac palam, ideo actus illi ab Vniversitate sine ulla etiam solemnitate approbati censentur. And. ab Exea *d. loc. & ibi citat.* Dd. atque ita intelligendi Paulus de Leaza, Petrus de Anchar & Card. *in Clem. 1. de pæn. & consil. 1. n.8.*

Vnde cum in Prætatis Monasteriis publicum Exercitium hæreticū, non semel, nec uno die, aut anno, sed totis annis continuatum, atq; ab omnibus citatorum locorū incolis & Pseudoreligiosis celebratum fuerit, quis unquam dubitare poterit, quin istorum locorum Vniversitates deliquerint.

42 Quarum tamen Vniversitatum delictum minimè Ordini religioso imputamus, nec approbamus; sed solum ostendimus, Superiorem habere potestatem ejusmodi personas inde removendi, aliasq; prout Ecclesiæ bonū suaserit, substituendi, per not. Anton. *in c. 2. de donat.* Afflict. *lib. 3. feud. de capitulis Corradi. in verb. & iterum si Clericus sub num. 2. versic. secundo Casu,* quia quando delictum formaliter puniri potest in Ecclesia & Conventu per se cōsiderato, tunc Conventus potius, quam Ecclesia punitur, ut notat Spec. *in tit. de donat § 1 vers. quid si.*

43 Auctor *disceptationis solidæ & modestæ* à F. Romano allegatus, minimè fuit Societatis nostræ, nec contrarium vnquam F. Romanus probare poterit; quemadmodum tamen ipse allegans probare tenebatur. *l. 2. ff. de probat.* Neque ostendi poterit, quod vel verbo ille auctor Religiosos Ordines impugnarit, licet *in responsione ad 2. conclusionem pro transferendis in alios alterius Ordinis Religiosos Monasteriis Conventu destitutis. §. ponamus*; solum verbo de culpa

Ad authorem disceptationis solidæ & Layman. N.

culpa quorundam incolarum mortuorum insinuet, ob quam aliqua Monasteria Conventibus destituta & recuperata possint aliis alterius Ordinis Religiosis conferri. *Præsertim si accedat*, inquiens, *aliqua ipsorum possessorum* (non Ordinis) *culpa, aut à Catholica fide defectio authoritate Catholici Cæsaris & Episcoporũ manu adjutrice recuperata* (Monasteria) *pro Catholicæ Ecclesiæ augmento, non ejusdem, sed alterius Ordinis Religiosis conferri possint.* Quibus conformiter est locutus P. Laymannus *in just. defension. c. 2. membro. 3. annot. 2 §. veruntamen. & membro 7. annot. 2. §. verum.* Hæc autem, quid contra religiosos Ordines faciunt?

Similiter nec alter Theologus, qui placidam scripsit disceptationem, Societatis nostræ fuit, nec contrarium unquam F. Romanus, sicut tenetur *ex d. l. 2. de prob.* ostendet. 44

Quod verò idem post conditam Societatem nostram Ordines refloruisse affirmet, non vituperii, sed laudis est; Ita Patres & Fratres Religiosi æmulamini Charismata meliora 1. *Cor.* 12. *v.* 31 Si ibidem deprædicet Theologus Societatem nostrã, suo privato sensu scripserit. Sed sciat F. Romanus, res non ex privato quidem & singulari cujusq; affectu, sed communi omnium sensu dijudicandas esse. *arg. l pretia rerum 63 ff. ad l. Falcid.* 45

Quod econtra ipse Theologus quarundum personarum ex aliis Ordinibus Religiosis vitia persequitur, quæ tum ex Chronicis, tum rei evidẽtia omnium oculis patebant, non ideo ipsos Ordines contemnit, sed eos ipsos Ordines tanquam sanctos dilaudat, ut mirum sit, qua ratione F. Romanus contra solem loquatur, & Theologo illi affingere audeat, quæ nec dicit, nec intendit, prout rectè advertit Laymannus *in justa defensione c.* 8. *membro 5. annot.* 46

Adhæc nec ipse nec ullus è Societate unquam Monachos *inutilia terræ pondera, ventres pigros, ac stupidas pecudes* proclamarunt, prout ipsos olim Hẽricus Cornelius Agrippa à Nettesheim *in lib. de incertitudine & Vanitate scientiarum c 62. in princ. & c 65. 96. & 97.* Paul. Langius in *Chronic. Citicensi*, Erasmus Roterodam *in Encomio Mariæ traduxerunt.* 47 *Meibom. in tract. de Monaster. pag 13 14. 18 19. 20.*

Nam Societas nostra, ut testis est mihi Pater ille, qui amicam scripsit responsionem §. 9 profitetur, se ista non sentire, quæ sibi imponuntur, ibiq; subdit, quod libri sane à Patribus nostris editi honorificè de Ordinibus loquantur, aut certè ostendatur aliud, & corrigetur author, atque etiam Censores punientur, si aliquis seu publicè, seu privatim aliquid egit, aut dixit, quo famam existimationemq; suam læsam Ordines arbitrentur, humillimè supplicat per viscera Charitatis, quæ est in Christo Iesu, ut talem nominent; promittit Societas, se cognita causa pro meritis punitură Hoc insuper orat, ne libellos à variis sparsos Societati ascribant, nisi ab ea lectos & approbatos intelligant; Quod cum juri divino & naturali sit consentaneum, sibi religiose à religiosis concedendum esse confidit. 48

49 Quid verò Societas de Monachis vitam contemplativam cōsectantibus sentiat, placebit ex Iacobo Alvarez nostro *de vita spirituali, eiusq; perfectione li.2.part.2.cap.15.in secundâ imagine vitæ activa & Contemplativa.* §.Quid moror. audire. De illis scriptum est, (*inquiente*) affligebat quoque eam, scilicet *Annam* æmula ejus, nempe *Phenenna*, & vehementer angebat in tantùm, ut exprobraret, quod Dominus conclusisset vulvam ejus, & similiter (*ut inquit, Dionysius*) quidam *activi contemplativis*, tanquam ociosis & inutilibus obloqui solent: sed ineptè satis se *Phenenna* jactat, & tanquam multorum filiorum Mater, de fæcunditate gloriatur, Imò ineptissimè *Annam* contemnit, quasi filios minimè generantem; quia veniet tempus & non longè est, cum hæc sterilis filium generabit, qui omnes Phenennæ filios tum virtutis merito superet, tum dignitatis gloria præcellat; Denique *sterilis peperit plurimos*, hoc est unum (ut exponit *Euthymius*) qui plurimis præstitit, & quæ multos habebat filios, infirmata est; sic non minus ineptè *activi* aliquando *contemplativis* insultant, eosq; despiciūt, quasi inutiles, minusque Sanctæ Ecclesiæ fructuosos. Hæc sanè magna Cæcitas est, Dæmonis fraudibus plena, ad pacem religiosorum turbandam, & Vinculum dilectionis rumpendum. Non solùm activa vita filios spirituales generat; non hæc sola est Ecclesiæ proficua, Imò sæpè *activa* videtur parere, & proximos ad bonam frugem convertere, sed revera Contemplativa est, quæ peperit, & animas à peccatis liberavit, & in Dei amicitiam evexit. Hæc enim Spiritualium Filiorum generatio, non tam à verbis, quam à gemitibus, non tam ab eloquentia, quam ab oratione dependet. Unde Paulus Colossensibus scribens ait, *Orationi instate, Vigilantes in ea, in gratiarum actione, Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis Ostium sermonis ad loquendum Mysterium Christi. Contemplativa* autem *Vita* est, quæ gemit, quæ orat, quæ ostium apertum, hoc est, Corda audientium mollia ad recipiendum verbum Dei (sic quippe interpretatur *Chrysostomus*) à Domino impetrat. Hæc igitur haudquaquam est sterilis, sed primo loco generat filios spirituales. Non dubium, quin *puris activis*, qui multum laborant, & nihil orant; qui multum loquuntur, & nihil cum affectu considerant, in die postremo illud eveniet, quod perdici avi astutæ succedit, de qua hæc scribit Ambrosius, Perdicem astutam, quæ aliena ova diripiat, hoc est, Perdicis alterius & corpore foveat suo, sed fraudis suæ fructum habere non posse, quia cum eduxerit pullos suos, amittit eos, quia ubi vocem ejus audierint, quæ ova generavit, relicta ea ad illam se naturali quodam munere & amore conferunt, quam veram sibi matrem ovorum generatione agnoverint; significantes hanc nutricis fungi officio, illam Parentis. Sic itaque in cassum proprios fudit labores, ac fraudis suæ precio mulctatur. Unde Hieremias ait, *Clamavit [p]erdix & congregavit, quæ non peperit*, id est, ovà congregavit &

[Margin notes: Dionys. in 1. Reg. 1. ad 2. — 1. Reg. 2. — Coloss. 4. 2. — Hom 10. ad Coloss. — 6. Hexam. 6. 3. — 17. v. 11.]

cla-

clamavit, quasi ovans suæ fraudis affectu, sed ludit operam, quia impenso labore aliis educat, quos ipsa diuturno fætu sedulitatis animaverit, hoc, inquam, *nimis activi* experiuntur, qui non charitate succensi, sed jactantia inflati, spiritualibus animarum ministeriis vacant, & Dei verbum seminant, atque in magna populorum frequentia concionantur. Modo sibi spirituales filios attribuunt, & tanquam proprios fætus asserunt, non contradicentibus veris parentibus, qui scilicet multum fleverunt, multum oraverunt, multum pro animarum salute ad Dominum clamaverunt. Sed veniet tempus, cum Deus veritatem patefaciet, quando nimirum animæ à peccatis ereptæ, *religiosum laicum* charitate ferventem, licet in tenebricosa *coquina* commorantem, qui multum oravit, & non superbum & ambitiosum Prædicatorem, qui multum vociferatus est, Patrem agnoscent. Tunc religiosi *idiota* anima admirans & stupens non sine exultatione illud Isaiæ *dicet in corde suo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pa-* 49.v.21.
riens transmigrata & captiva, & istos quis enutrivit? Ego destituta & sola, & isti, ubi erant? Et accipiet divinum responsum; quia orationes tuæ & lachrymæ tuæ, quas pro animarum salute fundebas, te istorum matrem fecerunt, quos literatus arrogans, nec dominum rogans & solo verbo & ostentatione laborans sibi in filios arrogaverat. Non itaque vita contemplativa sterilis est, sed potius spiritualis fæcunditatis Origo, quam oportet, ut Veram matrem animarum suscipere, non ut inutilem, atque infæcundam aspernari. Hæc P. Alvarez.

Ex quibus patet, quod Societas nostra vitam Monachorum contemplativam non sentiat inutilem & infructuosam, sed Ecclesiæ Dei utilem valde & fructuosam, quæ fletibus, lachrymis, Orationibus, psalmodiis, plurimos Christo pariat filios spirituales. Eadem de causa Societas nostra contemplationem & orationem cum actione statuit conjungendam esse.

Quod de Societate nostra opponit F. Romanus, de eo videbitur *tracta-* 50
tu.4.lib.2.sect. 6. quò me brevitatis causa remitto. Tantum id moneo, F. Romanum vel ullum alium nequicquam esse ostensurum, quod aliquod Collegium integrum à fide & religione defecerit, quæ est misericordissima Dei benignitas, & prudentissima Superiorum attentio & vigilantia, existimantium illam ipsam sibi, quam Episcopis Spiritus Sanctus injunxit, inspectionem necessariam esse, & sibi dictum: *Attendite vobis & universo Gregi* Act.20.28.
vestro, in quo vos Spiritus Sanctus posuit. Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sibi sanguine suo.

§. IV.

Delictum unius licet non noceat communitati, attamen delictum totius conventus nocet communitati & quomodo.

Ostendebam, quod responsioni meæ supra allatæ non sufficienter oc- 51.

curreret F.Romanus *q.* 1. *n.* 99 100 per instantiam à se datam, quod delictum personæ non debeat redundare in damnum Ecclesiæ vel Ordinis.
52. Cum *nemo alterius odio pregravari debeat de R. I. in 6.* Siquidem allegata regula tantum in delicto vnius vel alterius personæ, ut ostendit locus Felini.*in c.in præsentia n.9.col.6.& n.32.col.* 19.*in gloss.ibi teneat Monachatus*, *de probat.* (ita enim à mendo Typographi purgandus erat) & aliorum à F. Romano *q.* 1. *n.* 39. citatorum; non verò in delictis totius Conventus locum habet. Anton.de Butrio *in c. Abbate circa fin n.24.25. de verb.signif.* Vbi ait, delictum Capituli potest nocere Ecclesiæ, ut notatur *de ord.cognit.c. cum dilectus.& de R.I.delictum in 6.* & delictum Prælati non nocet Ecclesiæ; secus est, quando totus Conventus negligit, quod nota, & bene tene menti. Hæc ipse *in d.c.Abbate.* Ita & Baldus *in l. jubemus C.de SS.Eccles.n.*10.12 Vbi astruit, quod Prælati delictum cum totius conventus consilio commissum Ecclesiæ noceat &c. Idem concedere cogitur F.Romanus *d.q* 1.*n.*59.*§.sed quid*
53. *si Prælatus*, Et probatur ex Appendice Concilii Lateranensis III.sub Alexandro III.celebrati, *c.t.ne clerici vel Monachi*, vbi his verbis conceptis & formalibus statuitur. *Monachi non regulariter viventes, per alterius debent Ordinis institutionem puniri*; quæ verba F.Romanus *q.7.n.5.* temere negat d. Concilii esse formalia, nisi forte ipsum à temeritate sua & sacrorum canonum & d. concilii excuset ignorantia, quam prodere videtur, dum iste verba *in c.relatũ ne clerici vel Monachi*, quæ fic erat x. quæ erant post *d.c.relatũ, in d.concilij Lateranẽsis appendice* Auctore P.Laymanno quærenda, prout videre licet *in tom.* 3.*Concil.part.*2.*Edit.Colon.* sed hæc ipsius F.Romanani tanquam SS.Canonũ Professoris ignorantia utrum toleranda sit, ipse judicet *ex l.2.§.servius autẽ Sulpitius ff.de orig.iur.* & se ipse consulat *q.sua* 4. *astri n.* 50.*§.prô nefas, & l.si*
54. *fur ff. de vsucap. c. ignorantia & ibi Dd.de R.I.* Qua ratione igitur audebit ipse *d. q.7.n.5.* inferre, tradens; Vnde apparet falsum esse dictum opponentis, 1.quod Monachi non regulariter viventes per alterius debeant Ordinis institutionem puniri, 2. neque Alexandrum III. istud decrevisse. Cuiusmodi conclusio condemnatoria F.Romani duas continet propositiones, quarum *prior* minimũ erronea; *posterior* falsa est, *Prior* erroris convincitur ex eo,
55. quod dictum illud de Monachis, non regulariter viventibus per alterius Ordinis institutionem puniendis, sit decretum vniversalis Ecclesiæ &c. adeoque hæc propositio F. Romani repugnet doctrinæ morum Ecclesiæ certæ atque ab universa Ecclesia receptæ, *ut supra vidimus*, vnde consequenter hæc propositio F.Romani minimum est erronea, Nam quando aliqua propositio asserit falsum, quod definit Ecclesia esse verum, saltẽ in genere moris dicitur minimum erronea, si absit contumacia, ut docent Theo-
56. logi *in* 2.2.exS.August.*in Enchiridio c.*17.*& contra Academicos c.*4.

Posterior F.Romani Propositio, *quasi Alexander III. istud ibi non decrevisset*, est aperte falsa; cum expresse contrarium in d.appendice d.Concilii Lateranen-

nen-

nensis (prout videre *est tom. 3. Concil.*) definierit. Si igitur F. Romanus in re tam manifesta fallus, in alijs à sensu magis reconditis quomodo nõ falletur.

F. Romanus inverso ordine *allegat.* 61. asserit, *quasi ego perperam non sine injuria antiquorum Ordinum allegem & supponam historiam Germaniæ prioris sæculi, quasi indefinitè in Monasteriis destitutis olim non unus alterve religiosus duntaxat, sed Prælati & conventus communicato inter se consilio à fide Catholica defecissent, neque ipse* q 1. n 10 *concesserit sed scripserit*; His accedit, quod rarissimum sit Monasterium, si tamen sit vnum, in quo omnes & quidem communicato inter se consilio defecerint à fide, meum proinde tanquam affirmantis sit hoc probare, & talia Monasteria suis nominibus exprimere. *Allegat* 223. ait; *quod ego citem Felinum* in c. cum præsentia de probat col. 2. vers. in ea & ibid. teneat Monach. *cum tamen nullum ibi, nec in universo corpore Iuris Canonici caput reperiatur, cuius tale sit initium.* 57. *Varia. Commenta Hayana.* 58.

Quod si mea mens fuit, allegare cap. in præsentia de probat. *non jam secunda, sed decima quarta columna erit inspiciendus Felinus. Ibi siquidem* n. 32. incipit vers. in ea gloss. ibi. teneat Monachatus, *quo tamen etiam loco non ostendit regulam illam, delictum personæ &c. solummodo habere locum in delicto vnius vel alterius personæ, uti ego volebam; cum eiusdem regulæ ne meminerit quidem toto illo §. adeoque rursus impingam.* Et *allegatione* 209. Anton. *de Butrio* in c. dilecta. n. 24. & 25. de excess. Prælat. *nihil simile* cit. loco *dicit; qui non babet illo* cap. (ipsi) *nisi numeros 19 cum à me citentur. n. 24. & 25. Contrarium autem expresse doceat* in c. adhæc, de dol. & contũ. n. 12. *ubi ad secundum principale*, an delictum Prælati & Capituli præjudicet Ecclesiæ, *boc modo respondet*; Dic in casibus, in quibus dixi supra negligentiam vel delictum Prælati præjudiciare Ecclesiæ; Fortius præjudicabit factum Prælati & conventus. In casibus, in quibus dixi non præjudicare, sed vbi agitur de Iure perdendo, si delictum committitur à Conventu, non contemplatione Ecclesiæ, nec in factis Ecclesiæ, non præjudicat Ecclesiæ, ut notant Dd. *in c. 2. de donat.* In his quæ aguntur nomine Ecclesiæ, tunc si est delictum formaliter punibile in Ecclesia vel Conventu, punitur Conventus potius, quã Ecclesia, ut notat. Specul. *tit. de donat.* §. 1. *verb. Quid si Baro, & dixi de donation c fin.* ideo si commisit Capitulũ delictũ aliquod, non per hoc destruetur Monasterium, sed Conventus expelletur. Addit *cit loc.* F. Romanus. *Et consequenter alii eiusdem Ordinis & instituti satisfacturi fundationi Ecclesiæ substituentur.* 59. 60. NB. NB.

Porrò *allegat.* 449 450. itidem sub *allegatione* 496. *tit medicus n.* 9. asserit, *quod Paulus Laymannus* justæ defensionis fol. 60. & 491. *scripserat, si religiosi quidem malè vivant in Monasterio, esse Canonicam Monasterii ad alium Ordinem transferendi causam, idque constare ex Concilio Generali œcumenico sub Alexandro III.* in appendice, tit. ne Cleric. vel Monach. *Monachi non regulariter viventes per alterius debent Ordinis instutionem puniri. Quæ postrema sententiæ verba, ac si essent formalia diverso typo de-* 61. 62.

scribi

scribi voluit P. Laymannus. Eundem paulo post secutus Laurentius Forer. sect. 5. n. 9. suæ Antanatomiæ, *notissimum est,* inquit, *decretum in Appendice Concilii Lateranensis sub Alexandro* III. ne cler. vel Monach. Monachi non regulariter viventes per alterius debent Ordinis institutionem puniri. *quod allatrare potest Anatomicus, sed evertere non potest.* Hæc ille, *Sed his ambobus* Astri q. 7. sub n. 5. *respondit, allata verba, seu ut nominat alter, decretum in tomis Conciliorum, dictoque Concilio Generali sub Alexandro* III. *celebrato, non inveniri, nec in ipsius appendice, sed in indice duntaxat appendicis, qui nihil probet.*

63. *Hoc accepto responso, nos resumpto calamo oppositum mordicus tenendum suscepimus. Laymannus* in Censuris Astri censura 40. aiat in *appendice eiusdem Concilii œcumenici, eodem prorsus modo, nullo apice mutato reperiri in omnibus editionibus,* Monachi non regulariter viventes per alterius Ordinis institutionem puniri debent. *Ego autem* hic n. 4. *inquiam probatur ex appendice concilij Lateranensis* III. *sub Alexandro* III. *celebrati* tit. ne Cler. vel Monach. *ubi his verbis conceptis & formalibus statuitur*: Monachi non regulariter viventes per alterius debent Ordinis institutionem puniri.

64. *Quæ verba F. Romanus* q. 7. n. 5. *temerè negat d. Concilij esse formalia. Verum ipse adhuc negat & pernegat, nullius sibi temeritatis conscius; me autem paulo post in suam sententiam pertrahit, ut fateri debeam, me nimis temere contra ipsum pronunciasse.*

65. *Valentinus Mangionius & Eugenius Lauanda cautius incedentes, procul dubio inspectis ipsis tomis Conciliorum, non audent affirmare verba illa formalibus aut nullo apice mutato* in d. appendice Concilii Lateranensis III. *contineri, sed per ambages obambulando nucem aspiciunt, non aperiunt, loquuntur tamen, ne putentur, nihil quod reponerent, habuisse.*

66. *Mangionius* in Theor. q. 7. n. suo 7. & sequentibus *Laymannum & Forerum in errore defendens, textum & formalia dicta appendicis* part. 23 tit. ne Cler. vel Monach. c. 7. *in medium profert, quæ sic habent*, Relatum est auribus nostris, quod Monachi de Neustrum sæculariter vivunt, & alios exemplo corrumpunt; Inde est, quod auctoritate Apostolica tibi indulgemus, ut eos ad observantiam monasticæ regulæ appellatione remotâ, compellas, aut si tibi restiterint temerario ausu, eis abiectis, Fratres Cisterciensis Ordinis in præscriptum Monasterium inducas, ut *labores impiorum Iusti edant*, & illi inde rubore suffusi, ad sui Ordinis observantiam convertantur.

67. *Ex quo textu liquet, Verum non esse, quod Laymannus, Forerus & ego tam pertinaciter affirmabamus, in eo Concilio nullo apice mutato & his verbis conceptis & formalibus statui,* quod Monachi non regulariter viventes, per alterius debeant Ordinis institutionem puniri, *ac si nihil aliud requireretur ad id, ut homines alterius Ordinis inducerentur, quam ut Monachi non regulariter vivant, quod*

68. *ipsum etiam Eugenius Lavanda* in notis Astri. §. assumitur, *constanter propugnat, Cum tamen textus expresse jubeat, tales ad observantiam Monasticæ regulæ compelli, nec eos velit eijci nisi temerario ausu resistant.*

Sed

Sed quid est. &c. Severinus Binius mihi significat, appendicem concilii Lateranensis sub Alexandro III. celebrati, nec ab ipso Concilio œcumenico, nec ab Alexandro III. vnquam compositam, visam, lectam aut probatam fuisse; multo minus illius indicem. Stupenda res! Huic appendici totus appensus hærebam, Ego, & Laymannus, Forerus & Mangionius: Viros tantos jam eludi, &c. Appendix illa nuncupata Concilii Lateranensis multis annis post mortem Alexandri III. cusa fuit. Argumentum evidens est, quod in illa frequentissimè allegentur nomina & Decreta quatuor Alexandri III. successorum, nempe Lucii III. Vrbani III. Gregorii VIII. & Clementis III qui Clemens integro decennio post dictum Concilium Generale Cathedram Romanam tenuit, quibus visis permotus Bartholomæus Laurens apud Severinum Binium in præfatione hujus Concilii, censuit hanc appendicem non esse partem Concilii, nec ab Alexandro III. confirmatam, sed ab alio quodam homine privato post mortem dictorum Pontificum compilatam. 69.

Quæ cum ita sint, denuo vera manet altera ipsius propositio, quam ego aperte falsam nominabam, nimirum Alexandrum III. ibi in Concilio Generali non decrevisse, quod Monachi nõ regulariter viventes, per alterius debeãt Ordinis institutionem puniri. *quando enim index ille compilatus fuit, Alexander III. jam dudum in rerum natura esse desierat, & Concilium Lateranense pluribus annis antecesserat, nec verba illa Indicis,* Monachi non regulariter viventes &c. *leguntur à quoquam summorum Pontificum in hodiernum vsq; diem probata, approbata, vel authorizata fuisse, ut plus authoritatis obtinuerint, quàm privatus compilator (aut quisquis author indicis fuerit) primo illis indiderit. Si res proinde sic habet, ut habet, quid circa illam appendicem tantum fatigamur? quæ non est appendix Concilii Generalis. ideoque eam securissimè allatrat, & evertit tanquam suppositam & Ecclesiæ authoritate, hoc nomine carentem.* 70.

Cætera quæ F. Romanus ibidem subjicit, spectant *ad resolutionem q. 7. c. 2. n. 2.* ubi ea examinabimus. 71.

Deniq; *in allegat. 496. sub tit. Medicus. n. 9.* obijcit *quod nos passim eructemus, ac si Mundus plenus esset Monachis non regulariter viventibus & incorrigibilibus. Morbum verbis aggravat, qui ferali disceptationi placida nomen imposuit. c. 56. &* 22. *Quis hodie,* inquiens, *servat in Germania regulam S. Benedicti? regulam integram laxitate non interpolatam? Qua fronte petitur Monasterium S. Benedicti ab illis, qui regulam rejecerunt, regulam carnes vetantem, jejunia multa imperantem? &* inferius. *At antiqui Ordines aliqui, ista non servant, non modo igitur non possunt ad recuperata Monasteria admitti, sed nisi sese reformari patiantur, possunt etiam à suis, quæ possident, expelli.* Hæc ille. *Verum his querimoniis jam in Astro & horto suo abunde, ut sperat, satisfactum est. Sed nunquid etiam vicissim Patres Societatis non regulariter viventes per alterius debent Ordinis institutionem puniri; de similibus enim ad similia fit extensio ex identitate, seu paritate rationis, ut inquit Garzias.* part. 5. c. 7. n. 65. *& decisionem aliquam in decretalibus factam, ad alios casus ob rationis identitatem applicari posse, tradit* Paulus *Laymannus* censur. 30. A- 72. 73.

stri inextincti. §. verum, *quo enim Iure quis utitur erga alium, contentus esse debet, si alter quoque erga ipsum vtatur. constat autem jam ante quinquaginta & amplius annos &c. nonnullas in hoc sole maculas, à Galilæi successore observatas, sive quosdam in valetudinario communi decumbentes ægrotos Societatis deprehensos esse à supremo Christiani Orbis medico, Christi Domini Archiatri nostri in terris Vicario, ut ex Brevi Sixti V. quod hic descriptum mihi communicare voluit, liquebit.*

Breve Sixti V. Dilecto Filio, Nobili Viro, Guilielmo Duci Bavariæ Sixtus Quintus.

Dilecte fili, nobilis Vir, Salutem & Apostolicam benedictionem. Non miramur
74. *equidem te; qui inter cæteros Germaniæ Principes, Catholicæ religionis Patrocinium, à Majoribus acceptum, usque adeo constanter, fortiterque defendis, ut ex ellas; Iesuitarum quoque inanibus suspicionibus & querelis permotum, partes & causam illorum tuendam suscepisse. Verum enim verò cum illud falsò circumferatur, vulgoque disseminatum sit: Nos in animo habere illorum vetera instituta consuetudinesque aut immutandi, aut tollendi, non est, cur ea de re magnopere sollicitus sis, quandoquidem nihil minus Nobis unquam in mentem venit, quam aut præclaram*
NB. *vivendi rationem, vertendi, aut vetustam Ordinis illius disciplinam dissolvendi. Non enim nos latet quam fructuosam, atque adeo salutarem boni & Moderati Ie-*
NB. *suitæ cum doctrina, tum exemplo Ecclesiæ Dei operam navarint.*

Cæterum si qui sunt, ut in tanto numero fieri facile potuit, à prisca vivendi regula declinarint, Corruptisque moribus ac laxata vitæ licentia præscriptos à Patribus terminos prætergressi fuerint; hos pastoralis Officii nostri debitum postulat, & coërcere, & in viam à maioribus commonstratam & communitam revocare. Hortamur itaque te Principem fil. religiosissimum, nobisque charissimum, primum ut pro certo habeas, nihil à nobis tanta in re temere immutatum iri; deinde nihil eorum nos prætermissuros, quæ propter paucorum licentiam clarissimo Ordini maculam inferre possunt, eo certe consilio, ut & boni commeritæ virtutis præmia consequantur, & qui immoderata libertate hactenus abusi sunt, debitas peccatorum suorum pœnas suscipiant. Nobilitatem tuam in Domino semper bene valere cupimus, eique benedictionem nostram Apostolicam libenter impertimur. Datum Romæ, die 21. Aprilis Anno 1589. Hactenus ille, Reliqua quæ sequuntur *in tractatu quarto lib. 2. sect. 6.* discussa sunt.

Denique *allegat 295.* ait, *quod fuste ipsi caput inungam, ipsum tanquam*
75. *sacrorum Canonum professorem salutando & nominando, simulque ignorantia ipsum*
Discutiuntur. *insimulando &c.*

Sed ut ad singula respondeamus, *sciendum est primò*, quod F. Romanus mo-
76. re suo à scopo posito aberret, prout cuivis facile constitisset, si mea fideliter verba retulisset. Nam ego argumento à F. Romano *cit q 1, n. 99.* opposito,
Arg. F. Ro. quod delictum personæ non debeat redundare in damnum Ecclesiæ *de R. I. in 6.*

in 6. Respondebam cum Dd. illud obtinere in *delicto particularium* personarum ex aliqua communitate; non autem in *delicto totius communitatis*; Cujusmodi distinctionem & propositionē Iuris, quæ *Majoris* locum obtinebat, F. Romanus *d n. 99. juncto n. 100.* atq; in aliis supra recensitis allegationibus videtur tacitè concedere, imò id ipsum *d. q. 1. n. 59. §. sed quid si Prælatus*, expresse concedit, dum ea admissa ad *Minorem*, quæ erat propositio facti, conatur per verba supra relata sub dubio quasi negando respondere. 77.
mani quod delictū personæ non debeat redundare in dānum Ecclesiæ.
Et quando ego F. Romanum pro *Maiore* adduco, ille se *de Minori* accipit &c. Vnde quis non videt, quomodo F. Romanus extra orbitam saltitet.

78. Deinde *Minor* illa, *quod aliqua Monasteria tota à fide Catholica defecerint*, est notoria notorietate facti atq; experientia supra relatorum Monasteriorum comprobata, adeoq; non indiget probatione. Sufficit enim notorium duntaxat allegare iuxta Farinac. *lib. 1. consf. crim* 85. *n. 142.* Imò possunt eam in rē plura alia Monasteria, nempe Rastede, Bersē, Lang, Cappell, Quedlenburgum &c. referri, sed prætereo; quia illa David Chytræus, Hamelmannus Spangenbergius & alii heterodoxi prodiderunt.

Felinus *allegat. 223.* impetitus, quia à me in præmissæ distinctionis auctoritate rectē fuit citatus *in c. in præsentia n. 9. col. 6 & n. 32. col. (mihi) 18 de probat.* nec enim erroribus Typographorum circa numeros inhærendum, sed rei veritas inquirenda, Felin. *in d. c. in præsentia n. 9.* quærit an religiosi inducentes aliquē dolo ad Religionē, qui licite suā oblationē juramēto firmarat, perdant bona ingressi; Et respōdet ex modo allata distinctione; *Vtrū aliqui religiosi induxerint vel certè Prælatus cum majore parte Capituli Vniversitatem repræsentans*; non illo, sed isto & hoc casu perdant bona ingressi, sed in hoc, inquiens, notanda, &c. quod si aliqui religiosi essent in culpa, secus esset; Quia non noceret Conventui, cui ex dispositione *auth. Ingressi C. de SS. Ecclesiis* debentur bona; Ita credo sensisse Abbatem *in c. dudū 1. de convers. conjug. per* regulam, Delictum &c. *de R. I. in 6.* quod fortè non procederet, quando hoc esset culpa Prioris vel Majorum claustri, quia quod fit à talibus, tribuitur universitati, juxta glossā. *sing. in rub. C. quæ sit longa consuetudo.* quam confirmavi *in c. dilectus tit. 2. de simonia.* Deinde idem Felin. *in d. c. in præsentia n. 32.* de ingresso in Monasterium, ait, limita prædicta, nisi post professionem apostatasset, quia illud non noceret Monasterio, secundū Baldū *hic in d. c. in præsentia*, allegat. *c. penult. de feud. famine*, quod singulariter nota; quo ipso annon Felinus dicit, quod delictū personæ non noceat Ecclesiæ. 79. NB. 80.

At inquit F. *Romanus*, Felinus hocce loco ipsorū horū Verborum nō meminit, Num F. Romanus exempla regulæ huius vel illius esse negabit, quod in exēplis allatis ipsius regulæ authores nō meminerint? certè novus & mirus es F. Romane Grāmaticus, quin & novus philosophus, qui pari ratione diceres hāc propositionē (*homo est animal rationale*) nō esse definitionē, quia in ea propositione nec verbi *generis* nec verbi *differētiæ* mētio fieret. Apage cū 81. 82.

 istis nugis

nugis. Sufficit rem in *actu exercito* talem esse, etiamsi in *actu signato* talis esse non declaretur, prout jam supra sæpius inculcatum fuit.

83. Propositionem nostram *Majorem* comprobat & Anton. de Butrio *in supra citat. c. Abbate. sub fin. n. 24. & 25. de V. S.* & quidem iisdem ipsis verbis, quæ ego *in Astri Eclipsi & hic supra* retuli, prout F. Romanus *ex ipsa Astri Eclipsi* intelligere potuisset, nisi allegationem immediate sequentem, *ex d. c. Abbate de V. S.* prætériisset. Quorsum enim illa citatio spectabat, nisi ut inspiceretur. Hac verò nec inspectâ, nec cognitâ quomodo F. Romanus Antonium de Butr. *in d. c. Abbate de V. S.* mecum expresse loquentem & sentientem judicabit?

84. Nihilominus velim à benevolo Lectore notari, hîc in citato Auctore aliquem Typographi errorem intervenisse, qui totus inde natus est, quod cum ex ipso Anton. de Butr. *citatum c. dilecta n. 24. & 25 de excess. Prælat.* esset subductū, eiusq; loco in margine per Asteriscum x. notatum. *c. Abbate n. 24. & 25. de V. S.* itaq; imprimendum nec impressum esset, corrector insuper in margine notasset literam d. ut nimirum deleretur illud *c. dilecta. de excess. Prælator.* à Typographo autem relinqueretur; ita factum est, ut in margine notata asterisco x. *& lit. d. cum d. c. dilecta &* Verbis ipsius Anton. de Butr. *ex d. c. Abbate de V S.* desumptis ascripta fuerint, qui manifestus typographi error, eo quo præmiseram, modo corrigendus erat, quamvis etiam ex subjecto ibidem expresse *c. Abbate n. 24. 25. de V. S.* veniret dispellendus.

85. Neque Anton. de Butrio *in c. adhac de dol. & contum.* contrarium sentit; sed potius suæ *in d. c. Abbate n. 24. & 25. de V. S.* traditæ doctrinæ consentit, quod nimirum, vbi agitur de Iure perdendo, si delictum committatur à conventu, non contemplatione Ecclesiæ, nec in factis Ecclesiæ &c. non per hoc destruatur Ecclesia, Monasterium, sed Conventus expellatur.

Ad Anton. de Butr. in cit. c. adhac. de dol. & contum. n.

NB.

86. Quod verò ibidem adjungit F. Romanus, *Consequenter alij eiusdem Ordinis & instituti satisfacturi fundationi Ecclesiæ substituendi*, Nec Anton. de Butr. expresse asserit, neque ex eiusdem verbis per ullam legitimam

87. Consequentiam deduci poterit. Nec enim sequitur, *Conventus Ordinis N. Iure seu per sententiam judicis expellitur;* ergo alii eiusdem Ordinis religiosi & instituti sunt substituendi. Certè hoc modo argumentando F. Romanus concludet in Febas & Heeas.

88. Quin etiam contradicet ipsimet Anton. de Butr. *in c. recolentes n. 2. & 3 de statu Monach.* tradenti, quod *delictum Prælatorum nocceat Ordini*, vbi notandū, quod nomen Prælatorum pluralis numeri distributivè, prout alias solet, accipiatur, juxta notata Canonistarum *in d. c. ult. de capell. Monach.* Vide supra.

89. Hanc sententiā, quod nimirū peccante aliquo toto Conventu Ecclesiastico *nō propterea ipsa materialis Ecclesia* destruatur ipsiq; præjudicetur, *sed ipse Con*

si Conventus veniat expellendus, tradit etiã ipse Anton. de Butr. *in c. 2. de donat.* Afflict. *lib. 3. feud. de capitulis corradi in verb. & iterum si clericus fiat. num. 2. vers. secundo casu.* Trithem. Abbas *ex Ordine S. Benedicti in chronico Monasterii S. Iacobi ad annum* 1497. Cujusmodi sententia per decretum Alexandri III. Episcopo Londinensi transmissum, *in appendice concilii Lateranensis III. parte 27. c. relatum 7. & ult. sub titul. ne cler. vel monach. sæcular. nego se immisc. & de reg. relig.* ascriptum confirmatur, In eo enim statuitur, *ut Conventus religiosus sæculariter & non regulariter vivens per alterius Ord. nis institutionem veniat puniendus*, uti alias habet inscriptio, vel quemadmodum textus ipse loquitur; Relatum est auribus nostris, quod Monachi de * Nestun sæculariter vivant, & alios exemplo corrumpant; inde est, quod auctoritate Apostolica tibi indulgemus, ut eos ad Observantiam monasticæ regulæ appellatione remota compellas, aut si tibi restiterint temerario ausu, iis abjectis Fratres * Cisterciensis Ordinis in præscriptum Monasterium inducas, ut *labores Impiorum Iusti edant*, & illi inde rubore suffusi, ad sui Ordinis observantiam convertantur. Hactenus textus decreti. 90

* H.

* Sorores.

91 Qui licet non sit Canon aut Caput aliquod ipsius Concilii Lateranensis III. quemadmodum Cardinalis Baronius *tom. 12. ad annum* 1179. Bartholomæus Laurens, atque ex eisdem Severinus Binius *in d. concilio Lateranensi* III. notat, eò quod ipsum Concilium à Rogerio Hoveden *Annalium Anglicorum parte posteriore in Henrico* II. *Rege, &c.* Scriptore, qui tempore præfati Concilii vixit, Guilelmo Neubrigensi, *lib. 3. Rerum Anglicarum. cap. 3.* aliisque scriptoribus Ecclesiasticis, *capitibus 26. in appendice præfati concilii parte 1. ordine nonnihil inverso recensitis*, absolvatur, interque ea præfatum decretum non reperiatur; attamen quin ipsum decretum auctoritate Apostolica Alexandri III. Summi Pontificis emanarit, ac decretum Apostolicum sit habendum, nulli dubium esse poterit, cum illud, sicuti alia *in eadem appendice Concilii Lateranensis III. quæ 50. constat partibus vel quæstionibus*, relata decreta à summis Pontificibus emanasse Cardinalis Baronius *tom 12. Annalium, atque* ex eo Henricus Spondanus *Anno* 1179. *num 1.* Severinus Binius *in notis ad d. Concilium Lateranense III. in verbo, Concilium*, expresse attestentur, atque in *prima appendicis compilationis parte* Concilii Lateranensis, *in reliquis ejusdem voluminis, vel Appendicis sectionibus, quæ sequuntur*, diversorum Pontificum decreta collecta contineri doceant, quamvis ejusdem titulum seu inscriptionem generalem Appendicis Concilii Generalis Lateranensis III. oppugnent, Quæ tamen oppugnatio ipsorum decretorum à Pontificibus emanatorum veritatem & inscriptionem singulorum non infringit. 92

93 Nihil enim facit, ut inquit Vlpianus *in l. in venditionibus, 9. §. 1 ff de contrah. empt.* error nominis, cum de corpore constet, & quid de *ejusdem*

cap.relatum, authoritate dubitabimus? Cum ex eadem appendice illud ipsum caput in corpus Iuris nim. *in c.relatum ne cler. vel Monach.* licet à Gratiano verbis quibusdam immutatis, eadem tamen inscriptione Alexandri III. ad Episcopum Londinensem *sub.eod.tit.ne cler. vel mon.* ac retenta ferè eadem substantia sit transcriptum, neque possit ostendi, unde illud *c. relatum d.tit.ne cler. vel mon.* aliàs fuerit desumptum, ut proinde illud ipsum *Caput* esse intelligatur, de quo inpræsentiarum F. Romanus Controversiam sine ratione, ac contra constitutionem Apostolicam Alexandri VI. *ac. cepimus, dat. 1497.* movit. Quin etiam si quis certum decretum Pontificis
94 Alexandri III. *in ista Appendice Concilii Lateranensis* III. designaret, nunquam esset Concilii Lateranensis III. ejusdem erronea demonstratio non obesset, cum de corpore ipsius decreti constet, eò quod erronea demonstratione immutari substantia veritatis minimè possit, ut ajunt Doctor. & Maxim. A.A. Constantinus & Maximin. *in l.5. Cod. de Iur. & fact. ignorant. L. 2. C. de fals. caus. adject. leg. l. falsa demonstratio. ff. de condit. & demonst.*

95 Quidquid demum sit de *titulo ipsius voluminis* ad Concilium III. Lateranense adjecti, nos ad *inscriptionem* decreti ipsius Alexandri III. *in c. relatum, ne cler. vel Monach.* revertamur. Fuit hæc benè à P. Forero, P. Laymanno, atque à me pro textu ipso allegata, siquidem illud apud omnes Dd. receptum est, quod *quando inscriptio perfecta est, ac cum textu consonat* (uti hic ex utriusque Collatione patet) *tunc non modo ipse textus, sed etiam inscriptio dispositivè allegari potest.* Everhard. *in loco à rub. ad nigrum. num.* 2. Gotofrid. *in L. 1. lit. F. ff. de reb. cred.* & quidem *pro ipso textu Iuris.* Marcus Anton. de Blanchis, *de compromissis. quæst. 4. de quibus causis compromittatur. in princip.* tum quia legis appellatione continentur verba legis & ipsa legis sententia cessantibus verbis *L. nominis 6. & ibi glos. in verb. ff de verb. significat.* Fac. not. Paris. 2. *cons.* 20 *num.* 29. tum quia leges tenere & allegare, est non tantum earum verba, quoad corticem vel characteres *Grammaticè*; sed *Iuridice* quoad sensum, vim ac potestatem scire

96 & exprimere *per L scire ff. de LL.* vnde quando P. Laymannus, P. Forerius ac ego asserimus, Alexandrum Pontificem III. *in d c.relatum*, nullo vel apice mutato vel conceptis ac formalibus verbis, vel etiam absolute definire, quod *Monachi non regulariter viventes veniant per alterius Ordinis institutionem puniendi*, intelligimus illud ipsum de inscriptione, *d. c.relatum*, ipsiusque textus verbis formalibus, non materialibus Grammaticè quoad nudum Corticem & Characteres, quemadmodum videtur F. Romanus perperam accipere, sed juridice quoad ipsorum sensum, vim ac potestatem acceptis, quatenus ipsius textus *d. c. relatum*, vim & energiam dispositionis Pontificiæ sũmatim d. inscriptio exprimit *per supra not. & L. ex verbis. 5. & ibi Dd.*

Dd C. *de donat. inter vir. & vx. junct.* Alber. de Rosat. *in Dictionario. verb. conceptio verborum*, atque in hac rotunda & aperta veritate nobiscum P. Valentinus Mangionius *q.* 7. *num suo* 7, atque Eugen. Lavanda *ad paginam* 252. §. *alter locus est*, sine ullo circuitu consentiunt, ut mirum sit, qua ratione F. Hajus minime Romanus illis circuitum impingat.

Deinde quando F. Romanus hæc verba inscriptionis, *non regulariter viventes*, absolutè privativè posita, accipit non absolute, sed secundum quid privativè tantum, quasi sensus eorundem esset, quod *Monachi hic & nunc non ponentes actum ex regulis sui Ordinis debitum*, sint ex Conventu suo expellendi, alii que alterius Ordinis substituendi. captiosè agit, cum verba non sint captanda, sed consilium & mens eorum, qui scripserunt, attendenda, ut notat. *in L. omnes populi, n.* 11. *de Iust. & Iur.* sintque secundum subjectam materiam accipienda, *L. si uno. ff. locati.* & verba ad intellectum legum sint referenda *L.* 1. *C. de fruct. & lit. expens.* Consilium verò & mens eorum, qui illam inscriptionem textui, *d. c. relatum* conformem scripserunt, fuit, ut tunc demum Monachi veniant à suo monasterio eiiciendi, quando *nullatenus regulariter & plane enormiter*, idque incessanter viverent, ita ut ipsi privationem perfectionis non tantum uni vel alteri actui, vel etiam pluribus actibus secundùm regulam debitæ, sed etiam *privationem perfectionis habitualis* ad eliciendos actus quoscunque ex præscripto regularum debitæ inducerent, itaque se *moraliter inhabiles* per malam vitæ consuetudinem ad actus religiosos eliciendos ostenderent, forentque *incorrigibiles* juxta *d. c. relatum. ne cler. vel Monach.* Ut proinde hic de *privatione perfectionis non partialis, sed totalis actuum vel habituum* agatur, quemadmodum ipsa subjecta materia pænalis *in d. c. relatum*, exigebat. 97 98

Quem F. Romanus *de privatione* scrupulum habet, eum illi poterit eximere Everhard. *in loco à privatione.* Alstedius *in Encyclopædia log. lib.* 24. *cap.* 18. maximè si consideret in moralibus posse majorem vel minorem perfectionis privationem dari; nec enim sequitur, *qui est malus*, ille *est pessimus*, cum possit semper pejor fieri: quin etiam contraria F. Romani assertio *S. Bernardo* adversatur docenti, quod *nemo derepente fit pessimus.* Cætera quæ contra ipsius appendicis & voluminis Compilatorem & compilationem F. Romanus adducit, *Vtrum ipse certus sit Auctor vel incertus*; *Vtrum ipsius compilatio sit visa, lecta, approbata*, parum ad rem faciunt; quia nos nec auctoritate ipsius Compilatoris, neque forma aut modo extrinseco compilationis, sed solius textus, *d. c. relatum.* ab Alexandro III. ad Episc. Londin. rescripti, atque in corpus Iuris Can. relati vi, & energia nitimur. 99 100 101

Hinc F. Romanus fallet ignoratione Elenchi, quando nudam compilationẽ oppugnãs existimat se ipsius decreti Alexandri III. *inscriptionem* nõ 102

tantum

tantum allatrasse, sed etiam mordicus, nobis abstulisse; cum tamen illam indirectè vix attingat, uti bene notavit P. Forerus. Siquidem impugnando *supra d. inscriptionem*, simul ipsius Alexandri III. Textum, unde illa desumpta est, impugnaret, quod nemo non absurdum judicaverit.

103 *Errores F. Romani* 1. Sed his omissis, aliquot hic F. Romani retexamus errores, ex quibus *primus* est, quòd dicat decretum illud à P. Valentino *in qu. 7. num 7.* referri ex *parte 23. Appendicis Concilii Lateranensis*; cum tamen ipse expresse 27. designarit partem, in qua etiam reperitur: 2 *secundus*, quod ipse vocet locum Monachorum non regulariter, sed sæculariter vivẽtium *Neustrum*, cum in appendice vocetur *nestun*, itaque F. Romanus *ter* in una voce aberret. *Praeterea* ibidem *in appendice Concilii* ad vocem *Fratres* notantur in margine *Sorores*, Cujusmodi notationem ipse F. Romanus omittit; Ego in voce Nestun, quâ utitur textus appendicis *in d c. relatum*, puto errorem aliquem typographicum intervenisse, prout arguit H. in textu *d. c. relatum*, corpori Iuris incluso expressa, & facile ex fugiente vel intricatâ scriptione, de qua Bartholomæus Laurens nominatus testatur, accidere potuit, ut una alterave litera non bene fuerit apprehensa; cæteroquin ex Catalogo Monasteriorum Angliæ existimo indigitari Chestun, quod fuit monasterium Virginum in comitatu Hertfordensi Diœcesis Londinensis, in qua hoc Monasterium, de quo agitur situm fuit, cum illius decreti *in d. c. relatum*, Executio Episcopo Londinensi, adeoque veluti Præsidi districtus illius ab Alexandro Pap. III. legatur fuisse commissa. Quæ omnia ex Harpsfeldii Catalogo religiosarum ædium operi suo de rebus Anglicis attexto demonstrari possunt, quò brevitatis causa benevolum lectorem remitto.

104 Porrò quod nos F. Romanus *in allegat 496. sub tit. Medicus n 9.* insimulat, quasi passim eructemus, *Monachos non regulariter vivere*, grandis est calumnia nobis imposita, quæ ab ipso contra nos nunquam probari poterit; de eaque tanquam injuriosa per expressum hic in scriptis omni meliori modo & forma, qua decet & oportet, protestor, quamvis aliàs, quod meam privatam attinet personam, illi ex animo condonem.

105 Neq; allegatum illum Theologum externum contra me aut aliũ quemcunq; è Societate nostra F. Romanus in patrociniũ sibi advocare poterit. Cum ille Theologus haud quaquã à nobis, eo fine mandatum ullum acceperit, nec nos tanquam ipsius scriptum, ea in re gratum ratũ habuerimus, vel certe de contrario doceat F. Romanus, cum illi tanquam asserenti incumbat probatio. *l. 2. ff. de probat.* quam haud unquam præstiterit; neq; nos scriptum & factum Tertii, & quidem externi, præstare cogimur; quamvis ipse videatur illud ex S. Vincentio Ferrariensi *in mirabili Prophetiarum interpretatione, de fine mundi. edit. Venet. colum. 6.* atque ex Wilhelmo Malmisburiensi *lib. 1. de gestis Pontificum Anglorum §. Monachi Cantuarienses, sicut omnes tunc temporis, &c*, hausisse, qui tamen meo judicio

non

non de totali, sed de partiali duntaxat privatione perfectionis quoad actus & non quoad habitum simul istorum religiosorum erant accipiendi. 106

Verum nos litem ipsius, si quæ est, haudquaquam nostram facimus, & Sanctis Ordinibus, quorundam antehac apostatarum turpia facta minimè imputamus, sed potius iisdem propter Apostatas condolemus, ipsisque de flore & vigore religionis resumpto ex animo congaudemus. Hoc omnium nostrum votum est, hoc unanime desiderium, Deus in omne ævum perennet.

E contra quod F. Romanus Societati nostræ exprobrat, quasi in Societate nostrâ regulæ non observentur, aut *non regulariter vivatur*, gravis est injuria ex libello famoso *S Galindi jam pridem* proscripti à F. Romano mutuata, & Societati nostræ immerenti irrogata. 107

108 *Ad assertũ Breve Sixti V Resp.*

Neque contrarium ex supposito Brevi Papæ Sixti V. demonstratur. tum quia à F. Romano ostensum non est, nec ostendi potest, illud Breve à suâ sanctitate emanasse, quemadmodum tamen ex Bulla Vrbani VII. *In supremo Iustitiæ solio, dat. Romæ 1635. 1. Ian.* tenebatur demonstrare; tum quia delicta non præsumenda, sed probanda sunt. *per L. merito. ff. pro Soc.* Pacian. *lib 1. de prob. cap. 23.* à F. Romano tamen minimè probata; tum quia in d. Brevi incredibilia, atque inverisimilia narrantur, adeoque ipsum Breve nullam vim probandi habere potest. Siquidem inverisimile est & incredibile, quod tam Prudens Princeps Imperii; qualis erat Guielhelmus Dux Bavariæ, *ex suspicionibus quibusdam*, vel etiam ex falso circumlato rumore ad suam Sanctitatem contra ejusdem mentem esset scripturus, prout in asserto Brevi factum fuisse perhibetur. Illud enim prudentiæ tanti Principis repugnasset, vel certè non conforme fuisset. 109

2. Inverisimile est, quod summus Pontifex rescribendo, aliquam de personis tanquam delinquentibus pœnam constituere potuisset aut voluisset, priusquam de ipsarum personarum delicto sufficientes & concludentes accepisset informationes & probationes; Contrarium etenim & Prudentiæ summi Pontificis; immò Iustitiæ manifestè *in tit. de pœnis*, repugnasset, si uni duntaxat dedisset aurem eamq; alteri non porrexisset: sed prius pœnam constituisset, quam de delicto, utrum aliquod intervenerit, fuisset informatus. Imò scripturæ sacræ 1. *Tim. 5. 19.* contravenisset, expressè prohibenti, *adversus Presbyteros ullam accusationem, nisi sub duobus vel tribus testibus recipiendam*, de quibus testibus hic non apparet.

Accedit quod æquè parum probabile sit, Superiores Societatis, ad violatores regularum non attendisse; cum propterea sint institutæ in Societate visitationes, in quibus ejusmodi personarum defectus corrigantur, prout in aliis quoque Ordinibus per Visitatores corrigi solent. *per c. ea quæ. & c. in singulis. de statu Monach.* Vide Roch *de visitatione.*

110 Nunc autem certum est, quod quidquid rectæ rationi & prudentiæ, tum Iustitiæ & juri divino, positivoque repugnat, hoc sit, censeaturq; inverisimile. Menoch. *cons. 1 n. 418 & cons. 380. n. 7 de arbit Cas. 85. n. 5* Baldus *cons. 80.* Oldrad. *cons. 13* argumento ducto à contrario, Barbos. *axiom. 223. Verisimile per tot*, adeoque imaginem habeat falsitatis. Barbos. *d. loc. n. 5. & sequent* Proinde cum assertum *Breve* nec sciatur, unde & quo modo acceptum, extractum sit, & inverisimilia, quæ summi Pontificis & Serenissimi Ducis Bavariæ ac Societatis pudorem honoremque sugillent, contineat, omninò tanquam suppositium & falsum erit habendum, atque ab omnibus reiiciendum.

111 Taceo quod in asserto suppositio Brevi non *absolutè* affirmetur, aliquos dari regularum Societatis enormes violatores (quod injuriosè nobis impingebat F. Romanus,) sed ex hypothesi, (Si qui sunt) quæ nihil ponit in re, 2. illud tantum asseratur; Cuiusmodi hypothesis suppositum nunquam per F. Romanum purificabitur.

112 Quin etiam si in asserto Brevi Sixtus V. *praclaram Vivendi rationem in Societate* commendat, quomodo ulli in mentem venire poterit, quod

113 Societas de licentiore vita perstringatur. Prætereo, quod in asserto Brevi perhibeatur Pontifex Sixtus, nunquam aliquid in Societate immutare, adeoque nec chorum introducere voluisse, unde injuria illi fit, si contrarium

114 ab aliquo certò asseratur, Quorsum verò F. Romanus *allegat. 236.* Tribulationes Sixtinas, comminiscatur, haud equidem scio, quia ipse, ne fraus adverteretur, factus est mathematicus, abstrahens ab omni materia intelligibili, ut nesciretur, de quo ipse loqueretur, ac semper habeat, quod dicat, *hoc non dixi.*

115 Denique Ego F. Romanum Canonum Professorem appellavi, quod se talem, qui Laymannum à pluteo ad subsellia inferiora devocasset, venditaret; cum tamen ubique contra Canones impingendo, nomen illud haud quaquam mereatur, itaque ipsius imperitiam redarguenti mihi, non potuit *allegat. 295.* contrarium imputari.

§. V.

116 Attingebam F. Romani argumentum, quo existimabat, Collationem Monasteriorum Ordinis sui emortuorum aliis alterius Ordinis religiosis factam vel faciendam tendere in Ordinis sui, eiusque Juris præjudicium, dicebamque illud ab hoc loco, ubi de Jure in re & Dominio agitur, esse alienum; cum illud argumentum jus ad rem concerneret, per notata F. Romani *q. 1. n 49. fol. 7.* Addebam quoque, quod mirarer, F. Romanum hic *q. 1 n. 12. & sequentibus* contendentem, Ordini conferenda esse Monasteria emortua.

Contraria F Romani instantia. Solvitur.

117 Cum per hujusmodi propositionem ipse Ordini Ius in re vel dominium in bonis

bonis dictorum Monasteriorum illi à se assertum everteret, eò quod Jus in re priùs post collationem nasci soleat ipsomet F.Romano confitente. *q 1.n.49.*

Proinde si Ordo ageret, ut ipsi emortua monasteria prius conferrentur, Ordo ante collationem jus in re, neque habuisset, neque etiamnum haberet; quod tamen ipse Ordini liberaliter & gratis adscribebat. 118

Hæc & similia solida & ad oculum convincentia argumenta F. Romanus dissimulat, quia iis respondere non noverat, nec poterat, sed eorum loco aliquot errores typographicos consectatur, quos ipse sibi soli asservet.

RESOLVTIO

QVÆST. II. SECT. 3. CAP. III.

In quo respondebatur argumentis F. Romani c. 3 sect. 1. pro asserenda Ordini bonorum emortuorum Monasteriorum possessione allatis.

§. I.

Ostenditur contrarietas F. Romani quoad assertam Ordini Religioso Monasteriorum Conventu destitutorum possessionem.

Respondebam generatim, F. Romanum valde sibi contradicere, adeoque non esse audiendum, *juxta L. 1. C. de furt.* vel ut verbis ipsius *q. 1. n.* 1
46. utar, respondentem contraria, esse, & haberi suspectum de falsitate. Abbas *in c ut nostrum, n. 12 ut Eccles. benef. sine dim. confer* atque ex varietate responsionis præsumi fraudem, juxta Alciatum *tom. 4. reg. 2. præsumptione 31.* Antecedens demonstrabam ex eo, quòd F. Romanus *q 1 n. 85. fol 77. q. 6. n. 50. §. Præterea nulli auferenda est possessio fol. 196* probaturus, Ordinem adhuc possidere, ostendit *q 1. n. 25. 26. fol. 40.* & *num.* 80. *cum sequentib fol 74. & sequent.* Ordinem non possidere, sed possessione spoliatum esse, adeoque agere posse interdicto recuperandæ possessionis. Qui squis autem spoliatus agit interdicto recuperandæ (uti hic, ex assertione F. Romani, Ordo) is non possidet. §. *recuperandæ. Instit. de interdict.* Igitur Ordo non possidet.

Deinde oppugnabam F. Romanum ex Principio *c. 2.* hujus quæstionis allato; *quod ad quem priùs res postliminio revertetur, ille immediatè ante non possit dici eam possidere,* idque ex natura postliminii *tit ff. de capt. & postlimi. reverf* Atqui F. Romanus *q. 1. num. 20. 33. &c.* tradit ad Ordinem bona emortuorum Monasteriorum postliminio esse reversura; Igitur 2

 imme-

immediate ante Ordo non potest dici bona illa possidere. Cuius tamen conclusionis contradictoriam F. Romanus receperat se comprobaturum, ut ostenderet bona emortuorũ Monasteriorum non esse vacantia *q.1.n.48.*

F. Romanus *allegat. 26.* dicit, quod *Ordo Civilem possessionem adhuc*
3 *habeat non autem naturalem, & propterea negat* Allegat 296 *se contradictoria asserere, cum hæc debeant esse circa eandem prorsus rem. Si enim circa diversa significata fiat contradictio, non erunt propositiones contradictoria. V. G. homo est albus, homo non est albus, non sunt contradictoria, si digitum hic intẽdat in Æthiopem, ibi in Europæum alia est possessio naturalis, alia civilis, & fieri potest, ut quis spolietur naturali, civilẽ verò retineat; talis spoliatus nõ possidet naturaliter sed agit interdicto recuperandæ, quantum ad naturalem attinet,* ut L. 1. §. deiicitur. ff. de vi & vi arm. *Tiraq.* de iure cõstit. possess. p. 2. ampliat. 11 *Dyn.* in c. fine possessione de R. I. in *6. n. 17. Menoch.* remed. 15. recup. possess. n. 389. & sequent. *Hinc ait Rota,* quod *petens immissionẽ si habeat civilẽ, intelligitur petere immissionem pro natural* decis. 494 n. 6. apud Coccin. *Civilem autem cum retineat, nec sit ea spoliatus, agere non potest interdicto recuperanda Civilis.*

Commenta Hayana.

4 Verum F. Romanus *paradoxa* loquitur. Nã non potest dici, quod Ordo *Civilẽ* bonorũ Monasterii emortui possessionẽ habeat, vel retineat; cũ eã nunquã acquisiverit. Siquidem *civilis* possessio per se sola non acquiritur, sed necesse est, ut simul corpore naturalis fuerit acquisita *L. 3. § 1. L. 44. § 1. ff. de acquir. possess. L. 4. eod* & *ibi* Dd. Atqui Ordo v. g. S. Benedicti, vel in quo nun-

Discutiuntur.

5 cupatur votũ stabilitatis, nunquã acquisivit bonorũ hujus Monasterii emortui possessionem naturalẽ. Cum Ordo, in quo vovetur stabilitas loci, ut universus per se possidere nequeat *per l 1. municipes 22 ff de acquirend possess.*
6 & possessio naturalis bonorũ hujus Monasterii sit & esse soleat penes ejusdẽ incolas religiosos seu conventũ Dd. *in c in præsentia de prob. c. 8 c. cũ ad monasteriũ. de statu Regular. Can Nemini. 2. & Can concedit. 3. sessione 25 Concilii Trident. de Regular.* Ergo illa possessio naturalis, sive ex parte sive in totum, nõ erit totius Ordinis; tum quia duo aut plures ejusdem rei possessores simul esse nequeunt *L 3. §. ex contrario. 5 ff de acq possess.* tũ quia hic Conventus adhuc existens nomine suo & non Ordinis, bona ea re ipsa possidet & possidere solet naturaliter ac civiliter *l. 1. §. 20 l 3. § 9. ff. de acquir. possess.* adeoq; Ordini per conventum possessio naturalis & civilis non acquiritur *d. l. 1. §. 20. & ibi* Dd. consequenter nec Ordo potest dici habere aut retinere possessionem
7 civilem; cum non entis nullæ dentur qualitates nullive effectus *L. eius qui in provincia & ibi Dd. si cert pet.*

8 Accedit, quod ad possessionem Monasterii amittendam sufficiat patientia vnius Monasterii, nec requiratur consensus totius Religionis. Rota Rom. *decis. 52. num. 8 apud Coccin.* Vnde patet, quod Monasteri-
9 um illud ipse Conventus solus, & non tota Religio possideat; quia alioquin & hu-

& hujus consensus & patientia foret necessaria, cum quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat. *de R. I. in 6.*

Quod si igitur Ordo nec civiliter nec naturaliter simul vel disjunctivè 10
dicta bona Monasteriorum emortuorum possedit, neque etiamnum possidet, non poterit dici, quod ratione civilis agat interdicto pro recuperanda possessione naturali, *per L. ult. C. de acquir possess.* & notat. August Bero *in c. item cum quis n.* 17. 18. *de restit spol.* argumento ducto à contrario.

Neque F. Romanus *contradictionem* evadit, quando dicit, Ordinem me- 11
diante civili, quam habet, recuperare naturalem possessionem, uti fieri pos-
se notat Beroi. *d. loc. num.* 18. quia cum F. Romanus ex principio *sup. cap.* 2 12
proposito concedere debeat; quod Ordo prius acquirere debeat ex collatione superioris civilem dictorum bonorum possessionem; ergo supponere & concedere debebit, quod Ordo ante non habeat civilem possessionem; Nam aliàs quod semel meum est, meum amplius fieri nequit. §. *sed si rem. in-
stit de legat.* Consequenter quando F. Romanus concedit *civilem* possessio- 13
nem ejusdem bonorum *non esse Ordinis*, & simul etiam tradit, *civilem* possessionem ejusmodi bonorum *esse Ordinis*, qua mediante recuperet naturalem, contradictoria allegat. Siquidem civilem possessionem ejusdem omninò rei, eodem tempore, eodemque respectu simul affirmat & negat Ordini
competere. 14

Pari ratione de *naturali possessione* postliminio recuperanda discurrendũ erit; quia si Ordo ad naturalem possessionem postliminio restituendus erit, igitur Ordo debebit possessionem naturalem ante habuisse *per L. postlimi-
nium 19 ff. de capt. & postl. reverf. L. 18. C. eod.* Atqui Ordo possessionem na- 15
turalem non habuit, per jura paulo ante notata; Igitur &c. Consequenter quando F. Romanus tradit Ordini postliminio restituendam esse possessionem *naturalem*, supponit illum ante eam possessionem habuisse, & tamen quia simul ponit, illum eam ante non habuisse, sed prius per collationem superiorum acquisiturum, contradictoria affert. Siquidem possessionem naturalem ejusdem rei, eodem tempore, eodemque respectu Ordini affirmat & negat.

Quisquis autem idem de eodem simul eodem tempore eodemque re- 16
spectu affirmat & negat, contradictoria non tantum, quoad signum, sed & ipsum vinculum & copulam allegat. per not. Alsted. *in Encyclopedia lib. 24. part. 2. logicæ. c. 7. regula 4.* Unde cavillationes F. Romani sup. allatæ per se collabascunt.

§. II.

Argumento 1. F. Romani, pro possessione Monasterii conventu destituti Ordini asserenda, quod quis habitare dicatur, ubi familia sua habitat, Respondetur, ibique familia explicatur.

Incipiebam speciatim ad singula F. Romani argumenta respondere, & 17
quidem

quidem ad *primum*, malè citari Bart. *in L. Municipes ff. de acquir. poss.* Cum
18 citandus sit *in L.1. .municipes ff de acquir. poss* ubi tamē nihil ad rem nostrā præsentem affert. Deinde Bart *in citata L. si mulieri ff. quemad. usuf. amitt.* asserere quidem, quod quis habitare dicatur, ubi familia sua habitat, sed *familiam* illic intelligi, quæ sit domestica, *d. L. si mulieri.* Bald *in L. consentaneum n 41. C. quom. & quando judex sent.* vel quæ in Domini versetur Mini-
19 sterio Bald. *in L cum quis. de dol.* Alex. *in d. L. si mulieri.* In qua significatione Bartoli propositio sit vera & juridica; ab eâ tamen F. Romanus, *q. 1. n. 80.* transeat ad aliam, qua familia *jure* jam non *proprio*, sed *communi* appellatur, de qua *in L. pronunciatio 195 § familia ff. de verbor. signif.* Itaque manifestè falsam constituat propositionem à Bartolo allatam. Siquidem aperte falsum est, quod aliquis illic habitare dicatur, ubi alius ex diversa linea ejusdem tamen familiæ habitat. Unde monebam F. Romanum, ut videret, quomodo hoc in casu à cavillationis nota (quam dicitur quis incurrere, quando à vera significatione transit ad manifeste falsam L. *natura cavillationis ff. de V.S.*, sese expediret.

20 F. Romanus cum ad rē nihil respondere posset, primò *alleg. 297.* ait, quod *affirmem à se in* Astro q. *1* n. *80 malè citari Bart.* in L. municipes ff. de acquir. possess. *cum citandus sit* in L. 2 §. municipes. ff. de acquir. possess. *Unde colligitur se vicissim jure computare similes meas allegationes in falsa numeri assignatione consistentes. Quo enim jure quis erga alium utitur, contentus esse debet, ut alius eodem erga se utatur &c. neque citanda est lex secunda*, sed prima §. 22. municipes ff de acquir. possess.

Commenta Hayana.

21 Et *allegat. 298.* quod *malè allegem* Astri q. 1. num. 80. *quasi eo loci transiret à significatione* familiæ jure proprio *ad significationem* familiæ jure communi *nuncupata*, *cum nullo verbo transitus iste ibidem insinuetur. Imò contrarium disertè asseruerit*, eadem q 1. num. *68* his verbis. *Nec ullus hominum hucusque fuit, qui negaverit, Ordinem S Benedicti esse ac dici familiam S. Benedicti. fateturque* Laymannus fol. 350. *jam verò familia refertur ad corporis cujusdam significationem. Nam jure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate aut natura aut jure subjecta*, *unde non est quod ipse cavillator nominetur &c.*

22 F. Romanus *d allegat. 62.* pergit, *quod si jus civile*, inquiens, *seu digestū allegatum aperuerimus, nec §. familia, nec iota horum illic esse deprehendemus. En totum caput exscribit*, Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem, nam genus esse donum Labeo à donando dictum, munus speciem, nam munus esse donum cum causa, utputa natalitium, nuptialitium &c. Inter numerum 194. & 195 hoc interest, quod unus non sit alter, nisi fallat arithmetica, ergo &c. Hactenus F. Romanus, qui vel non ad rem, vel certè non cohærenter loquitur.

23 Principio autem miror, F. Romanum tantopere sensisse, quod ego

Discutiũtur

duntaxat

duntaxat de errore typographico ac de impertinentia monuerim, ut omnem inde occasionem ineptiarum suarum arripuerit, haud dubiè citandus Bart. *in l. 1. §. municipes 22. ff. de acquir. possess.* nihil ad rem faciebat, pro qua allegabatur, comprobandam. Neq; etiamnum ostendit F. Romanus Bart. *d. loc.* citans, in eoq; se fundans, quòd ad rē faciat; Unde proinde tacitus videatur cōfiteri, *Bartolum* à se impertinenter allegatū fuisse. Utrum verò propterea justā habuerit occasionē, me aliosq, Societatis Scriptores & auctores immeritos ita traducendi & calumniandi, id totum æquo lectoris judicio relinquo. 24

25 Deinde quando Bartolus *in L. si mulieri ff. quemad. usufs. amitt.* tradit, quod quis habitare dicatur, ubi sua familia habitat, & possessionem acquirere & retinere per familiam suam, intelligit illud de familia domestica, quæ *jure proprio* est familia *L. pronunciatio 195. §. familiæ ff. de V. S.* F. Romanus autem *d. quæst. 1 num.* 80. illud non de familia aliqua domestica alicujus Conventus, seu quæ *jure proprio* ita appellatur, ac quæ est sub unius potestate aut natura, aut jure subjecta, utputa Abbatis, Prioris, &c. sed de tota familia Ordinis seu unius Religionis, quæ in omnibus cōventibus ab eodem prodiit S. Benedicto, intelligit. Itaque pro familia jure communi accipit juxta *d. l. pronunciatio. §. familiæ.* Cū omnes conventus Ordinis S. Benedicti nō sint sub unius Abbatis potestate & jure subjecti Ant. de Butr. *in c. in præsentia. n. 63 de probat.* Neq; enim omnes simul sumpti uni parent Abbati, adeoque omnes Conventus Ordinis S. Benedicti simul sumpti, non possunt dici familia *jure proprio* accepta, ex natura definitionis, Everhard. *in loc. à defin.* 26
Unde cum F. Romanus à significatione familiæ hujus conventus transeat ad significationem familiæ totius Ordinis, haud ulli dubium esse poterit, quin F. Romanus à significatione familiæ *jure proprio* acceptæ, re ipsa ad significationem familiæ *jure communi* acceptæ transeat, adeoq; fallaciter argumētetur, imò cavilletur, à vero familiæ sensu transeundo ad falsum ejusdem familiæ sensum; qui à Bartolo nusquam est approbatus. 27

Ridicula est responsio F. Romani, quod ipse illius transitus à propria ad communem significationem, verbo non meminerit, cum reipsa ab una in aliam significationem transiverit. Haud absimili modo Hæretici verbi ministri verba captare solent & argutari. Neque propter transitum realem à propria significatione ad communem ego F. Romanum vocavi cavillatorem, sed solum monui, annon cavillationis alicujus notam incurrerit. Nam licet in ipso aliquis cavillationis actus fuisset à me notatus, non tamen propterea de ipso asseritur habitus, quem vox (cavillator) videtur involvere. 28

Similiter ridicula est altera ejusdem responsio, quod quia ipse *d. q. 1. n. 68.* non definierit, quid sit familia *jure proprio* accepta, ideo ipse *dicta q. 1. n. 80.* à familia propria ad familiam communem non transierit. 29

Demum si ipse F. Romanus, uti asserit, aperuit jus civile *in tit. ff. de verb. signif.* 30

signif. haud dubiè *in L. pronunciatio* 195. §. *familiæ*, utriusque familiæ descriptionem invenisset, quamvis pro illius legis initio per errorem Amanuensis adscriptum fuerit initium legis præcedentis 194. *inter donū, & munus* In *d. l. pronunciatio.* autem §. *familiæ* hoc idem, quod ego in Astri Eclipsi hic asserebam, docebatur, ut ex ejusdem oculari inspectione patescebat.

§. III.

Bona Societatis tanquam unius Corporis sacri politici subsunt jurisdictioni Adm. R. P. N. Generalis.

31 Ostendebam aliam esse rationem rerum aliquando à Societate Jesu possessarum, & quidem tum ex parte Admodum Reverendi Patris nostri *Generalis*; tum ex parte ipsius *Societatis*. Ex parte quidem Admodum Reverendi Patris nostri *Generalis*, quod ipse tanquam Caput unius verè Corporis Sacri Politici contra Corpus Oeconomicum aut familiæ planè διεσῶτον distincti in singula Collegia, eorumque personas jurisdictionem habeat, & quidem
32 præcipuam, per tradita à Cævallo *comm. opin. cont. com. q. 757. n. 61. & multis sequentibus*, quam tamen per Rectores &c. *ex part. 9. Constit. Societatis c. 3. §. 3* exerceat. Imò etiam *territorialem* per not. Cævall. *commun opin. q. 867. n. 5. 6.* ex Baldo *in l. si quis ex consensu num. 9 C. de Episcop. audient. & commun* Dd. *in c. Cum Episcopus. de off. Ord. in 6.* Nam ipsius Jurisdictio non personis solum, sed etiam terris, rebus, bonis Collegiorum terminatur. Cum res & bona Collegiorum ipsius gubernationi potestativè subsint, *ex part. 9. Const. c. 3. §. 3. 4. 5.* adeoque ejus muniantur Jurisdictione, quæ ideo quasi territo-
33 rialis habetur, secundum Dd. *jam sup. cit.* Unde licet Admodum Reverendo Patri nostro Generali non competat proprium bonorum dominium, *per not.* Alvar. Valasc. *de jure Emph q. 8. n. 38.* tamen ratione hujus Jurisdictionis, quæ à proprio dominio distinguitur, Valasc. *cit. loco* ipsi Generali Societatis tanquam Capiti unius veri Corporis Sacri Politici competit bonorum Collegiorum ab hoste occupatorum etiam personis collegialibus tempore invasionis præsentibus ac postea mortuis repetitio; quæ isto in casu aliis aliorum Ordinum non Mendicantium Abbatibus, Præsidibus, Visitatoribus ejusmodi Jurisdictione destitutis minimè competit. Cum illorum religiosi non unum verum Corpus Sacrum Politicum, sed tantum familiæ aliquod plane διεσῶτον constituant.

§. IV.

A Societate Iesu latè accepta, prout comprehendit Scholasticos &c. bona possidentur.

34 Subjiciebam, ex parte Societatis nostræ, non tamen prout *strictissimè* solos

los *Professos*, nec etiam *strictè*, prout simul *Coadjutores formatos*, sed *late* acceptæ prout præter *Professos* & *Coadjutores formatos*, etiam *Scholasticos* comprehendit, *ex parte 5. Constit. c. 1. in declaratione Litera A.* hæc datetur ratio diversitatis, quare ipsa posset bona Collegiorum ab Hæreticis occupata præsentibus tempore invasionis Collegis postmodum defunctis repetere; quia videlicet *Societas*, ita *late* accepta est bonorum & rerum Collegialium Domina, eaque verè possidet, Cum illi bona in prima fundatione incorporentur. 35

§. V.

Scholares Societatis Iesu indifferenter se ad omnia Collegia habent, quod non voveant loci stabilitatem quid hoc faciat ad dominium rerum? Professi quarum rerum dominium in communi habeant? Et an Societas sit unius Ecclesiæ corpus?

Solvebam ante occupando, non obesse, quod fortè personæ *Scholares* tempore occupationis illic existentes sint postea mortuæ; quia Scholares indifferenter atq; indiscriminatim se habent ad omnia Collegia Societatis (nō enim hujus vel illius loci stabilitatē vovent) adeoque ad nutum Admodū Reverendi P. N. *Generalis* ex uno Collegio in aliud transferūtur *d. part. 9. const. c. 3.* consequenter *Scholares Societatis* indiscriminatim bonorum Collegialium Domini sunt & Possessores. 36

Professi quoq; habent dominium in communi bonorum earū domorū, quarum membra sunt, P. Valent. Mangion. *in opusc. de religiosa paupertate part. 1. n. 11.* Unde non mirum, si etiam iis, qui tempore occupationis Collegium hoc vel illud incoluerunt, defunctis, reliqui Scholares habeant jus bona hujus vel illius Collegii ab hoste occupata recuperandi. 37

F. Romanus *sub allegat. 496. iit medicus n. 13* atque ex eo Joannes Georg. Dorscheus Prædicans Argentinas *in Indiae iniquitatis in Proemio fol. 2. pa. 2.* Corpus Politicum Societatis injuriose traducit, prout *ex tractatu nostro 4. lib. 2. sect. 5. §. 9 p. 183. & seqq.* videre est. 38

Deinde idem F. Romanus *in horti appendice paradoxo 12 n. 18 ait.* Censura 8. *Laymannum tradere*, manifestum esse in Societate JESU membra ejus omnia sub uno Generali capite constituta & gubernata UNIUS ECCLESIÆ Corpus constituere, id autem de monasteriis Ordinis S. Benedicti nunquam ostendi posse. *Nova phrasis loquendi, quod Societas* JESU *sit una* ECCLESIA, *nescit ipse, si sub nomine* Ecclesiæ *aliquando fuerit à summis Pontificibus Confirmata, præsertim cum secundùm me comparetur exercitui seu aggregato peraccidens, & quidem volanti potius quàm alicubi consistenti, quandoquidem Religiosi Societatis* JESU *in suis Collegiis nullum jus actitulum habent alicujus beneficii, ut ait ipse* Layman *in Censura Astri loc. 6* 39 *Commenta Hayana.*

§.ult *Quis autem audivit aliquando, unum exercitum etiam ex meris Catholicis militibus constantē & ab uno belli Duce gubernatū*, UNAM ECCLESIAM *nominari?* Et *ibidem in margine* notat; *una Ecclesia particularis*, inquiens, *non dicitur, in qua nulli sunt tituli & nulla beneficia Ecclesiastica*

40 Tum in Astro *q.1 n.75. & sub n.79. pag.73. col.2. sub fin.* tradit quod *translatio religiosorum aut bonorum ab uno loco in aliū nihil prorsus ad rem faciat. Neque enim fundatorum mens fuit alia, quam ut Monasteria per ejusdē professionis homines regerentur, quamdiu inveniri potuerint sive jam mutentur à loco ad locum, sive non, sive instituant novitiatus communes, sive singulares, sive habeant Generalem Ordinis sive non, sive sint exempti sive non* &c. *quod si tamen cum tempore horum aliqua ex concessione Pontificis recipiant, vel mutent, hoc fundator non moratur.* Hæc F. Romanus.

41 *Discutiātur* Sed more suo fallaciter & imperitè. Siquidem Laymannus non dicit, quòd *Societas nostra sit una Ecclesia in recto*, quemadmodum illi affingit F. Romanus, sed quod *Societas sit unius Ecclesiæ in obliquo accepta corpus*, quæ duæ propositiones differunt; quarum una alteram non infert, nec intulit, ut patet; Num enim, quia *F. Romanus Hayus est frater Monasterii Odisenhusani*, ideo *ipse Romanus est Monasterium Odisenhusanum?* Num quia *Nicolaus est Ecclesiæ S. Andreæ Canonicus*, ideo *Nicolaus est Ecclesia S. Andreæ?* num quia *opificum congregatio est tribus Civitatis Coloniensis*, *ideo ipsa Opificum congregatio est Civitas Coloniensis?*

42 Apage cum istis argumentationibus. Discat F. Romanus, quod *genitivus* adjunctus *generi* illud restringat ad qualitatem ipsius in genitivo designatam, per notata Hieron. Brix. *in repert. verb. genitivus. per L. 5. cum gloss. ff. de offi. Præsid.* Unde cum genitivus *unius Ecclesiæ* jungatur in d. propositione Laymanni *generi*, nimirum *corpori*, facit, *ut Corpus illic intelligatur non* sæculare, sed Ecclesiasticum, adeoque istic *Societas* intelligatur, non sæculare sed Ecclesiasticum seu unius Ecclesiæ Corpus esse; Unde à casu obliquo ad rectum argumentando F. Romanus *fallaciam* vel *accidentis*, vel à *parte in modo* ad *totum in modo* committet.

43 Similiter quando ego *Corpus* aliquod Religiosum *exercitui* comparo, non propterea affirmo, quod ipsum *Corpus Religiosum* sit exercitus, multò minus assero, quòd quæcunque de exercitu dicuntur, vel prædicantur, etiā Corpori Religioso tribuantur, quemadmodum fallaciter per fallaciam *amphibolia & accidentis* incauto Lectori imponere hic laborat. Quamvis F. Romanus non tam me, quam alios Dd. religiosum Ordinem cum exercitu componentes hîc perstringat: quos apud P. Didac. Lopez *in mensa spiritual. verb* Religio *n. 13. & 74* atque apud Cosm. Magal *in 2. Tim. 2. v. 4. in adnot.* videre poterit.

44 Porrò si F. Romanus ex allatis verbis Laymanni, quibus Societatis nostræ Religiosis negat *jus vel titulum esse beneficii in Collegiis*, volet jus in ipsis Collegiis

Colleg is & Collegia negare, fallaciter à dicto negato *secundum quid*, inferet ad dictum *simpliciter*: Quia Societatis nostræ Religiosi habent jus in ipsis Collegiis, eorumque bonis, non tamen per modum *tituli beneficii*. Prout rectissime contra F. Romanum propositionem illam negat P. Laymannus, nec ejus contrarium F. Romanus unquam verum ostendet.

Neque verum est, quod nulla particularis Ecclesia detur, in qua nulla beneficia Ecclesiastica dentur. Siquidem *capella* licet non sit erecta *in titulum beneficii*, ipsa tamen veniet nomine Ecclesiæ, si illi sit contigua, Stephanus Cotta *in repet. c. si civitas num. 8 de sent excomm in 6.* adeoque dabitur aliqua Ecclesia, in qua nullum existat beneficium Ecclesiasticum. Num tibi *Ecclesia Franciscanorum*, quæ nullum habent titulum beneficii, Ecclesiæ negabuntur? 45

Insuper quod *potestas transferendi* ex uno loco in alium personas, uni certo loco per votum stabilitatis non obstrictas, plurimum faciat in Ordine ad dominium & possessionem bonorum, domorum religiosarum, est constans Canonistarum doctrina, summorum Pontificum diplomatis & Rotæ Rom. præjudicio confirmata, ut propterea F. Romanus sine Canone & authoritate illud negans nihili sit curandus. 46 *quod Libera Potestas transferēdi personas ex uno loco in aliū plurimū faciat ad dominium, contra F. Romanū defenditur.*

Nam Primo Antonius de But. *in c. in præsentia n. 63. 64. de probat. in ultimo dubio* quærit *an si quis particularem locum alicujus Ordinis habentis præterea Generalem, qui potest mutare Monachos, & mutat de loco in locum, ita ut sint veluti membra sub uno capite ingrediatur bona ingressi ad illum locum, quem ingreditur, spectent, vel Generalis subjaceant dispositioni.* Et n. 64. Respondet ex Gaspare de Cal. Cum quo & Augustinus Berous *in d. c. in præsentia n. 543. & seq de probat.* consentit, quod triplex detur *professio*, alia in *genere generalissimo*, quæ fit in manibus Episcopi sub nulla certa regulâ, vel quæ fit quidem sub certa regula, sed minus legitimè in manibus non habentis potestatem incorporandi religioni; Hujusmodi professorum bona dicuntur in dispositione Episcopi esse *3 q. 5. quod Deo. 27 q. 1 de viduis. de convers. conjug. dudum. qui cler. vel vov. insinuante.* Hodie tamen ejusmodi *religiosi Professi* nulli dantur, quia debent certam regulam profiteri *ex c un. de vot in 6. c. fin de relig. dom.* 47 *Triplex datur professio.* NB.

Alia est *professio in genere subalterno* eorum, qui certam regulam vel Ordinem sub uno superiore constitutum, non tamen certum claustrum expressè in manibus ipsius superioris vel ab eo potestatem habentis profitentur; si tamen horum professio re ipsa determinaretur ad locum particularem; eò quod Monachi de particulari loco nunquam removerentur, ipsorum bona speciali loco, ubi *professio fit, applicarentur*, nō obstante, quod religioni se in genere obligarint; sin verò *non determinaretur ad locum aliquem* certum, sed professi Religioni in universo incorporarentur, ita ut *professi de loco ad locum pro lubitu superiorum transferantur*, tunc eorum

NB. eorū bona toti religioni vel Ordini acquiruntur, eaq; sunt in Generalis istius
48 Ordinis dispositione; quia cum bonorū acquisitio veluti *effectus* aliquis sequatur naturam personæ tanquam causæ acquirentis; hinc fit, ut cui persona aliqua religiosa incorporatur, eidem etiam bona acquirantur; consequenter si persona non certo alicui loco religioso, sed toti Ordini in universum incorporetur, fiatque non tam membrum unius, quam omnium monasteriorum; etiam bona illius non certo loco, sed toti Ordini acquirentur. Secus si re ipsa membrum maneat unius loci neque de uno loco in alium transferatur; quia æquum est, ut qui sentit incommodum ex persona sustentanda, etiam sentiat commodum ex ejusdem bonis, *c. qui sentit. de reg. jur. in 6.*

Ratio.

49 Proinde si totus Ordo non sentiat ex persona incommodum, sed unusduntaxat locus, etiam non totus Ordo, sed unus locus sentiet commodum *per c. de lapsis 16. q. 6. in fin.*

50 Demum alia datur *professio in specie seu in individuo* eorum, qui & certam regulam & in certo Monasterio V. G. *in Monasterio S. Pauli*, vel in *Monasterio S. Stephani* profitentur, per *c. in singulis c. ea quæ de stat. monach. c. cum deputati. de jud. c. cum & plantare, de Privil. & Clem. attendentes de statu Monach.* quod alteri tanquam *membrum proprietatis* non subsit; Horum bona spectant ad Monasterium, in quo sunt professi, *per text. in c in præsentia. de probat. c. quia ingredientibus de testam. auth. ingressi C de Sacro-Sanct. Eccles. & illud auth. de Monach.* Vide Anton. de But. *d. loc.* August. Beroi. *in d. c. in præsentia num. 543. & sequentibus usque ad 548. & in q. 83. num. 3. & sequentibus.* Francis. Monald. *cons 33. volu. 1. num. 1. 2.*

NB.

51 Ubi eam ex Navarro *communem* asserit Dd. Ait verò Berous *d. quæst. 83. n. 3. & 4.* breviter rem totam complectendo quod *quidquid Monachus* re & spe habet & acquirit, illud monasterio, in quo est professus, „ acquirit, *c. in præsentia de probat. authent. ingressi C. de SS. Eccles.* glossa. *in c.* „ *Si qua mulier 19. quæst. ult. cum similibus.* Præterea Monachus (qui *in* „ *genere subalterno* profitetur, hoc est, certam religionem particularem „ habentem superiorem unum, puta Abbatem generalium, qui de omnibus il„ lius Ordinis Ecclesiis disponit, & potest ac solet de loco ad locū Monachos „ transmittere, ita quod Monasteria illius Ordinis sunt verè membra sub uno „ capite. & ingressi sedē non habent perpetuā, sed modò huc, modò illuc Ab„ batis seu Generalis arbitratu mittūtur) si quid habeat, aut re vel spe acquirat, „ non membro nec loco, in quo vivit, illud acquirit, sed toti Ordini, in quo fuit „ professus. Ita voluit Ant. *in d. c. in præsentia*, qui allegat Speculatorē *in tit. de stat. Monach. ver. 19.* & gloss. 2. *in c. de Viduis. il. 1. 2. 7. q. 1.* quæ dicit bona sic

52 „ ingredientis esse in dispositione & potestate illius, qui est in Ordine superior, „ In idem adducitur notabilis decisio Joannis Andreæ *in rub. de stat. Monach.* „ *in addit ad Spec. in vers. Pileus. quæst. 3 tractat. & c. & num. 7.* subjicit: an verò in specie professi, qualesfunt ii, qui certam regulam in certo Monasterio,

sterio, *alii non supposito* profitentur, & hi quicquid acquirunt, illi Monasterio acquirunt, *d.c in præsentia.d auth.ingressi* & habetur *in d c.si qua mulier* 19. *q.ult.* hactenus ibi Beroius.qui in *d.c.in præsentia n.*548. addit, quod si tamen alicui Monacho relicta sint *Contemplatione alicuius loci certi*, illi dicentur acquisita, *arg. L. fideicommissa § interdum ff. de legat.3. & in c. requisisti. de testam.* uti & in dubio *contemplatione illius loci* relicta censentur, ubi quis professus est, vel cuius Monasterii nomen expressum est. Beroius *d n.*548

Pro quibus facit constitutio Greg XIII. *Romanus Pontifex* 54 *dat. Anno* 1578. *pro Congregatione S. Bernardi in Italia Ord. Cistertiensis*, ex qua constitutione professus unius Monasterii intelligitur etiam aliorum Monasteriorum d. Congregationis professus; non tamen poterit ad aliam provinciam nisi vel ob demerita, vel ex speciali gratia transmitti. Itidem & constitutio Gregorii XV. Papæ *Ad sacram B. Petri sedem. pro Præmonstratensibus data Romæ* 1621. *quinto decimo Calendas Maii, Pontificatus ipsius anno primo*, quæ summus Pontifex ad petitionem Servatii de Lairvelz Abbatis S. Mariæ Majoris Oppidi Mussiponti cæterorumque Abbatum Canonicorum & Conventuum Congregationis antiqui rigoris de consensu Generalis in Ordine Præmonstratensi erectæ contulit *anno* 1621. Religiosis omnibus hujus communitatis, ut nullus potius hujus, quam illius Monasterii dicatur & habeatur professus, consequenter bona communia habeant, ad quæ *per professionem tanquam filii ius acquirant*, prout etiam in decisione Rotali *Trevirensis unionis, Coram E.*[mo] *D. Verospio nunc Cardinali* 29. *Maii* 1641. fuit canonizata & approbata, quemadmodum *in Tractatu nostro* 3.c. 3. videre est, ut proinde F. Romani nuda assertio in contrarium allata evanescat. 53

54 Denique Fundationes à F. Romano allegatæ non habent hoc, quod ipsæ non *contemplatione Originariorum seu incolarum huius loci* religiosorum, sed alienigenarum & exterorum totius Ordinis S. Benedicti fuerint factæ; quin potius ex iis contrariū ostenditur, prout *in resolut. q.* 6. videbitur. At fundationes, quæ Societati fiunt, eæ juxta institutum Societatis nostræ à Sede Apostolica approbatum ad manus Admodum Reverendi Patris nostri Generalis, adeoque ipsæ iuxta *sup deducta* totius Ordinis contemplatione fiunt. Consequenter patet ratio *differentiæ*, quæ inter nostrum & reliquos Ordines stabilitatem in loco voventes, vel professionem suam ad certum Locum determinantes intercedat, vnde:

§. VI.

Differentia aliquot inter Religiosos Societatis Iesu & aliorum Ordinum stabilitatem loci voventium afferuntur.

55 Asserebam, quod in Ordine *S. Benedicti* secus se res habeat, quam in

Societate, nimirum quòd professi eius Ordinis *inviti* pro lubitu superiorum suorum aliò, sicut in Societate, transferri non possint. *Ratio est*, quia in illo professi voto se ad stabilitatem Claustri obligant. Anton. de But. in c. *sicut ex literis n. 2. de iureiur*, & quidem illius, ubi profitentur, Spec. *lib. 4. de Regular. & transeunt. n. 1.* ubi certam professionis formulam tradit, de qua copiosè *in tractatu nostro 4. lib. 1. cap. 7.* agetur, adeoque obligationem habeant in hoc & non alio Monasterio habitandi, qua *inviti* destitui non possint.

56 Idem probabam ex Bartholomæo à S. Fausto, *Ordinis Cistertiensis lib. 6. thesauri religiosi q. 158. n. 1.* ubi tradit, quod omnes Ordinis illius Regulares emittentes professionem, voveant suam stabilitatem & permansionem in Monasterio sub Obedientia talis vel talis Prælati, uti constat *ex forma profitendi*, quam omnes ferè religiones observant, Ita & Navar. *Comment 4 de regular super c statuimus. 19. q. 2 n. 30.* Innocent *in d. c sicut ex literis, de Iureiura.* Idem probat *per c. si cupis. c. placuit. ca. Si quis 16. quæst. 1.* Honor. *lib. 3. summ decret. tit. 35. de stat. Monach. num. 8.* Ita vero Innocentius *in d. c. sicut ex literis*, infert, nunquam Abbas debet dare literas absolutionis suo Monacho, nisi prius habeat aliud monasterium, vel aliam Ecclesiam, ad quam vadat, sed tunc bene licet,

57 & ex tunc nihil habet facere in primo Monasterio, *de instit. c. 2. & 3. 19. q. 3. statuimus. 16 q. 1. Si quis.* Cuiusmodi *absolutio* ab Innocentio Papa requisita foret nulla, si monachus ad hoc monasterium sese voto stabilitatis licet accidentariò non obstrinxisset: Quorsum enim aliàs religioso literæ darentur absolutionis, nisi quis per eas à voto stabilitatis loci absolveretur? atque ab illo absolutus nihil habeat facere, ut ait Innocentius, in primo Monasterio.

58 Subiiciebam hanc rationem, quod professus in illo Ordine S. Benedicti, quasi matrimonium spirituale cum hoc Monasterio, in quo profitetur, contrahat, adeoque se huic & hoc se ipsi vicissim tradendo obliget, ut ex communi docet Pan *in c. non est. n. 3. de regular*, quo *invitus* destitui non potest. Igitur &c.

59 Accedit, quod Monachi transituri ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis & instituti, in illoque jus acquisituri; debeant in altero *novam* emittere professionem. *per c. præterea, de prebend.* ibi, *& in utraque Ecclesia regulariter professus*, ubi Abbas & Dec. *num. 2.* plures pro hac

60 sententia contra alios affert Dd. authoritates, Et probat *similitudine militis* ex una cohorte ad aliam transeuntis. Frid. de Sen. *q. 5. per L. ex eo ff. de mil. testam. l. penult. ex quibus caus. maj.* & utrobique Dd. qui transiens de novo Iurare debet suo Capitaneo & vexillo, non minus ac alii, qui eiusdem sunt cohortis; quamuis Frider. *loc. cit.* Contrariam etjam Dd. opinionem proponat, quam tamen Panor. & Dec. *cit. loc.* & maxi-

& maximè Navar. *in comm. 4. de regul. n. 22.* tefellunt, nostramque sententiam latè propugnant.

Ratio ejus præcipuè petitur *ex c. Abbate, de V. S.* & ibi Panor. *n. 4.* vbi Guarinus professus Alciatensis electus in Abbatem istius Monasterij, non admittitur, nec ullum illius Monasterii obtinet jus, nisi in Monasterio S. Bertini prius aliquamdiu commoretur, & professionem illic novam emittat; quantumvis in alio monasterio eiusdem Ordinis & instituti professus. 61

Unde inferebam, signum id esse, quòd duntaxat inter professum & Monasterium ipsum per vota mutua ineatur obligatio, ac consequenter nec ipse totus Ordo nec Monachi aliorum Monasteriorum indiscriminatim in huius Monasterii bonis jus aliquod acquirant, adeoque de bonis per hæreticos occupatis tanquam de spolio, *nomine suo* non possint experiri. 62

F. Romanus ad hanc *q. 2 sect. 3. c. 3. n. 6. parad 6. nu 13.* nihil ad rem principalem affert; solùm formulam professionis à Speculatore allatam oppugnat, quamvis frustra; prout *ex tractatu nostro 4 lib. 1. cap. 7.* videre est. 63 **Commenta Hayana.**

Deinde ad hanc meam, quam subjungebam rationem 1. *Quorsum enim alias* (religioso) *literæ darentur absolutionis, nisi à voto stabilitatis loci absolveretur*, ita respondet; *ibid n. 14* inquiens *inepta & paradoxa illatio, tales enim literas S. Benedictus c. 61* regulæ; Commendatitias, *Vrbanus Papa* cautionem literarum *19*: quæst. 3. c. Statuimus. *nominant, quales etiam Chalcedonense Concilium* cap. 13. *exigit à Clericis sæcularibus ad alias Ecclesias Canonicè transeuntibus, easque cum S. Augustino pariter commendatitias vocat*, dist. 71. c. extraneo, & c. hortamur, *quas à sexta synodo* dimissorias *appellari constat* ex 21 q. 2. c. 1 *sed in primo nomine, quod dicantur literæ absolutionis, id unum quærit*, num *tales etiam Clericis sæcularibus dari præcipiantur, ut absolvantur à voto stabilitatis?* 64

Quorsum ergo dantur denique hæ literæ? Certè per eas clericus aut Monachus canonicè transferendus absolvitur; primò à stallo in choro; secundò à voce in Capitulo; tertiò à corpore collegii prioris Ecclesiæ vel Monasterii, ita ut definat esse Frater seu membrum illius incorporatum; quartò ab omnibus juribus, immunitatibus, & privilegiis eiusdem ac bonis temporalibus, ita extunc (ut *rectè ait cit. Innocentius*) *nihil habeat facere in primo Monasterio, vel Ecclesia, sed omnia hæc recipit in secunda. Quod si transferendus est religiosus, tunc Consecutivè & implicitè simul etiam absolvitur à termino voti obedientiæ, sicuti canonicus transferendus à termino suæ obedientiæ, citra votum præstandæ Rem eā* ut inquit ipse n. 13 *amplius ita elucidat; Regularis vovens continentiā ac paupertatē ubique locorum eas adimplet; obedientiam verò tanquā votum respectivum adimplere non potest, nisi habeat hominem cui loco Dei obediat, & talis est Abbas sive superior Monasterii, qui cum ratione dignitatis* 65 66

loco

Hieron. Brix. *in Repert. verb. absolutio* ex Innocentio *in c. Venerabilibus. de sententia excomm. in 6.* Atqui aliud est *ligamen*, quo Religiosus professus in Ordine S. Benedicti tenetur in monasterio manere, nimirum promissio vel votum stabilitatis Ordinis & Monasterii, quæ in ipsa professione promittitur. Caram. *in Theol. Regul. disp.* 44. 45. ubi quærit, *Vtrum religiosus professus transire possit ad aliud Monasterium ejusdem religionis*, Et num. 558. ait, quod 75
non solum stabilitatem in Ordine, sed etiam in Monasterio promittit Monachus, vnde *seqq. numeris* plures format conclusiones; quod nullus religiosus possit egredi ex suo Monasterio sine licentia expressa aut implicita Abbatis, &c. Idem constat ex S. Bernardo *Epistola 7. ad Adamum. Epist. 66. ad Abbatem. Flaviac. & in lib. de præceptis cap. 20.* ubi ei, qui licitè transiturus ad aliud Monasterium, ut sit ibi Conventualis, necesse est, ut à priori *absolvatur*; Aliud verò est *ligamen*, quo Clericus sæcularis est Ecclesiæ sæculari vel 76
Episcopo obstrictus, ut per se notum est. Igitur alia erit absolutio & consequenter aliæ literæ absolutionis erunt à ligamine monastico, seu voto stabilitatis; & alia absolutio seu aliæ literæ absolutionis à ligamine, quo sæcularis Clericus Ecclesiæ sæculari vel Episcopo est obstrictus. Unde quod Ego de *literis absolutionis* religioso, de quo agebam, à stabilitate loci 77
promissa, dandis assero, ipse F. Romanus perperam & ineptè *literis absolutionis* Clerico sæculari dandis applicat; eò quod literæ absolutionis ad *duo diversa determinabilia* referantur, quorum utrumq; in suo statu erat determinandũ *juxta l. 2. ubi* glossa *Ord. in verb manumitti. de off. Proconf.* glossa *magna* & ibi Dd *in l. Gallus §. 1. ff. de lib. & posth.* Secus ac F. Romanus existimat, qui vult eodẽ modo & non secundũ *statum cujusq;* eas determinari; consequenter unum determinabilium ab alio determinari, *contra L. antepenul. §. si quis adventu, & ibi notat* Bart. *ff. vi bon. rapt.* tum actum non à fine, in quem dirigitur, regulari & specificari, cõtra *l. si is, qui in aliena. verb. nemo enim ff. de acquir. rerũ domin. l. verum. ff. de furt.* Fortè non nemo obiicit, *c. 61. ex Regula S. Benedicti*, ubi statuitur, quod nemo ex alio monasterio noto, possit in aliud recipi ad habitandum, sine licentia proprii Abbatis vel ejus literis *Commendatitiis*. Ex longinquis autem locis non tantùm possit recipi tãquam hospes, sed etiam *tanquam Conventualis*, si voluerit *Stabilitatem suam firmare* & sociari Corpori Monasterii, seseque probaverit. 78

At notandum est prius, quod quis in monasterio possit recipi tanquam 79
filius Conventualis vel *hospes*; Filius dicitur ille, qui revera est membrũ Communitatis monasterio incorporatũ. Cujusmodi incorporatio fit, non per ipsam *professionem Novitii*. Cum nemo se ipsũ Ordini incorporare possit, sed per receptionem professionis ejus, qui ante, ut Novitius probandus, præsens erat corpore in Congregatione, nunc verò recepta ejusdem professione, *brevi quasi manu* se tradit religioni, eiq; per recipientẽ incorporatur, prout in *sequenti tract. 4. li. 1. c. 7.* videbitur, itaq; intellige Caramuel. *disp 46. de regul.*

*regul.Theol.conclus.*3.quod incorporatio fiat, vel in *professione*, Cum novitius incorporatur cõgregationi; vel *post professionem*, cũ aliquis professus, qui est sui juris, quomodocunq; volens admittitur ab Abbate volente, & consentientis cõmunitatis corpori asscribitur. *Conventualis* dicitur, qui ex sui Prælati licentia transit ad aliud monasteriũ, & *absolvitur* ab obedientia promissa Prælato prioris Monasterii, ejusq; obligatione stabilitatis in Monasterio, & promittit obedire Antistiti Monasterii, ad quod divertit, ibiq; stabilitatem firmat. *Hospes* autem censetur recipi, qui ad tempus in alieno monasterio habitat, & non est subditus secundi Abbatis, Caram *d.disp.* 46.*concl.*3.§. 563.*vers.ad clariorem, juncto c.*61. *Regula S.Benedicti*, unde factum est, quod quisque dicatur *incorporatus*, qui est ejusdem instituti & Ordinis, prout

80 gratis F.Romanus assumit *in anchora n.*116.Hoc supposito.

Resp.attẽta nuda regula, S.Benedicti Religiosũ Ordinis ejusdẽ ex longinquis locis & non noto Monasterio venientẽ, posse *valide* quidem, si se probaverit, in altero Monasterio recipi, non tamen *licite* sine licentia Prælati & *literis dimissoriis* saltem petitis; quia contra promissam veniet *Stabilitatem*, adeoq; alios nescios cõfratres scandalizabit & offendet, quin etiam Prælatũ

81 suum graviter affliget, nescium an amore sanctioris vitæ, vel tædio religionis profugerit; Immo etiamsi esset sanctioris vitæ studio transiturus, quam in suo monasterio nullatenus assequi posset, adhuc tamẽ *licentiam* & literas *dimissorias* petere tenebitur, ex iisdem rationibus, quas paulo ante attuli ex Caramuele *d.disp.*46.*concl.*7.*n.*573.neq; à Prælato ob stabilitatem promissam retineri poterit; quia cũ ipse stabilitatem rationabilem promiserit, eo fine, ut in virtute proficeret, nõ autem deficeret, hic autem si perseveraret, deficeret ius esset, fit ut stabilitas promissa tali casu ipsũ non obliget, adeoq; ea non obstãte possit ad aliud monasterium ejusdem Ordinis, ubi sanctius vivere possit transire, petita tamen, ut ante dixi, ad cavendũ scandalũ & offensionẽ, prius licẽtia & literis dimissoriis, per not. Carã. *disp.*45.& *d.disp* 46.

Hinc patet 3. quod F. Romanus *absolutionis literas* perperam exponat. Idemq; manifestè in *Converso* professo ostenditur, qui à priori Monasterio si absolvatur, sanè non à stallo in choro, & voce in capitulo &c.absolvitur.

82 4. Et licet *literæ absolutionis*, dimissoriæ, & commendatitiæ in actibus quibusdã voluntariis, de quibus *dist.* 73 *per tot.* in effectu videantur coincidere; tamen differunt; quia *dimissoriæ* quoad actum ordinationis seu secundum quid sunt, quibus aliquis *dimittitur* ad accipiendum Ordinem; *Cõmendatitiæ* dantur, ut peregrinus aliquis actũ Ordinis exercere licitè possit. Barbos. *li.* 1.*de jure Vniu.Eccles.tit.*33.*n.*74. ita similiter de *dimissoriis absolutionis* poterit dici, quod sint eæ, quibus aliquis religiosus à manu & potestate sui Abbatis dimittitur & emancipatur. ut alibi possit admitti tanquam Conventualis; *Commendatitiæ* vero, ut tanquam hospes recipiatur.

Dimissoriæ, Cõmendatitiæ & Absolutionis literæ differunt.

83 5. Figmentum est F.Romani, quod *Stabilitas in loco* proficiscatur ex eo, quod Prælatus, cui debeat obedientiam, teneatur ad residentiam localem,

cum

cũ nec ulla auctoritate id cõprobetur. Erubescimus autem fine lege loqui. *§. cõsideremus, auth de trient. & semis. l. illam in fine C. de collat.* tũ quia licet Prælatus aliquis religiosus localis teneatur residere in loco; non tamen propterea etiam ipsius religiosi subditi erunt ad certum locũ obstricti, ut patet in religiosis subditis, qui stabilitatem in Ordine ad certum Monasterium seu locum non voverunt seu promiserunt, sed in manibus sui superioris Generalis aut ab eo potestatem habentis professionem fecerunt. illi enim ex eo, quod superior Generalis certo in loco residere teneatur, non propterea ad loci stabilitatem obstricti erunt, sed ad nutum superioris Generalis indifferenter transferri possunt, *Vid infr. in tr.* 4.

6. Stabilitas loci autem oritur vel ex eo, quia speciatim superiori loci, in quo fit professio, est promissa, ut tradit Caram. *in Theol. Regulari disp.* 44 45. 46. *n* 585. vel quia votum obedientiæ ad eam particulariter porrigitur; unde promissio *stabilitatis*, materialiter & non formaliter accepta votum nuncupatur. prout *in tract. nostro* 4 *lib.* 1. *c.* 7. deducemus. 84

7. Imperitè F. Romanus asserit, *d. paradox.* 6. *n.* 16. me hic *q.* 2. *sect.* 3 *c.* 3. *n.* 6. *& allegat.* 399. me *q.* 8. *nu.* 6. 7. *&* 8. tradere, quod *translatio Canonica & nudus transitus Monachi* ex uno loco in alium (qualis est, *si quis vadat à Monasterio ad monasterium, ut ibi aliquãdiu Philosophiam profiteatur, &c.*) sint unum ac idem, ac inter se convertantur ut definitio & definitum. Neq; enim *d. q.* 2. *n.* 6. *ac d. q.* 8. asserui, illa duo cõverti. Id solum *in q* 8 inculcavi, quod etiam transitus ab uno monasterio ad aliud Studiorum Causa possit dici translatio Canonica, *arg. c. tuæ fraternitatis. de cler. non resident. & not* Alberi. *in dict. verb. transferri*, cum *translatio* Canonica & illum & alios modos transitus contineat. Certè, sicut qui dicit, *hominem esse animal*, ipse nõ asserit, illa duo converti ita nec asserens, quod transitus ab uno monasterio ad aliud studiorum causa, sit translatio Canonica, etiam dicit, ea duo converti ut proinde F. Romani discursus multis partibus vacillet. 85 86

8. Quod iterum F. Romanus negat *per literas absolutionis Religiosum à voto stabilitatis* loci promissæ absolvi, eo quod non detur *votum stabilitatis*, Captiosum est & æquivocum; quia votũ stabilitatis nunquam formale, sed tantum materiale esse diximus, eò quod votum obedientiæ ad ipsam terminetur; ut F. Romanus se ipsum imperitis sermonibus involvens tandem in sup. adductis cogitur fateri. 87

Quod autẽ sup. F. Romanus negat per *literas absolutionis* à stabilitate promissa religiosum liberari, repugnat sensui Communi Ordinis S. Benedicti, de quo S. Bernardus & Caramuel *in supra d. loc.* An non propterea Cluniacenses, aliiq; cum S. Bernardo expostulabant, quasi hic illorum Monachos sine *licentia & absolutione* superiorũ recipiẽdo & retinendo in Cõventuales, stabilitatem promissam contravenisset, videantur *supra citata* Epist. S. Bernardi, unde patet quod Cluniacensium aliorũq; Monachorũ sensus cõmunis sit ac fuerit, ut aliquis Monachus in alio Monasterio recipi possit tãquã 88 89

Conventualis, requiri *absolutionem à stabilitate* promissa. Idem tradit Cara-
90 muel *in disp.46.Theolog.Regul.sub conclus.4.n.564.* quod per *literas absolutio-*
NB. *nis quis excorporetur à suo Monasterio*, eximaturque ab exercitio obedientiæ, quam debebat tali homini Superiori in isto loco & ab Obligatione habitandi in tali monasterio.

91 Hujusmodi verò sensus communis erroneo & singulari F.Romani sensui ac figmento quin sit anteponendus, nemo est qui dubitat. *per l. Labeo & ibi* Bart.& Alb.de Rosat.*de suppellect.legat.*

92 *Stabilitatis obligatio.* Similiter quando F.Romanus negat, *Stabilitatem* promissam non obligare religiosum, ut *perpetuò* maneat in Monasterio, æquivocè loquitur & cavillatur. Vel enim intelligit eam *stabilitatis promissæ obligationem*, ut quis *perpetuò* teneatur corpore præsens actualiter manere in Monasterio, ut nũquam etiam cum venia superiorũ exire possit; Et ille sensus erroneus nunquam à me, vel ab ullo nostrum intentus fuit, *prout in tractatu* 4. *li.*1. *c.*7.o-
93 stendi; sin verò intelligat *eam stabilitatis obligationem* esse, ut *perpetuò* sit obligatus, sive actu sive habitu & morali æstimatione manere in Monasterio, neque possit ad ullum aliud cum effectu sine licentia & absolutione superioris transire, etsi hanc F.Romanus neget, tunc contra S.Anscharium, S. Rembertum, de quibus *in d.loc.tractatus* 4.S.Bernardum *supra cit.loc.* Immò cõtra decretũ Concilii Eboracensis à Rogerio Hoveden *part.post in Richardo* 1.allegatũ sentiet, & contra ea, quæ inculcant Laurentius de Rodulph.*in c.Monachi.16.q.1.n.14.* Pan *in c non est.de regular.* Caram.*d.disp.*43. 44. 45.*n.* 564.*& n.*585. Atq; hinc patet, quomodo F. Romanus aliena semper fallaciter loquatur.

94 10. Quod F.Romanus *allegat.*63.64. aliã rationem meam supra allegatã, nimirum, *quod inter Monachum professum & Monasterium contrahatur Matrimonium spirituale*, juxta Pan.*in c.non est.n.3.de Regular.* & communem Dd conatur impugnare, ex eo, quod solus Abbas dicatur sponsus Monasterii, ex Pan.*in c.in Præsentia n.48.de probat*, in eo vehemẽter fallitur, prout *in d tract. nostro* 4.*li.*1 *c.*6. abunde ostẽdimus, quod licet solus Abbas dicatur sponsus *Ministerialis*, & *Christus Principalis*, nõ tamen propterea excludenda sit à Matrimonio *Sponsa*, qualis est quisq; Monachus privatus respectu Abbatis & Christi, ex illo 2.*Cor* 11 *c.*2 *Despondi vos uni viro Virginẽ castã exhibere Christo.*

95 11. Rursus *allegat.*456. particulã rationis meæ ex *c præterea. de prabend. ibi, & in utraque Ecclesia Regulariter professus*, desumptam conatur aliò detorquere, quasi ego *ex eo*, quod Pontifex mãdat, ut habens duas dignitates, alteram dimittat, *inferam*, ergo Monachi transituri ad aliud Monasteriũ ejusdem Ordinis debeant ibi novam emittere possessionem. Quæ est manifesta
96 impostura F.Romani, eaq; visis & examinatis verbis meis egregiè refellitur. Cum ego cum Canonistis ex illis verbis, *& in utraq; Ecclesia Regulariter Professus*, ostendã, quod qui religiosus sive Monachus, sive Canonicus Regularis ab una Ecclesia regulari, ad aliam transit, soleat, immò debeat,

non

non tantum in priori, sed & in posteriori Regulariter profiteri. *ex d. c. praeterea, in cit. verb.* quam meam collectionem F. Romanus dissimulat; interim quasi per accidens ad verba textus modo allegata respondet; *qua autem* inquiens, *ibi pra mittuntur de Canonico illo regulari, quod in utraque Ecclesia cathedrali fuerit regulariter professus, ad narrationem pertinent, qua narrativa legem non constituit, sed quid factum fuerit, historicè exponit. Neque de translatione Canonici ibi sermo est, cum præfatus Canonicus utrumque Archidiaconatum simul tenere intenderet, non cupiens se ab vna Ecclesia ad aliam transferri. Vnde & optionem alterutrius retinendi accipit.* Vide c. nullus. c. mandamus & c. statuimus. 19. q. 3. *Hac ipse.* **Commentis Hajanum circa c. praeterea, de prab.** 97.

Ast mecum sentit Abbas Pano. *in d. c. praeterea. n. 3.* ultimo, *inquiens*, nota ex prædictis & ex textu, quod Regularis, qui legitimè transfertur ad aliam Ecclesiam Regularem, Iterum ibi Profitetur, pro hoc textus in *d. c. Abbate de V. S. in verb. professione facta* & vide quod notat Ioannes de Lignan. *in Clement ne in agro. de statu Regular* En quid clarius? An tibi Abbas Panor. Canonistarum Coryphæus non ad rem? non textum hunc expendit? itaque cessat *allegatio tua* 458. Vide infra Resolut. *q. 3. c. 3. §. 11.* *Discutitur.* 98.

Neque obstat ratio F. Romani in contrarium obmota, quod *verba narrativa vel enunciativa legis non disponant, seu legem non constituant*; quia id non obtinet, quando ea verba principaliter referuntur; tunc enim disponunt, Mantua *conf. 111. n. 15. & conf. 219. n 25 per c. si Papa de privil in 6.* si verò non *principaliter*, sed *incidenter* referantur, præsumptionem inducunt. Fachin. *lib 1. conf. 56. n. 13.* Gemin. *in c. 1. si Papa col. 1. vers. si quaritur. & ibid.* Francus *col. 2 vers. in eadem glossa in fi e.* 99. 100.

Vnde cum ex textu *d. c. praeterea*, pro me præsumptionem habeam, quod qui ex una Ecclesia regulari ad aliam regularem transfertur, iterum ibi profiteatur, ego ab ulteriori onere probandi sum liberatus *per L. 24. §. sed et si ita 8. ff de fidei commiss. l bert. L. non est ff. quod met. caus* 101.

Neque obstat, quod in utraque Ecclesia Regulari retinuerit Archidiaconatum, quia non propterea sequitur, quod etiam in vtraque Ecclesia retinuerit Monachatum, Cum nemo duabus in Ecclesiis regularibus & Monasteriis non dependentibus possit esse Monachus. *in c. 1. de religi. domi. c. cum singula. § prohibemus de prebend. in 6.* Card. & Imol. *in d. c. praeterea*, quia ut tradit Navarr. *comm. 4. de Regular. sub. n. 22.* § 5. constitutus in duobus Monasteriis eiusdem Ordinis à se invicem non dependentibus, esset futurus sub diversa obedientia, contra *c fin. de relig dom.* & esset monstrum habens duo capita, *contra c. quoniam in plerisque de off. Ord.* Archidiaconatus autem officium quare in duabus Ecclesijs regularibus ipse voluerit, vel in alterutra pro lubitu potuerit retinere, varii varias afferunt rationes, ex quibus hæc vna est quod ex gratia id sit permissum, sicuti affirmant Imol. Anchar. Vivian. *in d. c. praeterea c. gratia de rescript. in 6.* quamvis id nunc non permitta- 102. 103.

tur, sed assecutione posterioris prius cesset, ut tradit Ioan. Im. *in d. c præterea, per c de multa de præb. d. c. cum singula. §. prohibemus. Card in d. c. præterea.*

104. Quid vero *ex c. nullus. c mandamus c. statuimus*. 19. q. 3. ubi prohibetur, ne *Canonicus Regularis fiat Monachus*, concludere velit, non est quod video. Nec enim ego dico, quod Canonicus regularis transierit ad Ecclesiã Monachalem, sed aliam Ecclesiam eiusdem Ordinis *regularem*, quemadmodum Host. Io. Andr. Card. *in d. c. præterea* docent, quẽ textũ etiam gloss. Anton. de But. Ioan Im. *de Monachis* accipit, ut nimirum Monachus ab uno Monasterio ad aliud transferendus etiam *ex rationis identitate* profiteatur, necesse sit.

105. Idem tradit Philip. Dec *in d. c præterea n. 2 de præb:* ubi ait, *tertio nota quod si Monachus professus est in uno Monasterio & ad aliud proficiscatur, debet etiã ibi professionem facere.* Annon hic expressè meam proponit sententiam, itaq; falsa est F. Romani *allegat.* 459. Neq; hoc ipse Decius solus ex se statuit, sed plures allegat. *Ita dixit*, inquiens, *Abb hic, & ita probatur* in c. Abbate, ubi *Abb.* in 4. notab. inf. V. S. *notat Fridericus* in cons. 5. incipit. quidã Monachus. dub. 2. (at mihi est dubium primum) *& adde Abbatem* in cons. 96. cum ad aures. in fin. col. 5. *Quod verum videtur, quantum ad hoc, ut quis Monachus secundi Monaste-*

106. *rii dicatur esse prout loquitur textus* in d. c. Abbate; *secus quoad substantiam regulæ; quia non videtur necessaria alia professio; cum sit eadem religio*; per quam *distinctionem* re ipsa & in actu exercito solvit Decius objectiones, quæ in contrarium poterant formari ab iis, qui contrarium aut proponunt aut sentire videntur, quorum argumenta proponit Fridericus *d. q 5. dub.* 1 Rebuffus *de translat. Mon.* hic à F. Romano citatus, *qui notandum esse* inquit, *quando quis translatus est ad aliud Monasterium, nõ est necesse facere novã professionẽ in secundo Monasterio; nam semel facta professio sufficit* c. nullus c. indemnitatibus. de Elect. in 6 *quando non sunt diversæ regulæ Pan.* c. Abbate not. 4. de V. S. Qui tamen Dd. intelligendi sunt, prout inf. ex Caramuele explicabo. n. 110. 111.

107. Similiter F. Romanus *allegat.* 65. 66. circa *c. Abbate de V. S. & ibi* cit. Abb. *not.* 4. cavillatur, quando Monachum Guarinum Professum Alciatensem electum in *eiusdem* Monasterii, & non S. *Bertini* Abbatem asserit; quia licet per errorem typographicũ, vox S. *Bertini* pro istius sit expressa, non tamen propterea solvitur argumentum *ex d. c. Abbate.* à me atq; à Pan. Decio *in cit. c. præterea de præb.* desumptum, nimirum quod cum Abbas Alciatensis eligi vel assumi debeat à conventu *S. Bertini* atq; Monachi Alciatenses Guarinum non ex Conventu S. Bertini, sed Alciatensi Abbatem elegissent, istic disponatur, eius electionem robur habere nõ potuisse, nisi prius apud Monasterium S. Bertini professione facta aliquantum temporis commoratus usq; dum ex ejusdem loci Abbatis & conventus beneplacito in Alciatensem assumeretur Abbatẽ &c. Vnde nostra iterum ratio aperte confirmabatur, nimirum, quod ut aliquis religiosus in vno Monasterio professus alterius Monasterii eiusdem Ordinis membrũ reputetur, in eoq; jus acquirat, necesse

necesse sit, ut etiam ibi profiteatur; nam ita Pan. *in d. c. Abbate not.* 4.*n.*5.*ait.* nota, quod professus in vno Monasterio intrãdo aliud Monasteriũ ad hoc, ut dicatur Monachus illius Monasterii, *oportet, quod iterum ibi profiteatur*, sicut facit iste, de quo hic in textu. Idem videtur colligi ex S. Bernardi *Epist.* 67 *vbi de G. ad H. seu Hugonem Abbatem & Monachos Flavtacenses* sic scribit, *Cuius nos videntes constantiam, audientes causam & nullam contra eum calumniam, admisimus introitum*, Probavimus susceptum, Adstrinximus probatum, tenemus professum. 108.

Vnde patet, quod transeuntes ad aliud Monasteriũ, ut illi incorporentur, debeant probari, & post probationem adstringi professione. Vide Caram. *d. disp* 46.*concl.* 13.*n.* 599.*&* eundem *disp.* 45.*concl.* 67. *&c. n.* 540.541. 109.

110. Vnde ad . . . entẽ casum ex eo, ut quod Iuris est, & servatur in toto respectu totius, illud etiam sit & servetur in parte respectu partis *L. quæ de tota ff. de R.V.* argumentando infertur, quod sicuti Religiosus translatus de una religione ad aliam, non *tenetur iterum profiteri essentialia*, quæ in priori professus est; eò quod ex voto solemni obligetur servare virtutes essentiales status religiosi, constitutiones, quodq; qui semel vovit, non opus habeat iterum vovere; cum promissio secunda præcisè secundũ se non possit majorem obligationẽ inducere; si tamen aliqua foret in votorum materia, essentialis distinctiõ, quam non vovisset, tunc teneretur transiens vovere, nõ minus quam alii, ad quos transiit, quia dignum est, ut qui suscipiunt cum aliis vitam, simul eandem sentiant cum aliis in legibus disciplinam *c. recolentes, de stat. Mon.* Insuper in tali casu omnes promissiones factæ hominibus essent repetendæ; quia in Ordine S. Benedicti debet polliceri expresse aut implicitè stabilitatem suam Ordini sub eadem aut simili regula militanti & obedientiam novo superiori. Nam sine ijs transitus stare nõ posset, Præstitis vero iis promissionibus & à superiore admissis censeretur quis alteri Ordini incorporari; ita à pari transiens ab vno Monasterio ad aliud eiusdem Ordinis, non tenebitur professionem solemnem repetere; sed ea profiteri, quæ alii ad quos transit profiteri solent, & ipse ante non est professus, itemque *stabilitatem loci in secundo Monasterio* & obedientiam alteri Prælato promittere; Nam sine iis transitus stare non posset. iis verò præstitis & à superiore admissis censeretur alteri Monasterio incorporatus *c. recolentes.* Et confirmatur ex eo, quod sicut & miles ab una cohorte ad aliam sub eadem legione transiens tenebitur suo capitaneo & vexillo de novo jurare *per L. ex eo ff. de mil testam. & L. vlt. ff. ex quibus caus. maio.* ita etiam religiosus de vno Monasterio in aliud transiens, tenebitur de novo suo Prælato obedientiam & stabilitatem in loco promittere. 111. 112.

Demq; Navarrus *in Comment.* 4 *de Regular. n.* 22 (vbi meam hic de Ordine S. Benedicti factam propositionem, nimirum *in eo Ordine religiosum* 113.

profes-

professum ex uno Monasterio in aliud, ut ibi non tantum aliquamdiu commoretur, sed eius fiat membrum, non posse invitum transferri, fusissimè disceptat, & probat. At quando F. Romanus pro illo substituit *ex censura Lymanni* 12. *Navarr. cons. 3. & cons. 60. & 64. de Regular*, ubi agitur de Monacho ab una religione ad aliam religionem approbatam transeunte, indeque me vult *allegat.* 460. redarguere, quasi falso citaverim Navarrũ *in Comment. 4. de Regular n.* 22. perinde agit, ac si quis diceret, S. Ioannes *in cap. 1. Evangelii* scribit; *in principio erat verbum &c.* & ipse F. Romanus substituat, *S. Ioannes*, inquiens, *in Epistola sua 3.* hoc non dicit, *ergo F. Romanus à primo ad ultimum concludendo* infert, verũ non esse, quod S. Ioannes in Evangelio suo dicit, *In principio erat verbum*. Insuper scopæ sunt solutæ, quibus *allegatio* 140. falsa ascribitur.

114.

115. Martinus Navarrus *in d. comment. 4. de Regular.* agit de stabilitate & transitu Regularium, ac *cons. 4. de stat. Monach & Canonicorum regularium lib. 3. n. 22.* definit, quod Monachus invitus ex uno Monasterio in aliud eiusdem Ordinis transferri nequeat; tum quia per Professionem suam acquisivit jus in hoc Monasterio, quo invitus destitui nequit; tum quia promisit stabilitatem manendi in suo, non verò in alio Monasterio; Sicut vovens certum

116. Monasterium, si ibi non admittatur, nō tenetur aliud eiusdem Ordinis intrare, secundum S. Thom. receptum *in 2. 2. q. 88 Ar. 3. ad 2. & q. 189. Ar. 5 ad. 2.* quod si tamen voluntarie transiturus esset, indigeret *absolutione à primo*, prout fuse & late apud Navarr. *d. n. 23. & q 23.* videre est, quæ omnia describere nimis foret onerosum; Exempla quoque SS. in illo Ordine virorum eam in rem alibi adduxi, sufficit ea indicasse. Videatur *& eiusdem cons. 4. de*

117. NB. *stat. Monach. & Canonic. regul. lib. 4.* ubi *n. 1.* dicit: Quod noviores novitatum studiosiores, quàm antiqui multum in hoc *&* aliis innovaverint, eò quod Prælati essent triennales, de quo late *in c. nullum 27. q. 2.*

Atq; hinc relinquitur, F. Romanum vel nihil ad rem afferre, vel Citare vel etiam perperam à separatis, diversis argumentari.

§. VII.

De asserta possessione Civili ex authoritate Eminentißimi Electoris Trevirensis Philippi Christophori.

118. Respōdebā Auctoritatē Eminentissimi Principis Electoris Trevirensis oppositam sua sponte collabascere, si consideretur, quod ipse sit *pars adversa litigans*, adeoq; assertioni suæ Celsitudinis hac in re non standum, nisi aliunde probetur *L. non nudis C. de probat.* Deinde illi hoc opponatur, quod si Ordo adhuc civiliter possideret bona emortuorũ Monasteriorũ non possit is ratione eorundem agere de spolio, sed tantũ, ne sua turbaretur possessione, *per not.* Menoch. in *prælud. recuper. possess. n. 21 22. 36. & seqq.* Atqui ut F. Romanus asserit, Ordo potest ratione eorundē bonorũ agere de spolio *d. q. 1. n 80.* Igitur Ordo bona emortuorum Monasteriorum civiliter non possidet; quæ conclusio assertioni *Trevirensis Archiepiscopi* contradicit, estque eiusdem contradictoria.

F. Roma-

F. Romanus *allegatione* 67. contra infert, quod *ego igitur velim per notat. Menochii, eum qui naturali possess. one spoliatus fuit, civilem verò retinuit, non posse agere de spolio ad restitutionem naturalis, sed tantum ne in sua civili possessione turbetur, locis verò citatis Menochius nec apicem huius doctrinæ proferat, nec materiã hanc attingat, cuius mentem explorare si mihi placet, legam* 15. remedium recuperandæ n. 389. vbi, *sufficit ergo spoliatio*, inquit *ad suam fundandam intentionem, probare se olim possedisse (naturaliter) quia continuata possessio, saltem civilis præsumitur; quare sufficit ad consequendã Restitutionem naturalis.* Ac paulo post n. 391. *ad naturalem ergo consequendam, hæc sola civilis sufficit, iuxta* textum L. clã possidere §. qui ad nundinas. de acquir possess. *sic docuit in nostris his terminis Baldus* in L. penult col. ult. C. si non compet. Iud. *& probat* L. 1. § interdictum vers. sive autem. de vi & vi armata, *dum civiliter possidenti concedit restitutionẽ; At hic ostendit se civiliter possedisse, cum recuperandi animum ostendat.* Hucusque Menochius: *cui iungit* Tiraquell. *de Iure const. poss. part. 2. ampliat.* 11. Dyn. *in c. sine possessione de R. I. in 6. n.* 17. idq; rectè, *quia idem esse dicit* F. Romanus *recuperare possessionem & spoliatum restitui*, ut inquit *d. Menoch.* in præludio recuperandæ possess. n. 2. & 3. *vide Dyn.* loc. cit. *Dd. communiter* in ff. tit. de acquir. possess. *contra Azonem cum Ioanne afferentes, naturalem & civilem esse duas possessiones specie differentes, adeoq; spolium vnius, non inferre spolium alterius; consentit Rota* decis. 561. n. 5. part. 1. in recent. & decis. 649. n. 10. part. 2. ibid. *& fuit dictũ* in Brixiensi Optionis 7. Februarii 1620. *coram R. D. Manzanedo apud Oliverium Belteraminum* decis. 555. n. 11. *& sic possidens potest recuperare quod perdidit in genere diverso.* 119. *Comm. Hayana.* 120.

121. *Discutiuntur.* Verum F. Romanus aliquot mihi affingit propositiones, quas ego non trado, & ipse more suo solito nihil ad rẽ. Principio ego nõ nego, quod dejectus possessione naturali possit retinere civilẽ, eaq; mediante recuperare naturalẽ; hoc enim haud dubie afferunt, quotquot tradunt Dd. quod retinẽs civilem, *interdicto uti possidetis*, agat, *directo*, ne in civili turbetur, *& in consequentiam*, ut naturalem recuperet. Bero. *in c. item cum quis n.* 18. *de restit. spol.* Quod bene notãdũ monet Angel. *in L. clam possidere § qui ad nundinas sub fin. & ibi* Ias. *n.* 52. 61. *ff. de acquir possess.* & frequentissimis præjudiciis Rotalibus confirmatũ est. Vide Oliver. Beltraminum ad Gregorii xv. *d. decis.* 555. *n.* 11. 122. Ast ego dico & aio, quod dejectus possessione naturali si agat simpliciter & absolute NB. F. Romane, de spolio, adeoq; se habeat *pro spoliato*, ille perdat *civilẽ* possessionem, non ex facto occupatoris & invasoris, sed ex voluntate sua, quia animum possidendi posuit. Nã qui habet se pro spoliato, exercet actum pendentem ab animo spoliati Gregorius xv. *decis.* 268. *n.* 6. *per L.* 3. §. *in amittenda. ff de acquir. possess.* quo ostendit, se nunc non habere animum possidendi, per not. Gregorij xv. *decis.* 307. *n.* 9. *& seq.* Oliver. Beltram, ad Gregori xv. *decisio.* 555. *n.* 11. Rota Rom. *decis.* 316. *part.* 2. *apud* Farinac. *in recentiss.* adeoq; nec possidet ciuiliter. Cum civilis animo retineatur *L.* 3 *ff. de acquir. possess.* contrarium si quis assereret, implicite contradictoria involve- 123.

ret. Quare Cov *pract qq.17. n.3.* cavendum monet, ut qui civilē retinet pos-
124. sessionem, acturus ut naturalem recuperet, & *in civili* non turbetur, sed manutencatur, non habeat se pro spoliato. Idem patet ex traditis à Bart. *n. 3. & seqq.* Alber. *n.12.* Castrens. *n.3.* Ias *n.32. in d. §. qui ad nundinas L. clam possidere. cum le. seq ff. de acquir. possess.* Felin. *in c. vigilante. sub n 6 de praescript.* Salic. *in L licet n.3. C. de acquir. possess.* Vnde Menochius *citato à me loco* pristinam dicit recuperandam esse possessionem; *Cautela* quoq; isto casu solet esse, ut quis protestetur, se velle retinere civilem, nec se habere pro spoliato, quo casu possessionem civilem amittere non dicetur. Rota Romana *decis 264.*
125. *part. 1 in recentiss. apud Farin. n.6.* Atq; hæc practicis bene notanda sunt, quia sæpius vidi à nonnullis ea in re peccari.

Ex quibus patet, F. Romanum ad rem nihil proposuisse, nec quid in asserto loco docuerim, intellexisse; unde multifariam à scopo ipse aberravit.

§. VII.

Ostenditur ratione, quod Ordo Monasterii Conventu ob mortem omnium destituti possessionem civilem non habeat.

126. Attexebam *aliam rationem*, ex qua constabat falsum esse, quod Ordo Monasteriorum emortuorum civilem possessionem adhuc habeat; nam hæc licet solo animo retineatur, tamē decennio elapso perditur. Menoch. *7. remed. recuper. possess. n.15* Dyn. *in c. sine possessione. n.32. de R. I in 6.* quam sententiā ferè omnes Dd. sunt secuti, ex quibus multos congessit Tiraquell. *Tract. de Iure consti. possess. in 3 part. limitat. 21.* & latè Cravett. *cons. 235 n.1.2.* proinde hoc in casu, etiamsi Monachi dejecti superessent; tamen quia nō decennio tantum sed aliquot decuriis annorū bona sua neglexerunt recuperare non interpellando aut impetēdo detētatores, *civilē* eorū perdiderūt possessionē.

127. Denique Civilis possessio perditur, quando absente possessore tertius aliquis rem ipsius occupat, & priorem possessorem revertentem ad possessionem non admittit *L.1. §. deijcitur. juncto §. sive autem corpore meo ff. de vi & vi arma.* Schneidew. *in §. recuperandæ. n 21. Instit. de interd.*

Atqui ex F. Romani mente *n.96. d. q.1.* vivis adhuc Monachis absentibus ipsorum Monasteria occuparunt Hæretici, & Monachos ad ea reversuros noluerunt admittere. Igitur Monachi etiam Vivi illorum Monasteriorum possessionem Civilem amiserunt.

128. F Romanus *allegat. 68.69.70.71.72.73.* pleno impetu hanc rationem invadit, more suo præter rem, dicendo, *Dd. isti loquuntur de bonis sæcularibus. Ego autem eos allego de bonis Ecclesiæ. Doctores nomen possessionis accipiunt, ut iuris nomen est; Ego de iis detentoribus loquor, apud quos possessio nomen est merissimi facti; illi de possessione bonæ fidei pronunciant. ego de malæ fidei possessoribus; illi de bonis & personis, in quibus locum habet præscriptio. Ego ibi volo decennio præscribi, ubi nec mille annis præscribi potest. nam ut ait Menochius* loc. cit n.13. *nostra hæc constitutio*

Commenta Hayana.

129. *loquitur, cum quis iusto errore vel absoluta causa Possessionem invasit. &* n.14 *quæro quarto, qualis error is esse debeat, quo possit invasor excusari, & arbitror esse intel-*

ligen-

ligendum de errore justo, cum & glossa hic exponat credentes esse suam. Ego autem loquar de Hæreticis, qui ex nulla Iusta causa Monasteria & Ecclesiastica bona invaserunt. 3. Tiraquelli discursus totus est in Iure constituti possessorii fundatus in mea thesi de tali constitutio nulla fit mentio, nec hypothesis; Tiraquellus loquitur de possessore, qui naturaliter possidet nomine possessoris Civilis. nam ut hoc illis addas, ait Tiraquellus citat. limitatione 21. n. 4. hæc *possessio de qua tractatur, tenetur animo nostro & corpore alieno, eius* scilicet *qui nostro nomine naturaliter possidet aut detinet* L. 3. §. *falsus* ff. de acquir. poss. *Ego autem agam de statibus Catholicis, qui bona Ecclesiastica non nomine Ecclesiæ vel Religiosorum Ordinum, sed proprio eoque invalido detinent.*

Dynus insuper loquitur de possessore bonæ fidei, qui præscribere possit (possessor enim malæ fidei nullo unquam tempore præscribit) commentatur illi quippe in regulas Iuris, quod sine possessione præscriptio non procedit. Immo in fin. n. 34. *contra me expresse concludit, per quod patet,* inquiens, *quod ad præscriptionem est necessaria civilis & naturalis possessio simul, vel Civilis sola; naturalis autē sola non sufficeret eo casu, quo poneremus alium civiliter possidere. Eandem sententiam cum prædictis tuentur* Cravetta & Dd. citati. *alias enim ex meis fundamentis sequeretur, non minus universalem Ecclesiam civilem possessionem suorum Archiepiscopatuum & Episcopatuum in Asia, Africa, Germania, Anglia & alibi decēnio perdidisse. Unde appaet quā gloriose ego pro Ethnicis & Hæreticis contra Monachos & Ecclesiā Universalē veliter. Quando ipsos Principes Hæreticos & Gentiles detentatores non modo supponam Monasteriorum & Episcopatuum esse veros Possessores sed & Præscriptionem legitimam possessionis* Civilis *elapso decennio illis adjudico.* 130. 131.

Præterea alio quoque sensu falsas esse meas allegationes Doctorum asserit, qui non dicunt possessionem civilem elapso decennio perdi, sed ut verbis utatur Menochii d. n. 25. *possessionem civilem, quæ solo animo detinetur, decennali negligentia, non verò decennali violenta hostium detētione amitti, quæ duo toto cælo inter se differunt, neq; enim tempus est modus perdendæ possessionis.* Dynus loc. cit. n. 31. *Sed oblivio & negligentia Tiraquell* d. loc. n. 6. *quæ hoc casu nulla fuit, proinde recte concludit ibidem Dynus.* n. 33. *quod quamdiu absens retinet civilem possessionem, non inchoatur præscriptio, Immò nec inchoari potest in bonis Ecclesiasticis, præsertim ab acatholicis & possessoribus malæ fidei &c. Hoc scil. est primos flores (quos vepretum nuncupare par est) offerre Cardinali Eminentissimo.* 132.

6. *Præterea falso insimulem Monachos desidiæ & negligentiæ, quos,* inquam, *non* 133. *decennio tantum sed aliquot decenniis bona sua neglexisse recuperare, non interpellando aut impetendo detentatores, adeoque civilem possessionem perdidisse &c. Ego ut religiosos Ordines exuam omni spe & possessione monasteriorum destitutorum, & ad nostram Societatem derivem eorundem Cœnobia, omnia excogitem &c. nec advertam interim me causam universalis Ecclesiæ eodem telo vulnerare. Loquar de tempore patrati spolii ac si corā interfuissem, & nihil eorum, quæ ante pedes sunt, videā, certe si hoc est negligere recuperanda Monasteria, etiam Patres Societatis nostræ hactenus aliquot decenniis in statu Veneto sua collegia neglexerunt recuperare.* 134.

135. *7. Iubet ut legã Bursfeldiensem lamentabilem supplicationem* A stri fol. 409. *Carolo* 5. *Romanorum Imperatori* A. 1545. *oblatam; legam protocolla, Recessus & acta S. R. Imperii, legam querelas & gravamina Romanis Imperatoribus à statibus Catholicis Germaniæ sæpè sæpius proposita; legam narrata Edicti Generalis restitutorij Ferdinandi II. legam prodromum vindiciarum Ecclesiasticarum VVirtenberg.* Anno Christi 1636 *editam* Ratisbonæ; *legam documenta rediviva Monasteriorum Præcipuorum in Ducatu VVirtenbergico existentium Tubingæ eodem Anno impressa; Evolvam denique Virginum sacratum monumenta, similiter ibidem eodem Anno typis descripta; legam alia plura & pro certo compertum habeam, Ordines antiquos in ripa fluminis non dormivisse.*

136. 8. *Testibus credam omni exceptione majoribus quatuor S. R. Imperii Principibus* „ *Electoribus, qui in responso ad Ferdinandum II.* Ex Mülhausen *dato* 20. Sept. A. 1627. *sic inter cætera scripsere*; Vnd die Catholische Stännde ohne zweifel sich deren vor dem Passawischen vertrag ihnen entzogene Stiffter vnd Gottshäuser/ deren restitution sie bey jedesmals regirenden/ Römischen Käyseren. NB. So embsich vnd viel jahr lang gesuchet/der gestalt nit begeben haben würden/ wan sie sich der übrigen halben/hierdurch nit würden versichert/vñ vngefahrt gehalten/ vñ gewust haben. Ibidemque de Monasteriis post transactionem Passaviensem occupatis. Es ist aber E. K. M. hingegen allergnedigst bewust/ vnnd weisen daßelbe die verloffene Reichshandlungẽ/insonderheit die von Anno 1555. her/ NB. auff allen Reichsversamblungen von den Catholischen Ständen eingebrachte hochbemühsichte gravamina mit mehrerem auß wie sehr sich dieselbe beklagt/vnd beschwert/das gleich nach auffgerichten Religion frieden/ihnen vnd ihres glaubẽs genossen geist vnd Religiosen/so viel ansehentliche Ertz.vnd stiffter/Clöster. vnd glider denselben vnd vorigen Reichs Abscheiden/wie auch gemeinen beschrieben rechtẽ schnurstracks zu wieder/de facto entzogẽ/prophanirt/ vnd mit solchem gewalt zu höchster schmehlerung der Ehr Gottes/auch verhinderung des Catholischen Gottesdiensts vorenthalten worden.

137. Neq; status Catholici procul dubio ante Passaviensem transactionem sibi ablatis Ecclesiis & Monasteriis quorũ restitutionem apud omnes pro tempore existentes Romanorum Imperatores tã sollicite plurimis annis vrgebant, vnquam cessissent, nisi de reliquis per hoc securos & extra omne periculũ futuros se judicassent ac scivissent, ibidemq; de monasteriis post transactionem Passavicam occupatis. Vicissim autem V. Cæsarea Majestas clemẽtissimè novit, idq; præterita Imperii acta, præsertim ab an. 1555. hucvsq; in omnibus Imperialibus Comitiis per Catholicos status proposita vrgentissima gravamina pluribus docent, quantopere ij conquesti fuerint, quod mox post initã religionis pacem, ipsis cæterisq; suæ religionis Ecclesiasticis & religiosis tot tamq; spectabiles Archiepiscopatus & Ecclesiæ, Monasteria & bona contra illosmet & anteriores Imperij expressos recessus, ipsumque Ius commune de facto ablata, prophanata & cum tali violentia non sine summa divini honoris iactura & cultus divini Catholici remora detenta fuerint.

9. Neq.

9. *Negligens ille dicitur, qui non facit, quod facere oportet, quomodo negligentes potuerunt esse religiosi in suorum Monasteriorum recuperatione in Germania, Anglia & alibi, qui contra vim & furorem Hæreticorum præter lachrymas & preces, arma non habuerunt? quibus ne Cæsar quidem imploratus opitulari poterat, ut ablata sibi mox recuperarent, quis enim digito contra torrentem? Et si juxta Baldū* in l.1.col.2.vers extra quæro. C.unde vi, *apud Tiraquell.*cit limit.21.n.11.*tunc dicatur quispiam in continenti recuperare rem ablatam, quando se offert opportunitas, & nunquam debet alicui imputari negligentia, ubi diligentia nihil proficeret. Vt ait* Capell.Tholosa. q.257.n. 6.*mora enim non dicitur, ubi cessatur, ex probabili Causa.* Felin.cons.34.n.12.*nec pœnam meretur quod caveri non potest.* 138 139

10. *Quinimo tantum abest, ut Ordines antiqui fuerint in hac re desides aut negligentes, ut à nonnullis nimia diligentia incusentur, asserentibus religiosos sua monasteria repetentes acatholicorum confœderatis armis, belloque hodierno Germanico tam diuturno & ancipiti causam dedisse, vel ut olim causabatur lupus ovem, & ex defluente rivulo bibentem Scaturiginem turbasse. Quanquam verò mihi minimè constet, ad quot* Ordinum regularium *aut Episcoporum supplices libellos ac instantiam Generale restitutionis Edictum ab Augusta mem. Ferdinando* II. *pro cunctis regularibus emanaverit, quippe cujus narrata nullius factæ supplicationis meminerunt. Non tamen inficior, post ejus promulgationem vel notitiam à tempore transactionis Passaviensis spoliatos Ecclesiasticos restitutionem sibi fieri flagitasse; qua in re quid peccarint, non video, cum & Principes Electores* in supra cit. Responso ad Imperatorem, *& Camera Spirensis & Iureconsulti Tubingenses Lutherani, aliiq; plures etiam Acatholici restitutionem eam juri Communi & Imperii Constitutionibus ac pactatis consentaneam esse judicaverint, adeoq; nec supplicantes Religiosi nec decernens Imperator aut Electores quidquam contra Iustitiam admiserunt. Sed neque in ulla historia legimus, Deum immisso bello Iustitiam petitam & administratam mulctasse, sed bene neglectam.* 140 141

Vnde altas istius belli causas & peccata assignare oportebit. quæ præ suis foribus nemo non copiosè reperiet. Vtrum autem è re Germaniæ sit futurum, si (ut loquuntur propter bonum Pacis impetrandæ neglectâ pace religionis & transactione Passaviensi status Acatholici in rerum Ecclesiasticarum spolia publica Auctoritate reponantur, mecum non est definire. Multi viri prudentes sinceram Germaniæ pacem vendito pacis auctore constare non posse arbitrantur. Cum tot Myriadum animarum, cum tanta divini Cultus & rerum Deo dicatarum jacturâ pacem emere. dicunt nihil aliud esse, quam posteris nectere flagellum. Frequenter accidit, ut Patribus uvam acerbam comedentibus filiorum dentes obstupuerint. Iudæi excidium Hierosolymitanum ac totius Gentis suæ ruinam triginta argenteis emerunt, non minus rati se ex duobus malis minus eligere si perderent unum, quam si tota gens seditionibus & tumultibus exæstuans, periclitaretur. dictum factum. *periit unus, pacata credebantur omnia; Cum ecce propter unum in crucem actum necdum elapsis annis 40. vel ipsis hostibus ingemiscentibus tota gens oppressa bello pariter periit, mactata, vendita, protrita. Cum* Deo nemo jocatur impune.

Attexitur ApudF. Romanum. iudicium de Instrumento Pacis. 142 *Ezech.18.* 143

 Si Con-

12. Si Consul est, qui consulit Patriæ, quàm raros hodie consules numeramus? plu-
144 res ut sibi rebusque suis consulant, non consulenda consulunt: exolevit nempe vetus
illud: Fiat justitia & pereat mundus, jam perit justitia, ne pereat mundus, periit
Exod. 10. in Deum pietas, ne pereat Hæreticorum impietas. Nullus hic Moyses, qui Pharaoni
liberè dicat, Cuncti greges perg. nt nobiscum, non remanebit ex iis vngula,
145 quæ necessaria sunt in cultum Dei Domini nostri; Nullus hic Laurentius, qui ma-
lit assari, quam thesauros Ecclesiæ prodere Tyranno, quin crate ferrea prunisq; nec-
dum visis thesauros Ecclesiarum & animarum millena millia ipsasq; Ecclesias &
altaria Deo vivo & vero consecrata, ultro tradimus, extremo ludibrio libere afficienda.
Aliter enim isti pacem minime sperant, nisi Princeps pacis velut osculo pacis dato tra-
Isaia. 9. 1. Corinth. 3 datur in manus peccatorum, nisi Dei cælitumq; cultus & fundatum juge Sacrifi-
cium tantisper in Exilium relegatum conspuatur, illudatur & proteratur. Verè Sa-
pientia hujus mundi, stultitia est apud Deum.

146 13. Ac supersunt nihilominus, qui hunc Iustissimi doloris sensum, animis Ecclesiasti-
corum impressum ausint avaritiæ nomine insignire, ut sub hoc Pallados scuto Vesper-
tilio securius lateat. Falluntur; heu! falluntur, qui Romanum Imperium stabiliri cre-
Psalm. 23. Psalm 74. dunt si firmamenta regnorum, veluti duæ Samsonianæ columnæ inter se collidantur.
Invito Deo pacisci aliud non est, quam ejecto Nauarcho classem fluctibus committere,
cujus enim est terra & plenitudo ejus, quis hunc humiliat & hunc exaltat, in cu-
jus manu sunt omnium potestates & omnium jura regnorum, in tantum dili-
gunt isti consultores Romanum Imperium, ut opinentur statuam Nabuchodonosoris
minimè collapsuram, nisi & ipsi luteos illius pedes egregie perforent.

147 14. Plura hucusq; perdidimus paciscendo, quàm bellando. Nam Cerberus iste uno
Alienus ab ira, alienus à Iustitia. Satietas ferociam parit. 1. Reg 14. bolo devorato, mox alium esurit. Nec famē sedat ingerendo, sed auget, nisi dederis, in-
surgit; si dederis fortior evadit, pacem pro libitu violaturus. Periit nostra in Deū fidu-
cia, de quo scriptum est; Non est domino difficile salvare, vel in multis vel in
paucis, nec jam desid. ramus illam, quam mundus dare non potest pacem, sed pro-
priam cudimus minus duraturam. Febri nimirum æstuamus & frigidam bibendo re-
frigeramur paulo post duplo luituri: Docent vestigia, sed jam ex Curia in hor-
tum, &c. Hæc ibi F. Romanus.

148 Demum allegat. 299. subiicit F. Romanus, quod ego ipsum q. 1 n. 96 allegā-
do, mentem ipsius contra ipsius mentem, hoc loco allegem, quasi senserit Absentibus
vivis adhuc Monachis, illorum Monasteria Hæreticos occupasse Nam iis præsentibus
& reluctantibus ea violenter accipitres invaserunt, Monachos partim in exiliū pro-
fligarunt, partim ad apostasiam incitarunt & reclamantes fame & ærumnis confe-
cerunt; Exulantibus autem per transactionem Passaviensem, publico imperii pacto ad
vitanda majora Germaniæ mala, regressus ad multa interclusus quidem fuit, sed tali
casu secundum Tiraquellum cit. limit. 21. n. 10. Civilis possessio non censetur amissa
juxta Rom. in L. si de eo §. si forte. col. 1. vers. Cur adde (immo adde titulum
hic omissum) ff. de vi & vi armata, ac salte Civilis possessio bonorū huiusmodi Ec-
clesiasticorū, penes Ordinē religiosum & Ecclesiā Vniversalē remansit, cum tales acci-
Dissentiuntur. pitres, utriusq; possessionis (ut juris nomē est) sint incapaces. Hactenus F. Romanus.
Qui novos hic profert errores paucis detegendos. Prin-

Principio non est verum, quod possessio Civilis tantùm in rebus sæcularium, & non etiam Ecclesiasticorum *decennio* perdatur, nec ullo textu, nec auctoritate Dd. comprobatur, quinimo contrarium constat ex Ripa *in c. cum Ecclesia Sutrina n.23. de caus. poss. & prop. & decis.* Rotæ Rom. 52. *n* 5. *apud Coccin. Rota ejusdem Decanum*, ubi *n.6* adducitur, quod etiam solo animo perdatur, Bald. *in c. cum ad sedem nu* 25. *de rest. spol.* de quali amissione constet ex Scientia & patientia Monachorum, & *n.* 8. quod non requiratur cōsensus totius Congregationis vel Ordinis, quia sufficit patientia Monachorum illius Monasterii. Milius *in verbo possessio, sive quasi jurium incorporalium.* Ratio solet adduci, quòd per acquiescentiam *decem annorū* præsumatur mutatio voluntatis, ut dicit Rota Rom. *decis. 494. n.9. apud Coccin.* Faciunt etiā tradita Rotæ Rom. *decis. 90. n.1. li.1.* apud Lud. Gomez. *de testam.* ex Bart. *in l.1. § hujus n.30. ff. uti possid. vers. istud. Com.* Roch. *de jure Patronat. verb. competens. n.42.* Rot. *Rom. in decis. Melitensis Canonicatus.* seu *beneficiorū. Mercurii 24. Maii Anno 1617. Coram R.P.D. Buratto. quæ est 496. apud Farin. tom.2 in recentiss.* ubi *n.3.* ait, quicquid sit, an furiosus, qui resignaverat, & tempore resignationis fuerat furiosus, possit animo perdere possessionem, tamen spatio Annorū *quatuordecim*, de quibus non possedit nec per se, nec per alium, illam perdidit, cum longum tempus seu Decennium ad hūc effectum sufficiat, secundùm opinionem Bart. *in l. si is qui 27. ff. de acquir. possess. nu.2. in fin. & ibi* Angel. *vers. sed licet*, Castren. *in fin* contra Roman. Cuman. & Imolani. *Hac ibi.* Num beneficia & Canonicatus sunt F. Romano res sæcularium? attamen in iis civilis possessio etiam *decennio* perditur, per modo notata. 149 150 151

Quæ multò magis hic obtinebunt, si quis consentiret, ut alii traderetur actualis & naturalis possessio, ipseq; protestaretur, se velle retinere *Civilem*; quia illa protestatio tali casu nihil operaretur; esset enim actus simplex voluntatis, & inefficax; concurrens cum actu Efficace voluntatis contrario. Vide Rot. Rom. *decis. 264 n.6 part.1. in recentis 1. apud Farin.* 152

Denique quod asserit F. Romanus, nomen *possessionis*, prout est nomen *Juris* & tribuitur bonæ fidei possessoribus apud Dd. à me de possessione merissimi facti accipi tribuiq; detentoribus malæ fidei, iisque Hæreticis, qui ex nulla justa causa Monasteria & bona Ecclesiastica invaserunt, meque velle, illa *decennio* ab iis præscribi, quæ nec mille annis præscribi possint; certe hic quot sunt propositiones earumq; partes, tot scatent apertis calumniis & imposturis, prout ex mei argumenti supra propositi, cum His propositionibus collatione facta manifestè est colligere. Num quia ego trado, aliquē ex sua voluntate & non ex facto Adversarii Hæretici perdere *Civilem* possessionem, ideò ego illā alteri adversario Hæretico tribuo, dicoq; justam esse? apage cum hisce tuis somniis, Num quod ego trado, *Civilem decennio* perdi possessionem, seu præsumi non adesse animum, tum possessionē illā sibi habendi; ideo ego assero, rem aliquā à malæ fidei possessore præscribi? iterum somnia summam in jure imperitiam prodentia. Præ- 153 154

7. Præterea falsitas ab ipso committitur in *Menoch.* quem ego citaveram *in remed. 7. recuperandæ possessionis num. 25.* ubi iisdem verbis & Auctoritatibus, quas ego allegaveram, definiebat, quod possessio *Civilis*, quæ animo retinetur, *decennali* negligentia perdatur; at F. Romanus supponat *nu.*
151 13 ubi agitur de errore excusante aliquem à violenta invasione, ut illo interveniente ex remedio & condictione. *L. invasor. C. unde vi.* invasor sine pœna possessionem restituere teneatur.

156 8. Dynus & Tiraquellus, non tam à me, quam à Menoch. *citato loc.* allegabantur; proinde F. Romanus eos impugnando, non me, sed Menochium ipsum impugnat.

157 9. Dynus *in c. sine possessione. n. 32.* apud Menoch. *& apud me n. 33. & 34. de R. I. in 6.* tradit, quod licet tempus tantū, non sit modus perdendæ possessionis; sit tamen modus inducendi oblivionē, atq; oblivio sit modus inducen-
» di depositionem animi, ipsaq; depositio animi sit modus perdendæ posses-
» sionis, ut legitur & notatur *ff. de usucap. L. furtum. §. fundi,* & propterea dicit
» *Dynus.* quod si civiliter possidens neglexerit naturalē possessionem per *decē*
» *Annos* vel ultra, quod illa negligentia circa possessionē naturalem, privet e-
» undem possessione *Civili*; sicut aliàs cavetur in jure, quod negligentia cō-
» missa in adipiscenda vel recuperāda possessione naturali, inducit amissionē
158 Civilis *ut ff. de acquir. poss. L. si de eo §. si forte.* Hæc ipse Dynus. Ex eo tamen, quod si habens Civilem possessionē, eam negligentia decē annorū perdat, non efficitur, ergo alius, maximè Prædo, invasor rē illā præscripsit, ut ab eo repeti nequeat, *esset id argumentū à disparatis.* Quænam foret consequentia? *Ego dico* me perdidisse possessionē hujus rei; ergo ego dico, quod alius eā juste sibi capiat & retineat; *nō id sequitur*; quia nō obstante eo, quod quis Civilē perdiderit possessionē, potest rē & possessionē suā à prędone recuperare. vide Ioannem de Monte Sperello *cons. 39. n. 54. li. 1.* ubi id notat Hugo *in sua glossa antiqua. 1. distinct. c. jus naturale.* Bald. *in l. fin. C. de his, qui à non Domino.*

159 Quod verò Dynus *in eadem reg. sine possessione*, tradit, Civiliter possidentem posse Vsucapere , & quomodo contra Civiliter possidentem currat præscriptio, hinc prorsus est alienum.

160 10. Quod F. Romanus asserit, Tiraquellū *in tract. de jure constit. possess. part. 3. limitat. 21.* totum suū discursum in jure cōstituti possessorii, cujus ego ne quidem meminerim, fundare, ipsumq; loqui de possessore, qui naturaliter possidet nomine possessoris Civilis; *Vtrumq; est falsissimum.* Nam licet *initio n. 1. & post. n. 4. d. limit. 21. de constitutario possessore,* qui est Civilis, si naturalē possessionem intra decem annos non apprehendat, dicat eū perdere Civilem possessionem; tamen pro fundamēto illius *n. 3* allegat, quod pro ea sen-
161 tentia sit glossa Optima *in c. Clerici verb. & hoc verum est. 16 q. 3.* & voluerunt plurimi (NB. F. Romane) Qui *Generaliter* dicūt, quod si Civiliter possidēs neglexerit apprehendere naturalem possessionem *per decem annos*, privetur sua possessione. Hoc enim voluit Dynus (Nota iterum F. Romane) *in c. sine*

poss.

possessione, *Col. ult. de R. I. lib 6.* iam sup. à Menoch atque à me relatus.

Eadem de Cravetta aliisque Dd. statuenda, qui dicunt Civilem posses- 162
sionem duntaxat retineri ad *decennium* & non ultra; si videlicet aliquis alius ingressus sit in possessionem, illamve occupaverit; sin verò nemo sit ingressus vel occuparit, tunc etiam post *decennium* retineri Mantica *decis. rotali.* 17 2. & Rot. Rom *decis.* 287 *n. 5. parte. 2. in recentior.* Similiter possessio præ- 163
sumitur continuata, quando à possessore, secus quando *à tertio* allegatur, Rot. Rom. *decis.* 497 *n. 2. part. 1. in recentiss.*

12. Falsum est, quod eadem ratione universalis Ecclesia Civilem posses- 164
sionem suorum Archiepiscopatuum & Episcopatuum *in Asia*, *Africa*, *Germania*, *Anglia* & alibi *decennio* perdiderit; quia universalis Ecclesia, eiusque caput summus Pontifex, nunquam deposuerunt animum eorum possessionē dimittendi, sed eiusdē possessionis continuationē varijs actibus contestātur, constituēdo propterea varios Patriarchas, Archi- & Episcopos, Prælatos Titulares; quando autem quis exercet varios actus, quibus suum Animum continuandi & retinendi possessionem civilem contestatur, tunc eam *decennio* minimè perdit. Rota Rom *decis.* 427 *n. 3. 4 part. 1. in recentis.*

13. Falsissimum est, quo d ego Hæreticos & Gentiles Episcopatuum 165
& monasteriorum invasores asseram esse *veros* possessores, nedum præscriptionem legitimam possessionis Civilis elapso *decennio* illis adjudicem.

14. Similiter falsum est, quod ego asseram possessionem Civilem *de-* 166
cennali Violēta hostiū detentione amitti, ut (15.) naturalis ac (16) civilis a ctione spolii recuperari non possit. Cum plane contrarium cū Felin. Bart. Castr. aliisque Dd *sup. citatis* sentiam.

17. Illud quoque cum aperta veritate pugnat, quod mihi F. Romanus *hic* 167
imputat, quasi ego ab Acatholicis & malæ fidei possessorib⁹ præscriptionē in bonis Ecclesiasticis inchoari posse tradā; cū ne apice quidē hoc indigitarim.

18. Inde efficitur, Quod non ego Eminentissimo Cardinali *Vepre-* 168
tum mendaciorum, sed *flores veritatum* obtulerim, F. Romanus autem suæ Eminentiæ fumos vendat commentorum

19. Neque illud verum est, quod Ego omnes Monachos desidiæ & ne- 169
gligentiæ in recuperandis monasterijs unquam accusaverim. Cum sciam, quod plurimi viri religiosi de Monasteriis laborarint, attamen, quod aliqua ipsi ante Passaviensem transactionem occupata dimiserint, comprobo testibus omni exceptione majoribus, quatuor S. R. Imperii Principibus Electoribus à F. Romano *hic sup.* laudatis, qui in *suis ad Imperatorem Ferdinandum II. ex Mulhausino Conventu datis 20. Septemb. Anno* 1627. hæc inter Cætera perscripsere, Vnd die Catholische Stände ohne allem zweiffel sich deren vor dem 170
Passawischen vertrag jhren entzogenen Stiffter vnnd Gotteshäuseren der gestalt nicht begeben haben würden/wan sie sich der vbrigen halben/hierdurch nit würden

 versichert

versichert &c. neque status Catholici procul dubio ante Passaviensem transactionem sibi ablatis Ecclesiis & Monasteriis unquam cessissent, nisi de reliquis per hoc securos se judicassent.

171. Immò quod etiam aliqui ex Monachis id temporis sua Monasteria ad manus Hæreticorum resignarint, manifestè probatur ex subiectis documentis resignationum à Monachis Monasterii Minoris Franckendalensis Comiti Palatino factarum, quæ ita se habent.

Verzieg abgetrettenen Closter Personen zu Franckenthall.

1 Ich Eligius von Hertenberg bekenne mit dieser Schrifften offentlich/ &c.

Dieser als gewesener verwalter zu klein Franckenthael triett ab/renunciirt verzeihet vnd begibt sich auß eigener bewegnus ohne bezwang/ der gantzen Administration, auch aller anspruch vnd forderung/ So er an daß Closter Franckenthal dessen Güter gefäll/Renth/Zinß/nutzung/ recht/ vnnd Gerechtigkeiten gehabt/jhme geeignet vnd gebüeret oder künfftig forderen köñte oder mögte.

Derowegen Churf. Pfaltz durch dero Kirchen verwaltung/ihnen mit einer namhafften Summa Gelds/Wein/Frücht vnd anderen einmal vor alles gnädigst begeben vnd versicheren lassen/Innhalt beyliegender assecuration, so durch sein absterben wider zur verwaltung behendigt worden/ Vnder Georgen Meckenhausers der zeit Schönawischen Pflegers zu Heidelberg vffgetrucktem insigel. Datum Sambstag nach Matthiæ Apostoli Anno 1562.

Collationirt nach dem bey der Käys. Reichshoff Cantzley Registratur befindedem verzieg Buch/vnd in allem gleichlautent befunden worden / vrkundt mein Handtschrifft Actum Wien/den 25. Junii Anno 1631.

Georg Dietterlin Reichshoff Cantzley Registrator.

2 Ich Ioannes von Andernach dieser zeit zu klein Franckenthal Prior &c.

Diesem wirdt von Churf. Pfaltz/auff sein ansuchen vnnd verlassung gehabter Administration bewilliget/ das er zu seiner vnderhaltung/ die Kirschgartner Mühlen bey Wormbs gen Klein Franckenthal / vnnd daß Awhauß gehn Groß Franckenthal gehörig mit deren nutzbarkeiten / sein leben lang In haben vnnd geniesen möge/welche er in gutem vnzergänglichen Bauwesen / vnd besserung / richten/stellen vnd erhalten solle/daß nach seinem absterben daran nit schmälerung zu spüren.

Vnder Georg Zornen Schultheissen zu Agersheim/auch sein Vatters anhangenden Siegeln Datum auff Dinstag nach dem Ostertag. Anno 1564. &c.

3 Ich Hainrich Ringberg von Hertenberg/ dieser zeit des Closters klein Franckenthal Supprior &c.

Diesem

Diesem nicht vor allen anspruch vnd forderung er an gemeltem Closter Franckenthal haben könte oder möcht/ 180. Gülden zu benambten dreyen zielen vernügt vnnd bezahlt/deßgleichen zu anfang seiner haußhaltung 2. Ohm Weins/ 2. Malter Korn/ 2 Wägen mit brennholtz/ 1. fiertel Speck / etliche Küchenspeiß/ vnnd was er zu seinem brauch im Closter gehabt dagegen er vom gemeltem Closter/ aller dessen angehörigen Güteren/gefällen/nutzen / vnd aller forderung freywillig abgestanden/sich dessen verziegen vnd begeben.

Vnder Georg Meckenhäusers der zeit Schönawischen Pflegers zu Heidelberggetrucktem Insigel. Geben Montags den 1. 7bris Anno 1561.

Collationirt nach dem bey der Keys. Reichshoff - Cantzley Registratur befindenden Pfältzischen verzieg Buch vnnd in allem gleichlautendt befunden worden/Vrkundt mein Handtschrifft/ Actum Wien den 25. Iunii Anno 1631.

Georg Ditterlin Reichshoff Cantzley Registrator.

Ich Simon Klein von Herrenberg dieser zeit des Closters Klein Franckenthal Conventual. Diesem würdt zu seiner abfertigung semel pro semper gereicht vnd bezahlt 70. gülden zu 26. alb darauff er alsbald freywilliglich / ohne zwang/ gewalt/oder forcht sich aller vnd jeder gerechtigkeit/forderung zuespruch, vnnd anwartung/wie die genennet vnd jhme als Conventualen gebühret hetten/oder fürbaß forderen könte oder möchte/verziehen vnd begeben 2c. 4

Vnder Georg Meckenhausers Schönawischen Pflegers zu Heidelberg auffgetrucktem insigel vnd sein Conventualn vnderzeichneter Handschrifft/ Geben Montag den 8. Septemb. Anno 1561.

Collationirt ut supra.

Ich Bernard Koch von Herrenberg dieser zeit des Closters Klein Franckethal Cōventualis &c. Dieser verzeihet/vnd begibt sich freywilliglich ohne zwäg/ gewald oder forcht/aller vnd jeder Gerechtigkeit/forderung/ zuspruch vnd anwartungen/wie die genandt/vnd jhme an gedachtem Closter/jetz oder künfftig eignen/ gebühren/vnd er auch forderen könte/oder möchte. Dagegen vnd von solchem verzieg/jhme 80. gülden zu 26. alb. zu benambten zielen gereicht worden 2c. Mit auffgetrucktem Georg Meckenheusers Schönawischen Pflegers zu Heidelberg insigel/ auch obgemeltem Conventualen vnderzeichneter Handschrifft. Datum den 28. Februar. Anno 1562. 5

Collationirt nach dem bey der Keyserl Reichshoff Cantzeley Registratur befindigt Pfältzischen verzieg Buch/vnd demselben in allen gleichlautende befunden worden. Vrkundt mein Handschrifft/ vnnd Pittschafft. Actum Wien den 25 Junii Anno 1631.

Georg Ditterlin Reichshoff Cantzley Registrator.

Renunciationes deficientium personarum Religiosarum in Franckendall

Ego Eligius ex Herrenberg, hoc scripto palam confiteor &c.

1 Hic tanquam defunctus Administrator in Minori Franckendall, cedit ac renunciat sponte sine ulla vi, omni administrationi & actioni, quam in Cænobiũ Franckendalense, eius bona, obventiones, reditus, pensiones, fructus, jura & appertinentia habuit, eique *competierũt* aut in futurũ competere potuerunt. quare Elector Palatinus, per eiusdẽ Ecclesiæ æconomũ, illi notabilem pecuniæ summam, vinum, frumentum & alia semel pro semper clemẽtissime dari & assecurari iussit juxta tenorem adiunctæ assecurationis, quæ tamen post mortem ipsius ad æconomiam devoluetur. Sub Georgii Meckẽhausen, illius temporis Schönaviensis Administratoris Heidelbergæ impresso sigillo. Datum die Sabbathino postridie Matthiæ Apostoli Anno *1562.*

Collatum cum Renunciationum libro apud Imperialis Aulica Cancellaria Registraturam asservato & in omnibus concordans repertum. In fidem manu propria subscr. Actum Viennæ 25. Iunii 1631.

Georgius Dietterlin Imperialis Cancellariæ Aulicæ Registrator.

Ego Ioannes Andernacensis huius temporis in Minori Franckendall Prior &c.

2 Huic ab Electore Palatino ad *ipsius* instantiam & cessionem defunctæ administrationis, permittitur, ut in sustentationem vitæ molendinũ Kirschgartense *prope* Wormatiam ad minus Franckendal, & prædium rusticum ad maius Franckendall spectans, cum ejusdem proventibus ad dies vitæ retineat, iisque utatur, quæ ipse Sarta, tecta, & in ea cultura conservabit, ut post obitum ipsius non appareant deteriora.

Sub Georgii Zornen Prætoris seu schulteti in Aggersheim *ipsiusque parentis appendente sigillo. Datum Feria 2. Paschatis Anno 1564.*

3 *Ego Henricus Ringberg Herrenbergensis hoc tempore Monasterii minoris Franckendall supprior &c.* Huic pro omnibus aliis prætensionibus & actionibus, in præfatũ Monasterium competentibus 180. floreni in supranominatis tribus terminis soluentur; similiter huic pro initio suæ æconomiæ instruendæ duo cadi vini, duo maldera frumẽti, duæ vehes ligni pro instruendo igne, quarta pars succidiæ aliique cibi culinarii & quidquid in Monasterio ad usũ suũ habuit. Econtra ipse huic Monasterio, omnibus ipsius appertinẽtibus bonis, reditibus, cõmodis & prætẽsionibus spõte renũciavit ac cessit.

Sub Georgii Meckenheusens illius temporis Schonaviensis æconomi Heidelbergæ impresso sigillo. Datum die Lunæ 1. Septembris A. 1565.

Collatum cum Palatino Renunciationum libro apud Imperialis Aulica Cancellariæ Registraturam asservato & in omnibus concordans repertum. In fidem manu propria. Actum Viennæ 25. Iunii Anno 1631.

Georgius Dietterlin Imperialis Cancellariæ Aulicæ Registrator.

4 *Ego Simon* Klein *ex Herrenberg Monasterii Minoris Frãckendall, hoc tẽpore Con-*

cõventualis. Huic semel pro semper in cessionem tribuuntur & solvuntur 90 flor. 26. albis cõputati, quorũ respectu mox sponte sine ulla vi aut metu, omnibus & singulis juribus, actionibus, prætensionibus, gratiis expectativis, quomodocunque etiam ex nominantur, ipsique ut Conventuali competiissent, aut posthac competere possent, renunciavit & cessit.

Sub Georgii Meckenheusers Schonaviensis Administratoris Heidelbergæ impresso sigillo & subscripta Conventualis manu propria. Datum die Lunæ 8. Septembris Anno 1561.

Collatum ut supra.

5. *Ego Bernardus Koch Herrenbergensis Monasterii Minoris Franckendall hoc tempore Conventualis.* Hic renunciat & cedit sponte sine vi, aut metu omnibus & singulis juribus, prætensionibus, actionibus, gratiis expectativis, quomodocunque nominentur, sibique in dicto monasterio nunc aut in posterum competerent aut ipse exigere posset. Econtra ob talem renunciationem & cessionem 80. floreni 26. albis æstimati in nominatis terminis sunt solvendi. appenso dicti Georgii Meckenheusers Schonaviensis Administratoris, Heidelbergæ Sigillo, ac præfati Conventualis manu propria subscripta. Datum &c. 28. Februarii Anno 1562.

Collatum cum Palatino Renunciationum libro apud Imperialis Aulicæ Cancellariæ Registraturam asservato, eique in omnibus concordans inventum. In fidem manu propria & pitzeto. Actum Viennæ 25. Iunii Anno 1631.

Georgius Dietterlin Imperialis Aulicæ Cancellariæ Registrator.

Similes renũciationes ex quibusdã aliis locis adferri possunt, quas omitto, quod apud alios classicos authores passim sint obviæ. Aliarum tamen *tract. 3. c. 1. sect. 1. §. 3 memini*. Hujusmodi autem resignationes à se factas, monachi nũquã ostendent, se retractasse, vel etiam declarasse, se animum illius Monasterii retinendi possessionem civilem habuisse, quemadmodum tamen in tali casu necessarium fuisset retractare, & se declarare per not. Rotæ Rom. *decis. 316. n. 4. & decis. 496. n. 4 part. 2. in recentiss.* Unde quis eos suâ negligentiâ per lapsum decennii civili possessiõne cecidisse negabit? Nec tamen propterea dicas, Istiusmodi renunciationem fuisse validam aut per resignationem ejusmodi, justam fuisse acquisitam possessionem, cujus Atatholici non erant capaces. 172 173

Taceo, quod cum quidam religiosi nossent & moniti essent, ab Hæreticis quædam Monasteria sui Ordinis contra Instrumentum pacis occupari, ipsi nihil egerint, sed hactenus dissimulârint, quamvis non nemo religiosorum 174

 illius

illius Ordinis, ubi advertit per alios alterius Ordinis religiosos monasteriorum occupatorum restitutionem apud Cæsarem juxta instrumentum pacis urgeri, datam pro uno Monasterio commissionē ad se receperit, subveritus, ne forte exinde negligentiæ redargui posset, quam tamen ex aliis neglectis incurrit, unde videat F. Romanus, aliquos etiam religiosos inveniri, qui animum civilem possessionem continuandi non habuerint. Cæteroqui sanctus est mihi Ordo S. Benedicti, qui plures ex meis necessariis annumeravit, atq; etiamnum annumerat Religiosam vitam degentes.

175 Recordor quoque, quod Illustrissimus & Celsissimus *D. Ioannes Ludovicus* S.R.I. Princeps & *Comes Nassovicus*, alicui Prælato objecerit, quare tunc demum, quando certus locus unitus erat Societati, se se opponeret, antea verò, quando Acatholici illum adhuc tenuissent, ne verbo quidem interpellasset, cui Prælatus quidem ille Respondit, *malle se, ut ea ab Acatholicis, quàm à Societate teneantur &c.* prout ex actis compulsoriis &c. videre est.

Similiter notandum est ex Anton. de Butr. *in c. cum olim. sub n. 5. de test.* de 176 negligentiâ, satis constare, ex eo, quod aliquis jura Ecclesiæ non prosequatur, quem in finem citat *ibid.* Lap *allegat. 52.* Quod verò mihi imputat F. Romanus, quasi ego *omnes excogitem modos, quibus religiosos Ordines suis exuam Monasteriis atque in Societatem nostram* derivem, grandis est Calumnia, quā compluribus literis Religiosorum, & Religiosarum Abbatissarum ejusdem Ordinis manifestè depellere possum, ubi fuerit opus, ut quivis dignoscat, quàm injustè me F. Romanus traduxerit.

177 *De Rep. Veneta.* Quod ad ditiones Venetas attinet, non video, quomodo F. Romanus Societatem nostram de ulla negligentia possit accusare, egit Societas, quod sui erat officii & functionis.

178 *De P[...] Instrumento* Reliqua, quæ F. Romanus contra conventa publica inter Coronas quasdā & status Imperii inita affert, nihil contra me meaq; deducta faciunt, neq; iis me immisceo. Solum id observo, quod si Monachi dejecti simpliciter agāt de spolio, seseq; absolutè spoliatos asserant, hoc ipso suam dimittāt possessionē civilē, prout jā *pluribus sup.* est deductū, quę hic repetere nimis esset operosū

§. VIII.

Ordini, in quo vovetur stabilitas loci, Monasterium conventu destitutum & ab hæreticis occupatum postliminio non restituitur.

179 Respondebam, *secunda rationis* sup. in contrarium propositæ *antecedens*, nimirum, *quod Ordini Monasticorum collegiorum emortuorū, bona ab Hæreticis occupata veniant postliminio restituenda*, negandum esse: siquidem hoc casu domini *immediati & veri possessores*, ex Ordine inde ejecti, essent mortui omnes, adeoque hoc casu non daretur postliminium *personarum*, licet detur *postliminium rerum*, id est, bona Monastica ab Hæreticis quondam occupata,

occupata, & nunc recuperata, veniant restituenda religiosis & sacris usibus, non tamen necessario ipsi Ordini, cum nec fuerit Dominus, nec possessor, neque etiam spem juridicam illa obtinendi habuerit.

Deinde ex posito non tamen concesso *antecedente*, potius contra F. Romanum esse concludendum; quod Ordo dicta bona non possideat. Nam si Ordini restituantur postliminio bona; & quidē facto superioris, utique Ordo, priusquam ipsi dicta bona postliminio restituantur, ea bona non possidet, quod tamen F. Romano probaturo ea vacantia non esse, demonstrandum erat. Fundamentum hujus Responsionis patet ex *sup. deductu d. q. 2. sect. 3. c. 2 n. 2.* 180

§. IX.

Ordo præfatus pro Monasterio conventu destituto, & ab hæreticis occupato, quomodo dicatur agere posse de spolio.

Ad rationem *tertiam* in contrarium obmotā Respondebam, *1.* distinguēdo *antecedens*; quod Ordo agere possit *actione populari*, uti quivis alius de spolio, per not. Felin. *in c. dilecti n. 2. & 3. de maj* & *obed & ibi. Dd.* post Hostien. *per text. in §. si quis autem pro redemptione vers. si autem sanctissimus locorum Authen. de Eccles. tit.* quem allegat Spec. *de instrum. Edit. §. nunc aliqua. vers. sed nonne quilibet.* Bart. *in L. nequicquam §. fin. ff de offi proconf.* Aretin. *pulchre in c. cum olim. 5. colum de test.* alleg *text.* & Bald. *in L. civitatibus de legatis.* 1. Videatur & ipse F Romanus *q. 1. n. 26.* non tamen Ordo posset agere *actione propria*, ut sibi tanquam *spoliato* ista bona restituantur. Cum ipse Ordo antea & quidem tempore spolii ea non possederit; quod tamen necessarium foret, si Ordo de spolio *nomine suo* acturus esset, probare. Vide Host. *in c. dilecti. Colum. 2. vers. 3. & est hæc magna relevatio. de maj. & obed.* Bero. *in c. in literis n. 14. de restit spol.* Quod si verò à superiore legitimo *substitutus* Ordo in Collegio extincto, vel etiam spem juridicam & proximam restituendi haberet, ipse agere posset, *nomine* tamen *non suo* sed *antecessorum Monachorum.* 181 182

Præterea addebam, si quid F. Romanus contra nos effecturus esset, necesse illi foret, ut hoc *posterius* distinctionis nostræ *membrum*, quod videlicet *Ordo etiam nulla prævia superiorum legitimorum collatione aut provisione, actione propria possit agere de spolio*, probaret, quod non probat, sed vel alio digrediatur vel saltem *prius* membrum probet, prout ex locis Dd. à F. Romano citatis videre est: de *priori autem membro* minimè nobis sit controversia. 183

F Romanus allegat. 74 75. 76. 77 78. 79. 80. 81. ait, *sciendum nullum ex allegatis Dd loqui de spolio. Cum neque verum sit, quemlibet actione populari de quovis spolio agere posse. Deinde nemo Dd locis cit asseruit, Ordinem habere actionem solummodo popularem ad recuperanda sua Monasteria, omnes autem loquuntur de executione ultimarum voluntatum in causis piis, ajuntq;* 184 Commenta Hayana.

quem-

quemlibet è plebe vel populo posse agere, ut ea mandentur executioni, quæ ad certas pias causas legata fuere, quod quidem non contra, sed pro antiquis Ordinibus est, Sic enim omnes agent, ut sic fundationes aliquamdiu intermissæ ad illum Ordinem religiosum reducantur, cui primitus ex voluntate fundatorum destinatæ fuerunt, quod ipsum in astro docuit q.1.n.26.

185 *Sed en ipsissima verba Auctorum.* Scito, *inquit* Felinus *d n.*3. quod pro executione piæ voluntatis auditur quilibet de populo, negligente Episcopo, qui alias est legitimus executor. *Hoc ipsum & Aretinus & alii Dd apud Felinum citati affirmant.* In Auth. de Eccles. tit. nullus est, §. *qui incipiat*, si autem locorum; neque talem allegat Speculator, sed §. si quis hoc facere; *ubi in fine hæc leguntur.* Omni alii licentia sit hujusmodi movere quæstionem, & studere ut modis omnibus causæ piæ impleantur, de spolio nullum verbum.

186 *Porrò Speculator allegatus* d. loc. *non habet* §. nunc aliqua, *nec versum*, sed nonne quilibet, *Verum* num. 66. *quæstionem ponit solummodo*, nunquid " quilibet de populo potest agere contra executorem pro talibus ad pias " causas legatis exequendis, quasi hæc actio sit popularis, & videtur quod " sic; *quid hæc ad spolium? Bart. allegat.* loc. ait. quod Fratribus Minoribus, quo-" ad Ordini suo relicta consulatur officio Judicis vel ad petitionem cujuscun-" que petentis, *quod pro ipso contra me esse asserit.*

187 4. *Baldus denique* in l. civitatibus ff. de leg. *1. ait*; Valet legatum ad honorẽ " & ornatum civitatis, licet non consistat in pecuniario commodo h d. Dic " etiam, quod quando relinquitur Pauperibus, Syndicus Civitatis potest age-" re, quod detur pauperibus tanquam pro publico interesse, quod est notan-" dum secundum Bart. Nota hic, quod est honor civitatis, quod Pauperes non " vadant mendicando, & quod Pauperes puellæ maritentur, pertinet etiam " ad honorem civitatis, facere pietantiam & Eleemosynam Fratribus Mendi-" cantibus. Hactenus Baldus. *Nihil proinde his locis agitur de spolio, nihil de eo, quod Ordo religiosus non habeat aliam actionem pro recuperandis sibi fundatis monasteriis, quam popularem. Cum etiam pauperes habeant actionem ad petendum relicta Pauperibus, ut ex Accursio ait Speculator* eodem titulo. §. Nunc vero aliqua n.73. *quidni & certa professionis* Religiosi?

188 *5. Quin imo ex prædictis meis allegationibus* ipse F. Romanus *colligit, secundùm me in monasteriis desolatis adhuc superesse ultimas fundatorum voluntates, & ab ipsis factas fundationes, adeoque monasteria non esse exstincta, quod fatear* cuivis *de populo licere actionem instituere, ut in iisdem Monasteriis destitutis, in quibus olim spolium intervenit, ultimæ fundatorum voluntatis ratio habeatur. Ingens telum necessitas, pro quo doctissimo & verissimo responso magnas mihi gratias habet, & obstupescit in horto tam candida lilia inveniri, quorum tamen odore morbum ego caducum haud dubiè contraham & causa cadam.*

189 *Et quia ego concedo, Ordinem à superiore legitimo substitutum in* Collegio *exstincto*

exstincto &c. agere posse, nomine tamen non suo, sed antecessorum Monachorũ, *addit inferendo ipse F. Romanus* horti paradoxo 7. n. 17. *consequenter mortuorum. Adeoq; Patres Soc. Monachos à superiore legitimo alicubi substitutos non agere nomine suo, sed nomine mortuorum Monachorum, quorum tituli ac beneficia præsupponuntur auctoritate superioris exstincta, omneque jus ipsorum in alios viventes translatum. Paradoxa hac sententia* &c. *qua substituti Patres Societatis in monasteriis non suo, sed mortuorum etiam monachorum nomine comedere & bibere dicantur.*

Verum quam insulsè hæc omnia contra veritatem, Dd. auctoritatem ac luminis rationem à F. Romano proponantur, ex ordine aperiamus. 190 *Discutitur*

Primò falsissimũ est, quod *nullus ex* allegatis Dd. loquatur de *spolio*. Audiamus enim Franciscũ Aretinum *in c. cum olim. de test.* ad quem se refert Felin. *in c. dilecti n. 2. de mai. & obed.* adeoque secundum citatum à se Doctorem intelligendus per not. Evehardi *in loc. à ration legis strict. n* 3.

Franciscus Aretin. verò ex editione Papiensi anno 1496. 9. Sept. *in d. c. cum olim col.* 2. ita ait; *Primum est, nunquid revocatio rerum Ecclesiæ malè alienatarum possit fieri indistinctè per* Quemlibet *de Ecclesia si res Ecclesiæ* Sit Occupata Violenter & subjicit, *super primo Articulo* Dd. hic *simpliciter dicunt, quod quilibet de Ecclesia admittitur ad revocandum rem Ecclesiæ malè alienatam, etiamsi non detur negligentia Episcopi & Capituli, ut tenet* hic *expresse Dom. Abb. Modern. quia cum textus.* 12. quæst. 2. non liceat, & in c. si quis Presbyterorum 1. de reb. Eccles. non alien. *simpliciter hoc permittant, indistinctè permittetur. Quin imo ut tenet* ibi *Philipp. & communiter Dd. non solum quilibet de Ecclesia admittitur, sed qualibet Ecclesiastica persona; Ista conclusio probatur notabiliter de Iure Civili* in authen. de non alienand. §. hæc nobis, *quem textum adducit gloss.* in c. Venerabilis. sup. de off. delegat, *ubi omnino videas* &c. *pro qua communi opinione idem postea allegat textum* in c. dilecti. de Major. & obedient. 191

Unde consequens est, quod cum qualibet persona admittatur pro revocatione rei Ecclesiasticæ malè alienatæ, *etiam qualibet persona* admittatur ad recuperationem *rerum* Ecclesiæ *violenter occupatarũ*, cum in æquiparatis, prout hæc duo sic à Francisco Aretin. æquiparantur, quod in uno statuitur, & deciditur, etiam in altero locum obtineat gloss. *3.* & ibi additio marginalis *in L. 3. ff de peric. & com. rei vend.* Daoyz. in *indice juris civ. verb. æquiparatio.*

Quinimo idẽ Franciscus *in d. c cum olim col.* 3. asserit, *sed quæritur*, inquiẽs *nunquid dispositio canonum habet locum* Contra Invasorem Rei Ecclesiasticæ. *super quo dixit similiter Speculator* in titul. de rescript. præsentatione, §. ratione formæ. vers. item quod in rẽscripto, *quod habeat locum, quia satis dicitur alienatum, quod est invasum, hanc sententiam secutus est Lapus conclusione sua* 52. & *Dom. Anton. hic com-* 192

muniter & Moderni per ea, quæ tradunt notabiliter Innocent. & Dd. post eum in c Episcopi. de reb Eccles. non al. *1. Ubi dicit Innocentius notanter, quod si committitur alicui, quod debeat revocare malè alienata in præjudicium Ecclesiæ, potest talis delegatus ponere manum ad alienata per Ecclesiam, in quibus Ecclesia non habet jus possessionis, & etiam ad ea, quæ fuerunt* VIOLENTER. ABLATA *ab Ecclesia, quia largo modo hoc potest dici alienatum &c.* quā tamē rationem, impugnat *ibidem* Francis Aret & aliam *Col. 4. sequente* afferi, per text. not. 2. *lectur.* communiter approbatum *in L. 1. C si per vim vel alio modo,* ubi probatur, *quod qui absens fuit* SPOLIATUS *possessione sua,* QUILIBET *admittatur ad agendum pro ipso sine mandato, ergo idem videtur in Ecclesia dicendum, quia cum Ecclesia æquiparetur* MINORI *& pupillo,* ut in c. auditis & in c. 1 sup. de restit. in integ. *non videtur non deberi minor favor Minori & Ecclesiæ, quàm absenti, cujus possessio aufertur.* Unde *dixit glossa, quam reputo singularem* in L nec non §. 1. ff. ex quibus causis major; *quod ista regula negativa est vera, in quibus casibus denegatur restitutio minori, multo fortius absenti, & sic patet, quod favorabilior est persona minoris, quam absentis regulariter, & credo communem sententiam hac ratione posse defendi, nisi dicam, quod illa æquiparatio minoris & Ecclesiæ ad absentem procederet, quando Ecclesia non habet rectorem, sicut absens ibi carebat legitimo defensore & hoc casu posset esse vera opinio communis, sed quando Ecclesia & pupillus habent rectorem, non videtur esse eadem ratio, & ideo de subtilitate juris non tenerem illam sententiam.* Hæc ipse. An hic nihil de spolio?

193 Hæc eadem ferè verbotenus ex eodem Francisco Aretin. Dom. suo recitat Felin. *in d. c. Cum olim sub. n.* 3. Idem Felin. *in d. c. dilecti num. 2. de major. & obedient.* hanc tradit regulam generalem, *quilibet,* inquiens, *de clero auditur in concernentibus interesse Ecclesiæ, & sic in concernentibus interesse populi,* ita dicunt Dd. hic post Host. &c. text. optimus & ibi latè Dd. maximè Abb. & Aret. *in c. Cum olim. de testib.* & postea ibid. ubi *agitur de interesse publico, admittitur quilibet de populo, etiamsi sua privatim non intersit* Proinde cuilibet de clero, imò & de populo competit invasionis rerum Ecclesiæ & spoliationis actio; siquidem invasio & spoliatio rerum Ecclesiasticarum vel Ecclesiasticorum est injuria Clericis illata teste Joanne Anton. de Nigris *in capitul. Regn. Sicil. maximè c.* 249. 250. quo casu cuilibet de populo datur actio restitutionis spoliorum, ut auctor est Beroi. *in c. in literis n.* 20. *de restitut. spol.* ubi tradit, quod quando pro restitutione possessionis rerum Ecclesiæ adversus violentum possessorem agitur, non solum Clericus beneficiatus agere possit, ut *in d. c. in literis. d. c. cum super. de caus. possess. & prop.* sed etiam quilibet de populo ipsius Ecclesiæ, ut sunt Clerici & Parochiani, quoniam actio hujusmodi dicitur popularis *c. si quis Presbyterorū* & ibi gloss *de reb. Eccles. non al.* ibique latè Beroi. & *c. non liceat 12. q. 2.* & per Abb. *in d. c. cum super.*

Notat

Notat vero ibidem Felin. *in d. c. dilecti sub n. 2.* quod appellatione causæ criminalis non veniat actio popularis, strictè sumendo, aliud igitur erit largè loquendo sentiendum.

194 Host. *in d. c. cum olim col. 2 de test.* ait, hæc licet pro parte sint vera, tamen quod dictum est, Archidiaconum vel alium quemcunque de Ecclesia agere posse, ut not. *sup. eod.* glossa *ver. & ideo, & sequent. infra eod. §. 1. super verb. exceptionem*, non fatentur aliqui, nec concedunt. Nec obstant jura ibi inducta, quia loquuntur expresse in revocatione bonorum Ecclesiæ malè alienatorum. Ubi est speciale, & ex speciali causa contra jus commune concessum singulis Clericis ejusdem Ecclesiæ, cujus alienata sunt bona, ut sicut in POPULARI *actione*, quilibet de populo admittitur Nomine suo agens; sic & *quilibet Clericus Ecclesiæ nomine* Ecclesiæ ipsius, sed *nomine proprio* suo agit, *malè* alienata ad proprietatem & jus Ecclesiæ revocando.

195 Sed nec obstant alia *c. inducta ibi. 2. q. 7. quapropter & c. seq.* licet enim non loquuntur in revocationibus alienatorum, sed etiam ubicunque subditi vident Episcopum excedere rationem, vel alias ECCLESIAM IPSAM lædi; tamen non agit ibi singularis persona nomine Ecclesiæ vel vice ipsius petendo. SED IN MODUM DENUNCIATIONIS, inquisitionis, exceptionis, vel ACCUSATIONIS potest agere contra eum, vel eos, qui excesserunt, vel ALIAS ECCLESIAM LÆSERUNT, & sic etiam intelligitur *16. q. 7. filiis. 93. distinct. illud autem.* Hæc Hostiensis. Num forte invasione bonorum Ecclesiasticorum F Romano Ecclesia non læderetur.

196 Spec. non tam à me, quàm à Felino & Aret. *cit. in tit. de instrument. edit. §. nunc vero aliqua n. 65. q. 66.* ait; Sed nunquid quilibet de populo potest agere contra executorem pro talibus ad pias causas legatis exequendis, quasi hæc actio sit popularis? & (*respondet*) videtur quod sic *ff. de popul. act. L. 1. & 2.* quæ quæstio directè non huc facit, cū hic non agatur contra executores executionum legatorum piorum differentes, ut voluntatem testatorum executioni dent, sed argumentum petitur *ex q. 68. ibid. seq. sub n. 66.* ubi ita *quærit*, item cum panis, quem avarus detinet, sit, id est, esse debeat esurientium, & QUODAMMODO DICATUR INVASOR *ut 67. dist. sicut hi prope fin. & in fine*, nunquid pauperes illum petere possunt? *dicit* Joannes quod non directè; denunciare possunt tamen detentorem, ut sic per Ecclesiam communicare cogatur *12. q. 1 dilectissimus.*

197 Baldus *in L. civitatibus 125. ff. de legat. 1.* dicit, valet legatum pertinens ad honorem & ornatum Civitatis, licet non consistat in pecuniario commodo. hoc dicitur, Dic etiam quod quando relinquitur proprietas pauperibus, Syndicus Civitatis potest agere, quod detur pauperibus tanquam pro publico interesse, unde Aretin. & Felin. *sup. cit. locis* hanc decidendi rationem pro pii legati executione obtinenda, allatam nostræ quæ-

" ctioni applicant, quod videlicet quando agitur pro publico interesse, possit " Syndicus vel quivis alius agere.

198 Bart. *in L nec quicquam §. fin ff. de offic. Proconf.* licet incidenter *sub. fin.* inter alia tradat; idem quod ex Baldo *in d. L. civitatibus.* audivimus, attamen *ibid.* principaliter notat, quod in illo §. proconsul. curare debet, ut ipse ait, ne imbecilles à potentioribus opprimantur, hoc dicit usque ad finem; ibique notat, quod Judex exercet officium suum, licet non petatur. Unde iterum Aretin. & Felin. argumentum pro sententiæ suæ, quam ex iisdem attulit, decisione petierunt, quod Judex curare debeat, ne Ecclesiæ imbecillioris bona à potentioribus invadantur, ipsametque Ecclesia opprimatur, vel certe contra invalores defendat.

Ex quibus relinquitur quod Felin &Aretin aliique cit. Dd. de spolio agāt rerum Ecclesiæ, in eoque cuivis ex populo actionem tribuant, quæ etiam isto casu popularis latè accipiendo dici possit.

199 Deinde F. Romanus errat si asserit, quod ego vel alius ex nostris Patribus affirmet, quemlibet actione populari, DE QUOVIS SPOLIO agere posse. Cum expressè de spolio rerum Ecclesiæ publicum interesse concernente agamus.

Tertiò hallucinatur F. Romanus, quando requirit, ut conclusio ex propositionibus Dd. præmissis deducta, nimirum quod Ordo defunctis monachis immediatis possessoribus ejectis, habeat solummodo actionem popularē ad recuperanda monasteria, ostendatur in ipsis terminis apud Dd *cit.* extare, adeoque conclusionem deductam vult eandem cum propositione explicata esse. Quæ tamen conclusio deducta etiam sequitur ex doctrina Hostiensis *in c. dilecti. Col. 2. de major. & obed.* quod interdictum Unde vi non detur, nisi ei dejecto, qui ante possederit. Unde cum Ordo ante non possederit, etiam illud interdictum intentare non poterit.

200 *Quarto* falsum est F. Romani assertum, quod omnes *sup. cit.* Dd. loquantur de executione ultimarum voluntatum in causis Piis; Cum nec Aretin. nec Felin. nec Host. executionis ultimarum voluntatum in causis piis vel minimo apice meminerint.

201 *Quinto* falsus est F Romanus, quando asserit, sup. allegatos Dd. pro antiquis Ordinibus definire, ut piæ fundationes aliquamdiu intermissæ, ad illum Ordinem religiosum reducantur, cui primitus voluntate fundatorum destinatæ fuerunt. Cum nullus omninò sup. allegatorum Dd. ejus meminerit propositionis, nedum principium, unde ea deduci posset adduxerit; neque ullum in Felino, Spec. & Baldo inveniat fundamentum, quin etiam expressè Constitutioni Alexandri VI. *accepimus, dat.* 1497. *ult. Septembris* repugnet, ut proinde illud sit merum F. Romani figmentum.

202 *Sexto* falsus est F. Romanus, quando ex Felin. *in d. c. dilecti* unicā ipsius *n.* 3. allegat

allegat propositionem; Cum ipse Felinus *in d. c. dilect. n. 2.* à nobis allegatus expresse testetur, quod ultra prædicta ab Abbate & Aret. velit notari certas breves conclusiones, ex quibus nos aliquot retulimus, proinde videat benevolus lector, quomodo F. Romanus Felino contra mentem ipsius, pro pluribus conclusionibus unicam propositionem affingat, ac peius cæteras neget quasi ab ipso non traditas, quæ tamen in rem præsentem quam plurimum, ut vidimus, faciunt.

Septimo F. Romanus Speculatoris ut allegationẽ mutilat id, quod Aretines Felin. intendebant, eluderet, sed frustra. Conferantur ea, quæ *sup. ex eodem* Specul. allegavi. 203

Octavo fallit F. Romanus, quando pro ratione Baldi *in l. civitatis ff. de legat. 1.* à Dd mutuata, supponit ipsam Baldi assertionem & dictum, cui ratio illa applicabatur. 204

Nono imponit F. Romanus, quando Bartoli *in L. nec quicquam §. fin.* principali propositione dissimulatâ incidenter ibidem allatam venditat. 205

Decimo decipitur F. Romanus, quando ex allatis & deductis Dd. auctoritatibus asserit, concludendum esse quod Monasteria formaliter accipiendo non sint extincta, Nam si de materialibus loquatur, iam frustra exstinctionem allegat, cum nemo nostrum monasteria materialia esse extincta, sed solum vacare, asserat. 206

Undecimo similiter falsa est Collectio F. Romani, quod in monasteriis destitutis, in quibus olim spolium intervenit, ultimæ fundatorum voluntatis ratio sit habenda; cum merum hoc sit F. Romani somnium à sup. allegatis Dd. minimè approbatum. 207

Duodecimo Denique, suam ostendit F. Romanus in *jure Imperitiam*, si putat substitutos, seu religiosos eiusdem Ordinis sive Societatis Patres ob monasteria materialia olim ab Hæreticis occupata de spolio nomine suo & nõ nomine Ecclesiæ vel monachorum vi eiectorum agere posse, licet ea ipsi substituti tempore spolii vel invasionis non possederint nec privati fuerint, quod repugnat not. Bero. *in c. in literis n. 14. de restit. spoliatorum* ac simul *in c. ex literis n. 19. de proba.* item Menochi. *remed. recup. 1. n. 409 & seq.* Benedict. Capræ *sup. in repet. Clem. uni. n. 32. de caus. possess. & propriet.* Hanc tamen imperitiam callidè videtur tegere, quando actionem de spolio, de qua agebatur, tacitè dissimulat, ut crederetur hic non de actione spolii, sed de alia actione invasarum rerum recuperandarum agi, sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. 208

Nec illud silentio prætermittendum, quod *scil. locis* pauperibus pro legato Eleemosynæ tribuat actionem, quam iisdem negaverat. Ita F. Romano Varietas semper placet. 209

§. X.

De Rescripto Imperatoris.

210 Ostendebam, quod aliàs assertum rescriptum & mandatum Imperatoris de bonis monasticis, Ordini religioso restituendis non officeret; eo quod omne rescriptum tacite vel expressè hanc contineat *formulam & conditionē, si preces veritate nitantur*, seu si quis Imperatori supplicat aut rescriptum impetrat, doceat omnia esse vera, quæ retulit in preces; aliàs enim rescriptū, & mandatum principis censetur esse sub: & obreptitium. *L. ult. C. de divers. rescrip. & prag. sanct.* & ibi Dd. Videatur & F. Romanus *q. 4. n. 51. §. quæ omnia, ver. unde ait Alphonsus Soto fol.* 210. Atqui Ordo teste F. Romano supplicavit Imperatori pro monasteriis occupatis & emortuis recuperādis *ibi supplicationibus ad Imperatorem diversimodè factis, q. 7. n. 15. & seq.* atq; assertum rescriptū Imperatoris impetravit, *d. q. 7 n* 17. narrando inter alia, quasi ipse possessione monasteriorum emortuorum esset spoliatus *q. 1. n. 98. & alibi.*

211 *Pro Ordine est sub. & obreptitium ex parte ipsius supplicantis.* Igitur necesse est, ut Ordo doceat esse vera, quæ retulit in preces suas de suâ possessione eiusque titulis & causis obligationibusque Imperatori propositis. At cum hæc Ordo non ostenderit nec ostendere possit vera esse; ideo assertum Imperatoris rescriptum censebitur esse sub: & obreptitium, ex doctrina F Romani *q 4. n. 51. d. §. quæ omnia*, & quidem ex parte *supplicantis Ordinis* in libello suo supplici falsas causas suggerentis verasque supprimētis, ut videre licet ex *hoc toto tractatu*, non vero, ut F. Romanus *d. q. 4. n. 51. 52 q. 7 n. 13. & 22.* perperam allegabat, ex *parte Aulicorum, Consiliariorum* Imperatoris, ut proinde tota illa disputatio à F. Romano *q. 4.* suscepta sit frustranea, si non calumniosa.

212 *Comment Hayana.* F. Romanus *allegat. 300.* asserit, quod *sup. d. allegat. 65 271 & 293.* respondeterit, nimirum, *quod ipse loquatur de Carolo V. Ego de* Ferdinando II. Verba ipsius erant ex historiis & supplicationibus ad Imperatores "diversimode factis &c. ego invertam, aiamque ipsum scripsisse de "supplicationibus ad Imperatorem factis. Ipse per hujusmodi supplica-"tiones probaverit antiquas monasteriorum spoliationes: Ego restitutio-"nem eorundem recentem inde ipsum evincere velle asserā, Reliqua, quæ ibi "sequuntur, sunt nugæ Hajanæ.

213 Iterum *allegatione 301. 302. 303. 304.* ait, *Creticum esse, quod ipse in astro* sup. cit. à me locis, *ratiocinatus fuerit, ex parte Aulicorum Consiliariorum Imperatoris originem sub: & obreptionis provenisse; ad textum suum provocans, negansque Ordinem supplicantem Imperatori falsa suggessisse, & vera suppressisse.* Tum *allegat. 452.* repetit eadem, quæ *sup. 2 sect. 3. c. 1 n. 21.* fuere enarrata & refutata.

Verum

Verum F. Romanus nihil ad rem proponit, sed more suo evagatur. 214
Allegat.65. nihil de rescripto Cæsareo movit, sed de Abbate *in d. c. Abbate not 4 de V.S.* agit, atque hic est primus ipsius error. Alter *allegatione* 271. propositus, iam sup *hic quæst. 2. sect. 1. c. 3. num. 3.* sicut & tertius *allegat.* 273. à me *d. quæst. 2 sect. 3. cap. 1. num. 21. §. quod vero,* est refutatus, ubi ostensum est, quod F. Romanus non solum de Carolo V. sed & Ferdinando II. &c. agat, & patet ex propria ipsius F. Romani confessione hic facta, quod ipse *loto à me cit.* de supplicationibus ad *Imperatores* diversimode factis, adeoque non tantum de supplicationibus uni Carolo V. exhibitis agat. Si quidem Carolus V. non est *Imperatores*, sed Imperator. *Discutiuntur.*

Vnde sequitur *Quarto,* quod non ego, sed F. Romanus sua propria verba invertat, ajendo se de *supplicationibus ad imperatorem* factis scripsisse.

Quin etiam *Quinto* ridiculum est, quod F. Romanus ex supplicationibus istis velit probare antiquas monasteriorum spoliationes, quæ certè ex nudis unius partis adversæ & quidem offensæ narratis minime probantur. per *L. 2 ff de probat. & L. 3 in principio de test. per L. 25. C eod.* Et absurdum foret, ut quis accusatoris seu Actoris & testis vices simul in unâ eademque causa propria sustineret. 215

Cum propter affectionem, quam ad causam propriam habere videtur, sit suspectus. Nellus à S. Gemin *de testib n. 31.* Ioann. Camp. *de testib. reg. 79. per L. fin. de test. & ibi gloss.* Nicolau Everhard. *in repet c. quoniam contra de probat. part. 1. de testibus. c. 2. n. 226.* unde etiam nemo in propria causa idoneus est testis. *l. nullus ff. de test.*

Quid autem F. Romanus ex rescriptis Cæsareis intendat, jam *sup. d q. 2. sect. 1 c. 2. n. 3. & sect. 3. c. 1. n 21* est ostensum. 216

Denique quod Allegatur, sub: & obreptionem ex parte *Aulicorum Consiliariorum Imperatoris* intervenisse, fallacia est, Non enim ego assero, quòd F. Romanus directè & immediatè affirmet, ex parte istorum Consiliariorum obreptionem provenisse; sed quod ipse nos, qui rescripta Cæsarea sub: & obreptitia esse sustinemus, prout teste S. C Majestate Ferdinando III. talia verâ sunt, insimulet, *q. sua 4.* quasi aulam Cæsaream de sub: & obreptione accusemus, adeoque ipse indirectè sub: & obreptionem Aulæ Cæsareæ tribuat. Cum tamen nos non Aulam Cæsaream, sed ipsos importunos supplicantes ob narrata quædam & rationes minus veras precibus insertas sub & obreptionis accusemus, quemadmodum iam *sup. d. q. 2. sect. 3. c. 1. §. 21.* ostendimus. Atque ex tota *Astri Eclips.* patet, quod rationes ex parte adversa minimè fuerint comprobatæ. Vnde assertum rescriptum Cæsareum per importunitatem supplicantium extortum, 217 218

tum,iis nitens rationibus minus veris,erit sub & obreptitium, per notata Leonel.*de sub & obrept.rescript.*

§. XI.

Ex Rescripto Cæsareo ad narrata supplicantis,utrum spolium probetur? Et num hoc sit in causa possessionis ac proprietatis definitivum? Quinam sint termini jurisdictionis sæcularis,qui Ecclesiastica?

219 Inferebam,malè à F.Romano ex ipso asserto Rescripto Cæsareo probari,*quod Ordo possessione Monasteriorum emortuorum sit spoliatus.* Cum Rescriptum Imperatoris supponat ab Ordine illam spoliationem prius probandam esse,*ex tit.C.de prec Imper.offer.*

220 Deinde si F.Romanus assertum Imperatoris Rescriptum & quidem in *causa possessionis, & proprietatis* vult esse *definitivum,* utique vult Imperatorem non *legitime* rescripsisse Nam ut Rescriptum Principis sit *legitimum*, illud dandum est in causa Iuri non contraria,nec Iurisdictionis suæ terminos egrediente,ut notat.*in tit.C de prec.Imperat.offerend.& de quib.reb.prec*

221 *lic.*Termini autem *Iurisdictionis sæcularis* Principis in causa bonorum Ecclesiasticorum circumscribuntur judicio possessorio,& quidem instituto contra Laicum (id est,quandò Clericus bona Ecclesiastica possidens in eorundem possessione,vel quasi à laico turbatur , vel à possessione deiicitur)

222 agit,ne amplius à laico turbetur in possessione vel etiam deiectus restituatur Gaill 1 *observat.*38.Cævall.*commun opini.q.*403.Aufrec.*de potest sæcular. super person.Ecclesiast.respons.*4 Hi termini Iurisdictionis sæcularis exceduntur,quando Laicus Clericum,vel Clericus Clericum etiam in possessorio Coram Principe sæculari convenit Gaill.1 *obs.*30.*n.*1.2 *usque ad n* 5.Aufret.*d reg.*4.*n.*23.Covarr.*var.resolut c.*3.*vers.rursus.*Cacheran. *decis.* 137. *num.*11.

223 Atqui in hoc casu si,ut vult F Romanus,Imperator sine conditione absolutè & quasi definitive rescripsit pro Ordine,quod ipsi bona monasteriorum emortuorum ab Hæreticis occupata sint restituenda, quasi Monasteria illi debeantur,sint sua religiosorum modernorum,utique rescripsisset in *petitorio* Iuris,seu Iusti Canonici,adeoque in causa suæ jurisdictionis terminos egrediente. Consequenter ex hoc capite assertum rescriptum Imperatoris foret nullum,juxta propria principia ipsius F.Romani *d.q.*4.*num.* 51.§.*qua omnia.*

224 *Commenta Hayana.* F.Romanus *allegatione* 84.ait,*si res ita est , cur Patres Societatis Anno* 1638.*& anno* 1639. *in Aula Imperatoris egerunt contra sacrum Ordinem Cistertiensem in causa monasteriorum Coronæ Mariæ & Pontis salutis eiusdem Ordinis in Palatinatu inferiore, & domus Ortenbergensis Wormatiæ, utrimque scripturis & replicis coram tribunali* Cæsareo *aulico productis,*

Si

Si tunc Ferdinandus II. Imperator terminos suæ Iurisdictionis excessit, cur eum ut Iudicem legitimum agnovit Societas? Cur forum incompetens non declinavit? at forsan tunc nubes rorida apparebat! & falsa est allegatio Gailii è diametro *Contrarium asserentis, cit n. 2 in hæc verba,* in Camera, appellationes in casu decimarum in petitorio non recipiuntur, in POSSESSORIO verò Causas decimarum per iudicem sæcularem agitari & decidi posse Communiter placuit ex auctoritate glossæ *in d. c. literas. in verb. rebus.* quæ asserit, possessionem cuiusque rei spiritualis temporalem esse & censeri.

Ibidem *sub n. 4. & hanc opinionem,* inquit. *Camera etiam sequitur, quia in causis decimarum quando super possessorio controversia movetur, citationes decernuntur & appellationes recipiuntur & licet prædictam communem opinionem impugnet Anton. de Butr.* in d. c. fin. n. 20. *(de Iudic.) tamen Communis Iudiciorum usus eam approbavit, ut referunt* Guid. in d. decis. 1. & *alii,* ubi *sup. Hucusq;* Gaill. *Eandem sententiam tenet Covar. à me pariter, sed alibi allegatus. Nam practic.* qq. c. 25. n. 2. *fatetur, quæstionem de solutione decimarum pertinere ad Iudicem Laicum, apud cit. Gaill.* d num. 4. in fine. *Simul monet F. Romanus adverti à lectore, me mea iurisdictionis terminos nimium excedere, quasi me ipsum supra altitudinem nubium & supra tribunal Cæsaris collocem judicem, decidamque, Imperatorem (cuius nomine à Camera Spirensi omnia decernuntur, & expediuntur) toties usurpata & non legitima potestate procedere, quoties in possessorio Ecclesiastico per d. Cameram aliqua decernuntur.* 225

Et quia F. Romanus, hic aliquid oblitus, ideo mihi affingit aliam *allegationem,* quam 210. numerat, ubi repetit, *quod Gaillius* loco à me citato *contrarium è diametro doceat, uti allegat. 24. demonstravit. Ad Covarr. quod attinet, cuius tunc oblitus fuerat, habet is hoc duntaxat* eo vers. Rursus aliis placuit Crimen usurarium esse mixti fori. & ideo laicum Iudicem posse INTER LAICOS CAUSAM istam iudicare, ECCLESIASTICUM verò INTER CLERICOS Subiungit F. Romanus, *& quid hæc ad rhombum, interim non dicit (ut ego citabam) terminos jurisdictionis sæcularis excedi si in possessorio coram Principe sæculari contra Clericum agat laicus vel Clericus. Cum istius contradictoria & Covarruviæ sententia simul stare possint, adeoque illus meus Covarruviam non fertat.*

Verum hæc omnia Creticâ fide F. Romanus enarrat.

Nam *Primò* non est verum, quod Societas anno 1638. & 1639. in aula Cæsaris propter supra recensita Monasteria EGERIT, adeoque ACTORIS PARTES contra Ordinem Cistertiensium sustinuerit. *Deinde,* nec verum est, quod Societas ab Ordine Cistertiensi ibidem Conventa, initio forum non declinaverit, cum & Ordo cistertiensis *actoris* vices egerit, & Societatem tandem compulerit, ut ibidem de facto responderet, ut patet ex Cæsarei Iudicii Aulici *decreto* 13. *Decembris* 1638. lato, quod appono. 226 *Discutiuntur.*

227 In sachen Herrn Thomæ Abtens zu Salmansweil/vnd Herrn Petri Abtens zu Eusersthall/als der Cistercienser Ordens verordneter Commissarien Klägern eins/gegen vnd wieder die Herrn PP. Societatis Iesu possidirende Clöster Heilsbrück/Marien Cron/auch den Otterberger Hoff zu Wormbs betreffent/wird gedachten Beclagten auff die vnterem dato den Neunzehenden Decembris des nechst verwichenen Sechszehen hundert Sieben vnnd dreyssigsten Jahrs ihnen Communicirte schrifft ihre schließliche notturfft am Keyserlichen Hoff einzubringen nochmahlen zeit zweyer Monathen den nechsten von der einhendigung dieses anzurechnen/peremptorie vnd pro omni termino hiemit bestimbt vnd angesezt/mit der verwarnung/ das in verbleibung dessen / auff des Klagenden theils weiters anruffen/endlich ergehen werde/ was recht ist. Signatum zu Wien vnter ihrer Keyserlichen Majestät auffgetruckten Secret insiegel den Dreyzehenden Decembris Anno Sechszehenhundert Acht vnd dreissig.

Vt. (Locus) (Sigilli.)

Conrad Hilprandt. D. mp.

Arnold von Clarstein mp.

228 In causa Domni Thomæ Abbatis in Salmansweil & Domini Petri Abbatis in Eusersthal, Cistertiensis Ordinis Commissariorum Actorum ex una, contra DD. Patres Societatis Jesu (Reos) possessores (ex altera partibus) Monasteria Fontis salutis, Mariæ Coronæ, ac domum Ottenbergicam Wormatiæ concernente, prætactis Reis, ut ad communicatum scriptum sub dato 19 Decembr. Anni proximè elapsi 1637. necessaria sua concludendo exhibeãt, terminus duorum mensium ab insinuatione hujus computandorum peremptoriè & pro omni termino hocce constituitur & injungitur, ea interminatione, ut in omissione eorundem ad Actorum ulteriorem instantiam decernatur, quod juris est. Signatum Viennæ, sub suæ Cæsareæ Majestatis appresso Secreto sigillo. 13. Decemb. Anno. 1638.

229 Vt. Conradus Hilprand D mp.

(L. S.)
(S.)

Arnoldinus Klarstein mp.

Concordat cum Originali integro & illæso Martinus Schmidt *publicus & in camera imperiali immatriculatus Notarius in fidem sigillavit & subscripsit.*

Manu propria.

Hinc

Hinc videas benevole Lector quàm contra veritatem F. Romanus u- 230
bique impingat.

Tertio Gaill. *lib.* 1. *observat.* 38 *n.* 2. 3. 4. 5 non definit, quod laicus in causis 231
possessoriis decimarum sit Iudex INDIFFERENTER, nec etiam quando inter
DUOS CLERICOS disceptatio foret, ut advertit Græv. *lib.* 1 *pract. conclus.* 38. 232
n. 7 de quo tamen casu ego agebam, ideoque cit. Gaillius nihil è diametro &
directo, secus ac F. Romanus existimabat, contra me facit. Nam aliud est,
Laicum in possessoriis posse esse Iudicem nimirum vel inter laicos solos,
vel etiam inter Clericum actorem & laicum Reum. Mynsing. 5. *obs* 93.
num. 7. & aliud, Laicum in d. possessoriis posse esse judicem indifferenter vel
etiam inter clericos, vel inter laicum actorem & Clericum Reum, ut notat
Græv. *d. conclus.* 38. *n.* 67. 233

Cuiusmodi responsio quòd Covarruviæ *in d. pract. quæst.* 25 *num.* 2. à F.
Romano in contrarium allegato conveniat, Ipsemet Covarruvias *Va-
riarum resolutionum cap.* 3. *Versic. rursus*, à me citatus ostendit, quan- 234
do rationem eam, qua solent aliqui cognitionem Judici Laico in
possessoriis adscribere, quasi istic de quæstione facti ageretur, in qua
laicus sit Judex Competens, non indifferenter obtinere tradit, sed quod in 235
quæstionibus facti inter Laicos, *Laicus*; at inter Clericos cõtrovertẽtes; Non
Iudex *laicus* sed *Ecclesiasticus* cognoscat, adeoque Covarruvias *loco cit.*
omnino ad Rhombum facit, etiamsi iis verbis, quibus potestas Pontifi-
cis ab Imperatoria discerni solet, non utatur.

Porrò quod addit, me Jurisdictionis terminos egredi & super tribu-
nal Cæsaris constituere Judicem, est Calumnia, quia nunquam ego
mihi aliquam Jurisdictionem arrogavi, nedum eius terminos ex-
cessi. 236

Quando autem ego cum omnibus Politicorum Doctoribus, Iurecon-
sultis & Theologis assero, summi Pontificis & Imperatoris potestatem cer-
tis concludi terminis, non propterea me super tribunal Pontificis & Impera-
toris Iudicem constituo, ut F. Romanus temere confingit, qui hoc ipso, se nõ 237
tã mei, quam S. Rotæ Romanæ, cuius decisionem sequor, Iudicem cõstituit,
eamque sub suam ferulam devocat. Certum enim est ex omnium Politicorũ
Iuris consultorum & Theologorum doctrina, quod potestas Pontificis &
Imperatoris non increata nec illimitata, sed creata, etiam sit limitata, cer-
tosque habeat limites ac terminos, qui ex Iuribus divino, Canonico & civi-
li circumscribuntur. Vnde cum aliquis ex Jurium istorum definitione
per modum doctrinæ secundum Augustinum de Ancon. *in tract. de Ec-
clesiastica potestate*, *quæst.* 1. *ad* 10. & non auctoritativè tanquam
superior dicit, hoc vel illud potestati non Imperatoris sed Pontificis
competere, potestatem Imperatoris non contemnit, nec eam judicat.
sed se potestati Superioris terminos Potestatum definientis submit-

ut, refertque quid ab illo sit definitum, quod certè non est Judicis partes agere. *c. qui resistit. cum c. seq dist. 10.* Alioqui quotquot in scholis Politici, Jurisconsulti & Theologi doctrinæ & veritatis cognoscendæ causa, non verò tanquam superiores auctoritatem intendentes, docerent potestatem Pontificis *Ecclesiasticam & Spiritualem Spiritualibus,* & Imperatoris *Sacularem* seu *merè politicam Sacularibus* definiri negotiis, se Judices & Pontificis & Imperatoris constituerent, quod sanè foret perquam absurdum sentire; Et contrariaretur fundamento & regulæ S. Thomæ *lib. 4. de Reg. Principum cap. 23.* ubi dicitur, tunc est perfecta civium congregatio, quando quilibet in suo statu perfectam habet dispositionem & operationem; sicut enim ædificium est stabile, quando partes eius sunt bene sitæ, sic de Politica contingit, quæ firmitatem habet & perpetuitatem, quando unusquisque in suo gradu SIVE OFFICIALIS SIVE SVBDITVS DEBITE OPERATVR, ut suæ conditionis requirit actio. Vide Joann. Baptist. Fragos. *tom. 1. de Reg. reipub. Christ. lib. 2. disp. 4. n. 264 & seqq.*

278 *Vtrum in merè possessorio rei spiritualis laicus index esse possit.* Nihilominus quia circa propositam quæstionem, *utrum in merè possessorio rei spiritualis laicus judex esse possit:* Quidam Theologus nonnullam à me desiderat explicationem, ideo

Noto, *triplicem* hic dari Dd. opinionem; Alii enim *indifferenter* docent, in mero possessorio rei spiritualis laicum Judicem, in cuius territorio res spiritualis sita sit, esse competentem, Joannes Andreæ & alii in

279 *Triplex opinio.* *cap. fin. de jud.* Ripa *in rub. de jud. num. 90. & de rescrip. & Prælat. & Princip. grat. respons. 36.* Abb. *in cap. literas num. 7. 9. 10. de juram. Calum.* & Guiliel. Benedict. *in cap. Raynutius 1. part. in verb. & uxorem, nomine Adelasiam. num. 39. de testam.* Joann. Igne, in *repet. L. necessarios. §. non alias. 2. parte col. 1. 2. 3. ff. ad S. C. Syllan.* Guid. Papæ *in Decis. Delphin. quæst. 1. q. 71 & q. 85.* Francis. Marc. *decis. 190. & decis. 512. 1 part. decis. 215. num. 3. in part. 2. decis. 1062.* Boër. *quæst. 69. num. 23.* Afflict. *decis. 2. num. 10. 11.* ubi Grammat. *in addit. & item* Afflict. *decis. 24. num. 9.* Grammat. *decis. 78.* Alciat. *resp. 24. num. 1.* Rebuff. *in comment. ad consuetud. Franciæ 3 tom. in tit. de Possess. benefic. 8. art. glossa 2.* Rolandus à Valle *cons. 23 col. 1. & 2. lib. 2.* Cravett. *cons. 258 lib. 2.* Nicol. Mill. in *verb. Iudex, cui in certo.* Steph. Aufr. *de potestate secular. super reb. Ecclesiast reg. 2. num. 5. & reg. 4 num. 9 vers. 5. fallit.* Marant. *in spec. aur. in 4. part. distinct. 11. n. 42.* Gaill. 1. *observat. 37. n. 5.* hancque *Communiorem* Dd. tradunt Thesaur. *decis. 82.* Mynf. *centur. 2. observat. 67.* Græv. *lib. 1. conclus. pract. 36. considerat. 6. sub n. 1* Ratio horum est, quia possessio, quæ in Judicium deducitur, non videtur esse spiritualis, sed potius profana ac temporalis; tum potius in facto, quàm in Jure cõsistere, ut proinde nihil impedire videatur.

Affirmant.

tur, quò minus Laicus de ea cognoscere possit; quæ tamen ex eo impugnatur, quod non tantum locus possessionis, ubi res sita est, sed & *persona* convenie̅dæ qualitas sit attendenda. Socin. *in c. sane si Episcopi. declarat. 9. sub n. 10. de for. Compet.* Menoch. *recuper. possess. remed. 15 n. 212.* neq; enim persona Ecclesiastica ad Judicem Laicum trahi potest. Cum laici nec in ipsas clericoru̅ personas nec res Ecclesiasticas ullam habeant Jurisdictionem seu potestate̅ juris dicendi, eò quod & personæ & res Ecclesiasticæ notoriè à jurisdictione & potestate judicis sæcularis sint exemptæ. Fachin. *lib. 8. controvers. juris c. 15. 2. quæst* Bened. Canophil *in repet. extrav. ambitiosa. de reb. Eccles. non al. num. 35. per text. in c. Ecclesia S. Mariæ. de constit. c. bene quidem. 96. distinct.* &c. Ita in causa *usurarum* licet Laicus ratione rei possit esse judex competens, tamen si agatur inter Clericos ratione personaru̅; ipse minimè erit judex competens. Menoch. *d. remedio 15. n. 212 Covarru. var. resol. c. 3.* 280

Fundame̅ta discutiu̅tur.

Deinde iidem indifferenter affirmantes pro se afferre solent *c. causam, il. 2. vel 7. qui fil. sint legit.* 281

Verum illud cap. agit de possessionibus *Laicorum*, quo casu mirum non est, si Laicus ratione rei & personarum sit judex competens, Menochius *cit. loc n. 213.* & Fach. *d. loco.* 282

Tertiò solent illi quoque citare *can. petimus. 11. q. 1.* qui tamen Canon nihil in rem præsentem facit, cum illi solum statuatur, quod Clerici pro defensione ac recuperatione rerum suarum possint implorare auxilium Brachii sæcularis, ut vulgo loquuntur, seu Magistratus sæcularis. Fach. & Menoch. *cit. loc.* hic verò *n. 219.* dicit, quod ibi judicium sæculare sit in auxilium potius temporalis, quam ad cognitionem causæ Ecclesiasticæ, de qua hic quæritur, institutum. 283

Quartò adducunt *c. ultim. de jud.* ubi Magistratus Florentinus causam possessionis cognovit tanquam judex inter Abbatem Monachosque S. Mariæ & communitatem cujusda̅ castri, quod Pontifex non improbat, sed potius confirmat, *veruntamen* quia ibi causa possessionis inter *Ecclesiasticos actores* & *laicos suos* agebatur, eo casu laicus poterat esse judex. Fachin. *cit. loco*, vel ut vult Menoch. *d. loco n. 217.* ibi controversia erat non de Ecclesiastico, sed sæculari officio & dignitate. 284

Quintò addunt ipsi & hãc ratione̅, quod intersit judicis sæcularis, ne violẽtiæ & spoliationes fiant inter Clericos & Laicos, quare laicus judex soleat etiã compellere clericum, ut rem apud se depositam restituat. *L. ult. §. penult. C. de bon. aut. jud. poss. At respondetur,* non quodlibet interesse, alicui tribuere jurisdictionem, maxime cum Clericus à suo judice Ecclesiastico cohiberi possit & debeat. Menoch. *d. loc. num. 216. per c. si Clericus laicum. de for. compet.* 285

Varia præjudicia.

Denique pro illa sententia contra alios varia afferuntur *præjudicia Cameræ Imperialis* apud Mynsing. *cent. 5. obser. 67.* Delphin. apud Guid. *dec. q. 1. & q. 71* 286

Senatus Mediolanens. apud Alciat. *Respons* 24. Burdigal apud Boër. *decis.* 69. *sub n.* 23. Pedemont apud Thesaur. *decis.* 82. *n.* 1. *& decis.* 117 *n.* 1. Atque ita Menoch. *d remed* 15 *n.* 211. in Senatu Pedemontano observatum affirmat, inter Petrũ Perdonium ex loco Mulazani & Emanuelem Alpherium Albêsem anno 1562 de mense Novembri atque ita similiter in Regno Lusitaniæ judicari refert Alvar. Valasc. *consult* 9. apud Thess. *d decis* 82. *n.* 1.

287 *a. Negans* Econtra negant *alii indiscriminatim* Laicum judicem esse competentem in possessorio rei spiritualis vel Ecclesiasticæ, sed necessarium perhibent esse, ut solus Ecclesiasticus non tantũ inter Clericos, sed etiã inter eosdẽ & laicos, imò laicos solos cognoscat Anton. de Butr. *in cap. ult. de jud.* alii *in Clement. dispendiosam. Eod.* Bero *in rub eod. n.* 55. Covarr. *pract. qq. c.* 35. *in vers. Secunda conclusio.* Guid. *Cons.* 49 Rol à Vall. *Cons* 23. *num.* 17. *lib.* 2. Castr. *Cons.* 2. *vol* 2. Sebast. Vant. *de nullitat. ex defectu jurisd n* 54. Olasc. *decis.* 116. *n.* 1. Dec. *in c.* 2 *n.* 24. *vers.* 3 *fallit. de jud* Jas. *in rub. & L. quotiens Cod. eodem* Ferret. *Cons* 10. Anani. *Cons* 84. *sub n.* 7. *Mars.* Augusol. *Cons.* 141. *& cons.* 142. *n.* 22. *& seq* Franc. Marc. *decis.* 29 *in* 2 *pars. & decis.* 497. *n.*

Fundamẽta 17. *& sequent. in part.* 2. ubi dicunt, hoc maximè procedere, quando quovis modo tangitur *proprietas* & tractatur de rescissione, aut annullatione cõtractus ex defectu decreti, aut solennitatum, etiam per viam exceptionis objecta, ut pulchrè quoque consuluit Alex. *cons* 103. *n* 9. *vol.* 5. *& cons.* 79. *circa prin. n* 8. *&* 9. *vol.* 1. & Bertach. *in repert. in verb. Clericus agit,* quod est mente tenendum. Vrsill. *in addit. ad Afflict decis.* 2 *n* 7. 8. 9. 10. Pet. Anton. de Petrâ Placent. *de potest Prin. c.* 6. *n.* 99. quam *Veriorem* testantur Dd. Borgnin. Cavalcan. *part.* 1. *de jud. decis* 45. *sub n.* 75. Græv. *lib.* 1. *pract. conclus* 37. *considerat.* 6 *n.* 2. Atque hi pro se allegant. *Clem dispendiosam. de caus poss & prop. & Clement.* 1. *de sequest. posses. & fruct.* quibus in locis statuitur, ut tam possessorium quam petitorium causæ Ecclesiasticæ tractandum sit & tractetur apud Sedem Apostolicam, & *in c.* 2. *de jud* ubi dicitur, negotia Ecclesiastica tractanda esse apud Ecclesiasticos judices; tum valde urgent *c. si diligenti. de for. compet.* & ibi Dd. quod Clericus nec tacitè nec expresse possit consentire in judicem sæcularem *c. tuam de Ord. Cognit.*

288 *Discutiũtur* Verum Menoch. *d remed.* 15. *n.* 220. respondet, *d. clement. dispendiosã. de caus. posses. & prop. itemq; c.* 2. *de jud.* nõ disponere *taxative,* ut ejusmodi causæ solum ad judicem Ecclesiasticum pertineant, seu ut alii loqui solent, istic Ecclesiastico judici non *privative* respectu judicis laici jurisdictionẽ & potestatem cognoscendi in possessorio rei beneficiariæ concedi.

Et in Clem uni. de sequest. posses. & fruct. subesse peculiarem rationẽ, quare possessio apud judicẽ sæcularem sequestrari nõ possit, quia ipse nõ est Capax administrationis rei beneficiariæ &c. Vide latè Men. *cit loco n.* 221. *& seqq.*

Ad d. c si diligenti. de for. compet. respondet, quod sæpe multa directè fieri prohibeantur; quæ tamen in consequentiam fieri permittantur

L. 1. *&*

L.1.*& ibi* glossa *verb accommodare, & ibi addit, de author.tut*. Vide Daoyz. *in indice juris Civil.verb directo.*

Nec minus pro his varia producuntur præjudicia Apud Borgninum Cavalcanum *part.1.de jud.decis.45.num.77* ubi ita judicatum refert ad favorem Ecclesiæ anno 1574 mense Decembri per Excellentem Dominum Ludovicum Zuntam *Parma*,& iterum ad favorem *Archipresbyteri* S. Quinti de S. Secundo Anno 1576.mense Martio per veritatis Doctorem magnificum D. Innocentium Blondum Advocatum Parmensem & per Rotam Romanam Anno 1579. mense Julio ad favorem Illustrissimi *Cardinalis Albani* contra Illustrissimum Dominum *Octavium Pallavicinum* & nobilem Dominum *Gasparem Rubiã*,& ita etiam fuit judicatũ *Bergomi* anno 1579.mense Januario contra Magnificũ Dominũ *Bernardum Spinũ* ad favorem dicti Illustrissimi Cardinalis *Albani*, non obstante Consilio dicti Menochii in illa causa facti,ut videre est *in consilio 114.volum.2 & ipse* Borgninus Cavalcanus judicavit anno *1579.* mense Novembri contra Nobiles *de Puteo Bonello* ad favorem D.Illustrissimi *Cardinalis Albani* ; quæ sententia fuit CONFIRMATA per *Rotam Romanam* anno 1581. mense Aprili & passim ita vidit judicati idem Cavalcanus , ubi Sacros Canones judices imitari non dedignantur. 289 *Pro hac opinione præjudicia.*

Tertia Opinio est eorum, qui variis *distinctionibus* quæstionem controversam componũt,ex quibus sunt Menoch.*d.remed 15.recup. possess. numer. 234.235.*Fach.*lib.8.controvers.juris c.15.*Grav.*lib.1.pract.conclus.37.consider. 6.n.3.& sequẽt.*ita ut si cõtroversia agatur *inter Clericos* solos,vel laicus *actor agat contra Clericum Reum*,sit *Ecclesiasticus*;Sin verò agatur inter *laicos solos* vel Clericus *actor agat contra laicum Reum*, tunc *laicus* sit judex competens Grav.*d consider at 6.n.6* Farin.*q.8 crim sub n.23 vers sublimitar 2.*Ratio est, quia Ecclesiasticus iudex in Clericos , & laicus in laicos sæculares subditos habet iurisdictionem,eosq;& citare & iudicare potest, Men.& Fach *cit locis* qui tamen *ibid* tradit,quod si res sit Ecclesiastica,quam laicus occupavit vel detinet , tunc laicus vel coram Ecclesiastico ex Generali Privilegio Clericis dato *in Clement.uni.de caus possess. & propr.c. cum sit Generale de for. compet.* Vel coram *sæculari* iudice conveniri poterit , ex eo, quod possessionis causa sola facti quæstionem contineat , in qua sæcularis ius dicere possit. Schvvanman.*Lib.1.observat.Cam.8.n.4.contra alios* itaque laicus respectu laici conventi non est *privativè* iudex competens idq; in favorem *clerici actoris* contra turbatorem concessum est, ut possit etiam coram alio,quam Ecclesiastico convenire , quod in eius odium non est retorquendum,*l.quod favore ff,de R.I.*adeoque non ita explicandum , quasi sæcularis iudex sit *privativè* iudex competens , ita laicus Conventus coram iudice Ecclesiastico non poterit se tueri exceptione *incompetentiæ* , vel aliquo privilegio domum revocandi , quod illud iudicium 290 *3.Opinio distinguens.*

Eccle.

Ecclesiasticū impediat, sicuti habet Clericus à laico, vel alio Clerico Actore cōvētus coram laico; eò quod potestas altior requiratur, qualis est potestas spiritualis, atq; ita in Camera Imperiali judicatū refert Schvvane. *d. loc.*

291 Unde porrò infertur, quod quando Reus coram diversis tribunalibus conveniri poterit, istius actoris sit optio vel electio, coram quo eum velit convenire, Castr. Bald. & Sichard *in L. fin. & ibi* glossa *C. ubi in rem actio*; Sin verò res non sit Ecclesiastica, quam laicus occuparit, tunc debet Clericus de rigore juris laicum coram sæculari judice convenire *c. si Clericus de for. compet.*

292 *Deinde* distinguunt, quod in possessoriis *retinendæ & recuperandæ* possessionis judex Laicus esse possit, non autem *in possessorio adipiscendæ*, Menoch. *cit. loco.* & Græv. *d. considerat. 6. num. 7* ubi citat Farinac. *d. loco* post Bero Cravett. Covarr. Guid. Rationem differentiæ dant, quod in possessorio *adipiscendæ* etiam titulus, investitura Ecclesiastica ac proprietas deberent discuti, quæ ad judicem Ecclesiasticum & non laicum spectant, *c. tuam. de Ord. cognit. c. lator. qui filii sint legit.* In possessoriis autem *retinendæ & recuperandæ* de mero agatur possessorio, quod sit facti. Ita Dd. apud Bero. *in rub. hic de Iud numer 51. & sequent.* sentire videntur, *ubi numer. 53.* definit, quod merum possessorium *recuperandæ* juris spiritualis seu Ecclesiæ sit penitus nudum & ab omni spiritualitate abstractum; quoniam in illo nullo modo quæritur de Canonica Institutione, sed solum de spoliatione & violentia, quæ merè dicitur quid facti temporalis, ut *in c. in literis de rest. spol. c. querebam, & ibi* Abbas *de Elect. c. Episcopi. c. redintegranda 3. quæst. 1.* De hujusmodi igitur causa *sæcularis* cognoscere poterit. August. Berous *d. loc.* qui tamen mox *n. 55.* contrarium pluribus propugnat; tum quod possessio qualitatem accipiat ab ipsa re, ita res incorporalis dicitur non possideri sed quasi possideri &c. tum quod possessio rei Ecclesiasticæ acquiratur ex investitura personæ Ecclesiasticæ. Berous. *d loco n. 56. & 58.*

293 Et quamvis Menoch. *d remed recup. 15. num. 235.* existimet, ferè nullum quoad possessorium *adipiscendæ*, ut illud non apud sæcularem, sed Ecclesiasticum judicem sit agendum, contradicere. Attamen illi contradicunt Thesaur. *decis. 82. numer. 2.* atque apud eum relatus Amedæus de Ponte *in quæstione, quis sit judex in Causa feudi. ad fin.* ubi tenent, quod etiam sæcularis in possessorio adipiscendæ sit competens judex eamque sententiam judicando observasse Senatum Pedemontanum testatur *ibidem sub numer. 3.* Joannes Igneus *in L. necessarios. §. non alias. 2. part. numer. 42. Ad S. C. Syllan.* qui malè sentire tradit Menoch. *d. remed. 15. numer. 235.* Respondetque *numer. 4.* non obstare, quod in possessorio *adipiscendæ* tractetur de titulo, quia de eo incidenter tractatur, quo casu laicus capax est, ut cognoscat *per L. quoties. Cod. de jud* Vrsill. *ad decis. 2. Afflicti*, & idem tenere dicit Ripa *in lib. 3. respons. c. ult.* de eo tamen scribit diversa

fuisse

fuisse suo tempore Senatorũ vota, nihilominus Senatum eundem in causa quadam Hierosolymitanæ Religionis Anno 1573. Iudicasse refert ex eod. Amedæo *in d tract. sub fin.* Græu. *d. considerat. 6. n. 3.*

Unde *tertio* dicendum, quod quando in *possessorio aliquo judicio etiam de titulo principaliter* cognoscendum esset, tunc non posset laicus cognoscere, sed necesse esset, ut Ecclesiasticus de eo cognosceret, *ex juribus & rationibus supra allegatis.* Græu. *d considerat. 6. n. 4.* Vrsillus *in addit. ad decis. 2. Afflicti,* Cũ canonica institutio & tituli spiritualis collatio non à magistratu sæculari, sed Ecclesiastico & spirituali dependeat, cò quod potestas magistratus sæcularis nec *formaliter*, ut clarum est ex terminis, nec *Virtualiter* contineat titulum spiritualem; ut per se patet; cum potentia vel potestas sæcularis nullo modo sit proportionata ad effectum producendi talem titulum spiritualem, utpote qui sit altioris Ordinis, &c. virtutemque altiorem requirat, qualis est potestas spiritualis. 294

Nihilominus illud notandum est, quod licet attento jure communi & seposito omni privilegio ac consuetudine contrariâ *verius* sit, quando in possessorio Controversia agitur inter solos Clericos vel inter laicum Actorem & Clericum Reum, tunc Iudex non laicus, sed Ecclesiasticus sit adeundus *per jura supra adducta*, Attamen ut ille Theologus monuit, attētâ quibusdam in locis hodiernâ consuetudine contrariâ vel etiam privilegio, videtur sacris iis Canonibus derogatum esse, ut etiam Clerici in possessorio coram laico Iudice conveniri possint, quemadmodum & Thesaur. *decis. 82* attestatur. 295

Attamen ego illo in casu, quando Cōtroversia foret inter solos clericos, existimo juxta *not. in c. si diligenti. de for. compet.* rem non boni exēmpli sed magnæ subinde *Offensionis & scandali* esse, quando Clerici inter se corā laico Iudice de possessorio contenderent, illudq; *S. Apost. Pauli 1. Cor. 5. v. 6.* huc applicari posse; *ad verecundiam vestram dico. sic non est inter vos sapiens quisquā, qui possit judicare inter Fratrem suum, sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles.* (sæculares laicos) Cum insuper laici Clericis oppidò infesti esse perhibeantur *c. cum Clericus, de immunit. Ecclesia. in 6. c. laici. 2. q. 7.* & Clericis inferioribus opprobrium sit subiicere se Iurisdictioni sæculari *c. si diligenti de foro compet. c. placuit, & c. inolita 11 q. 1.* apud Joannem de Grass. *in repetit. c. si Papa 40. distinct. n. 10. 11.* 296

Ad casum nostrum præsentem descendendo; quia hic non datur merum possessorium, sed in possessorio ab Ordinibus intentato simul quæstio de ipsius summi Pontificis potestate, *Vtrum ille liberam vel ligatā habeat potestatē circa monasteria emortua, ita, ut teneatur mortuis originariis vel incolis alienigenas seu exteros ejusdem Ordinis, cujus ante fuerant Originarii vel incolæ, religiosi omnes mortui, substituere, & an titulus aliorum religiosorum, alius Ordinis ex Provisione Apostolica acquisitus sit Canonicus & legitimus;* principaliter movetur, 297

298 ideo ea, quæ de mero possessorio traduntur, hic locum non inveniunt. Et quis est, qui dicat ea in causa Imperatorem vel judicem laicum esse competentem, ut de summi Pontificis statuat ac judicet potestate ac voluntate, cum Papa à nemine judicandus sit *c. si Papa in dist.* 40. Decius *c. significasti n. 9. de Elect.* Felin. *in c. nihil n. 4. de praescript.* Barbos. *li. 1. de iure Universo Ecclesiast. c. 2. n* 67. Num ovis & inferior judicabit Pastorem & suum superiorem, An non hoc esset rerum naturam invertere? An non Christus S. Petro ejusque successoribus summis Pontificibus dedit potestatem pascendi & regendi oves & agnos *Ioan. 21. v. 15. 16. 17.* Vide *c. sollicitae. & ibi.* Canon. *de mai. & obed.*

299 Accedit quod quando causa possessorii rei spiritualis causam tituli spiritualis proprietatis annexam habet, per Ecclesiasticum judicem cognoscenda sit, quia tunc qualitas Spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbet. *c. quod in dubiis. de consecrat. Eccles. vel altar.* Facit *c. lator. c causam quae. il. 2. qui filii sint leg. t*, ubi causa illegitimitatis causæ matrimonii annexa per judicē Ecclesiasticum & non sæcularem cognoscenda est Berous *in rubr. de judic. num. 51.*

§. XII.

Ex Imperatorum Rescriptis an & quomodo Ordini sint restituta Monasteria.

300 Ad id quod F. Romanus adiiciebat, *Ordini saepe ex Imperatorum rescriptis restituta monasteria. & quidem juste*; Respondebā, quod bona injustè ab Hæreticis occupata, vel certis, nimirum legitimis eorū possessoribus dejectis, id temporis adhuc *Vivis*, vigore Canonum ac *Recessuum* Imperii in specie & personaliter vel in genere tantum atque impersonaliter abstrahendo à personis, quibus restitutio faciēda sit (*per auth. si quando C. de constit. pec. §. 3. instit. de stip servor.* & utrobique Dd.) juxta Recessus Imperii, transactiones Passaviensem, Pragensem, &c. restitui jussa fuerint; Ex quibus transactionibus frustra F. Romanus *q. 1. n. 98. & seq.* contrarium probare conetur, cū defunctis personis spoliatis in iis decernatur & injungatur restitutio bonorum Ecclesiasticorum per occupatores & invasores *impersonaliter* Ecclesiasticis facienda, minimè vero, ut somniat F. Romanus, istic injungitur ipsarum personarum defunctarum restitutionem, neque etiam pro toto Ordine, aut aliis exteris ejusdem Ordinis Monachis faciendā, exinde argui vel inferri potest. Cum nec alii exteri nec ipse Ordo totus per se possederit hujus monasterii emortui bona, nec iis sit spoliatus, adeoque nec possit dici verè ac propriè ad dicta bona esse restituendus.

301 *Commenta. Hayan.* F. Romanus *sub allegat.* 448 *n.* 2. 3. 4. hāc meam responsionem valde impugnat, *Praeterea*, inquiens, *si quaras, quis olim in legitima eiusmodi Monasteriorum vacantium fuerit possessione, notorium est, monachos velut i membra sui Ordinis & Ecclesiae Universalis fuisse in possessione. Si rursum interroges, quis talibus Monasteriis per violentam invasionem Haereticorum fuerit spoliatus? Notorium*

rium est monachos velut membra sui Ordinis & Ecclesiæ Vniversalis taliter fuisse spoliatos. Si proinde quilibet spoliatus ante omnia restituendus est, notorium est hodie monachos utpote membra istius Ordinis & Ecclesiæ Vniversalis esse restituendos, (nam Ecclesia Vniversalis his Monasteriis aliter non potest dici spoliata fuisse, quam quod in his membris suis regularibus, per quæ & possederat monasteria, spoliata fuerit. Quod ipsum & de Ordine illo dicendum) adeoque sola immissio in Possessionem naturalem facienda supererit. Atque hæc per edictum Generale decreta fuit. Iam autem spoliatum ante omnia restituere, hæreticum detentione beneficii Ecclesiastici privare, in possessione sui iuris aliquem defendere (idque quod solum Imperator edicto decreverat) fatear ego fol. 80. col. 2. in med. *esse quæstiones facti, non juris, easq; resolvendas concedam Imperatori.* 302

Consentiunt quatuor Principes Electores Catholici in responso ad Imperatorem Ferdinandum II. *sub dato* Mulhausen 20. *Septemb* 1624. His verbis: Anjetzo " auch die frag nit ist / ob den Provincialibus auff den inhald deß Religion Frie- " dens Process zuerkennen / zumahlen vielmehr in terminis Iuris communis " vnd deß Landt friedens / krafft dessen Menniglich verbotten ist/ einen anderen/ge- " walt zu thuen/vnd das seinige zu nehmen/verstiren thuet/ welches in keiner Reichs- " satzung weder Cassiret/noch auffgehoben worden *Hoc est*; Nunc temporis etiam, " quæstio non est, num Provincialibus vigore Pacis religiosæ processus decernendi sint, sed multo magis versamur in terminis juris Communis & " pacis publicæ, cujus vigore cautum est; ne quis alterum illata vi suis rebus " spoliare præsumat, id quod nullis imperii Constitutionibus unquam Cassatum aut ablatum fuit) *Acatholici verò videntes se ad restituendum Coarctatos, inter sua gravamina posuerunt hanc diversionem, eas videlicet religiosorum Ordinum personas, quæ spolium prætendere possent, dudum mortuas esse, nullis post se relictis bonorum suorum hæredibus, adeoque hodie neminem superesse, qui sibi jus & actionem arrogare possit ad repetenda monasteria, & quod consequens est, nemini mortalium processus Iudiciales contra se decerni posse vel debere.* 303 304

4. *Hæreticorum causam hodie ex ipsius assertione suscipiamus, faciamusque Patres Soc.* Iesu, *Paulus Laymannus, Valentinus Mangionius, Eugenius lavanda, & ego confirmantes ipsorum argumenta asserendo, illas Ordinis religiosi personas dudum mortuas & sepultas esse; quæ fuerant spoliatæ, ideoque neminem mortalium hodie superesse, qui sibi jus & actionem ad recuperanda monasteria vendicare queat, ut mirum non sit, Serenissimum Principem Electorem Saxoniæ ad Electorem Bavariæ transmissa (ut fertur)* Iusta defensione Laymanni, *gloriatum, sibi suisque gratulatum esse, quod Patres Soc.* Iesu *præter omnem spem & exspectationem Acatholicorum causa tam fervide Patrocinarentur.* 305

Verum fallit F. Romannus hic, *Primum* in eo, quod velit Monachos jam defũctos veluti mẽbra sui Ordinis in possessione fuisse. Nã vult eos in dicta 306 *Discutiuntur.*

 posses-

possessione fuisse veluti membra *Communis familiæ* seu Ordinis sui aut veluti *membra propria familiæ* Ordini pleno jure subjecta per supra deducta. Si *prius*, inde nihil pro possessione Ordinis asseri potest. Ecquis enim propterea, quod aliquis de communi familia Amicorum, in possessione certorum bonorum fuit, etiam ipsam familiam *communem* Amicorum ea bona possidere unquam dixerit? Figmentum hoc omnes agnoscent; sin verò *posterius* intelligat F. Romanus, iam certum est, quod Monachi hujus loci incolæ defuncti, non fuerint proprio & pleno jure subjecta membra Ordini toti, *ut supra ostensum est ex* Anton. de Butr. aliisque *in c. in præsentia, de probat.* Hoc autem necesse foret, si Ordo per eos tãquam membra, illa bona possedisse dicendus esset. Wam. *conf.* 40. *n.* 3. 4. *de off. deleg & conf.* 65 *n.* 7. Bald. *conf.* 205. *num.* 2. *vol.* 3. Rota Rom. *decis.* 55. *num.* 11. apud Tambur. *tom.* 3. *de iure Abbat.* Calder. *conf* 80. *de reb. Eccles. non alienan.* Facit *c cum singula*, §. *prohibemus de præbend in* 6.

307 Hinc 2. nihil valet argumentatio F. Romani, quod Monachi *ut membra* Ordinis spectati, sint ante omnia restituendi. Atqui hodie monachi sunt membra istius Ordinis, Ergò ante omnia restituendi; quia nimirum *quatuor terminos* continet; deinde medius terminus non integrè in *Minore* assumitur, sed tantum ejus pars; quod si verò integrè assumatur, nimirum, quod hodie Monachi sint ii monachi, qui veluti mẽbra istius Ordinis sunt spoliati; jam patet, *Minorem* esse falsissimam; cum *hodierni* Monachi tempore spolii dicta bona non possederint, ideoque non possint dici iis bonis spoliati; cum *privatio præsupponat habitum*, Everhard. *in top.* at ubi nullus habitus fuit, ibi nec privatio esse poterit. Cõsequenter vel nihil ex quatuor terminis, vel certè falsissimum ex falsissima *Minore* sequetur; cum ex falso non nisi falsum sequi possit.

308 3. De Edicto Imperatoris jam supra actum est.

309 4. Quod licet spoliatum restituere, Hæreticum detentione beneficii Ecclesiastici privare, pertineat ad quæstionem *facti*; non tamen propterea evincetur, quod Ordo ea bona possederit ac possideat.

310 5. Ex scripto Electorum ad Imperatorem Ferdinandum II. *sub dato* Mulhausen 20. *Septemb.* 1624. non arguitur, quod *Ordo possederit bona per Hæreticos occupata, nec quod Ordo iis sit spoliatus*; quod tamẽ F. Romano actionem de spolio intendenti probare incumberet. Solum ipsorum Electorum scriptum continet, Provincialem de vi illata cohibenda agere posse, quod & nos supra concedimus, neque ad rem facit.

311 Hinc 6. falsum est, quod nos Patres Soc. IESU Paulus Laymannus, Valentinus Mangionius, ego & Eugenius Lavanda, Hæreticorum causam suscipiamus, quasi hodie nullus superstit, qui sibi jus & actionem ad recuperãda Monasteria vindicare queat, eò quod personæ spoliatę omnes sint mortuæ.

312 Nam licet ipsæ personæ spoliatæ sint mortuæ, ita ut actio de spolio directè

directè ex persona propria substituta non videatur obtinere; attamen *utiliter* ex persona spoliatorum ac nomine Ecclesiæ intentari poterit, Innoc. *in c. cum super de caus. possess. & propriet.* Menoch. *rem. recup.* 1. *n.* 410. 411. Quin etiam Alia multa remedia supersunt Ecclesiæ Romanæ, ac superioribus bonorum Ecclesiasticorum; quibus ad bona per Hæreticos injustè invasa restituantur; neque Hæretici spoliatores ex obitu ipsorum, qui spoliati fuerunt, ullum jus in dictis bonis acquisiverunt, sed ipsi sciunt vel scire debent; quod ad se non pertinet, hoc ad alios omni modo pertinere *L. fin. C. vnde vi.* Bero. *in c.* 1. *n.* 16 *de restit spol.* Nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, Ex S. Augustino. Vnde nec Monachis huius vel illius loci incolis defunctis eorundem bona licite hæretici occupare potuerunt, sed tanquam *invasores*, non autem tanquam *spoliatores* ad restitutionem tenebuntur, *ut notat. in d. L. finali C. vnde vi.* Baldus *c. querelam n.* 15. *in fin. de elect.* ideo Bero. *in d. c.* 1. *n.* 17. *de restit. spol.* distinguit; quod licet omnia remedia recuperandæ possessionis sint etiam restituendæ possessionis, non tamē contrà quia remedia recuperandæ possessionis dicuntur & appellantur à persona agentis & petentis restitutionem possessionis, quam ipse prius habebat, & vi aut clam eam amiserat §. *recuperandæ instit. de interd.* Eadem etiam appellantur *restitutoria* ex persona *Rei*, qui rem aut possessionem restituere tenetur & cogitur, *ibidem. Restitutoria vero simpliciter*, seu *restituendæ possessionis* sunt ea, quæ illi etiam dantur, qui nunquam possessionem habuit, ipsaque nunquam fuit privatus, contra eum, qui detinet vel possidet, ut illam restituat, Et sic appellantur ex *persona Rei Conventi*, contra quem agitur ut restituat, Sed respectu *agentis*, non dicuntur esse recuperandæ nec restituendæ, sed adipiscendæ possessionis § *adipiscendæ instit. de interdict. L.* 2. §. *adipiscendæ ff. eod.* Denominantur autem semper à persona *agentis*, non autem ab effectu, ut in *dd. Iuribus*, Bero. *d. loco.* 313. *Differentia inter remedia recuperandæ & restituendæ possessionis.*

Denique notandum est, quod *interdictum, unde vi*, etiam jure Canonico *in c. cum ad sedem. de restit spol.* approbatum, tam de Iure Civili, quā Canonico detur, tanquam *prætorium* infra Annum tantum, quoad *pœnam*, & *ad id*, quod ad eum, contra quem agitur, non pervenit; at quatenus *persecutorium* est & agitur ad rei persecutionem, datur perpetuò & ultra annum. *L. honorarijs ff de act. & obl. L.* 1. §. 1. *vbi casus. ff. de vi & vi arm. not. instit. de perpet. & tempor. act. in* § 1. *verb. plerumq;. Contra injustos detentores.* Bero. *in c. sollicitæ n.* 38. *de restit. spol.* quamvis etiam *ex c. Redintegranda.* 3. *q.* 1. post annum simul ad pœnam agi possit Bero. *d. loco* 314. NB.

Ex quibus manifestū evadit, quod nos cū Acatholicis Principibus nequaquam faciamus, præterquā quod non credamus, *Saxoniæ Electorē* contrariū de nobis sensisse; cum Serenitas sua facilè assequeretur, quod nos cum Sede Apostolica faciamus, nec ab ea dissentiamus, quin etiam memor esset sua Serenitas, quid Guilielmus de Monte Lauduno *in Clem. quia contingit. de re-* 315. 316.

 lig.

lig. dom. n. 1. 2. inquiens, *Nota magnam inhumanitatē Committi per illos, qui bona Ecclesi rum quacunq., vel alter us loci per illos, qui hoc poterunt, ordinata ad sustentationem agentium in alios vsus convertunt.* de reb. Eccles. non alien. qui res Ecclesiæ, ubi plene, de rer. permut. mancipia. *Sed quid est? quotidiè magna loca Conventualia, in quibus consueverunt esse* 20. 30. *vel* 40. *homines plures continuè Deo in divinis servientes & etiam reficere pauperes, ultra alia bona, quæ ibi fiebant, nunc applicantur filiis Regum, Ducum vel Baronum, qui adhuc nesciunt forsan tergere nasum suum vel aliquibus personis. Nunquid hac facientes, procurantes, & ad hoc consilium, auxilium vel favorem impendentes ad restitutionem Deo faciendam & Christi Pauperibus tenebuntur? Non audeo præcipitare sententiam, sed si Deus voluerit observare præcepta secundæ tabulæ, ut scilicet, nisi restituatur ablatum, non dimittatur peccatum, scilicet proximo restituatur, quem quis debet diligere, sicut se ipsum, multo minus dimittatur, si non restituatur, quod est Deo indebite subtractum, Cum ex toto corde & ex præcepto primæ tabulæ obsequi teneamur.* 32. q. 7. quid in omnibus & ibi notatur. *Hactenus* Guilicmus Laudus.

§. XIII.

Quomodo subinde Ordinum Religiosi dicantur restitui in emortua Monasteria.

317 Inculcabam quæ jam ex supra deductis patebant, quod nimirum à superioribus expresse vel tacite videlicet ex eorundem tolerantia substitui, per *not gloss.* pragm. *Sanct. de collation. § frustra enim verb. tolerandas* Cavall. *Comm. opin. q.* 757. *n.* 107. bonorum Monasticorum ab Hæreticis occupatorum restitutionem obtinuerint, prout restitutio ea ex parte *Reorum Conventorum*, non verò ex *parte agentium*, secus ac F. Romanus *q.* 1. *n.* 81. 82. 83. 88. *& sequent.* volebat, facienda considerantur, vel certe ex parte *agentis* restitutio non in *propria* & stricta, prout supponit possessionem ante habuisse & possedisse, seu lata significatione, prout dationem eius quod quis ante non habuit, importat, accipienda erit.

318 Vnde cum ex asserta restitutione modernis quibusdam Monachis facta non possit argui, vel inferri *anterior* eorum possessio, & insuper in Monasteriis, de quibus agitur, non Monachi sed Societ. Iesu religiosi sint à superioribus legitimis substituti, non est quod ipsi Monachi de eorundem restitutione ex Rescripto Imperatoris agant.

Atque hæc ad *antecedentis* F. Romani *probationem primam* ex Rescripto Imperatoris petitam responsa sufficiant *in Astri Eclipsi*, quæ ipse etiam intacta reliquit.

§. XIV.

De remedio can. redintegranda. 3. q. 1. *& quid inde F. Romanus conetur inferre.*

319 Ad Alteram F. Romani Probationem *ex c. redintegranda 3. q.* 1. peti-

petitè, quod in illo remedio sufficiat probare antiquiorem possessionem. quia quis vel per vim dejectus est vel per metum excidit, quodque Ordo antiquiorem habeat possessionem.

Respondebatur, esse manifestam principii petitionem, Nam F. Romanus ostensurus Ordinem ipsum antè possedisse aut etiam possidere bona emortuorum Monasteriorum, seu conventu destitutorum cum nihil aliud ad *d. c. redintegranda* afferat, quam quod Ordo antiquiorem habeat possessionē, quis non videt, quod idem per idem probet, adeoq; principium petat. Profectò, si hoc est probare, nescio quid non possit probari.

F. Romanus *allegatione 305* ait, quasi *pro fungo lectori vendere ipsum ego l'voluissem, qui idem ex eodem intulisset, & nec paginam nec numerum afferam, vbi sic fuerit argumentatus.* 320

Ast si F. Romanus ad propositum suum argumentum *in d. q. 2. Astri Eclipsis sect. 1. c. 3. n. 4.* relatum oculos intendisset, invenisset *ibi q. 1. Astri n. 94. & 95.* adde *& n. 96.* designari. 321

An fortè huc voluit *allegationis 448.* suæ numerum secundum huc applicatum, in quo discurrendo sic argumentatur. Monachi veluti membra sui Ordinis in possessione eorum bonorum fuerunt, Atqui hodie Monachi sunt etiam membra eiusdem Ordinis; igitur &c. 322

Verum hoc argumentum F. Romani vel ex meris particularibus vel in *figura secunda* affirmativè concludet, vel quatuor pedibus & terminis curret vel deniq; nec probandum concludet, cum secundum ipsum aliud sit Ordo, & aliud Monachi emortui, qui veluti membra Ordinis possederunt, vel etiam hodie Monachi aliorum Monasteriorum, qui ipsi particulares sunt; & quomodo dicantur Monachi veluti *membra huius vel illius Ordinis* possidere aut possedisse *supra* § 11. fuit explicatum: quibus addo, quod aliud sint *Monachi mortui*, & aliud *Monachi* hodie *Vivi*, & aliud *membra mortua* & aliud *membra viva*, quin etiam Monachi incolæ huius Monasterii Conventu destituti sunt diversi à Monachis exteris aliorum eiusdem Ordinis Monasteriorum, similiter membra Monasterii sunt diversa ab aliis aliorum Monasteriorum eiusdem Ordinis membris, ut hinc appareat, quam F. Romanus vel nihil ad rem, vel à particularibus vel certe ex diversorum & separatorum uno ad aliud inferat. 323

§. XV.

De eodem remedio.

Occurrebam tacitæ obiectioni quæ moveri posset; forsitan, inquiens, dices F. Romanus ita argumentatur, Ordo spoliatus potest agere remedio *d. c. redintegranda*. Igitur Ordo ante possedit. Antecedens probatur, quia Ordo habuit possessionem & ingressurus ad sua Monasteria non admittitur. Igitur Ordo fuit spoliatus, poteritque agere d. remedio F. Rom. *q. 1. n. 90. 92 93. 94. maxime n. 96.* Et respondebam sane præclare! Nunquid hoc est in circulum ire? 324

F. Roma-

325 Commenta. Hayana. F.Romanus *allegat* 306 307.308.309.310.circulum negat, aitque *si ipsius velim rationibus argumentari; utar ipsius verbis nihil affingendo, nihil detrahendo, sed ut jacent, allegando.*

Ibid. n.2.*ait, quod* n.94.*posuerit ipsum* ca. redintegranda : nim. redintegranda esse omnia exspoliatis vel ejectis Episcopis præsentialiter, & in eo loco, vnde abscesserant, funditus revocanda quacunque conditione temporis, aut captiuitate aut dolo, aut violentia majorum, aut per quascunq; injustas causas, res Ecclesiæ vel proprias aut substantias suas perdidisse noscantur &c *Iste Canon erat ipsius propositio* Major. At Minorem *mox* n.95 subijcit hanc ; *Cum igitur Ordines antiqui & Ecclesia Vniversalis notoriè taliter spoliati fuerint Monasterijs & Episcopatibus &c. Sequitur*(En conclusionem)*eosdem ante omnia ex quacunq; tandem iniusta causa fuerint privati, restituendos esse. Hac fuerat materia & massa ipsius discursus.*

326 Discutiuntur. At F.Romanus non videtur amplius memor propositi scopi esse, qui eo dirigebatur, ut ostenderet bona Monastica huius loci morte omnium Collegarum incolarum *non* esse *vacantia*, sed esse adhuc occupata & possessa, huic scopo discursus iste si subordinetur, quid in ipso aliud, quā vel *petitio principii*, vel *circulus* invenietur, ut paulo ante fuit ostensum.

Deinde in discursu isto neganda est *Minor*, nō quoad Vniversalē Ecclesiā
327 sed quoad Ordines antiquos, nisi *Ordines* antiqui *synecdochicè* pro Monachis incolis huius Monasterii ejectis tempore spolii viventibus nūc verò mortuis accipiantur: Cæteroqui in exteris aliorum Monasteriorum eiusdem Ordinis Monachis nullum jus in dicti Monasterii emortui seu Conventu destituti, bona competit uti supra ex constitutione Apostolica Alexandri VI. *Accepimus dat.* 1497. *vlt. Septemb.* atque aliis rationibus comprobatum est, ut proinde ipsi exteri aliorum Monasteriorum eiusdem Ordinis Monachi non possint dici aliquo jure esse spoliati. Quomodo enim quis aliquo Iure, quod non habet, diceretur spoliari posse. Cum non Entis nullæ sint qualitates. *L. eius qui in provincia & ibi* Dec. *ff. si cert. petat.* & privatio seu spoliatio præsupponat habitum seu Ius. Everhard. *in loc. à privatione.*

328 Econtra si F.Romanus hanc *Minorem* à se *q.1.n.95. & 96.* allatam atque à me negatam probare velit, annon ipse consequenter syllogismo à me proposito vti debebit, quod videlicet, qui antiquiorem habuit possessionem & vel per vim inde ejectus, vel per metum ad eam non fuit admissus, ipse dicatur spoliari. Atqui Ordines antiqui antiquiorem habuerunt possessionem, & licet per vim non sint ejecti, tamen per metum ad eam non sunt admissi. Igitur &c.

Huius syllogismi *Minor* cum exadversum non probetur, sed idem, quod in quæstione est propositum, assumatur; an non rectè dictum fuit, quod idem per *idem* ab ipso probaretur, vel in *Circulum* iretur.

Denique

Denique quia F. Romanus existimat *in verbis suis* multa latere mysteria, quæ perperam existimavit, meo succinctiori proponendi modo non fuisse proposita, ideo hoc in opere omnia ipsius verba calumniis duntaxat omissis expressi & retuli, ut quivis videret, nihil in illis latere aliud, quam quod à me antehac nomine ipsius fuit propositum. 329

§. XVI.

F. Romanus quia alios successores agnoscit mortuorum, hoc ipso agnoscit successores non ante possedisse &c.

Monebam quod quando F. Romanus *q. 1. n. 24.* addit alios exteros ex aliis Monasteriis esse defunctorum huius loci incolarum eiusdem Ordinis collegarum successores, vel intelligat ipsos quasi hæreditario iure successionem in eo obtendentes, ut videtur innuere *d. q. 1. n. 24. & n. 41.* vel à superioribus legitimis in emortuo Monasterio substitutos, ut innuit *ibidem n. 15. 16.* Si *prius*, iam ex ipso fundamentum suum (quod alii exteri fuerint & sint possessores bonorum Monasticorum huius loci nunc Conventu destituti, seu defunctorum istius loci incolarum religiosorum everteretur. Nam si illi exteri sunt defunctorum incolarum huius loci *successores*, jam non poterunt ipsi dici ante illorum bona possedisse; sin *posterius* jam nihil ad rē præsentem, de qua hic agimus, affertur, sed ad *q. 3. inf.* spectat, præterquam quod in Ecclesia non numerata non detur in titulis successio, sed nova titulorum creatio, ut ex Anton. de Burgos, *in c. cum omnes n. 74. & seq. de constit.* ostendi. 330

§. XVII.

Licet quivis de spolio posit agere, non tamen potest Ordo de eo in proposito casu, suo nomine agere.

Respondebam *Tertiam Antecedentis probationem* nihil ad rem facere. Cum tnatum ostendat, quemvis posse de spolio Ecclesiarum *actione populari* agere, de qua hic, non controvertitur, sed tota nostra quæstio versatur in eo, *Vtrum Ordo possit suo nomine de spolio agere*, ut sibi tanquam possessori antiquiori & spoliato bona Monasteriorum emortuorum restituatur, quam quidem affirmat F. Romanus, sed non probat, imo nec probare potest, cum supra d. Constitutioni Alexandri *VI. Accepimus. dat. An.* 1497. contrarietur. 331

§. XVIII.

De continuatione possessionis in hæredem successorem.

Respondebam *ad quartam Antecedentis probationem* de continuatione ipsius possessionis seu quasi Iuris in hæredem, per eam iterum F. Ro- 332

mani prodi in iure imperitiam.siquidem nullo jure nullave Dd. authoritate nixus asserit, *possessionem ipso jure in hæredem* continuari;quia licet de jure communi adita hæreditate (quæ solo fieri potest animo *§ fin. instit de hæred. qual. & diff.*) omnia jura activè & passivè in hæredem transeant; non tamen ipsa *possessio*, nisi naturaliter sit etiam apprehensa. *l. cum hæredes in princ. ff. de acquir.* (ita enim legi oportet, non prout errore typographi impressum est,*de appreh.) possess.* & sic cessat F.Romani *allegatio* 82.Nam possessio quidem est quid *Iuris*;verum *plurimum facti* habet,ideoq; non continuatur,sed animo & corpore necesse est, ut de novo apprehendatur. *l. licet C.de acquir. possess.* adeoq; quisquis successor possessionem bonorum acquisiturus est,opus habet,non tantum ut animo, sed etiam corpore bona ingrediatur, *d. l. licet*, maxime ubi præterea residentia in loco, prout in Monachis nostris requiritur; cum hæc non in solo animo, sed in facto ipso seu præsentia corporali in loco isto consistat Ioan. de Monte Sperello. *cons.*127.*n* 14.*lib.*1.

333 Et confirmabatur mea responsio ex eo,quia per mortem possessoris dicitur ipsius Voluntas extincta esse *l.4.ff locat*,& ipse possessor, qui fuit post obitum corpore amplius bonis insistere non posse, adeoque possessio illius esse extincta. Vnde cum prædecessoris possessio sit extincta;non poterit dici ea continuari in hæredem, consequenter necesse est, ut realis per hæredem successorem fiat possessionis apprehensio, adeoq; ut animo & corpore hæres eam apprehendat.*l.3 in princ.ff.de acquir. possess. §. possidere Inst. de interdict. & ibi* Schneidevvin.*in §.retinenda n.34.& 35.* Proinde cum in præsenti casu nostro per obitum incolarum religiosorum huius loci possessio sit extincta,non poterit ipsa dici in hæredes (si qui jure, prout non, darentur) continuari, neque etiam ipsi exteri religiosi aliorum Monasteriorum eiusdem Ordinis ante realem substitutionem poterunt asseri bonorum d. incolarum religiosorum defunctorum possessores.

334 Ex quibus relinquitur, bona Monasteriorum Conventu destitutorum,nec ab Ordine vel unione aut congregatione aliqua esse occupata nec possessa, adeoque ex principio ipsius F. Romani *q.* 1.*n.* 48. esse vacantia.

335 Econtra F.Romanus *allegat.* 311. 312. principio repetit argumentum *d. q.2.sect.1.c.3 n.6.* propositum,eique subnectit meam hanc *n.*58. allatam responsionem; tum *num.suo 2.* verba ex Astri *q.1.n.*89.allegata recitat. *per quæ dicit se ad breve Apostolicum Vrbani* VIII. *allusisse, in quo*, Mira jucunditate dicebat Pontifex animum suum replevisse nuperum Majestatis suæ Edictum, quo jubentur sectari (voluit dicere) sectarii veterem possessionem dimittere, Ecclesiasticorum bonorum Ordini Sacerdotali, *adeoq; quod ipse* d. q. 1 n. 89. *nomine antiquæ possessionis non intellexerit actum insisten-*

Commenta Hayana.

insistentia possessoris, *sed ipsa bona Ecclesiastica*, *seu possessionem obiectivam.*

Et posito quoque, *se de ipso actu insistentia locutum fuisse*, *tunc quærit*, *ubi dixerit veterem possessionem ipso jure in hæredem continuari*, *sicuti hæreditas in hæredem? Vibrationem hanc attulerit; eò quod jura continuentur in hæredem. deberi, dixerat ipse, non continuari, Quantum autem intersit, inter deberi & verbum continuari,* ex Calepino disci posse. *Nihilominus pro me sit Rota Romana* decis. 490. n. 2 *apud Ioannem Bapt. Coccinum, Rota Decanum;* opinio, *inquiens*, quòd possessio defuncti non continuetur absque nova apprehensione, non procedit, quando Ecclesia vel dignitas est in possessione, & agitur nomine Ecclesiæ vel dignitatis. *Quam decisionem vult*, *ut applicem destitutis Ecclesijs & vacantibus ijsdem dignitatibus*, *quorum nomine hodie petitur restitutio spoliatæ naturalis.* 336

Et *allegatione* 83. dicit, *quod* in l. licet. C. de acquirenda possessione *mea assertioni*, *quod nimirum possessio non continuetur* (*scilicet successive*) *nisi animo & corpore apprehendatur*, *directè contrarium doceatur illis verbis*, licet possessio solo animo acquiri non possit, tamen solo animo retineri potest. 337

Verum cum verba Authoris dubia & analoga ex præcedentibus vel subsequentibus soleant accipere explicationem, & vox ambigua *possessio*, qua utebatur *loco citato*. F. Romanus ex sequentibus de *formali spolio* agentibus, adeoque de exclusione formalis actus insistentiæ Corporalis vel Civilis veniat accipienda, ut præcedentia subsequentibus convenirent; ideo ego etiam sic accepi, maxime cum viderem, quod F. Romanus inculcaret *q.* 1. *n.* 84. 85. post mortem huius loci Monachorum ab Ordine continuari possessionem civilem, ostensurus possessionem nunquam fuisse vacantem. 338 *Discutiuntur.*

Vnde porrò infertur, quod ipse tacitè & implicitè statuere debeat possessionem veterem ipso jure in Ordinem continuatam fuisse. Nam alias si possessio non ponatur in Ordinem ipso jure continuata fuisse, sed opus fuisset aliquo medio facto, quo possessio in Ordinem continuaretur, tunc certè illo non in continenti sub mortem aliorum Monachorum posito vel intercedente, dandum esset aliquod momentum, quo verum esset dicere, possessionem tunc fuisse vere vacantem, quæ foret contradictoria alterius ipsius propositionis, *Possessionem nunquam fuisse vacantem*; Cum particula *nunquam* negativa comprehendat omnem casum & omne tempus, nullamque admittat restrictionem, & *in L. providendum* §. 1. *ubi* glossa C. *de post*. Barbos. *de diction. usu frequent. dict. Nunquam* 231. n. 1. 339 *Particula nunquam vis.*

340 Huc accedit, quod si possessio in priori F. Romani *loco sub n.* 89. pro actu insistentiæ seu naturalis seu Civilis accipiatur, ipsaque sicut Patrimonium & dominium bonorum jure hæreditatis debeatur Ordini, inde sequatur, quod sicut dominium ipso jure à testatore in hæredem Continuari dicitur, glo. *in L. cum miles* 30. *ff. ex quibus causis maj.* ita & ipsa possessio ex mente F. Romani ipso jure in Ordinem tanquam hæredem Continuabitur, quemadmodum etiam ipse F. Romanus à morte incolarum possessionem aliorum Civilem sine vllo alio facto intermedio, adeoq; ipso Iure continuari implicitè tradit *q.* 1 *n* 85. unde patet, quod ipse F. Romanus non tantum verbo deberi *d n.* 89. sed & verbo continuari *d. n.* 85. *pag.* 77. *col.* 1. *lin.* 11. fuerit usus 2. quod argumentum ipsius *supra q* 2. *sect.* 1. *c.* 3. *n.* 5. *supra* propositū atq; ad illud hic *n.* 18. data mea responsio permaneat.

341 3. Neq; ex eo infringatur, quod in cit. Rot. *decisione* 490. apud Coccinum hæc verba, quæ F. Romanus supra mutile attulit, reperiuntur, quod *licet Rota non sequatur illam opinionem, quod possessio continuetur in hæredem absq; nova apprehensione*; hæc tamē regula nō procedit, quādo Ecclesia vel dignitas est in possessione, & agitur nomine Ecclesiæ vel dignitatis. Innoc. *in c. quia n.* 1 *vers. quidam tamen dixerunt*, ibi; *quia illud habet locum & ibi* Host. *n.* 3. *in fin. vers. quod non placet* Ioan. Andr. *n.* 8 *vers. illud enim.* Abb. *n.* 11. *in* 3. *casu vers. secus dicit Innoc. de Iudic* Rot. *decis.* 13. *n.* 2. *de procur. in nov. decis.* 4. *de rest. spol. pariter in nov* Et propterea cum possessio censeatur continuata usque ad tempus litis motæ, cum animo retineatur *l. licet. C. de acquir. possess.* Abb. *in c. cum ad sedem n.* 13 *de restit. spol.* Hinc sequatur, quod concurrant requisita, ex quibus datur manutentio, nempe possessio de tempore litis motæ, & turbatio, *ut in* § *retinendæ instit. de interdict* & not. Ang. *in cons.* 19. *n* 1. & 4.

342 Quando autem hic in Ecclesia Conventu instructa dignitas dicitur possidere, tunc vox illa *possidere* improprie dicitur, quemadmodum supra *in resolutione q* 1. *c.* 4. *ex* Zasio atque Card. Zabarell. ostendi.

Sed hæc quomodo possint huc applicari, nemo est qui videat; cum nos hic de Abbatiis, Prioratibus cura & conventu destitutis, adeoque de iis agamus, in quibus nulla datur dignitas ex Rota Rom. *decis.* 4. 5. 6. 7. & 9. *Apud Tumlurin tom.* 3. *de jure Abbat*, ubi ob mortem omnium incolarum religiosorum haud ullus datur animus, quo possit Civilis possessio continuari.

343 Quod verò F. Romanus nunc asserit, per *possessionem* se intelligere ipsam *substantiam possessam*, eamque vult post obitum Monachorum incolarum jure hæreditatis Deberi Ordini, hoc totum eiusdem F. Romani fundamentum antehac allegatum evertit.

F. Romanus contra se discurrit.

344 Nam ex illo asserto sequitur, quod ea substantia ante obitum

tum Monachorum non fuerit ipsius Ordinis. Siquidem quod mihi post obitum alterius debetur, illud nō potest ante obitum illius asseri esse meū; tum quod mihi debetur, ad illud prius obtinendum, dicitur mihi jus tantum competere. Abb. *in Clement. Auditor de rescript. num* 4. F. Roman. *quæst.* 1. *num.* 49. tum quod alias semel meum est, meum amplius fieri nequeat, neque deberi. *l. si rem meam. ff. de V. O.* §. *sed si rem legataris, instit. de legat.* Barbos. *axiom. meum.* 149. Quin nec illud verum est, quod aliis exteris aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachis bona hujus loci incolarum religiosorum Defunctorum debeantur, cum nullum in eo jus habeant, ex *supra cit.* Constit. Alexandri VI. *Accepimus.*

Ex quibus hactenus deductis apparet, quam multipliciter F. Romanus tam circa dominium, quàm possessionem bonorum Monasterii Conventu incolarum destituti Ordini asserenda aberraverit, atque contra definitionem Apostolicam Alexandri VI. *Accepimus dat. Anno* 1497. *ult. Septemb.* post mortem incolarum institutorum Religiosorum exteris Religiosis asscripserit. Cum bona ea post mortem omnium incolarum minimeque à cæteris aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis religiosis exteris sint occupata vel possessa, adeoque vacantia. 345

Illud hic pro Coronide noto, quod licet doceam; juri communi hæreditatem defuncti, ejusve bonorum possessionem ipso jure in hæredem nō continuari, non tamen propterea, *Statuta quarundam Civitatum ac nostra Coloniensis*, quibus ejusmodi *possessio dicitur in heredem fictione juris continuari*, impugnem. Hujusmodi autem statuta ne evadant elusoria, ita accipienda sunt, ut eorundem verba aliquid operentur. Honded. *cons.* 15. *num.* 37. *& cons.* 16. *num* 28. *& sequent. Volum.* 2. *part.* 1. quamvis alioqui secundum jus commune interpretationem accipiant & restrictionem, Hond *d. cons.* 16. *n.* 22. ut quam minimè fieri possit, à jure communi recedatur, Hond. *d. cons.* 15 *&* 16. 346

Statutum Coloniense de continuatione possessionis in hæredem.

347

Vnde si statuta juris communis correctoria seu decretoria ejusmodi sint generalibus verbis concepta, intelligentur de eo casu, quo possessio eiusmodi per tertium non fuerit verè ac naturaliter occupata. Nam statuta juris communis Correctoria, dummodo aliquid operentur, restringuntur, ut quanto minus fieri potest, ex eis jus commune Corrigatur Honded. *Cons.* 2. *num.* 24. *vol.* 2 *part.* 1. ex Abb. *in c. dilectus de constit:* Hinc si fuisset verè per tertium occupata, tunc hæc præva'eret, quod fictio veritati cedat. *c. veritate* 8. *distinct.* Anton. Burgos *in c. cum omnes de constit. num.* 223. *l. nec ei* §. 1. *de Adopt.* & Barbos. *axiom. Fictio* 97. *num* 6. Dec. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian toll. num.* 5. & ibi Curt. Iun. & Zuchard. *num.* 94. *& num.* 104. Bursat. *cons.* 198. *num.* 30 *vol.* 2. Sin vero statuta ejusmodi non sint generalibus duntaxat verbis concepta, sed præterea etiam contineant clausulam vel decretum, quo actus tertii Contrarius etiam naturalis ac 348

349

verus declaratur irritus, seu ut nullius sit roboris ac momenti, tunc possessio per tertium verè occupata non impediret, quò minus illa tanquam verè vacans diceretur in hæredem continuari, possetque eam hæres verè
350 ac naturaliter apprehendere, dummodo absque violẽtia fieri posset; Achilles Personalis *in tract adipis. posses. num.* 13. 14. 15. tum quia non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum *de R. I. in 6.* tum quia in jure paria sunt non esse vel non sortiri effectum, Mynsing *decad. 14. Respons 4. num. 106. per l si sub conditione de testam. tut. l. si quis in senatorio ff. de rit. nupt. glo. in c. quamvis verb. leg. de elect. in 6.* tum quia verba statutorum aliquid debent operari. Honded. *d. cons 15. num. 37. & cons. 16 num. 28. & seq.* Non autem operabuntur, nisi hic eis effectus attribuatur, Ripa *in c. Sæpe. num. 86. in fin de rest. spol.* Zuchard. *in d. l. fin. num. 90. C. de Edict. D. Adrian. toll.* Achil. *d. loco num. 16.*

Quod si præfata statuta hæredi concederent facultatem bonorum à tertio occupatorum possessionem etiam vi adhibita ingrediendi, posset hæres, si tertius cedere nollet, vi adhibita possessionem eam ingredi. tum quia jure suo ac sibi à statutis concesso utens, nemini facit injuriam. *l. non videtur, & l. nullus videtur 55. ff de R. I.* tum quia vim alterius injustam vi justa repellere poterit. *l. ut vim ff de iust. & jure.*

Sed hæc obiter notasse sufficiat. Nos nostra prosequamur.

RESOLVTIO

QVÆSTIONIS III.

Vtrum Ordo vel unio habeat spem juridicam, certam ac proximam bona Monasteriorum emortuorum seu potius conventu destitutorum occupandi?

1 QUia superiori quæstione ostenderamus, bona emortuorum Monasteriorum ab hæreticis restituta non esse occupata nec possessa, adeoque ex definitione F. Romani: *q. 1. n.* 48. esse vacantia, & à non nemine requiri posset, ad istam definitionem, ut etiam illa bona *non sperentur ab aliquo tanquam Domino aut ejus hærede successore occupatum vel possessum iri*; aliàs non censenda sint *vacantia*, ideo hic quæsivi, *utrum Ordini spes successionis in bona monasteriorum sui quondam Ordinis emortuorum competat?*

2 Ac notavi 1. quod *Spes* consideretur, vel prout est *passio appetitus sensitivi*, vel prout est *habitus appetitus rationalis vel* etiam *formaliter ipse actus sperantis*, seu desiderium efficax boni ardui absentis obtinendi, vel etiam *obiective*, prout est res ipsa arduo actu obtinenda, juxta *Rom. 8. v. 24. & ibi not.* P. Tirinus.

Spei varia consideratio.

Hic

Hic autem *Spes* maximè consideratur *obiectivè*, prout dicit velut esse quoddam jus conditionale, juxta Ferret. *cons. 136. num. 5. 6. lib. 1.* Collegium Patavinū. *cons. 3. n. 25. ult. vol. Tom. 1. apud* Zilett. Barsat. *cons. 11. n. 8.* Spec. *de secundo decret. §. videndum restat. num. 16. vers. quod autem dixi; quod* si ea spes habet causam de præterito vel præsenti, in qua fundetur, vocatur *spes iuridica*, considerabilis. Ferret. *d. cons. 136 num. 5. 6.* Bart. *in l. si uxor §. 1. nu. 1. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in proem. ff. col. 2.* Ceph. *cons. 3. num. 39. & cons. 126. num. 77. & seqq.* Sin verò pendeat à fortuna & incerto eventu. Ferret. *d. loc.* vel etiam ab alterius arbitrio & voluntate, dicitur *vana* Ioan. de Monte Sperello. *cons. 198 n. 6. lib. 1.* Petr. Anton. de Petra *in tract. de iure quæsito non toll. c. 30. num 35 36. 38. & c. 32. in pr. & num. 74.* ex Aretin. *cons. 7. incip procedendum est breviter. col. 2. in fin.* Rom. *cons. 256. incip. approbo sententias. per l. si ita scripsisset de leg. 2.* hæcque est communis, Dd. approbata à Rota Rom. *decis. 25 de rescript. in nov. ita* Dd. 3 *Hic quomodo accipiatur.*

Fortè clarius hoc modo spes *Obiectiva* explicabitur, si dicas quod sit jus in futurum eventum, idque *dupliciter*, vel ita ut ipsum jus in causa aliqua præterita, aut præsenti sit radicatum, cuius executio & usus ad certum euentum est suspensus, vel ita ut ius necdum radicatum neque in esse productum, sed à futuro eventu sit prius producendum; hæc *prior*, non *posterior* est considerabilis *iuridica*. certa, per ea, quæ notat Arnoldus Engelbracht, *in disp. 16. inauguralí quæst. 7. Aureæ Bullæ. Caroli IV. quæ est de successione in Electoralibus thesi* 23. 24. 25. 26. *& seqq. usque ad thesin. 31. maximè thes. 30.* 4

F. Romanus *allegat. 200. & 201* dicit, *quod ego pro distinctione spei juridicæ & non iuridica stabilienda, utrobique allegem. Lud Rom.* cons. 256. incip. approbo sententias, per. l. si ita scripsisset. De legat. 2. *sed præterquam quod eo titul.* de legat 2. *nulla sit lex, quæ ab his verbis, si ita scripsisset, incipiat; constat Ludovicum Roman.* d. cons. *de spe iuridica non loqui, cum ne semel quidem spei, nedum spei iuridicæ meminerit. loquitur autem de iure quæsito purè & iure quæsito conditionaliter, atque inter hæc distinguit*, per. l. si scripsisset. 46. de legat. 2. *quæ sic habet*, si scripsisset qui legabat, quicquid mihi L. Titium dare facere oportet, Sempronio lego, nec adjecisset PRÆSENS IN DIEMVE, non dubitarem quantum ad verborum significationem attineret, quin ea pecunia comprehensa non esset, cuius dies moriente eo, qui testamentum fecisset nondum venisset, adiiciendo autem hæc verba PRÆSENS IN DIEMVE, aperte mihi videtur ostendisse, eam quoque pecuniam legare voluisse. *At quid ista pro me? Testator hic habuit ius purè quæsitum ad ea, quæ tunc. L. Titium dare facere oportebat, ius autem quæsitum conditionaliter habebat ad eas pecunias, quarum solvendarum dies nondum advenerat. Ergo alia spes est juridica & alia non juridica? (fallitur qui hoc sentit) an non utriusque pecuniæ spes est iuridica, utrobique nimirum fundata in pure quæsito seu in prævia aliqua causa legitima & titulo* 5 *Commenta Hayana.*

& titulo presente? pecunia enim in diem solvenda ex aliquo titulo præterito in præsenti durante, necessariò erit solvenda, alias esset incapax quæ hodie à me Sempronio legaretur. unde manifestum evadit distinctionem spei juridicæ, & non juridicæ nullo modo sequi distinctionem juris purè quæsiti & juris quæsiti conditionaliter, adeoque factas allegationes retrogredi.

6 Verum F. Romanus variè hic fallit; quando asserit. quod ego Ludovicũ *Rom. cons. 256.* pro spe juridica & non juridica utrobiq; allegẽ; cũ ego ipsum semel duntaxat & quidem pro *spe non juridica* citarim, atque ante me idem Roman. *pro spe citatus* fuerit à Iacobo Schultes *in locis communib. verb. jus num. 20. juncto indice titulorum verb. spes* Deinde quando asserit, Ludovicum *d. loc.* ne, quidem *spei* mentionem facere, nedum spei juridicæ, quia nõ advertit F. Romanus, quod ego Petr. Anton. *in cit. loc.* & Franc. Aretin. *cõs. 7.* pro *spei non juridicæ* definitione: Ludovicum verò Romanum. *d. cons. 256.* tanquam asserentem casum *spei non juridicæ* attulerim; prout non infrequẽs est apud Authores, qui alios Dd. pro ipsa definitione Regulæ, alios pro exemplo seu casũ regulæ solent allegare, quemadmodum & à Iacobo Schult. Citatur. Ludovicus igitur Roman. *d. cons. 256.* asserit, quod jus pendens Capituli non sit sufficiens ad impediendam collationẽ ipsi Ioanni factam, *ex cap. si pro te de rescript. in 6.* quia ut notat *ibid.* Archid. *sub n. 1.* licet utrobique sit *spes d. bitũ iri*, tamen quia prior impetratio *est conditionalis*, posterior *simplex*, quæ in effectu deducta ante existentiam cõditionis præferetur, vel ut Ioan. Andr. *ibid. nu 3.* quia jus creatum potius est quam *Spes debitum* iri; vel ut *ibid.* Gemin. *nu. 9. in fin.* indebitæ rei; seu jus nondum habitum; vel ut ait Romanus, quia Pontifex appellatione juris quæsiti censetur voluisse comprehendere jus quæsitum purè, non autem jus quæsitum conditionaliter, & in pendenti existens Casus optimus *de legat. 2. l. si ita scripsisset.*

8 *Tertiò* quando ait. *l. si ita scripsisset. de legat. 2.* non inveniri. sed *l. si scripsisset 46 ff. leg. 2.* Cum tamen & Ludovicus Roman. *d. cons. 256.* & Alber. de Ros. Bald. Castr. Bart. Cuman. *in lectura & repetitione.* glo. Ioan. Imola, Odofred. eã hoc modo, quo ego, nim. *L. si ita scripsisset ff. de legat. 2.* citent. Allegans autem aliquid, prout communiter à Dd. allegari solet, nequaquam falsi accusari potest, ut docet Socin. *in c. accedens. n. 31. de crim. falsi.*

9 *Quartò*, quando ea, quæ ego cum Ludovico Romano, *d. cons. 255* Iacobo Schultes *in verb. jus n. 28.* de spe legatarii trado, ipse erroneè legãti vel testatori tribuit; cũ quæstio esset, num legatario ex *legato debiti* in diẽ, qui tempore testamenti & mortis testatoris necdum cesserat, simpliciter facto, *spes considerabilis*, *vel jus aliquod* oriri possit; & *Respondetur* quod non; quia legatũ debiti in diem necdum cessi simpliciter factum respectu Legatarii, non habet causam de præsenti, in qua fundetur obligatio ista conditionalis, quod si verò adderetur, legari *debitum præsens in Diem ve*, tunc conditionale debitum respectu legatarii haberet causam de præsenti, dispositionem porti-

Discutiuntur.

Spes juridica, & non juridica.

In quo fundetur spes juridica, vel non juridica seu vana.

porrigentem se ad debitum post mortem cessurum. Ita Alex. Bart. Castr. Cumanus gloss. Joan. Imol. Nev Odof *in d l. si ita scripsisset.*

Quinto, quando existimat F. Romanus *spem objectivè* consideratam, non esse *jus* aliquod, secus ac Ferret. *cons.* 136. *n.* 6. Collegium Patavinum *cons.* 3. *Tom.* 1 *ult. vol apud Zilett.* Archid. Joan. Andr. *n* 3. Gemin. *n.* 9. *in c. si pro te de rescript. in* 6. unanimiter docent: pro quorum sententia facit, quod cõcessa exspectativa sit jus aliquod pendens à futuro eventu, ita exspectativa v. c. beneficii vacaturi dicitur ius ad beneficium vacaturum, adeoque ius pendens à futura vacatione *c licet de preb. in* 6 *c. detestanda. c ne captandæ & ibi* Gemin. *n.* 2. *c. fin. de concess. preb eod lib.* Joan. Andr. *in c si postquam, sub n.* 1. *de preb. in* 6 Staphilæus *de liter. grat* similiter concessæ exspectativæ honoris, officii vacaturi, feudi aperturi. Pistor. *lib.* 2. *q.* 25. *n.* 1. & 2. Wehn *pract. obs. verb.* anwartung & *verbo* mitlose & *similium*, sunt ius ad honorem, officium vacaturum, ad feudi collationem investituramque, & sic similiter de aliis. Atqui 10

spes objectivè considerata nihil aliud est, quam ejusmodi expectativa; cum ipsa spes definiatur, à S. Thoma *Exspectatio* &c. Igitur *spes objectivè* considerata nihil aliud erit, *quã ius aliquod pendens à futuro aliquo eventu.* Hoc verò ius pendens à futuro eventu, si causam habeat vel de præterito vel de præsenti, *est radicatum*, diciturque *spes considerabilis*, per not. Dd. *in c quamvis. c. si pro te. de rescript. in* 6. & *in l. si ita scripsisset* 46. *de legat.* 2. si vero causam non habeat de præterito vel præsenti, spes sola censebitur nulla & vana. Ita V. C. Si 11

Spes objectiva quid & quotuplex sit.

Pontifex *simpliciter alicui* concesserit vel concedat beneficium primò vacaturum, vel Imperator, Rex aut aliquis Princeps feudum aperturum, vel dominus directus emphiteusim solam &c. committendam, tunc ius illud vel ipsa concessio in causa aut præterita aut præsenti est radicata: 12

Si verò Pontifex promiserit collationem aut jusserit duntaxat *per tertium* aliquem conferri beneficium vacaturum, vel Imperator promiserit investituram vel jusserit per tertium investiri de feudo &c. tunc jus illud, quia caussam de præterito aut præsenti non habet, in pendenti est, usque dum tertius beneficium vel conferat, vel de feudo investiat, ideoque cum non sit ius habitũ sed habendum, non est considerabile, unde non impedit, quo minus interea Pontifex vel Imperator, collator ordinarius beneficium, vel Dominus directus feudum sibi apertum valide alteri conferre possit, priusquam tertius à Pontifice vel Imperatore designatus obtineat. *d c quamvis d c. si. pro te. de rescript. in* 6. & *utrobique* Can. *Facit. l. si ita scripsisset* 46. *de legat.* 2. prout supra ex verbis ipsorum Dd. ad eam allegatis videre est, atque hinc quam in multis F. Romanus aberret, videre licet.

§. II.

His ita generatim prænotatis, propius ad nostram materiam descendendo, quæstio proponebatur *utrum Ordo monasticus vel unio seu congregatio aliqua spem juridicam Collegii Monastici emortui reparandi ejusdemque bonorũ obtinendorum habeat?* 13

 Potest

Poteſt autem *duplici ratione* ejuſmodi ſpes concipi; primò ex parte *ſubjecti*, ut quia ex Collegio adhuc una ſupereſt perſona, in qua dicitur jus Collegii retineri *L. ſicut* 7. 5. *in decurionibus ff. quod cujusque univer. nom* ibiq; Dd per quam collegii numerus poſſet reparari, Bald. *in L. non ambigitur ff. de LL. & alii. Dd ſupra in reſolutione q.* 1. *c.* 1. allegati. Secundò ex parte ipſius *tituli ſeu cauſa* acquirendi dominii & poſſeſſionis, quæ vel præceſſerit, vel nunc præſens adſit.

§. III.

Ex parte ſubjecti, non datur juridica ſpes Ordini aſſcripta.

14 Notaveram *de priori* palam eſſe, quod nulla ex parte *ſubjecti* ſuperſit Ordini ſpes *juridica*, cum ne unus quidem ex collegii illius Religioſis ſuperſit, in quo poſſint dici jura collegii conſervari; ac per quem collegii numerus poſſit redintegrari: proinde nullo amplius ſuperſtite ex parte ſubjecti non ſit ſpes collegii reparandi, ejuſque bonorum obtinendorum *arg.* §. *grex legatus. Inſtit. de legat. l ſi grege legato. & ibi.* Dd. *not. de legat.* 1. *vid* Dd. *in reſolut. d. q.* 1. *c.* 1. Nihilominus F. Romanus ex parte etiam ſubjecti *Ordinis* putat dari hic *ſpem juridicam* Monaſterii obtinendi, de qua infra videbitur.

§. IV.

Num Ordini ex parte tituli ſuperſit ſpes juridica obtinendi Monaſteria conventu ob mortem deſtituta.

15 De *poſteriori* ſignificavi manere difficultatem, *utrum Ordo vel unio habeat ex parte tituli aut cauſa ſpem juridicam an vanam de bonis Monaſteriorum emortuorum obtinendis.*

Et F. Romanum *q.* 1. *n.* 53. tenere, prout nunc *in aula ſua tit. anchora n.* 94. *& ſeqq.* tenet, Ordini *juridicam* non *vanam ſpem* competere; quo omnia illius argumenta *in asbeſto* (licet ea ipſe pro dominio aſſerendo afferat, ſed male ut vidimus) tendere videntur.

16 Nos contrà, Ordini *ſpem juridicam negare*, concedere vero ſpem vanam, ad quam controverſiam dirimendam poſſet allegari *cit. L. ſi ita ſcripſiſſet* 46. *ff de legat.* 2. ubi ſi *ſimpliciter legatum debitum*, non adjecto, in diem, hoc debitum non cenſeri, ſi tempore mortis non eſſet purificatum, eò quod in illum caſum non eſſet proviſio facta. Unde ſi *ſimpliciter* quid legatum Monachis certi loci non adjecto, quod omnibus iſtius loci Monachis defunctis, alii ejuſdem Ordinis illud capere debeant, non videntur eſſe capturi, cum in illum caſum nō ſit ulla facta proviſio. Quò autem facilius tota controverſia percipiatur, tribus ea capitibus proponetur. *Primo*, ut F. Romani argumenta videantur, *ſecundo* noſtra proponantur. *Tertio*, contraria ejuſdem F. Romani ſolvantur.

RESO-

RESOLVTIO

CAPITIS I.

In quo afferuntur F. Romani argumenta pro spe juridica Ordini vel unioni ex parte tituli seu causa afferenda.

§. I.

F. Romanus Ordini in Monasteria conventu destituta asserit spem juridicam, simulque insinuat cujus contemplatione facta sit Monasterii alicujus fundatio.

PRimò notaveram *in margine*, conclusionem esse F. Romani, Ordini vel unioni ex parte tituli seu causæ spem juridicam in bona emortuorum Monasteriorum competere.

Contra F. Romanus *allegat* 313. 314. 315 dicit, quod ego in titulo & hic n. 17
1. tum infra c. 2 *usurpato ipsius nomine, unionem cum Ordine religioso confundam & in margine scribam. Conclusio F. Romani ; cum tamen in astro nunquam dixerit, monasteria esse fundata unioni sed ordini.* *Commentū Hayanum*

Verum cum ego unionem ab Ordine per particulam disjunctivam, 18
vel, sejungam, non possum citra errorem dici, unionem cum Ordine confundere. *Discutitur.*

Deinde nec ego dico, quod conclusio F. Romani, sit, *Ordini vel unioni fundationem factam esse, sed jus in Monasteriorum mortuorum bona competere,* 19
pro qua conclusione postea adduxi rationem ex fundatione petitam. Num *ratio conclusionis* F. Romano idem est, quod ipsa *conclusio ?* Annon ratio in Syllogismo medii termini vices subit, sicque conclusionem minime ingredi solet? sed ut video F. Romanus hic omnia confundit?

Tertio si unioni non competit aliquod jus in ejusmodi bona Monasteriorum emortuorum, igitur multo minus ipsi Ordini competet, prout pluribus deducetur. 20

Porrò asserebā *conclusionē* F. Romani probari ex eo, quod Ordo vel unio habeat jus in dicta bona, seu hæc illi sint debita ex titulo alicujus piæ fūdationis juxta F. Roman. *q.* 1. *n.* 58. 60. in testamēto per institutionē vel legatū factę F Rom. *q.* 1. *n.* 58. *q.* 2. *n.* 22. *in fine. q.* 3. *n.* 3. *q.* 4. *n.* 51. §. *præterea* ; aut ex titulo alterius alicujus donationis. Nā, ut ait F. Roman. *q.* 1. *n.* 60. fundator *monasterii transferendo rerū suarū dominium in Abbatē & conventū introductū, nō fecit illud intuitu stēmatis personarū in individuo, vel natalium ipsorū monachorum, neq; intuitu prioris monasterii, in quo erāt professi (alias incorporatio facta fuisset stemmati vel priori monasterio &c.) nec in quantum erant purè Clerici* 21 22

 duntaxat,

duntaxat quia si hoc voluisset donator, debuisset purè Clericos sæculares, non Monachos introdi cere; Iam autem fundator sua in eos transtulit immediate, in quantum erant Monachi sive membra hujus illiusve regulæ vel Ordinis, prout erga quemlibet Ordinem sese inspirari vel affici sensit, & sic monasterium cum omnibus bonis fuit incorporatum Ordini, adeoque hinc infertur à F. Romano, Ordini jus in illis bonis esse acquisitum; Cum tamen potius colligendũ esset, Ordini jus in d. bona fuisse acquisitum, consequenter, prout vult *in aula anthera*, Ordini ex parte subjecti superesse spem juridicam monasteria destructa obtinendi.

§. II.

Eidem asseritur fundatio facta esse pro familia S. Benedicti.

23 Asserebam, quod *antecedens* probationis suæ confirmaret ex eo, quod facta esset fundatio pro *familia* S. Benedicti *quæst.* 1. *n.* 11. 80. id est, tota congregatione vivente sub regula S. Benedicti *d n.* 80. adeoque etiam pro Monachis aliorum ejusdem Ordinis Monasteriorum. *q.* 1. *n.* 67. 68. *folio* 67.

§. III.

Spem Ex Clem. quia contingit. de Rel. dom. comprobare laborat.

24 Idem asserebã, ab ipso *cõprobari q.* 7. *n.* 5. (qui n. erat omissus) §. III. *eodem modo folio* 254. ex *Clem. quia contingit de rel. dom.* ubi statuitur, *quod ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostolicæ authoritate) converti*, quæ conditio inclusa parenthesi tametsi non exprimeretur, semper tamen subintelligeretur, neque esset illa dispositio, sed reservatio generalis. Unde videtur concludendum, eidem Ordini ex fundatione jus esse in dictis bonis monasteriorum acquisitum.

§. IV.

Deinde ex authoritate Dd.

25 Asserebam alteram *rationem*, qua *conclusio* F. Romani supra allata videbatur comprobari, nempe quod *deficientibus seu mortuis omnibus alicujus loci religiosis originariis vel incolis alii ejusdem Ordinis alienigenæ vel exteri sint substituendi*, nec monasteria sint ad alios alterius, sed ejusdem Ordinis religiosos transferenda, Hostiens. *in c. cum ex injuncto.* 2. *sub num.* 9. *vers. & in hoc casu de novi operis nunciat. & ibi* But. *n.* 4. *vers. & dicit, quod omnibus*. Anchar. *num.* 9. *vers. per hoc etiam potest inferri*, & Socin. *num.* 12 *vers. imò alii*. gloss *in c statutum de elect. in 6. verb. collegiatas*. Vid *Astri fol.* 38. 39. *quæst.* 1. *num.* 20. & antè eâdem *quæst.* 1 *num.* 13. 14. 15. 16. *fol.* 34. 35. 36. & *Ansa in ertatem ligatam.*

§. V

§. V.

Tum ex c.ficut alterius.7.q.1.

Aiebam,eandem *rationem alteram* videri confirmari,ex *c.ficut alterius* 16
(ita enim non attento errore typographi,quem vanè carpit *allegatione* 85. legi oportet) 7.*q.*1.ubi dicitur *similiter & sponsa Episcopi* (qualis est Ecclesia) *eo vivente, ei alligata: eo verò defuncto soluta est,& cui voluerit, nubat, tantum in domino* (*id est regulariter*) ubi glossa,*in verbo regulariter* ait, *id est*,homini suæ professionis,18.*q.*1.*cave*. Vide, *Astri.q.*1.*num.*43 *fol.*53. pro quo mendosè impressus est numerus inversus 35.

§. VI.

Asserit F.Romanus,quod Pontifex obligetur beneficia regularia dare regularibus.

Similiter eandẽ rationẽ dixi,ab ipso confirmari *q.*1.*nu* 43.*fol.*52.53 *& nu.* 17
12.*fol.*54.ex eo,quod Põtifex obligetur,beneficia sæcularia dare sæcularibus, *regularia regularibus* Læl.Zech *de Rep.Ecclef.tit.de benefic. sub num.* 5.ex textu Concil Trid.*Sess.*14.*de reformat.c.*10.(pro quo,*c.*40.erroneè impressum est)ubi prohibet beneficia (inter quæ computantur *ibi n.*2.& apud Less. *lib.*2.*de Instit. cap.*41.*dubio* 12.*n.*95.*Abbatiæ,prioratus,*) dari in titulum sæculari,imò nec regulari,nisi sit illius Ordinis, eò quod non sit in bove arandum& asino,nec quisquam debeat vestem induere de lana linoque contextam,ut ait Concilium Trid.Et habetur *cap.cum causam.*27.*de elect.* nec enim superior potest aliter conferre beneficium (vacans etiam obitu) quam natura ipsius beneficii requirit.Innoc.*in c.fin,de cler.non resid.*Abb.*in c.cum accessissent,de constit.n.*5.*& in c fin.de confirm.utili.vel inuti.n.*10.facit quod notatur *in c.& si clerici.de indi in* §.*de adulteriis*.Ioan. Selva. *de benef.in* 3.
*part.q.*49. Vid.F.Roman.*q* 1 *n.*43.*fol* 53 *nu.*13 *& non nu.* 14.*fol.*35. Unde 18
videtur reliquis ex ordine in emortua monasteria ius tribui.F.Romanus *allegat* 86.*&* 87.dicit,*quod nec ipse L. Zech.nec Concilium Trid.* citato loco pro *ea sententia,quasi summus pontifex obligaretur beneficia sæcularia dare sæcularibus,& regularia regularibus,allegavit,probè sciens, Pontificem Maximum omni lege humana positiua superiorem esse,nec earum ulla* (*ex sufficienti causa*) *obligari;atque* allegat.316.*eadem recoquendo*,addit,*se* in astro q.1.n.43.*ex Lælí.Zechio,& Concilio Trident.docuisse, beneficia sæcularia de iure cõmuni danda esse sæcularibus,& regularia regularibus,& quidẽ tantum illius Ordinis* & q.1.n.12.*pramisisse,provisionẽ iure devolutionis ad superiorem pertinentem non esse* liberam,*sed transire cum suo onere,ita ut fieri debeat eiusdem* 19
qualitatis,& Ordinis personis,quibus ante devolutionem debebantur , ego sic

Alia F. Romani Commenta.

 ipsum

340 Huc accedit, quod si possessio in priori F. Romani *loco sub n.* 89. pro actu insistentiæ seu naturalis seu Civilis accipiatur, ipsaque sicut Patrimonium & dominium bonorum jure hæreditatis debeatur Ordini, inde sequatur, quod sicut dominium ipso jure à testatore in hæredem Continuari dicitur, glo. *in L. cum miles* 30. *ff. ex quibus causis maj.* ita & ipsa possessio ex mente F. Romani ipso jure in Ordinem tanquam hæredem Continuabitur, quemadmodum etiam ipse F. Romanus à morte incolarum possessionem aliorum Civilem sine vllo alio facto intermedio, adeoq; ipso Iure continuari implicitè tradit *q.* 1 *n* 85. unde patet, quod ipse F. Romanus non tantum verbo deberi *d n.* 89. sed & verbo continuari *d. n.* 85. *pag.* 77. *col.* 1. *lin.* 11. fuerit usus 2. quod argumentum ipsius *supra. q* 2. *sect.* 1. *c.* 3. *n.* 5. *supra* propositū atq; ad illud hic *n.* 18. data mea responsio permaneat.

341 3. Neq; ex eo infringatur, quod in cit. Rot. *decisione* 490. apud Coccinum hæc verba, quæ F. Romanus supra mutile attulit, reperiuntur, quod *licet Rota non sequatur illam opinionem, quod possessio continuetur in hæredem absq; nova apprehensione*; hæc tamē regula nō procedit, quādo Ecclesia vel dignitas est in possessione, & agitur nomine Ecclesiæ vel dignitatis. Innoc. *in c. quia n.* 1 *vers. quidam tamen dixerunt*, ibi; *quia illud habet locum & ibi* Hoft. *n.* 3. *in fin. vers. quod non placet* Ioan. Andr. *n.* 8 *vers. illud enim.* Abb. *n.* 11. *in* 3. *casu vers. secus dicit Innoc. de Iudic* Rot. *decis.* 13. *n.* 2. *de procur. in nov. decis.* 4. *de rest. spol. pariter in nov* Et propterea cum possessio censeatur continuata usque ad tempus litis motæ, cum animo retineatur *l. licet.* C. *de acquir. possess.* Abb. *in c. cum ad sedem n.* 13 *de restit. spol.* Hinc sequatur, quod concurrant requisita, ex quibus datur manutentio, nempe possessio de tempore litis motæ, & turbatio, *ut in* § *retinendæ instit. de interdict* & not. Ang. *in cons.* 19. *n* 1. & 4.

342 Quando autem hic in Ecclesia Conventu instructa dignitas dicitur possidere, tunc vox illa *possidere* improprie dicitur, quemadmodum supra *in resolutione q* 1. *c.* 4. *ex* Zasio atque Card. Zabarell. ostendi.

Sed hæc quomodo possint huc applicari, nemo est qui videat; cum nos hic de Abbatiis, Prioratibus cura & conventu destitutis, adeoque de iis agamus, in quibus nulla datur dignitas ex Rota Rom. *decis.* 4. 5. 6. 7. & 9. *Apud Tumlurin tom.* 3. *de jure Abbat*, ubi ob mortem omnium incolarum religiosorum haud ullus datur animus, quo possit Civilis possessio continuari.

343 Quod verò F. Romanus nunc asserit, per *possessionem* se intelligere ipsam *substantiam possessam*, eamque vult post obitum Monachorum incolarum jure hæreditatis Deberi Ordini, hoc totum eiusdem F. Romani fundamentum antehac allegatum evertit.

F. Romanus contra se discurrit.

344 Nam ex illo asserto sequitur, quod ea substantia ante obitum

tum Monachorum non fuerit ipsius Ordinis. Siquidem quod mihi post obitum alterius debetur, illud nō potest ante obitum illius asseri esse meū; tum quod mihi debetur, ad illud prius obtinendum, dicitur mihi jus tantum competere. Abb. *in Clement. Auditor de rescript. num* 4. F. Roman. *quæst.* 1. *num.* 49. tum quod alias semel meum est, meum amplius fieri nequeat, neque deberi. *l. si rem meam. ff. de V. O.* §. *sed si rem legataris, instit. de legat.* Barbos. *axiom. meum.* 149. Quin nec illud verum est, quod aliis exteris aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachis bona hujus loci incolarum religiosorum Defunctorum debeantur, cum nullum in eo jus habeant, ex *supra cit.* Constit. Alexandri VI. *Accepimus.*

Ex quibus hactenus deductis apparet, quam multipliciter F. Romanus tam circa dominium, quàm possessionem bonorum Monasterii Conventu incolarum destituti Ordini asserenda aberraverit, atque contra definitionem Apostolicam Alexandri VI. *Accepimus dat. Anno* 1497. *ult. Septemb.* post mortem incolarum institutorum Religiosorum exteris Religiosis asscripserit. Cum bona ea post mortem omnium incolarum minimeque à cæteris aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis religiosis exteris sint occupata vel possessa, adeoque vacantia. 345

Illud hic pro Coronide noto, quod licet doceam; juri communi hæreditatem defuncti, ejusve bonorum possessionem ipso jure in hæredem nō continuari, non tamen propterea, *Statuta quarundam Civitatum ac nostræ Coloniensis*, quibus ejusmodi *possessio dicitur in hæredem fictione juris continuari*, impugnem. Hujusmodi autem statuta ne evadant elusoria, ita accipienda sunt, ut eorundem verba aliquid operentur. Honded. *cons.* 15. *num.* 37. *& cons.* 16. *num* 28. *& sequent. Volum.* 2. *part.* 1. quamvis alioqui secundum jus commune interpretationem accipiant & restrictionem, Hond *d. cons.* 16. *n.* 21. ut quam minimè fieri possit, à jure communi recedatur, Hond. *d. cons.* 15 *&* 16. 346 *Statutum Coloniense de continuatione possessionis in hæredem.* 347

Vnde si statuta juris communis correctoria seu decretoria ejusmodi sint generalibus verbis concepta, intelligentur de eo casu, quo possessio ejusmodi per tertium non fuerit verè ac naturaliter occupata. Nam statuta juris communis Correctoria, dummodo aliquid operentur, restringuntur, ut quanto minus fieri potest, ex eis jus commune Corrigatur Honded. *Cons.* 2. *num.* 24. *vol.* 2 *part.* 1. ex Abb. *in c. dilectus de constit:* Hinc si fuisset verè per tertium occupata, tunc hæc prævaleret, quod fictio veritati cedat. *c. veritate* 8. *distinct.* Anton. Burgos *in c. cum omnes de constit. num.* 223. *l. nec ei* §. 1. *de Adopt.* & Barbos. *axiom. Fictio.* 97. *num* 6. Dec. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian toll. num.* 5. & ibi Curt. Iun. & Zuchard. *num.* 94. *& num.* 104. Bursat. *cons.* 198. *num.* 30 *vol.* 2. Sin vero statuta ejusmodi non sint generalibus duntaxat verbis concepta, sed præterea etiam contineant clausulam vel decretum, quo actus tertii Contrarius etiam naturalis ac 348 349

 verus

verus declaratur irritus, seu ut nullius sit roboris ac momenti, tunc possessio per tertium verè occupata non impediret, quò minus illa tanquam verè vacans diceretur in hæredem continuari, possetque eam hæres verè
350 ac naturaliter apprehendere, dummodo absque violẽtia fieri posset; Achilles Personalis *in tract adipis. posses. num.* 13. 14. 15. tum quia non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum *de R. I. in* 6. tum quia in jure paria sunt non esse vel non sortiri effectum, Mynsing *decad. 14. Respons* 4. *num.* 106. *per l si sub conditione de testam. tut. l. si quis in senatorio ff. de rit. nupt. glo. in c. quamvis verb leg. de elect in* 6. tum quia verba statutorum aliquid debent operari. Honded. *d. cons* 15. *num.* 37. *& cons.* 16 *num.* 28. *& seq.* Non autem operabuntur, nisi hic eis effectus attribuatur, Ripa *in c. Sæpe. num.* 86. *in fin de rest. spol.* Zuchard. *in d. l. fin. num.* 90. *C. de Edict. D. Adrian. toll.* Achil. *d. loco num.* 16.

Quod si præfata statuta hæredi concederent facultatem bonorum à tertio occupatorum possessionem etiam vi adhibita ingrediendi, posset hæres, si tertius cedere nollet, vi adhibita possessionem eam ingredi, tum quia jure suo ac sibi à statutis concesso utens, nemini facit injuriam. *l. non videtur, & l. nullus videtur* 55. *ff de R. I.* tum quia vim alterius injustam vi justa repellere poterit. *l. ut vim ff de iust. & jure.*

Sed hæc obiter notasse sufficiat. Nos nostra prosequamur.

RESOLVTIO

QUÆSTIONIS III.

Vtrum Ordo vel unio habeat spem juridicam, certam ac proximam bona Monasteriorum emortuorum seu potius conventu destitutorum occupandi?

1 QUia superiori quæstione ostenderamus, bona emortuorum Monasteriorum ab hæreticis restituta non esse occupata nec possessa, adeoque ex definitione F. Romani; *q.* 1. *n.* 48. esse vacantia, & à non nemine requiri posset, ad istam definitionem, ut etiam illa bona *non sperentur ab aliquo tanquam Domino aut ejus hærede successore occupatum vel possessum iri*; aliàs non censenda sint *vacantia*, ideo hic quæsivi, *utrum Ordini spes successionis in bona monasteriorum sui quondam Ordinis emortuorum competat?*

2 Ac notavi 1. quod *Spes* consideretur, vel prout est *passio appetitus sensitivi*, vel prout est *habitus appetitus rationalis vel* etiam *formaliter ipse actus sperantis*, seu desiderium efficax boni ardui absentis obtinendi, vel etiam *obiective*, prout est res ipsa arduo actu obtinenda, juxta *Rom.* 8. *v.* 24. *& ibi not.* P. Tirinus.

Spei varia considera-tio.

Hic

Hic autem *Spes* maximè consideratur *obiectivè*, prout dicit velut esse quoddam jus conditionale, juxta Ferret. *cons. 136. num. 5. 6. lib.* 1. Collegium Patavinũ. *cons. 3. n. 25. ult. vol. Tom. 1. apud* Zilett. Barsat. *cons. 11. n.* 8. Spec. *de secundo decret. §. videndum restat. num.* 16. *vers. quod autem dixi; quod* si ea spes habet causam de præterito vel præsenti, in qua fundetur, vocatur *spes juridica*, considerabilis. Ferret. *d. cons. 136 num. 5. 6.* Bart. *in l. si uxor §. 1. nu. 1. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in proam. ff. col. 2.* Ceph. *cons. 3. num. 39. & cons. 126. num. 77. & seqq.* Sin verò pendeat à fortuna & incerto eventu. Ferret. *d. loc.* vel etiam ab alterius arbitrio & voluntate, dicitur *vana* Ioan. de Monte Sperello. *cons. 198 n. 6. lib. 1.* Petr. Anton. de Petra *in tract. de iure quæsito non toll. c. 30. num 35 36. 38. & c. 32. in pr. & num.* 74. ex Aretin. *cons. 7. incip procedendum est breviter, col. 2. in fin* Rom. *cons. 256. incip. approbo sententias. per l. si ita scripsisset de leg. 2.* hæcque est communis, Dd. approbata à Rota Rom. *decis. 25 de rescript. in nov. ita* Dd. | 3 *Hic quomodo accipiatur.*

Fortè clarius hoc modo spes *Obiectiva* explicabitur, si dicas quod sit jus in futurum eventum, idque *dupliciter*, vel ita ut ipsum jus in causa aliqua præterita, aut præsenti sit radicatum, cuius executio & usus ad certum euentum est suspensus, vel ita ut ius necdum radicatum neque in esse productum, sed à futuro eventu sit prius producendum; hæc *prior*, non *posterior* est considerabilis *iuridica*. certa, per ea, quæ notat Arnoldus Engelbrecht, *in disp. 16. inaugurali quæst. 7. Aureæ Bullæ. Caroli IV. quæ est de successione in Electoralibus thesi* 23. 24. 25. 26. *& seqq. usque ad thesin.* 31. *maximè thes.* 30. | 4

F. Romanus *allegat.* 200. *&* 201 dicit, *quod ego pro distinctione spei juridicæ & non iuridicæ stabiliendæ, utrobique allegem. Lud Rom.* cons. 256. incip. approbo sententias, per. l. si ita scripsisset. De legat. 2. *sed præterquam quod eo titul.* de legat 2. *nulla sit lex, quæ ab his verbis, si ita scripsisset, incipiat; constat Ludovicum Roman.* d. cons. *de spe iuridica non loqui, cum ne semel quidem spei, nedum spei iuridicæ meminerit. loquitur autem de iure quæsito purè & iure quæsito conditionaliter, atque inter hæc distinguit*, per. l. si scripsisset. 46. de legat. 2. *quæ sic habet*, „si scripsisset qui legabat, quicquid mihi L. Titium dare facere oportet, Sempronio lego, nec adjecisset PRÆSENS IN DIEMVE, non dubitarem quantum ad verborum significationem attineret, quin ea pecunia comprehensa non esset, cuius dies moriente eo, qui testamentum fecisset nondum venisset, adiiciendo autem hæc verba PRÆSENS IN DIEMVE, apertè mihi videtur ostendisse, eam quoque pecuniam legare voluisse. *At quid ista pro me? Testator hic habuit ius purè quæsitum ad ea quæ tunc. L. Titium dare facere oportebat, ius autem quæsitum conditionaliter habebat ad eas pecunias, quarum solvendarum dies nondum advenerat. Ergo alia spes est juridica & alia non juridica? (fallitur qui hoc sentit) an non utriusque pecuniæ spes est iuridica, utrobique nimirum fundata in pure quæsito seu in prævia aliqua causa legitima* | 5 *Commenta Hayana.*

& titulo

& titulo præsente? pecunia enim in diem solvenda ex aliquo titulo præterito in præsenti durante, necessariò erit solvenda, alias esset incapax quæ hodie à me Sempronio legaretur. unde manifestum evadit distinctionem spei juridicæ, & non juridicæ nullo modo sequi distinctionem juris purè quæsiti & juris quæsiti conditionaliter, adeoque factas allegationes retrogredi.

6 Verum F. Romanus variè hic fallit; quando asserit. quod ego Ludovicū *Rom. cons.* 256. pro spe juridica & non juridica utrobiq; allegē; cū ego ipsum semel duntaxat & quidem pro *spe non juridica* citarim, atque ante me idem Roman. *pro spe citatus* fuerit à Iacobo Schultes *in locis communib. verb. jus num.* 20. *juncto indice titulorum verb. spes* Deinde quando asserit, Ludovicum *d. loc.* ne, quidem *spei* mentionem facere, nedum spei juridicæ, quia nō advertit F. Romanus, quod ego Petr. Anton. *in cit. loc.* & Franc. Aretin. *cōs.* 7. pro *spei non juridicæ* definitione: Ludovicum verò Romanum. *d. cons.* 256. tanquam asserentem casum *spei non juridicæ* attulerim; prout non infrequēs est apud Authores, qui alios Dd. pro ipsa definitione Regulæ, alios pro exemplo seu casū regulæ solent allegare, quemadmodum & à Iacobo Schult. Citatur. Ludovicus igitur Roman. *d. cons.* 256. asserit, quod jus pendens Capituli non sit sufficiens ad impediendam collationē ipsi Ioanni factam, *ex cap. si pro te de rescript. in* 6. quia ut notat *ibid.* Archid. *sub n.* 1. licet utrobique sit *spes d. bitū iri*, tamen quia prior impetratio *est conditionalis*, posterior *simplex*, quæ in effectu deducta ante existentiam cōditionis præfertur, vel ut Ioan. Andr. *ibid. nu* 3. quia jus creatum potius est quam *Spes debitum* iri; vel ut *ibid.* Gemin. *nu.* 9. *in fin.* indebitæ rei; seu jus nondum habitum; vel ut ait Romanus, quia Pontifex appellatione jūris quæsiti censetur voluisse comprehendere jus quæsitum purè, non autem jus quæsitum conditionaliter, & in pendenti existens Casus optimus *de legat.* 2. *l. si ita scripsisset.*

Disceptiuntur.

7 *Spes iuridica, & non iuridica.*

8 *Tertiò* quando ait. *l. si ita scripsisset. de legat.* 2. non inveniri. sed *l si scripsisset* 46 *ff. leg.* 2. Cum tamen & Ludovicus Roman. *d. cons.* 256. & Alber. de Ros. Bald. Castr. Bart. Cuman. *in lectura & repetitione.* glo. Ioan. Imola, Odofred. cā hoc modo, quo ego, nim. *L. si ita scripsisset ff. de legat.* 2. citent. Allegans autem aliquid, prout communiter à Dd. allegari solet, nequaquam falsi accusari potest, ut docet Socin. *in c. accedens. n.* 31. *de crim. falsi.*

9 *Quartò*, quando ea, quæ ego cum Ludovico Romano, *d cons.* 255 Iacobo Schultes. *in verb. jus n.* 20. de spe legatarii trado, ipse erroneè legāti vel testatori tribuit; cū quæstio esset, num legatario ex *legato debiti* in diē, qui tempore testamenti & mortis testatoris necdum cesserat, simpliciter facto, *spes considerabilis*, *vel jus aliquod* oriri possit; & *Respondetur* quod non; quia legatū debiti in diem necdum cessi simpliciter factum respectu Legatarii, non habet causam de præsenti, in qua fundetur obligatio ista conditionalis, quod si verò adderetur, legari *debitum præsens in Diemve*, tunc conditionale debitum respectu legatarii haberet causam de præsenti, dispositionem porri-

In quo fundetur spes iuridica, vel non iuridica seu vana.

porrigentem se ad debitum post mortem cessurum. Ita Alber. Batt. Castr. Cumanus gloss. Joan. Imol. Nœv Odof *in d l. si ita scripsisset.*

10 *Quinto*, quando existimat F. Romanus *spem objectivè* consideratam, non esse *jus* aliquod, secus ac Ferret. *cons.* 136. *n.* 6. Collegium Patavinum *cons.* 3. *Tom.* 1 *ult. vol apud Zilett.* Archid. Joan. Andr. *n* 3. Gemin. *n.* 9. *in c. si pro te de rescript. in* 6. unanimiter docent: pro quorum sententia facit, quod cōcessa exspectativa sit jus aliquod pendens à futuro eventu, ita exspectativa v. c. beneficii vacaturi dicitur ius ad beneficium vacaturum, adeoque ius pendens à futura vacatione *c licet de præb. in* 6. *c. detestandæ. c ne captandæ & ibi* Gemin. *n.* 2. *c. fin. de concess. præb eod lib.* Joan. Andr. *in c si postquam, sub n.* 1. *de præb. in* 6 Staphilæus *de liter. grat* similiter concessæ exspectativæ honoris, officii vacaturi, feudi aperturi. Pistor. *lib.* 2. *q.* 25. *n.* 1. & 2. Wehn. *pract. obs. verb.* Anwartung & *verbo* Anfälle & *similium*, sunt ius ad honorem, officium vacaturum, ad feudi collationem investituramque, & sic similiter de aliis. Atqui *spes objectivè considerata* nihil aliud est, quam ejusmodi expectativa; cum ipsa 11
spes definiatur, à S. Thoma *Exspectatio* &c. Igitur *spes objectivè* considerata nihil aliud erit, *quā ius aliquod pendens à futuro aliquo eventu.* Hoc verò ius pendens à futuro eventu, si causam habeat vel de præterito vel de præsenti, *est radicatum*, diciturque *spes considerabilis*, per not. Dd. *in c quamvis. c. si pro te. de rescript. in* 6. *& in l. si ita scripsisset* 46. *de legat.* 2. si vero causam non habeat de præterito vel præsenti, spes sola censebitur nulla & vana. Ita V. C. Si Pontifex *simpliciter alicui* concesserit vel concedat beneficium primò vacaturum, vel Imperator, Rex aut aliquis Princeps feudum aperturum, vel dominus directus emphiteusim solam &c. committendam, tunc ius illud vel ipsa concessio in causa aut præterita aut præsenti est radicata: 12

Spes objectiva quid & quotuplex sit.

Si verò Pontifex promiserit collationem aut jusserit duntaxat *per tertium* aliquem conferri beneficium vacaturum, vel Imperator promiserit investituram vel jusserit per tertium investiri de feudo &c. tunc jus illud, quia caussam de præterito aut præsenti non habet, in pendenti est, usque dum tertius beneficium vel conferat, vel de feudo investiat, ideoque cum non sit ius habitū sed habendum, non est considerabile, unde non impedit, quo minus interea Pontifex vel Imperator, collator ordinarius beneficium, vel Dominus directus feudum sibi apertum valide alteri conferre possit, priusquam tertius à Pontifice vel Imperatore designatus obtineat. *d c quamvis d c. si. pro te. de rescript. in* 6. & *utrobique* Can. *Facit. l. si ita scripsisset* 46. *de legat.* 2. prout supra ex verbis ipsorum Dd. ad eam allegatis videre est, atque hinc quam in multis F. Romanus aberret, videre licet.

§. II.

13 His ita generatim prænotatis, propius ad nostram materiam descendendo, quæstio proponebatur *utrum Ordo monasticus vel unio seu congregatio aliqua spem juridicam Collegii Monastici emortui reparandi ejusdemque bonorū obtinendorum habeat?*

Poteſt autem *duplici ratione* ejuſmodi ſpes concipi; primò ex parte *ſubjecti*, ut quia ex Collegio adhuc una ſupereſt perſona, in qua dicitur jus Collegii retineri *L. ſicut* 7.5. *in decurionibus ff. quod cujusque univer. nom* ibiq; Dd per quam collegii numerus poſſet reparari, Bald. *in L. non ambigitur ff. de LL. & alii. Dd ſupra in reſolutione q.1.c.* 1. allegati. Secundò ex parte ipſius *tituli ſeu cauſa* acquirendi dominii & poſſeſſionis, quæ vel præceſſerit, vel nunc præſens adſit.

§. III.

Ex parte ſubjecti, non datur juridica ſpes Ordini aſſcripta.

14 Notaveram *de priori* palam eſſe, quod nulla ex parte *ſubjecti* ſuperſit Ordini ſpes *iuridica*, cum ne unus quidem ex collegii illius Religioſis ſuperſit, in quo poſſint dici jura collegii conſervari; ac per quem collegii numerus poſſit redintegrari: proinde nullo amplius ſuperſtite ex parte ſubjecti non ſit ſpes collegii reparandi, ejuſque bonorum obtinendorum *arg.* §. *grex legatus. Inſtit. de legat. l. ſi grege legato. & ibi.* Dd. *not. de legat.* 1. vid Dd. *in reſolut. d. q.1. c.1.* Nihilominus F. Romanus ex parte etiam ſubjecti *Ordinis* putat dari hic *ſpem juridicam* Monaſterii obtinendi, de qua infra videbitur.

§. IV.

Num Ordini ex parte tituli ſuperſit ſpes juridica obtinendi Monaſteria conventu ob mortem deſtituta.

15 De *poſteriori* ſignificavi manere difficultatem, *utrum Ordo vel unio habeat ex parte tituli aut cauſa ſpem juridicam an vanam de bonis Monaſteriorum emortuorum obtinendis.*

Et F Romanum *q.1.n.53.* tenere, prout nunc *in aula ſua tit. anchora n.94. & ſeqq.* tenet, Ordini *juridicam* non *vanam ſpem* competere; quo omnia illius argumenta *in asbeſto* (licet ea ipſe pro dominio aſſerendo afferat, ſed male ut vidimus) tendere videntur.

16 Nos contrà, Ordini *ſpem juridicam negare*, concedere vero ſpem vanam, ad quam controverſiam dirimendam poſſet allegari *cit. L. ſi ita ſcripſiſſet 46. ff de legat. 2.* ubi ſi *ſimpliciter legatum debitum*, non adjecto, in diem, hoc debitum non cenſeri, ſi tempore mortis non eſſet purificatum, eò quod in illum caſum non eſſet proviſio facta. Unde ſi *ſimpliciter* quid legatum Monachis certi loci non adjecto, quod omnibus iſtius loci Monachis defunctis, alii ejuſdem Ordinis illud capere debeant, non videntur eſſe capturi, cum in illum caſum nō ſit ulla facta proviſio. Quò autem facilius tota controverſia percipiatur, tribus ea capitibus proponetur. *Primo*, ut F. Romani argumenta videantur, *ſecundo* noſtra proponantur. *Tertio*, contraria ejuſdem F. Romani ſolvantur.

RESO-

RESOLUTIO
CAPITIS I.

In quo afferuntur F.Romani argumenta pro spe juridica Ordini vel unioni ex parte tituli seu causæ asserenda.

§. I.

F.Romanus Ordini in Monasteria conventu destituta asserit spem juridicam, simulque insinuat cujus contemplatione facta sit Monasterii alicujus fundatio.

PRimò notaveram *in margine*, conclusionem esse F.Romani, Ordini vel unioni ex parte tituli seu causæ spem juridicam in bona emortuorum Monasteriorum competere.

Contra F. Romanus *allegat* 313.314.315 dicit, quod ego in titulo & hic n. 17 1. tum infra c. 2 *usurpato ipsius nomine, unionem cum Ordine religioso confundam & in margine scribam. Conclusio F.Romani ; cum tamen in astro nunquam dixerit, monasteria esse fundata unioni sed ordini.* *Commentū Hajanum*

Verum cum ego unionem ab Ordine per particulam disjunctivam, 18 *vel*, sejungam, non possum citra errorem dici, unionem cum Ordine confundere. *Discutitur.*

Deinde nec ego dico, quod conclusio F.Romani sit, *Ordini vel unioni fundationem factam esse, sed jus in Monasteriorum mortuorum bona competere,* 19 pro qua conclusione postea adduxi rationem ex fundatione petitam. Num *ratio conclusionis* F.Romano idem est, quod ipsa *conclusio ?* Annon ratio in Syllogismo medii termini vices subit, sicque conclusionem minime ingredi solet? sed ut video F.Romanus hic omnia confundit?

Tertio si unioni non competit aliquod jus in ejusmodi bona Monasteriorum emortuorum, igitur multo minus ipsi Ordini competet, prout pluribus deducetur. 20

Porrò asserebā *conclusionē* F.Romani probari ex eo, quod Ordo vel unio habeat jus in dicta bona, seu hæc illi sint debita ex titulo alicujus piæ fūdationis juxta F.Roman. *q.1.n.*58.60. in testamēto per institutionē vel legatū factę F Rom. *q.1.n.58.q.2.n.22.in fine.q.3.n.3.q.4.n.51.§.præterea* ; aut ex titulo alterius alicujus donationis. Nā, ut ait F.Roman. *q.1.n.60.* fundator *monasterii transferendo verū suarū dominium in Abbatē & conventū introductū, nō fecit illud intuitu stēmatis personarū in individuo, vel natalīū ipsorū monachorum, neq, intuitu priorii monasterii, in quo erāt professi (alias incorporatio facta fuisset stemmati vel priori monasterio &c.) nec in quantum erant purè Clerici* 21 22

 duntaxat,

§. V.

Tum ex c.ficut alterius.7.q.1.

Aiebam,eandem *rationem alteram* videri confirmari,ex *c.ficut alterius* (ita enim non attento errore typographi,quem vanè carpit *allegatione* 85. legi oportet) 7.q.1.ubi dicitur *fimiliter & fponfa Epifcopi* (qualis est Ecclesia) *eo vivente, ei alligata: eo verò defuncto foluta eft,& cui voluerit, nubat, tantum in domino (id eft regulariter)* ubi glossa,*in verbo regulariter* ait, *id eft*,homini suæ professionis,18.*q.1.cave*. Vide, *Aftri.q.1.num.*43 *fol.*53. pro quo mendosè impressus est numerus inversus 35. 26

§. VI.

Afferit F.Romanus,quod Pontifex obligetur beneficia regularia dare regularibus.

Similiter eādē rationē dixi,ab ipso confirmari *q.1.nu* 43.*fol.*52.53 *& nu.* 12.*fol.*34.ex eo,quod Pōtifex obligetur,beneficia sæcularia dare sæcularibus, *regularia regularibus* Lal.Zech *de Rep.Ecclef.tit.de benefic. fub num.* 3.ex textu Concil.Trid.*Seff.*14.*de reformat.c.*10.(pro quo,*c.*40.erroneè impressum est)ubi prohibet beneficia (inter quæ computantur *ibi n.*2.& apud Less. *lib.*2.*de Inftit. cap.*41.*dubio* 12.*n.*95.*Abbatia,prioratus*,) dari in titulum sæculari,imò nec regulari,nisi sit illius Ordinis, eò quod non sit in bove arandum& asino,nec quisquam debeat vestem induere de lana linoque contextam,ut ait Concilium Trid.Et habetur *cap.cum caufam.*27.*de elect.* nec enim superior potest aliter conferre beneficium (vacans etiam obitu) quam natura ipsius beneficii requirit.Innoc.*in c.fin.de cler.non refid.*Abb.*in c.cum acceffiffent,de conftit.n.*5.*& in c fin.de confirm.utili.vel inuti.n.*10.facit quod notatur *in c.& fi clerici.de iudi in* §.*de adulteriis*.Ioan. Selva. *de benef.in* 3.*part.q.*49.Vid.F.Roman.*q* 1 *n.*43.*fol* 53.*nu.*13 *& non nu.*14.*fol.*35. Unde videtur reliquis ex ordine in emortua monasteria ius tribui.F.Romanus *allegat.* 86.*&* 87.dicit,*quod nec ipfe L Zech.nec Concilium Trid.* citato loco *pro ea fententia,quafi fummus pontifex obligaretur beneficia fæcularia dare fæcularibus,& regularia regularibus,allegavit,probè fciens, Pontificem Maximum omni lege humana pofitiua fuperiorem effe,nec earum ulla (ex fufficienti caufa) obligari;atque* allegat.316.*eadem recoquendo*,addit,*fe* in astro q.1.n.43.*ex Lal.Zechio,& Concilio Trident.docuiffe, beneficia fæcularia de iure cōmuni danda effe fæcularibus,&regularia regularibus,& quidē tantum illius Ordinis* & q.1.n.12.*pramififfe,provifionē iure devolutionis ad fuperiorem pertinentem non effe* liberam,*fed tranfire cum fuo onere,ita ut fieri debeat eiufdem qualitatis,& Ordinis perfonis,quibus ante devolutionem debebantur* , *ego fic* 27 28 29

Alia F. Romani Commenta.

ipsum cecinisse fingam. *Confirmatur secundo ex astro* q. 1. n 43 fol. 5°. 53. & n. 12. fol. 54 (quod ultimũ mendose F. Romanus enumerat numerorum oblitus pro fol. 34. prout à me, recte citabatur) *quia pontifex obligatur, ut beneficia sæcularia det sæcularibus, regularia regularibus; Obtestatur autem F. Romanus ubi vel semel allegando ius commune ipse vel L. Zecch. vel etiam Concilium Trid. ex eo pontificia potestati absoluta obligationem iniecerit; Aliud est, quod secundum iuris communis dispositionem à superiore devolutionis fieri debet, & aliud quod pontifex supra ius commune ex causa sufficienti & legitima disponere potest*, Reliqua sunt meræ cicuræ.

30 *Discutiuntur.* At F. Romanus hanc vnam eandemque rem pluribus in locis repetit, erroresque, in quos ipse impingit, aliis imputat.

Deinde hic non de absolutâ (prout nunc fingit F. Romanus) qua iure positiuo superior consideratur Pontifex, sed de ordinaria pontificis potestate, sistendo præcise in jure communi, quæstio est, *utrum summus pontifex teneatur vel obligetur sæcularia dare sæcularibus, & regularia regularibus, & quidem tantum illius Ordinis.*

31 Et hoc posterius affirmat F. Romanus, in *loc. cit* licet verbum *obligari* formaliter non exprimat; tamen illud sufficienter & virtualiter per participium passivum futuri temporis, (*Danda*) necessitatem & obligationem inferens indicat; Hoc enim non *adiectivè* sumptum indicat *necessitatem & debitum*, ut notat Alber. de Rosar *in dictionar. verb. gerundium* § *gerundiorum tres sunt voces* Francisc. Purpur. *in Rubr. C. de edendo num.* 7. *per l.* 1. §. *edenda ff de edendo*, adeoque obligationem, pro ut *inf. quæst.* 7. fusius videbitur, & ipse F. Romanus suffi ienter hic agnoscit, quando negat *liberam* pontifici fore potestatem; Consequenter eam constringit & ligat, prout eam *in avicula catenis constricta* adumbrans ligatam agnoscit;
32 qui autem unum negat, aliud concedere videtur; *L. maritus in fin. ff de procur. cap. nonne bene, de præsumpt. L. 12. de ind cap. disciplina, dist.* 45. quin etiam eandem *obligationem* expresse F. Romanus profitetur, quando vult, quod provisio fieri *DEBEAT* eiusdem qualitatis & Ordinis personis. Nam verbum *debet* plerumque inducit necessitatem & iussum & parendi necessitatem, ut *in cap. proposuit* §. *super quo*, & *in cap. oblata. de appellat.* & *in leg. prætor. in pr ff. de edendo leg.* 1. §. *qui magistratum. ff. quod quisque juris.* Barbos. *de dict. Vsu freq. dict. debet.* 77. *num* 1. & 2. Quod si F. Romanus nullam in Pontifice agno-
33 scit obligationem, ut huic vel illi monasteria emortua conferat; cur ita tantopere *ligatam* conferendi potestatem urget atque acceptandi potestatem Societati negat; quare clamat, contra iustitiam fore, si illa

illa aliis alterius Ordinis religiosis conferantur? an ergo Pontifex ad iustitiam non tenebitur, vel non obligabitur? quare *in aula sua Anchora num.* 104 *v. secundo*, expresse dicit, *superiorem NB. Obligatum esse monasterio destructo providere de prælato pristinæ qualitatis & Ordinis*, 34
atque idem *ibidem num.* 108. expressè repetit; Sed quid opus pluribus, Cum *in ipsa Anchora sub num.* 123. ita expresse loquatur. *At hinc*, inquiens, *plus non evincitur, quam quod PAPA conferens Abbatiam huiusmodi destitutam jure devoluto.* DEBEAT CONFERRE, *prout ratio devolutionis &* NATVRA VACANTIS BENEFICII *postulat.* En quid clarius, ut vel hinc pateat, F. Romanum in suis sibi non constare.

§. VII.

In jure devolutionis spem juridicam firmat F. Romanus.

Afferebam *alteram F. Romani rationem* confirmari 3. *ex q. ipsius Astri.* 35
1. *num.* 6. 7. 8 9 10. 11. 12. 13. & *nunc in aula voluolo* & cæt. ex iure devolutionis; quod si Monachi vacante monasterio prælatum eiusdem Ordinis intra trimestre temporis spatium *in cap. cum Vintoniensis* 25. *c. ne pro defectu.* 41. *& ibi* glossa. *de elect.* præscriptum eligere neglexerint, vel etiam omnes mortui fuerint, ius eligendi prælati cum onere suo devoluatur ad immediatum superiorem, ita ut à die non vacationis, sed scientiæ seu notitiæ, *c. quia diversitatem, de cōcess. prabend. c. un. de jure patron in 6. cap licet. de suppl negl. pral.* Rot. *decis.* 263. *si propter. in antiq* teneatur intra trimestre tempus aliquem ex eodem monasterio, si dignus habeatur, sin minus, aliunde ex eadem familia in prælatum cooptare Rebuff. *in tract. de devolut. num.* 18. & ,, *cap. quanquam de elect. in* 6 *in fin. & ibidem* Canon. Archidiaconus *in c.* ,, *hoc tantum*, 18 *quæst.* 2. Pan. *in c. nullus in Ecclesia, de elect. num.* 10. ubi ait ,, *quæro.* 3. *quod si omnes de collegio sint mortui, ad quem tunc spectabit pro-* ,, *visio.* Dd. *in clem. in plerisque; de elect.* Archid. *in d. cap. hoc tantum* 18. ,, *quæst.* 2. & *in cap. cum simus* 9. *quæst.* 3. dicunt, quod ad Episcopum, qui eliget nomine collegii, sed tu limita hoc dictum, quando ad ipsum pertinet ius confirmandi electum à Collegio, unde in hoc pono meliorem regulam, quod propter negligentiam Collegii vel mortem omnium de Collegio jus providendi devolvitur ad eum, qui habet potestatem confirmandi electum, sive sit Episcopus, sive alius prælatus. *hac ibi*, & *in cap. quia regulares. clem. de supplenda negligentia prælatorum. num* 3. & *in c. cum Ecclesia de elect. sub num* 9. & 10. (pro quo errore typographi expressus *num.* 15. & sic cessit F. Romani *allegatio* 89.) inquit, quid autem si essent mortui omnes de Ecclesia collegiata, dic quod superior immedia-

„ immediatus providebit de prælato, ut notat Compostella *in d.c ne pro defe-*
„ *ctu.* Frid. de Sen. *cons.* 34. Facit quod notatur *18. q 2 ca.* 1. hæc omnia proce-
36 dunt, nisi contrarium haberet *consuetudo*, quæ in provisione beneficiorum
„ præfertur iuri communi (quæ duo verba data opera propter emphasim in
37 astro *q.* 1 *n.* 6. majusculis expressa in eclipsi omissa frustra *allegat.* 90. conque-
Alio Com- ritur) prout *inf.* c. 3 videbitur *ut hic & in c. fin. de instit. & in d. c. ea noscitur, &*
mẽt. Hayan. *in c. Abbate sane de V. S.* Hactenus Abbas Panor, *qui ut ait F. Romanus* in aulæ
ex Volvolo. voluolo n. 65. *eandem doctrinam tradit* in c. cum in cunctis. §. clerici sane n.
6. ibidem, *quia ille debet supplere, qui habebat potestatem confirmandi & in-*
stituendi, quia censetur superior quoad beneficium licet non sit superior quoad
personas eligentium vel præsentantium, & de hoc est glossa singularis in dicta
Clem. un. *Et regulariter maior supplet defectum inferioris juxta notat.* in c.
cum scimus, 9. q 3. & c. ex parte, de concess. præbend. *ut inquit idem* in d. §.
clerici sanè. *Vbi notandum, quod dicat hujusmodi devolutionem & provisio-*
nem esse de JVRE *Communi, quod ipsum confirmatur* ex cap. in plerisque
clem. de elect. §. fin. ibi ultra juris communis limites. *Quod si & ipse prælatus*
in eligendo negligens fuerit, nec intra trimestre illud aliquem ex ea familia de-
signaverit, ius eligendi spectabit cum dicto onere (scilicet ex natura surroga-
tionis) ad mediatum superiorem, qui ex eadem familia dignum aliquem coapta-
bit. Vid. q. 1. à n. 7 usque ad nu. 15. à fol. 29 usque ad 36. Aulæ voluol. nu. 64.
atque ibidem nu. 65. *dicit quod clarius Rebuff* supra cit. de devol. n. 18. *tradit,*
propter negligentiam, inquiens, *collegii vel per mortem omnium de collegio ius*
providendi devolvitur ad eum, qui habebat potestatem confirmandi electum
sive sit Episcopus sive alius prælatus Fred. de Sen. cons. 34 *n.* 3 *ita loquitur. Hinc*
est, quod Monachis omnibus mortuis aut eligendi potestate privatis potestas e-
ligendi redibit ad suam originalem naturam, id est, *Episcopum, quia Episcopus*
creabit ibi Abbatem, ut dicit Compostella de elect. ne pro defectu. & leg. &
notatur eodem tit. quanquam lib. 6.

38 *Eandem de devolutione ad proximum superiorem dicit* ibidem *tenere*
glo. in c un. Clem. 1. de suppl. negl. præl. verb. dispositionem, ibique *Vivia-*
num, Valerium Reginaldum li. 30. tract. 3. c. 17. n 254. & *Petrum de Vbald. lib.*
de mutat. Eccles. cap. 2. q. 6. *Layman* in censuris astri, loco. 1. post initium
quod omnibus è Monasterio aliove collegio Ecclesiastico per mortem omnium
sublatis personis ordinatio Monasterii seu sacri Collegii ad proximum præla-
tum devoluatur, nunquam negavi; iterum in qq. canon. de prælat. electio-
ne c. 9. n. 98. *ita scribit;* Est enim recepta doctrina, quod propter negligenti-
am collegii vel mortem omnium de collegio, ius providendi devolvatur ad
superiorem, qui habet potestatem confirmandi electum sive Episcopus sit
sive alius prælatus, ita *Laym.* in d. Volvolo. n. 61.

39 *Iterum Rebuff.* in tract. de collat. §. si quis verò, verb. ad immediatum
qui

qui præterea allegat doctores in communi in c.fin. de elect. in 6. specialiter *Roch.de Curt* tract.de iure Patron.verb.honorificum q.33. per *gloss.* in d. Clem. un. *Roman.* consl. 361. in casu. *Quorum omnium cum nemo sit, ne ipse quidem Laymannus, qui distinguat inter devolutionem factam ob negligentiam Collegii & factam ob mortem omnium de Collegio, sed eundem devolutionis effectum utrique tribuant, signum est eiusdem speciei devolutionem ab omnibus agnosci; ubi enim lex vel doctores non distinguunt, ibi nec nostrum est distinguere, ut aiam ego* quæst.1.cap.4 num.5.per L.de pretio ff. de publ.in rem action. *& hæc quidem conformiter sacris canonibus & rectæ rationi dicuntur. Ius enim eligendi post mortem omnium de collegio habitualiter in Monasterio relictum, totum esset frustraneum, nisi esset, qui id in actum deduceret, & quis ille alius, quam superior beneficii immediatus.* 40

Conclusio igitur F. Romani est *n.64.*quod *omnibus de collegio mortuis ius eligendi prælatum, quod penes mortuos erat in actu, & penes locum regularem seu Monasterium remansit in habitu devoluatur cum omnibus conditionibus ad immediatum superiorem, qui habet ius confirmandi electum, pro ea duntaxit vice, quoad exercitium, devolutione propriè dicta, id est, obliqua seu iure devoluto, non proprio superioris. Et ratio fundamentalis est, quia remanentibus in loco regulari post mortem omnium de Collegio, iuribus omnibus collegialibus in habitu, remanet etiam ius eligendi prælatum, ut expressis verbis testatur Laymannus* in qq.canon.de prælat.elect.q.1.c.3.n,18. Vid. *in resolut.* *q.1.c.3.* allata. 41

Postea F.Romanus hanc suam conclusionem explicat, & nu. 66.ait; quod *dicat in conclusione* (penes locum regularem;) *Tale namque jus eligendi spirituale est, & concessum collegio eligentium, idque intuitu loci seu monasterii; adeoque inter jura realia computatum, à loco per meram personarum dissolutionem facti non potest auferri, nisi monasterium simul per rerum naturam sine spe restaurationis destrueretur. Bald* in L.non ambigitur ff. de LL.& SC.n.3.*Layman.*loco cit.& in Theol.*moral.*lib 2 tract.4.c.23.n.4. *Dicit*, ea vice, per d.c.ne pro defectu, *quia restituto Collegio iterum dispositio canonis electiva sibi locum vendicabit.* 42

Dixit denique n.67. jure devoluto, *non proprio superioris, adeoque nomine Ecclesiæ viduatæ sive collegii habitualis, sic Archid.*9.q.3.c. cum simus, *quando necessitas imminet, inquit, ut puta quia mortui sunt omnes de ecclesia, tunc Episcopus (seu alius superior quasi Episcopalem potestatem habens) eliget non nomine suo sed nomine dictæ Ecclesiæ, arg.* prædicti c.si forte, secundum *Innocen. qui ita sentit* extra de iure patronat.c.postulasti, Adde, quod dicam 18.q 2.luminosus, *Innocen. verò* d.loco *eadem formalia*, *non nomine suo sed Ecclesiæ, exprimit* in d.c.proposuisti. *Eadem habet & Pan.*in c.nullus in Ecclesia nu 10.de elect. *cuius verba sup. citavimus Hinc si prælatus eiusdem familia* 43 *Interserit hic F. Romanus verba pro suo libitu.*

milia & Ordinis ab omnibus etiam superioribus eligendus est, consequitur, Ordinem jus in d. monasterio habere.

§. VIII.

Ex jure divino Spem juridicam Ordini asserit F. Romanus.

44 Afferebatur *probatio tertia* F. Romani *q.1. n.58 fol.61.* ex jure divino *Rom.8 & Gal.4.* quod *si sunt filii ergo & hæredes*, unde cum omnes de Ordine sancti Benedicti sint ejusdem *filii*, sequitur, quod sint & illius patrimonii (qualia sunt bona S. Benedicto dedicata) hæredes, Consequenter & ipsi habeant jus in d. bona, juncta *quæst.1. Astr. num.24. fol.40. num.17. fol.38.*

§. IX.

Itidem ex jure Canonico.

45 Probabatur quartò eadem *ratio* ex sacrorum Canonum dispositione *c. inter quatuor. c. cum venerabilis. de relig. dom. c. relatum. ne cleric. vel monac. c. quæ semel sunt dedicata 19. q.3.* ibi, *Oportet*. quibus canonibus juncta glos. statuitur, ut monasteria quamdiu potuerint, per regulares ejusdem Ordinis

NB. perpetuo debeant manere ordinata, Cum glo. *in cit. c. inter quatuor.* conspirat Abbas Panor. *ibidem*, (quæ erroneè transposita leguntur itaque cessat ex parte *allegatio 91.*) ubi ita, inquit, *nota quod ecclesia semper debeat reformari per homines ejusdem professionis vid. d. q.1 astri. num.16. fol 36. 37.* Nomine

46 autem *reformationis* significatur & institutio & provisio seu ordinatio, prout patet ex titulo collato cum ipso textu *in d. cap. inter quatuor.* atque in ea significatione accipitur ab Abbate *in cap. conquerente de offic. jud. Ordinarii sub num 2. & in cap. cum Ecclesia de elect. num.6.* pro quo er-

NB. roneè impressus in 6. (atque ita cessat *allegatio* F. Romani 92.) Vid. *q.1. Astri. n.16. fol 36.*

Unde videtur colligi, mortuis omnibus hujus monasterii monachis, alios ejusdem Ordinis in illud habere jus. Cum verba *Oportet, debent*, quibus utuntur canones & Dd. non ad facultatem judicis, sed ad veritatem debiti referantur, & omnem omnino actionem comprehendant *L. 37. junct. gloss. L. 108. L 178. ff de V. S.* Vid. *quæst.1. astri. num.23. fol.42.* adeoque monasteria quamdiu poterunt per ejusdem familiæ personas ordinari, illis erunt debita, nec poterunt de jure communi monasteria, de quibus loquimur, transferri in Collegia Societatis & seminaria. Unde porro sequitur, quod monachi ex aliis monasteriis sui Ordinis, jus habeant monasteria sui Ordinis recuperandi. Consequenter etiam sibi petendi. Vid. Astri.

Astri *fol.* 28. §.*sed contra est*, ante decisionem quæstionis.

F. Romanus ad hanc suam rationem *allegat.* 91. notat quod *hic errones recitetur* cum gloss. conspirat Pan. in cap. Abbas. 18. quæst. 2. *ubi ita inquit*, Nota *quod Ecclesia semper debeat reformari per homines eiusdem professionis*, Nam Pan. in cap. Abbas. 18. quæst. 2. *hæc verba non habet*, sed gloss. in d. cap. inter quatuor de rel. dom. Sic ergo Panormitanum cum gloss. confundam, *Imo Pan. ne quidem commentatus esse creditur in hoc caput Abbas*, *tametsi Ioannes Trithemius* lib. de scrip. Eccles. *affirmet*, *Abbatem librum unum imperfectum super decreto scripsisse*; *tamen non constat quousque in eo pervenerit*, *cum inter ipsius opera non reperiatur*, *& in margine addat Felinum* in additionibus ad principium Abbatis in decretum *tradere*, *Abbatem super decreto cœpisse scribere*, *dum esset Basileæ & scripsisse super* prim. distinctione duntaxat. 47 Commentâ Hoyan.

48 *Cæteroqui ipsam rationis probationem pluribus verbis ipse* in aula tit. ligata libertas. num. 77. 78 79. 80. & seqq. *prosequitur*, *quæ non attinet omnia referre*; deinde *allegat.* 456. *me pro ista assertione* (quod Ordini religioso ius in bonis illis fundatis & modo destitutis acquisitum sit) *nomine ipsius inter cætera allegare* cap. cum venerabilis. de relig. dom. & paulo post astri fol. 36. & 37. *Vtrumque perperam*, *cum nec iis in locis nec aliis eo fine*. cap. illud *allegasse meminerit*.

49 Discutiuntur. Verum F. Romanus præter errorem librariorum, in quo ipsius inanes fundantur discursus, non tam meam, quàm suam propriam, doctrinam unde mea propositio desumebatur, *allegatione* 91. reprehendit. Siquidem ipse F. Romanus *in astro quæst.* 1 *num.* 16 *pag.* 36 *à me cit.* ita loquitur, *quamdiu monasteria ait Pontifex* (in d. cap. inter quatuor. *per regulares remanere potuerint ordinata*, *non sunt ad sæculares clericos transferenda*, *sed si regulares defuerint propter eorum defectum in eis sæculares clerici poterunt ordinari*, *in quem locum* DICVNT *hic* GLOSSA *&* ABBAS; *quod quærebatur à Domino* Papa, utrum ecclesiæ regulares possint fieri sæculares, *& nota quod Ecclesia debet semper reformari per homines eiusdem professionis* ait gloss. cum communi & cæt. *hæc ibi*, Vnde patet, quod modo recitata verba ipse F. Romanus *in d. Astro* non soli gloss. sed & Panorm. per verbum *pluralis numeri* (dicunt) *tribuat*. Quando autem econtra d. *Allegat.* 91. idem F. Romanus negat ea verba Panormitanum habere, suam ipse allegationem falsitatis arguit, atque glossam cum Panormitano confundit: quamuis si accuratius velimus examinare, ea verba, nec sint *glossæ ordinariæ*, sed *Bartholomæi Brixiensis*, qui suas ad glos. Ordinariam notas addidit, inter quas & illa ipsa verba modo recitata reperies 50

51 minimè verò in ipsa ordinaria Glossa, prout ex corpore glossato Parisiis Anno 1507.7. Nonas Januarii impresso videre est: quamvis interea moneam ipsum Brixiensem ultima à me citata verba ab antiquo Glossatore Bernardo Compostella *in d. c. inter quatuor*. esse mutuatum, prout ex eiusdem casibus legis, videre licet, quin imo idem ex ipso iuris & decretorum ingressu Bartholomæi Brixiensis colligi potuisset.

52 Sed fortè dicent aliqui, *ista cum cæteris erroribus transmittenda* esse; At errores cavendi nobis sunt, ut tradit Augustinus Beroj. *in c. ex litteris de prob.*
53 *n.* 18. Quod verò *allegat*. 456. ait, d. c. *cum venerabilis. q* 1. *astri nu.* 16. *fol.* 36. 37. *frustra pro illa assertione*, quòd Ordini Religioso jus in bonis fundatis & mòdò destitutis acquisitum sit, *allegari*, illud falso assumis; prout *ex supra recitatis meis verbis* apparet, in quibus assero F. Romanum *d. fol.* 36, 37. tradere, quod Ecclesia semper *debeat* reformari per homines eiusdem professionis etiam *d fol.* 36. 37. apud F. Romanum *in editione sua Francofurti* edita reperitur, neque ego *citato loco* asserui, quod *c. cum venerabilis, de relig. dom ibidem* citaretur, ut proinde frustra & gratis id assumat.

54 Demum ex his omnibus F. Romanus *in aule Anchora num.* 104. existimat demonstrari hujusmodi *spem juridicam* in casu nostro superesse, *Tunc juridica*, inquit, *spes adesse & haberi censetur, quando adsunt omnia ad hujusmodi spem constituendam requisita. At in præsenti casu monasteriorum destitutorum adsunt omnia ad hujusmodi spem constituendam requisita Ergo*

Commenta Hayan.

55 *&c. Assumptum probatur ex* Asbesto. *Constat in monasterio destituto vacare & superesse de præsenti omnia antiqua beneficia regularia, dignitates, jura & privilegia collegialia, & realia, & hæc sunt primum requisitum, in quo se solide fundat primus uncus seu dens anchora istius juridica.* Secundò *constat ex* Voluolo *jus eligendi per mortem omnium de collegio, devolutum esse ad proximum superiorem, qui, ut ligata libertas docuit duplici vinculo* (devolutionis & fundationis) *obligatus est, de præsenti intra trimestre proximum legitime non impeditus sub pœna amittendi juris devoluti, monasterio destituto seu vacanti providere de prælato pristinæ qualitatis & ordinis & hoc est alterum requisitum, in quo se firmat alter uncus Anchora.*

Tertio *adsunt de præsenti hodie in magna copia religiosi illius Ordinis & qualitatis, cuius uni providere TENETUR superior, atque istud est tertium requisitum, cui sese tertius dens anchora profundissime immergit; quia Ordine toto per rerum naturam vel superioris authoritatem extincto, mox evanescerent reliqui duo dentes, nimirum beneficia regularia talis & talis Ordinis, & eorundem devolutio; extincto enim fine cessarent media, ut supra dictum: consequenter stantibus omnibus adest hodie spes juridica, certa & proxima, tale monaste-*

monasterium intra trimestre reparandi, cum præter hæc tria nihil aliud ad reparationem faciendam de jure requiratur. Idem confirmat ibidem progrediendo, & *prorsus mirabile est*, inquiens, *quod & Paulus Layman* in censuris astri loco 1. §. aliqui, asserat, *spem reparationis juridicam, una cum omnium de collegio morte subsistere, per illa verba, discrimen videlicet esse inter hos duos casus, quorum unus, si sacrum collegium dissolutum sit sine spe reparationis, ut si per superiorem sit extinctum; alter si dissolutum sit cum spe reparationis, videlicet, si per mortem omnium collegiatorum esse desierit, id ipsum ego passim asseverem, & fatear ultro, si spes juridica reparationis adsit post mortem omnium de collegio primò collegium non esse extinctum* Eclips. fol. 7. & col. 1. & 2. secundò *sed habitu manere*: fol. 8. col. 2. in fine; *tertiò canonias & prabendas monachales extinctas non esse*, fol. 19. col. 1. ante med. *quartò congregationem & dignitatem abbatialem potius dormivisse, quam extinctam esse.* fol. 13 col. 1. in fin. fol. 24. col 1 ante med. *quintò corporalia Privilegia, id est, quæ collegio seu corpori personarum sunt concessa, etiamsi nullus supersit conservari nec extingui*, fol 29. col. 2. post med. *Sextò jus mitræ non esse extinctum* fol. 32 col. 2 *consequenter illud non competere Patribus Soc.* JESU. *Septimò monasterii bona non esse vacantia* fol. 35. col 1. post init. & col. 2 post init. *itemque* fol. 40. col. 1. in fine & fol. 42. col. 1 & 2. *Octavò Ecclesiam particularem* (id est *ipsos parietes*) *esse dominam bonorum collegii demortui.* fol. 36. col. 2. ante med. *Nonò Ordinem S Benedicti habere jus aut dominium in bonis Collegii Monasterii* fol. 68. col. 1. post med. *Decimò genitivum Ordinis significare dominium* fol. 72. col. 1. post med. *Undecimò ad immediatum superiorem devolutione obliqua, devolui jus eligendi prælatum.* fol. 120 col. 1. post med. & col. 2. in med. *Duodecimò Monasteria debere manere per regulares ejusdem Ordinis ordinata, juxta* cap. inter quatuor. de relig. dom. fol. 127. col. 2. in med. *Decimò tertiò perinde haberi ac si Collegium ibid. fuisset resuscitatum cum paria sint, aliquid jam esse, vel saltem de proximo sperari.* l. pen. ff de milit. test. ita ego fol. 10. col 1. in fin. *Decimò quartò ejusdem religionis & Ordinis homines in talibus Monasteriis substituendos & subrogandos esse, cujus olim erant demortui.* fol 196. col. 2 in med. iuxta fol. 187. col 2. in princ. *hac aliaque plura post mortem omnium de Collegio perseverare nec extincta esse, ipse F. Romanus dicit me constanter affirmare si spes juridica illud reparandi adsit, adeoque palmam & herbam ipsi totaliter porrigere; confessio enim propria est probatio probata*, L. ult. C de fidei-commis. l. generaliter C. de non numer. pecun. *Grammat.* decis. 36 num. 66 *Crauett.* cons. 61. n. 3 & cons. 171. num. 4. *Socin. jun* cons. 39 num. 18. vol. 2. & *ipsa facit notorium* c. ult de cohab. Cler. & mul. & *confessio prævalet omnibus aliis probationibus in contrarium, Rota* decis 357. num. 3. & 7 *ubi ampliatur, etiamsi testes sint mille* decis. 434 n. 14. *apud Oliuer. Beltram. superius etiam allegata.* &c Ita F. Romanus *in Anthora.* n. 104. 106.

§. X.

Itidem ex Brevi Innocentii III.

56 Afferebam pro F. Romano Breve Innocentii III. ad Wilhelmum Archiepiscopum Remensem datum Romæ *5. Idus Maii Anno Christiano 1198. in quo* Pontifex ait; Nos ut in abbatia castri Mosibin Episcopatum erigere valeas, vel si malueris in eodem castro Cathedralem Ecclesiam, cui præficiatur Episcopus, fabricare, liberam tibi concedimus facultatem; ita, quod ab eodem Monasterio Monachi nullatenus excludantur; *ne forte venire contra sanctiones Canonicas videremur, quibus provida fuit deliberatione statutum, ut quæ semel Deo dedicata sunt Monasteria, semper maneant Monasteria*, cum & hodie Generaliter statuatur. *Ut Ordo Monasticus, qui in aliquo Monasterio secundum* DEUM *& Sancti Benedicti Regulam dignoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter servetur.* Hoc
57 Privilegium cum non sit contra, sed secundum jus commune, in eoque specificè expressum *in d c. quæ semel 19. quæst. 3. c. Privilegia 25. quæst. 2. cap. inter quatuor. de rel. dom 6. relatum. ne. Cler. vel Monach.* nec ullibi revocatum; nec indultum à jure beneficium alicui sit auferendum. *de R. I. in 6.* nec debeat quisquam jure suo sine propria culpa fraudari *c. Jordan. de consang.*
58 *& affin* gloss. & Dd. *ibidem*; ideo illud Ordini Sancti Benedicti remanet, ex eoque atque fundatione poterit Ordo petere beneficium, sibi, toti Ordini in confuso debitum & competens & alicui de familia Ordinis in particulari concedendum. Nam hoc est habere jus ad rem. gloss. *in cap. un. de concess. preb. extrav. Ioan. XXII. verb. jus ad rem.* & sic datur Ordini actio sive jus agendi. Idem ex jure isto universali de aliis Ordinibus religiosis dicendum. Vid. F. Romanum *quæst. 1. §. sed contrà.*

59 Et licet P. Foretus *sect. 5. num 6. Antanatomiæ* respondeat, illud de Monasterio ritè constituto, ubi 1. tot adsint regulares, qui servitio divino sufficiant. 2. iique regulariter vivant, intelligendum esse; attamen hoc F. Romano *quæst. 7. astri. n. 5. §. alter locus est*: figmentum esse putatur, prout pluribus in Eclipsi deductum apparet, ideoque videtur relinqui, alios ex aliis Monasteriis Monachos in Monasteria sui Ordinis emortua, vel ut ipse appellat, destituta; jus, adeoque spem juridicam habere.

RESO-

RESOLVTIO

CAP. II.

In quo contraria nostræ sententiæ negantis argumenta proponebantur.

ATque initiò quod Ordini vel unioni non jus ad monasteria emortua, adeoque nec spes juridica competeret, ostendebam.

§. I.

Ostenditur, quod ex fundatione testata Ordo nullum jus sibi arrogare queat.

Ex hac ratione; quia Ordini vel unioni nec *ex fundatione testata* vel *intestata*, nec ex Sacris Canonibus nec aliunde competit jus in dicta bona emortuorum Monasteriorum. Igitur nullum Ordini vel unioni in ea bona jus competit, consequenter nec spes juridica. 1

Antecedens de fundatione Testata inde probabam, 1. quod in literis fundationis nihil sit cautum seu provisum, quid in casu, quo omnes originarii vel incolæ in Monasterio instituti nullo submisso morerentur, sit de bonis mortui Monasterii faciendum. 2. quod si alii alterius quoque Monasterii Monachi alienigenæ vel exteri in mortuorum hujus Monasterii Monachorum bona haberent jus ex fundatione testata, id esset ideo, quia illi alii exteri Monachi essent simul in ultima testatoris voluntate vel instituti, vel istis mortuis incolis Monachis substituti, vel eorundem Collegatarii. Nihil horum autem à Fr. Romano probetur aut probari possit: Non *primum*, quia *institutio* propriè est successionis primo gradu à testatore facta designatio; & ulteriori quæ fit gradu in locum deficientis primi successoris, vocatur *substitutio*, Treutler. *vol.2.disp.11.Thesi.1.lit.b.* 2

3 *Institutio & substitutio quid & quotuplex.*

Unde primo gradu à testatore designatus successor, dicitur institutus; ulteriori verò gradu in locum deficientis successoris nuncupatus aut scriptus, dicitur substitutus;

Atqui alii aliorum Monasteriorũ Monachi exteri non sunt emortuis incolis primo gradu à testatore designati successores, idq; ex ipsius F.Romani principio, quo vult illos exteros deficiẽtibus hujus Monasterii Monachis incolis priùs successuros. Igitur illi alii aliorum Monasteriorũ Monachi exteri non sunt cum emortuis incolis etiã ex ipsius Fr. Romani principio instituti. Non *secundum*; quia illi alii alienigenæ vel exteri Monachi essent substituti vel *directò* vel *obliquè*; *Neutro modo*; Non substituti *directò*; 4

quia

quia ita forent substituti *vulgariter* ; Non enim alia substitutio *directa* hic locum sibi vendicaret. At non *vulgariter*; vel certè F. Romanus contrarium asserens probet, quin etiamsi probaretur, ea tamen per aditionem *directò* in-
5 stitutorum incolarum exspirasset *L. post aditam C. de impub. & aliis subst.* pro quo erroneè ff. Typographus impressit, itaque cessat F. Romani *allegatio* 88. Atqui hoc casu nostro incolæ instituti *directò* adiverant hæreditatem patrimoniumque sibi relictum , illudque hucusque ad omnium mortem tenuerunt & possederunt, Igitur exterorum aliorum monasteriorum substitutio exspiravit, adeoque ipsi ex substitutione nullum in d. Monasterii emortui bona ius habent.

6 Neque etiam illi alii *alienigenæ* vel *exteri* Monachi sunt incolis *directò institutis* nunc mortuis substituti *obliquè* , seu per fideicommissum, contrà ac voluit F. Romanus *q. 3. n. 5. §. quocirca sub fin. pag.* 158. quia non fuerunt substituti , ut ipsis incolis directò institutis, viventibus fideicommissum caperent; Ita enim incolæ directò instituti hæreditatem non sibi retinere , sed aliis exteris restituere debuissent, salvâ aliquotâ parte *§. 3. & §. 5. instit. de fideicommiss. hæred.* quod patet experientia non obtinuisse.

7 Utrum verò exteri post mortem incolarum sint *directò instituti* per fideicommissum *& quidem* familiæ quod appellant §. 2. *seq.* videbitur.

8 *F. Romanus in* anchora *n.* 111. *respondet negando antecedens*, atque *me accusare Fundatores monasteriorum negligentiæ* , &c. *quasi non caverint in literis fundationis, quid faciendum de fundatis suis bonis, casu, quo omnes morerentur in monasterio*, &c *Fundatores Ecclesiarum praviderunt utique fieri posse, idque de facili, ut omnes è Collegio à se introducto morerentur , nullo superstite relicto, quem casum necesse non fuit in fundatione exprimere ; quia quæcunque singillatim non expresserunt , juris communis dispositioni (cujus ignari fuisse minime censendi sunt) reliquerunt. Ius autem commune disponit per mortem benefiiatorum beneficia vacare, non extingui ; & bona taliter vacantium Ecclesiarum possideri ab ipsis eiectis beneficiis & Ecclesiis* Rota decis. 1. de rest. spol. in nov. n. 4. & 5. Dd. sup. cit n. 22. *Vnde mortuo Abbate vacat monasterium, nec extinguitur, etsi deinde successivè moriantur etiam reliqui de capitulo, plus non extinguunt singuli , quàm concreatos secum titulos non numeratos & jura merissime personalia, & quæ* sup. in resolutione quæst. 1. c 3. attulimus.

Commenta Hayana.

NB.

Et antè *n.* 108. adesse dicit , *ipsis ex titulo primæ fundationis spem juridicam restaurandi monasteria per mortem omnium destituta fundatam , ut dixit* 1. *in existentibus & nondum extinctis dignitatibus , beneficiis & juribus Benedictinis*; 2.° *in devolutione electionis ad proximum superiorem , ejusdemque* OBLIGATIONE (*quam alias F. Romanus* negaverat) *talia beneficia regularia* NONNISI *regularibus ejusdem Ordinis conferendi*. 3. *in existentia subjecti idonei seu finis cui, quippe cum supersint hodieque fratres sub regula S. Benedicti,*

NB.

nedicti, qui eo in loco Canonicè Vocari, procurari, Deoque famulari possunt, ac debent, nec requiritur per ullos canones, ut tale subjectum sit in ipso monasterio destituto; id enim hic implicaret in terminis. sufficit si alibi inveniri possit. c. inter quatuor. de rel. dom. *Abb. & Dd.* ibidem. *Nam & aliunde Abbas assumitur si non est idoneus in loco*, c. ne pro defectu, de Electione, *nedum omnibus vita functis cæterisque paribus quilibet ex Ordine S. Benedicti est subjectum aptum, in quod cadere possit (in unum verò debet) ejusmodi monasterii ordinatio, &c.* hactenus F. Romanus.

Qui ut difficultates evadat, aliò dilabitur, magis tamen implicatur. 9 *Discutiuntur.*
Nam licet quis *in testando* se juri conformare præsumatur & dicatur, id tamen intelligitur *in ordine vel ad actum* vel ad objectum testamenti; & quidem in ordine ad actum, ut persona testatoris sit jure habilis & non incapax vel prohibita testari; ipseque actus testandi suis non careat solemnitatibus: in ordine verò ad objectum, ut persona, quæ instituitur, similiter sit institutionis capax & non prohibita; resque, in qua aliquis instituitur, subjecta humano commercio; nec sit aliunde prohibita alienari vel dispositioni testamentariæ subtracta. Cæteroqui quod spectat ad ordinem, gradum, modum succedendi, in eo non præsumitur testator se juri Conformare; cum istic obtineat, quod *provisio hominis tollat provisionem legis.* Nam aliàs si quis in iis se juri vellet conformare, non opus esset, sed frustraneum ullum condere testamentum. 10

11 Hinc cum F. Romanus confiteatur, nullam dari hoc casu circa ordinē, gradum & modum successionis, testationem, ipsamq; juri conformē præsumi, ipsè tacitè videtur cōfiteri, hic de nostro casu in fundationibus nihil esse provisum: quod ipsū movere, nō est fundatores desidiæ, negligentiæ, imprudentiæ, prout perperam assumit F. Romanus, coarguere. Alioqui *Concil. Trid. in c. admonet. § quod si hospitalia, sess. 25. de refor.* Card. Mantica *de conject. ult. volunt. &* Monet. *de commut. ult. vol. cap. 5. num.* 324. 327. 328. 329. aliique similia monentes dicendi essent, fundatores piarum Causarum desidiæ, negligentiæ, imprudentiæ coarguere. Absit à nobis, talia cogitatione suscipere, nedum cum F. Romano scripto evulgare.

12 Adhæc unde scit F. Romanus, quod omnes fundatores existimaverint, ex jure communi alios aliorum monasteriorum monachos exteros istuc in mortem omnium incolarum vocandos.

Quartò ex quo juris fundamento F. Romanus asserit, quod fundatores præviderint, facile fieri posse, ut Collegium à se institutum moreretur; cum Iuris præsumptio sit in contrarium; quod Collegium & Universitas non facile extinguantur, licet singuli extinguantur, ut *not. in L. Si grege legato. de legatis* I.

13 *Quintò* exerrat F. Romanus, quando in Ecclesia non numerata (qualia

 sunt

sunt Monasteria dicit) beneficia vacare, non exstingui contra expressum
14 textum *in c dilecto.de præb.*& Doct. ibidem. Itidem contra Ancharan.in *c. si gratiose num.3.de rescrip.in 6.& not.* Burgos *in repetit.c.cum omnes. num.5. & seqq. usque* 84. *de constit.*

15 *Sextò* falsum est,quod in Ecclesia non numerata dentur tituli numerati vacantes. Anchar.& Anton.de Burg.*d.loco*, Anton.de Butrio *in cap. cum M. Ferrar. num.1.de const.* Vid.*Resolut.q.1.c.2.*

16 *Septimò* fallitur F. Romanus, quando Abbatiam conventu & cura carentem appellat propriè *dignitatem*, quia hoc ipso directè contradicit S. Rotæ Rom. *decis. 9. num. 3. apud Tambur. tom. 3. de jure Abbat.* Ripæ *in c. decernimus.num.3.de judic.* Sicut etiam patet in *prioratu*, qui carens curâ & conuentu,non dicitur dignitas,Rota *ibidem num.7.* ut post Host.notat Abbas *in cap.nisi essent,num.6 in fin.de præb.* Imola in.*clem.Etsi principalis,num.21. de Rescript.* & ibi Vitalin.*num.14.& potest* conferri minori quatuordecim annorum. Vital.*in Clem.1.§.cæterum num.4.& seqq.de stat.Regular.* Frederic. *consil.49 n.1.2.*

17 *Octavò* quod bona particularis Ecclesiæ vacantis dicantur ab ipsa Ecclesia,ut dicit Uniuersitatem Iuris,fictione aliqua juris possideri. illud aliis monachis exteris nihil juris tribuit,per not.Beroi.*in rubr.de reb. Ecclesiæ non alien.n.18.& in c.quoniam.n.98.de jure patron.*

18 *Nonò*, si F. Romanus existimat, me docere,mortuis Abbate, & Religiosis monachis monasterium materialiter acceptum extingui, vehementer errat,ut ostensum est in *Resolutione q.1.c.4.*

19 *Decimò*, quot à F.Romano *in anchora sub num.* 108. afferuntur paragraphi, tot istic proponuntur errores; ut patet 1. de fundatione non ostensa.2.de existentia dignitatum, beneficiorum in monasteriis convento destitutis;quæ si data fuissent, desiisse ostendimus in *resolutione qu.1.c.2.* atque his *sub* § 5.6.7.

3. De *devolutione* propriè dicta, cum obligatione surrogandi alias ejusdem qualitatis,personas atque aliunde vocandi,quæ etiam gratis assumuntur, uti patet ex *resolutione cap.seq.& q.7.*

4. De *Substitutione* aliorum seu alienigenarum vel exterorum incolis hujus loci monachis defunctis facta; de quâ similiter *in resolutione qu.6. agemus.*

5. De spe *juridica* asserta similiter non ostensa, *infra cap.tertio* Videbitur, & certè de his nihil fuisse unquam in fundatorum maximè sæcularium literis constitutum, in propatulo est. Siquidem illis, ut jurium gnaris; quales ipsos F. Romanus celebravit,notum fuit, sibi dignitates, quæ desierant esse, resuscitare, beneficia & titulos spiritualis extinctos reproducere & recreare, superioribus leges devolutionis præscribere, obligationemque his & non aliis, suadente etiam bono publico, conferre

conferre non licere; de aliis seu alienigenis aut exteris & aliorum locorum monachis, ne quidem fundatores hujus loci ipsi meminerunt, utpote conscii, quod voto stabilitatis astricti suis locis inservirent, & per professionem suam in bona sui & non alterius monasterii jus acquirerent, Ant. de Butr: *num. 63. 64.* Beroi. *n. 543 & seqq in c. in præsentia, de prob.* Francisc. Monald. *Consil. 33 n. 1. 2. vol 1.* Faciunt tradita, ab eodem Francisc. Monald. *consil. 29. n. 11. 12. vol. 2.*

Denique cum ipsemet F. Romanus hic agnoscat, ex suo discursu sequi absurda, quid est cur à suo discursu non desistat, & in alia omnia abeat. 20

Sed misso eo ex supradeductis relinquitur, F. Romanum ex fundatorum literis non ostendisse nec ostendere potuisse, mortuis hujus loci monachis originariis vel incolis, alienigenas seu exteros aliorum locorum monachos vel aliquem eorundem substitutum esse; sed totam monasterii ipsius emortui dispositionem penes Superiorem consistere.

§. II.

Vrgetur prius argumentum de fundatione testata, & fideicommisso familiæ.

Urgebam *Argumentum* meum ex *fundatione* testata petitum, *utrum hic ostendi posset fideicommissum familiæ intervenisse.* 21

Pro quo declarando notavi, variè à Dd. fideicommissum familiæ accipi, 1. ut ex illo veniant, qui minimum mortis tempore juxta Forste. *lib. 4. de succes. c. 23. num. 21.* in domo testatoris fideicommittentis fuerunt. Vnde post propinquos dicuntur etiam venire gener & nurus, *L. fin. C. de V. S.* quos ibidem Alber. de Rolate ideo duntaxat vult venire, quod alii propinqui, quibus familiæ nomen applicari possit, non compareant, 2. ut ex illo admittantur, qui primo nominati sunt, iis exstinctis, hi qui ex nomine defuncti, eo tempore, quo defungebatur, fuerunt, & hi qui ex ipsis primo gradu procreati sunt, nisi defunctus expressè suam voluntatem ad ulteriores extenderit, *l. cum illa § in fideicommiss. ff. de legat. 2.* Cuiac. *15. obs. 2.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib 8. tit. 18. n. 19.* Menoch. *4. præsumpt. 41. nu. 27. & seqq. Basileen. 5. disp. 34. thesi 28. lit. A. 3* Vt fidei commissum familiæ simpliciter relictum, ordine quidem successivo relictum videatur, ita tamen, ut vulgariter tantummodo reliqui de familia substituti esse videantur, per not. Manti. *d. li. 8. de coniect. ult. vol. c. 12. n. 11.* Simon de Præt. *lib. 3. de interpret. ult. vol. solut. 9. per l. heredibus ff. de legat. 2. l. unic. §. sin autem ali-* 22 *quid sub conditione, C. de cad tollend* à quorum tamē sententia cōmuniter Dd. recedunt, tradentes in fideicommisso familiæ simpliciter omnes *de familia,*

non per modum *vulgaris*, sed *fidei commissariæ substitutionis*, ordine successivo vocari, qui ordo successionis utrum in sola linea recta, & quidem descendente vel etiam in aliis lineis servandus sit, in controversiam vocatur. Sunt enim qui in linea recta descendente non nisi usque ad quartum gradum, etiam cum *prohibitione alienationis extra familiam* extendi putant, *per textum express. in Novell.* 159. quam sententiam tamen intelligunt obtinere, si simpliciter facta fuerit prohibitio alienationis extra familiam; secus si ea prohibitio fieret ultra quartum gradum & personam; tunc enim ultra porrigeretur fideicommissum. per. not. Iacob. de Belviso. *§ nos igitur in d.*
23 *novell 159. de rest. fideicommiss.* Decius *consil. 321. vol. 1.* Paris *cons. 39 lib. 3.* Socin. *nepos cons. 136. num.* 43. *lib. 3.* quia in assignatione graduum non est alia lex, quàm voluntas testatoris *Auth. de nuptiis, §. disponat*, ut ita provisio hominis
24 tollat provisionem legis, *L. fin. C. de pact. convent* Facit, quod quando fideicommissa sunt in rem concepta, tunc non habeat locum *d. Novell.* 159. sed in infinitum porrigatur fideicommissum, Carol. Molin. *cons. 1. n.* 47. *ex comm. Dd. ibi cit.* quæ etiam sententia in praxi observatur, prout ipse Molin. pro Principe Auriaco in Senatu Gratianopolitano, deinde in magno consilio Regis Gallorum judicatum vidisse se testatur.

§. III.

Quale fideicommissum familiæ hic intelligi possit.

25 His positis, *Respondebam* 1. quod si ostenderetur hic aliquod fideicommissum *familiæ* relictum, ego demonstraturus sim, illud *familiæ isti* non *simpliciter*, sed pro hoc duntaxat loco & quasi pro domicilio testatoris aut fundatoris relictum esse. Cum testatores & fundatores suos potius quàm alienos amasse adeoque de Originariis vel incolis, & non de alienigenis vel exteris cogitasse præsumantur *c. hortamur, ibique* Can. *dist. 71. & not.* Didac. Spin. *in speculo testament. glossa. tertia principali sub num.* 32. *& seqq.* Ut proinde reliqui exteri aliorum locorum censeantur exclusi; tum quod limitata causa (qualis esset ostensa pro hoc loco testatorum voluntas) limitatum sibique proportionatum effectum, adeoque illa testatorum pro hoc loco restricta voluntas etiam fidei commissariam pro hoc loco restrictam substitutionem produceret; tum quod unius inclusio esset alterius exclusio *L. cum prætor ff. de judic.* unde cum monachi originarii vel incolæ hujus loci essent fideicommisso inclusi, alii aliorum locorum monachi alienigenæ vel exteri censerentur exclusi, proinde ac si de familiæ numero non essent, Cephal. *cons.* 614. *num.* 12. *per L. 1. §. quibus ff. de success. Edicto.*

§. IV.

§. IV.

Eadem doctrina pluribus deducitur, ostenditurque, quod alii exteri Mortuis Monachis superstites non succedant ut descendentes per generationem spiritualem.

Subijciebam, quod etiam posito hic dari fideicommissum *familiæ simpliciter*; non tamen ideo ex *veriori & communiori* Dd. sententia alii alienigenæ & exteri aliorum monasteriorum Monachi fideicommissariâ substitutione essent substituti; quod si vt collaterales haberent, per tradita, *in resol. q. 6. c. 2. ubi omnino vid.* Sed venirent ij, qui respectu horum incolatum in isthoc Monasterio institutorum haberentur tanquam descendentes originarii & incolæ. *arg. L. cum ita §. in fideicommisso, & notat. ibi à Cuman. ff de legat. 2. num. 139.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. q. 850. n. 5.* Menoch. 4. *præsumpt. 84. n. 2.* 29

F. Romanus *in aula anchora n. 112. & allegat.* 93. 94. 95. 96. 97. ait, *malæ sunt hæ legum allegationes, quandoquidem nihil de personis Ecclesiasticis disponunt; Sed solum loquuntur, de descendentibus testatoris per generationem carnalem procreatis,* l. cum acutissimi, de fidei commiss. l. ex facto §. vlt. ff. ad Trebell. *ubi Dd. communiter. Socin. senior* consil 2. n. 1. & consil. 249. n. 12. vol. 2. & *familia domestica, in qua sunt vxor, filii, filiæ, servi, gener, nurus, & quorum nihil in ordine seu familia religiosa reperitur. ac proinde nullum hinc argumentum aut comparatio ad Monachos & Monasteria trahi potest (quis enim unquam vidit in bonis Ecclesiasticis & Monasteriorum hoc genus successorum) cum à diversis non fiat illatio.* 27 ***Commenta Hayana.***

Rota, decis. 179. n. 1. *apud* Coccin. *Neque leges istiusmodi civiles rebus aut personis Ecclesiasticis rectè, teste ipsemet Eugenio Lavanda* in astri notis verb. Theodosii & Valentini Impp. sub initium *adaptantur, præsertim cum non obscure insinuet. Monachos tantum collaterales, Iesuitas autem immissos tanquam descendentes & eiusdem stemmatis in monasteriis restituendis haberi.* 28

Menochius citatus & alii expresse loquuntur de familia testatoris & descendentibus à testatore, sed hæc. quid ad Monasteria destituta? quis Monachorum Abbatum aut fundatorum testamentum aut fundationes condidit pro suis descendentibus, vt istis hodie Monasteria debeantur? quis vnquam somniavit, Religiosum Ordinis sibimetipsi collateralem, aut successorem aut substitutum esse? Et Menochius quidem n. 5. ibidem *à tali familia, de qua loquuntur ibi leges & Dd. disertis verbis Monachos & alios religiosos excludunt. Igitur ineptæ sunt horum Dd. & legum allegationes.* Hæc hactenus. 19

Verum quæ per analogiam proportionis, quam dictio *(tanquam)* arguebat per notata Barbosæ *in dict. tanquam*, in sensu *analogico* à me adducebantur; F. Romanus in sensu *univoco* fallaciter accipit, argumentaturq; An non licet mihi in sensu *analogico* & *accomodatitio* de fidei commisso familiæ argu- 30. ***Discutiuntur. Doctrina de fidei-***

 men-

commisso analogicè huic materia accommodatur.

mentari quod ipse F.*Romanus* licitum sibi esse asseruit *in aula anchor.sub n.*112. *p.*94.*col.*1.*in fin.*? Et *quæ nos*, inquiens, *in astro de fideicommisso familiæ diximus, non sunt utique in sensu legistico, sed* accommodatitio *intelligenda*, & prius in astro *q.*1.*sub n.*16.*p.*37.col.1.sub fin. *vnde videas*, inquit, *rē hanc* (*substitutionis & successionis Monachorum*) *habere quandam* similitudinem *cum patrimoniis & hæreditatibus in jure civili positis & ordinatis, in quibus primo loco succedunt parenti V.G. descendentes, his deficientibus ascendentes vel collaterales propinquiores alii, & alii, ita ut à proximioribus in gradu remotiores semper excludantur.* En

31\. fundamentum assertionis meæ ex ipso F. Romano deductum. Quin idem *in asbesto suo sub.n.*56.§.*simile quid est*, hunc totum suum priorem sub *d.n.*112. & *allegat.*93.& *seqq.* discursum evertit, quando ab Emphyteuta, vasallo, de quibus leges civiles & Dd. agebant, argumentum ad monasteria, non obstante, quod in his non detur carnalis generatio. *per analogiam quandam proportionis* ibidem adducit; quamvis in applicatione nonnihil exerret. *simile*

32\. *quid est*, inquiens, *in monasteriis; sicut enim Emphyteuta & vasallus acquirens suas habent generationes sanguinis carnales*; Sic Fundatores Religiosorum Ordinū *suas habent* generationes spirituales *de quarum singulis meritò dici possit* (psalm. 23) *hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.* Et (psalm.111.) *generatio rectorū benedicetur*; continentq; *totā familiam ab uno pa-*

*In asbesto. sub n.*56.

33\. *tre spirituali ceu stipite prognatā. Talis est generatio seu familia* S. Benedicti, *quæ tamdiu durabit, quamdiu Deo visum fuerit. Quapropter finito per mortem uno alterove collegio Ordinis particulari non finitur hæc generatio, quæ totam adhuc implet Europam longe lateque diffusa, quam ego velim intra muros unius Monasterii nimis angusto sinu coarctari; tamen per accidens finita generatione seu toto Ordine extincto, pariter finiuntur & extinguuntur omnia illius collegia particularia* 1. *quia sic finita generatione seu Ordine finiuntur pacta & conventiones inter fundatores & Ordinē inita. nam tota periodus sive tota complexio Ordinis mortuis omnibus de collegio Ordinis esse desinit, desinuntq; pacta deficiētibus paciscentibus, & bona recidunt in sinum Ecclesiæ universalis, aliis religiosis, qui defunctorum institutioni sint in regula vel observantia proximiores, attribuenda. Dd.* in cap. inter quatuor. de relig. dom. *Concil.Triden.* sess.25. de reform. cap.8. Altera ratio, quam ibidem or-

34\. dine sēper inverso subjicit F. Romanus in resolutione *q.*3. pertractabitur.

Iterum *in asbesto sub n* 57. dicit in §. *sic se res habet*, inquiens, *in monasteriis, quantumvis enim qualibet similitudo gaudeat privilegio claudicationis, tamen vel, ipso me teste personarum successiones utriusq; inter se collatæ magnam habent affinitatem, &* pari passu *ambulant in bonis feudalibus & monasterialibus, ut quod ibi sunt descendentes Sanguinis, hoc sint hic* successores *Ordinis, non ut omnes ac singuli sanguinis aut Ordinis sint de facto vasalli vel Abbates in hoc feudo vel Monasterio sed ut aliquis vel aliqui de stirpe vel Ordine religioso semper feudum aut Mona-*

NB.

35\. *sterium investiti possideant, eisq; deficientibus alii de stirpe vel Ordine* succedāt. *Et quia authorum sanguinis aut Ordinis intuitu talia feuda vel monasteria posteris concessa*

concessa & fundata sunt, ideo nec feuda aperta nec monasteria extincta censentur, quamdiu de illo Sanguine vel Ordine superstes quis inveniri potest, cui conferantur, adeoq; mortuis omnibus de linea unius filiorum Andreæ vel unius Collegii Monastici particularis, bona feudalia vel monastica non fiunt bona aperta aut vacantia, sed intra certum ab vtroque jure, respective determinatum tempus necessario aliis, qui de eodem sanguine vel Ordine supersint, vtpote habentibus jus in re acquisitum ex 36
prima investitura vel fundatione conferri debent. &c. Eadem repetit *allegat.* 129. de qua *in Resol. q.* 5. *Astri Ecip. c. 2. sub §.* 5. videbitur.

Præterea *in Assertion.* 13. *& sub allegat.* 98. *vsque ad n.* 106. *n.* 1. *in fine* dicit 37
vocationem seu designationem certorum monachorum non Episcopo, sed fundatori tribuendam esse; cũ fundatoris iudicium hac in re magis sit sequendum, eique merito deferendum qui sic dilexit Ecclesiam. vt ei sua liberaliter conferret, quibus alioquin careret, gloss. in c postulasti. de jure patron. ante fin. *Hæc ipse F. Romanus.*

Ex quibus patet, quod ipse F. Romanus existimet, *licet erroneè*, designationem horum & illorum exterorum monachorum in hujus loci monasterio destituto successurorum tribuendam esse fundatoris dispositioni. *deinde* monachis ex fundatoris dispositione tanquã ex fideicommisso familiæ vocatis atque ex eo bona monasteriorum demortuorum reliquis monachis tanquam membris Ordinis deberi. Vnde quando ego hoc F. Romani assertum & fundamentũ contra ipsum retorqueo, quis est, qui istud mihi licere 38
est negaturus? An non quod quisq; juris in alium statuit, ipse eodem jure uti debebit? aut non debebit idẽ jus sibi dici, quod ipse aliis dixit? Contrariaturum id foret *& l.* 2 *ff. quod quisq; jur.* Cum jus idem in sua quoq; persona quis pati debeat, quod ipse in alterius persona æquum esse credit, *ibid.* ac jus idem quod aliis quis statuit & tenuit, servare contra se debet, sive quis illo fuerit usus sive non glo. *in d. l.* 2. *verba statuerit*, Consequenter cum F. Romanus ex fidei commisso familiæ contra nos argumentatus fuerit, illud nos 39
idem contra ipsum retorquere poterimus, ostendereque *ex analogia proportionis* aliis monachis exteris nullum in Monasterii Originarii emortui ab exteris independentis bona jus esse, vel competere; tum quod ad illa bona fideicommisso familiæ huius loci relicta, vocati fuerint in hoc loco professi, ipsorumq; spirituales filii & posteri professuri, per cuiusmodi professionem in huius loci Monasterio Abbati &c. factam, jus in eadem bona acquirunt, ut ex Dd. in *c. in præsentia, de probat* supra notavimus; tum quod in Ordine S. Benedicti monasterium uniuscuiusq; adeoq; & huius loci per se corpus constituat Anton. de Butr. *in d. c. in præsentia, & al. superius notat.* atque hoc ipsum monasterium sit ad fideicommissum familiæ huius loci vocatum; ut proinde non veniat aliud monasterium nisi illud etiam in fideicommisso expressum fuerit, per not. Dd. *in d. l. cum ita § in fideicommisso ff. de legat.* 2.

Neq; obstat, *quod multa monasteria in aliqua unione inveniantur*; quia cum 40
nihilo-

nihilominus unumquodque Monasterium vivat sub sua regula ac proprio Abbate vel Priore, ideo non poterunt omnia Monasteria dici esse per omnia *unum corpus*. Pacian. *lib. 1. de probat. c 74. n. 53. 54.* Facit *c. cum singula §. prohibemus, de præb. in 6.* tum quod collegium ipsum huic loco obligetur, & conjunctio quædam spiritualis inter collegium ipsum & hujus loci Ecclesiam ineatur, prout notat Franciscus Monaldus *cōsil. 29. n. 11. 12. vol 2.* Cujusmodi *conjunctionem* cum aliis aliorum locorum Monasteriis initam esse, ex adversum doceri non potest, ut proinde ipsi alii aliorum locorum Monachi tanquam extranei ipsorumque Monasteria seu conventus ad *fideicommissum familiæ hujus loci* vocati non intelligantur, per notata DD. *supra à me in. §. 3 & 4.* allegatorum *analogicè* accepta.

41. Vnde relinquitur, quod bene argumentum à fideicommisso familiæ per *carnalem generationem* descendentis, ad *fideicommissum familiæ* per *spiritualem generationem* procreandæ teste ipsomet F. Romano *in Anchor. d. n. 111. & n. 57.* ac quidem à proportione juxta tradita Petri Andreæ Gammari *topicor. lib. 2. in loco à proportione*, à me adductum, indeque ostensum fuerit, quod ad fideicommissum familiæ hujus loci illi vocati censeantur, qui à primis directò ibidem institutis incolis vel originariis *per generationem spiritualem* procreati hoc in monasterio sunt professi, adeoque cum neque totus Ordo S. Benedicti, neque cæteri aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachi alienigenæ vel exteri, à primis directò ibidem institutis incolis vel originariis per *generationem spiritualem* sint procreati, neque in eodem loco professi, sequitur, quod ad fideicommissum familiæ hujus loci non sint vocati.

42. Nec nobis contradicit *Eugenius Lavanda*; quia duntaxat impugnat F. Romanum qui nudè & crudè inter sententias quorundā Sanctorum Patrum aliorumque pro antiquarum fundationum conservatione afferebat *Rescriptum Theodosii & Valentiani* Imperatorum *in l per hanc jubemus C. de his qui ante apert. tab.* quasi ipsa lex secundum se ius antiquorum Ordinum prosequeretur, quod tamen secus se habere optimè Eugenius Lauand. *cit. loco* ostendit; ipse autem velut contrarius nostræ argumentationi ab *analogia proportionis* deductæ haud vnquam ostendi poterit, ideoque frustra eius contra me patrocinium F. Romanus imploravit.

43. Et licet ipsa fideicommissa familiæ carnalis & spiritualis generationis *secundum rem ipsam* præcisè considerata sint diversa, non tamen secundum *habitudinem & proportionem*. Nam apud Gammar. *supra cit. loco* definitur *proportio esse rerum differentium eadem habitudo*, ut vel hinc fallaciam accidentis in F Romano notare liceat.

44. Porrò si leges civiles rebus aut personis Ecclesiasticis non rectè adaptantur, quare igitur F. Romanus *& supra cit. L. Theodosii & Valentin. Imperatorum* inter sententias aliasque leges affatim in aulæ propylæo & passim in libro

libro suo adducit; *Si ad res* aut personas Ecclesiasticas non recte adaptantur? Ita misellus Frater vbique contra se ipse loquitur & clamat.

Quin leges civiles subinde ad decisionẽ causarum Ecclesiasticarum, ubi sacris canonibus non contrariantur, vel etiã casus expresse in jure canonico nõ est decisus, rectè allegari soleant, nemo inficias ibit, *qui c. 1. de nov oper. nunciat*. legerit, ubi habetur, *quia verò sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum, Principum Constitutionibus adjuvantur*. Et vide Alber. Ros. *in diction. suo. verb. lex. in addit. lex civilis generalis*. Felin. *in c. Ecclesia S. Maria n. 37. & seqq de Constit.* ubi citatur hoc ipsum *c. 1. de nov. oper nunc. c. si in adjutorium* 10. *distinct. c. quoniam c. de capitulis c. quis autem* ibid. Fransc. Cosc Decanus Senensis *in c. 1. adquisitum* 7. *n.* 3. *de const.* ubi trad t quod *quando est casus, in quo canones non disponunt*, *tunc in utroque foro sint observandæ leges, &* vicissim *quando leges non disponunt*, *tunc in vtroque foro canones sint observandi*. Nam tali casu unum jus alteri subsidio venit, non verò contravenit, *vt in dict. c 1 de nov. oper. nunc.* est constitutum; Quod velim à F. Romano diligenter notari. 45

Neque etiam universim verum est, quod Dd. à me citati non loquantur *de rebus Ecclesiasticis*, Cum Raphael Cuman. *in cit. L. cum ita §. in fideicommisso n. 4. in fin.* expresse agat de Emphyteusi Ecclesiastica. Hæc fortè ad bona Ecclesiastica non spectabit? 46

Porrò quod monachi aliorum monasteriorum, qui per *spiritualem generationem* à monachis hujus loci non sunt generati, nec eorundem filii spirituales, habeant se ut fratres *& velut collaterales*, non est qui negabit, qui omnes vel à S. Benedicto vel ab aliquo alio posteriori spiritualiter procreatos filios consideraverit, ut mirum sit, qua ratione tam præfractè id F. Romanus negare audeat. 47

Quod autẽ ego nostros Societatis Iesu religiosos in monasteria emortua à superioribus immissos tanquã à primis institutis monachis descendentes eiusdemq; stemmatis ac familiæ & Ordinis asserere à F. Romano dicor, in eo valde parcit veritati, neque vnquam hoc ipsum ostendet. 48

Deniq, Menochii aliorumq; Dd. disturbato ordine à F. Romano citatorũ doctrina non *univocè* sed *analogice* à nobis non minus, quã à F. Romano quoad ipsum fideicommissum familiæ accipiebatur; ut proinde F. Romanus ineptiat, quando proponit, quasi hic de generatione carnis & sanguinis *univocè* accepta ageretur, à qua propterea monachi aliique religiosi per Menoch. *d. loc. n. 5.* excludi perhibeantur quod *familiam* propagare non possint, quæ omnia cum extra orbitam & sine ullo ordine à F. Romano afferantur, nos prosequi voluimus, ut videret benevolus lector, nihil à nobis quod ipse attigerit, omitti, è contra ab ipso nihil ad nostra fundamenta responsum esse, sed ea ipsa in sua integritate perseverare. 49

§. V.

Exteri eiusdem Ordinis Monachi aliis mortuis non succedunt, ut collegatarii.

50 Progrediebar *ad tertium antecedentis membrum*, quod nimirum exteri aliorum Manasteriorum *Monachi non sint huius loci mortuorum Monachorum originariorum* vel incolarum collegatarii, quia iis nec *conjunctim* nec *disjunctim* eadē res est legata. Non *conjunctim* verbis nec re, prout alias requireretur. §. *si eadem res & ibi Dd. not. Inst. de legat.* quod verbis sint conjuncti, non ostenditur ex fundationum literis; quodque re non sint conjuncti, loquitur ipsa experientia, cum bona habeant discreta &c. quæ fusius *in Eclipsi* prosequor.

§. VI.

Neque hic datur Legatum familiæ.

51 Occurrebam tacitæ obiectioni, si fortè ab aliquo moueretur, quasi hic esset *legatum familiæ*, ideoque reliqui ex Ordine tanquam ex *familia* ius ad illud sibi quæsi vissent, *Respondebam*, antecedenti dicta de fidei commisso familiæ proportionaliter adaptanda esse, per not. Grassi §. *legatum. q.* 41. Deinde legatum illud *simpliciter* factum, similiter intelligendum esse de his qui *sunt in domo testatoris*, non verò de aliis, per not. Mantic. *lib. 8. coniect ult. vol. tit.* 12. *n.* 5. 11. 12. *& seqq.* adeoque ex *analogia proportionis* si quid familiæ S.

52 Benedicti relictum sit, intelligendum in *loco domicilii, testatoris*, vel aliquo alio certo loco ab eodem testatore designato, seu originariis Monachis; non autem alienigenis relinqui *per c. hortamur*, 71. *dist.* Didac. Spino *in spec. testam glos.* 3 *principali. n.* 32. *& seqq.* Cum literæ fundationum doceant, e-

53 jusmodi legata pro fratribus sub regula S. Benedicti *eo in loco* procurandis vel famulantibus facta fuisse, ut videre licebat apud F. Romanum *q.* 1. *n.* 58. ibi ait, *idipsum loquuntur literæ fundationum. Nobis occurrit diploma Henrici IV. Imperatoris apud Mart. Mager.* c. 9. de Advoc. arm. n. 624. & 625. *asserentis, quod Comes Adelbertus Monasterium Hirsaugiense restaurauit pro fratribus sub Regula S. Benedicti* ibi *procurandis*. Addebam Ego, similes literas apud D. Ægidium Gelenium *in S. Engelberto* reperiri, ubi Wichmannus Comes *Eltinensis Abbatiæ fundator* Ludgardi filiæ suæ cæterisque virginibus Deo *Eo in loco Famulantibus* bona legavit, quas literas dedit Otto I. Imperator Anno 968. *Ind. x1. Anno eius regni* 33. *Imperii* 7. & sic de cæteris.

54 Ex quibus sequitur, quod *fundationes testata* pro monachis & monialibus Benedictinis huius loci & non aliorum locorum, multo minus *pro toto Ordine S. Benedicti* (prout sine literis, documentis & testibus, imò contra definitionem Apostolicam Alexandri VI. *accepimus*, *datam* 1497. *vltimo*

Septem-

Septembris infra *in resolutione quæst.* 6. afferendam afferebat F. Romanus) fuerint factæ, adeoque aliorum Monasteriorum Monachi exteri etiam eiusdem Ordinis ex eiusmodi fundationibus testatis in emortuorum originariorum vel incolarum monasteriorum bona jus nullum acquisiverint; quam responsionem adeo firmam agnovit F. Romanus, ut ne hiscere quidem contra eandem fuerit ausus.

§. VII.

Ostenditur aliis exteris superstitibus nec ex fundatione intestata vel donatione ullum jus in d. Monasteria Conventu destituta competere.

Ostendebam, quod ex aliis Monasteriis Monachi alienigenæ vel exteri nec ex *fundatione intestata* ullum ius obtendere possent. Esset enim *donatio* 55 vel inter vivos vel mortis causa. At non ostenditur aliqua *donatio inter vivos* esse; quæ est actus, quo quis rem aliàs suam nullo jure cogente licite in alium transfert, vt sit eius propria Host. *in summ. decret. tit. de donat n.1. ex l. donationes.1. l. donari 29. ff. de donat. l. donari ff. de R. I* Ille verò actus est vel *stipulatio* aut *promissio* proprie dicta ex liberalitate promittentis profecta cum intentione se ex iustitia obligandi alteri, seu est pactum vestitum *jur. Novell. 162. c. 1.* de re liberaliter in usum alium transferenda, Laym. *lib 3. Theol. moral. Tractat. 4. c 12. n. 1.* Less. *lib. 2. de iust. c.* 18. *dub.* 2. Azor. *tom.* 3. *inst. moral. lib. 11. de donat. c. 1.* Treutl. *vol 2. disp. 14. thesi. 1. &. thesi 7. ibique* Bacch. vel est *realis datio* doni gratuiti §. *per traditionem Inst. de rer. divisi.* Treutl. & Bacch. *d. loc.* Hinc & *Theologis duplex* est donatio, altera *verbalis* & imperfecta, quæ incipit à promissione, quo etiam revocatur, ut si quis dicat, dono tibi equum meum vel donatus sit tibi equus meus, qui tamen est absens, Less. Lay. & Bacch. *d. loc.* qui *ibid.* dicit hanc *metonymice* dici donationem: *Altera realis* & perfecta, in qua res, quæ donatur etiam actu traditur, ut statim fiat accipientis, Less. Lay. & Bacch. *cit. loc.* Ex *posteriori* juxta *d. §. per traditionem*, non verò *ex priori donatione* transfertur Dominium ipsum, eo quod non pactis, sed traditionibus Dominia rerũ transferuntur *l. traditionibus 20. C. de pact.* nascitur tamen ex priori obligatio ad rem donatario tradendam, ideoq; condictio *ex lege Novell 162. c. 1.* ad eam petendam datur. Laym. & Bacch. *cit. loc.* VVesemb. *paratit. ff. de donat. n. 7.* 56

Huiusmodi vero *donatio* bonorũ temporaliũ si sit facta Ecclesiæ, potest 57 *dupliciter* fieri, *primò*, ut res ipsæ laicales planè seu ex toto nihil sibi per donantem reservato incorporentur Ecclesiæ; & tunc censentur puræ Ecclesiasticæ, ut de iis perinde ac propriis Ecclesiasticis judicetur *c. dilectus fil. us. il. 3. de prab. secundò* ut non in totum incorporentur Ecclesiæ, sed concedantur v. c. in feudũ, reservato sibi dominio directo; tunc non censentur purè Ecclesiasticæ, ac ratione illarum aliquis jurisdictioni temporali subjacet, Vid. Petr. Foller. *consil. 77. n. 2. 3. tom. 2. apud Zilett.*

58. Quod si etiam fiat *donatio* vel concessio Ecclesiæ, poterit ea fieri vel *in titulum*, & tunc necesse est, ut interveniat Canonica institutio, investitura atque introductio in possessionem; vel poterit fieri *in proprietatem*, per unionem vel etiam per assignationem fructuum eiusdem Ecclesiæ, de qua *c. pastoralis de his quæ fiunt à prælato. c. pastoralis de privil.* Vid. Monet. *de commut. ult. vol. c. 12. q. 1. n. 25. Clem. si una, de reb. Eccles. non al. c. consultationibus de donat.* Paul. de Elcaz. *in rep. cap. nullus n.* 18. *de Electi. per tot. tit. x. de instit.*

59. Atqui donationem bonorum temporalium vel etiam concessionem Ecclesiæ, aliis aliorum locorum Monachis alienigenis vel exteris totiq; Ordini S. Benedicti factam, à F. Romano nec ostensum est, nec vnquam ostendi poterit, prout ostendere tenebatur ex *L. cum de indebito 25. in princ. verb. qui enim fecit ff. de probat.* Cũ experientia ipsa contrariũ ostendat, quod huius & non alterius loci monachis professis & *promißio & traditio* bonorum, tũ *concessio* institutioq; in Ecclesiã fuerit facta, ideoq; ex illa donatione alios aliorũ monasteriorum Monachos exteros eiusdem Ordinis vel etiam totũ Ordinem jus sibi in d. huius monasterii bona acquisivisse, nec ostensum

60. est, nec ostendi poterit; quamvis F. Romanus de hac donatione non loquatur, sed ubique *in Astrosuo & inter alia tota fere q. 2. n. 17. q. 3. n. 5. §. quocirca, & al. bi.* ultimas testatorum voluntates exclamet, quas erroneè putat violari, si monasteria emortua aliis alterius Ordinis religiosis conferantur, de quibus *in resolutione q 6.* videbitur.

61. Deinde pro aliis aliorum locorum monachis alienigenis vel exteris aut toto eorum Ordine adduci non poterit ulla *donatio mortis causa*, quin iisdẽ, quibus institutio, substitutio, fidei commissum, legatum fuere expugnata, argumentis conficiatur. Schneid. *in pr. inst. de donat. & tot. tit. ff. de don. mortis caus. §. in quibus conveniunt & differunt legatum & donatio mortis causa n. 24.*

62. Accedit, quod Dominium in donatione mortis causa statim à die mortis donatoris ipso jure absq; traditione in donatarium transeat *l. 1. in fin. junct. l. seq. ff. de public. Atqui* notorium est notorietate facti, quod dominium rerum mortis causa donatarum à morte donantis non in alios aliorum locorum monachos aut totum eorum Ordinem, sed in huius donatoris locum professos monachos transierit, Igitur &c. Consequenter nec ex *fundatione testata* vel *intestata* illi alii aliorum locorum monachi exteri in bona huius monasterii V. C. nunc emortui ullum jus acquisiverunt.

§. VIII.

Illatio ex prioribus contra F. Romanum.

63. Deniq; subijciebã, quod illi alii aliorũ monasteriorũ monachi alienigenæ vel exteri, consequenter congregatio aliqua Provincialis, vel etiam totus eorum Ordo ex nulla lege, Canone ostendere possit, quod in monasteriorũ emor-

emortuorum bona ullum jus acceperit, ut ex canonum & jurium allegatorum solutione patebit. Vnde etiam sibi nullum jus in eadem arrogare possint.

RESOLVTIO
CAPITIS III.

In quo F. Romani Argumenta supra c. 1. proposita solvebantur.

§. I.

Solvitur argumentum 1. F. Romani ex fundatione testata petitum, ubi de causa fundationis finali agitur.

INitiò negabam *generatim* F. Romani assumptum, quod Ordini ex parte subjecti vel tituli ullum jus seu spes juridica in emortuorum monasteriorum bona competeret, hic vero de Ordine bonorum capace & quidem præcipue de Ordine S. Benedicti etiam agimus. Nam de unione seu congregatione Provinciali mecum consentit F. Romanus, quod illi nulla sit facta fundatio, ideo de ea nunc tacebo. 1.

Similiter ejusdem *assumpti probationem primam*, quasi aliis aliorum monasteriorum monachis seu TOTI eorundem Ordini ex *fundatione testata* jus in bona hujus monasterii emortui competeret, negabam, quod nec institutionis nec substitutionis aut aliquo alio titulo ad emortuorum monasteriorum bona vocentur, sicuti nec Canonici aliarum Ecclesiarum ad bona hujus Ecclesiæ Collegiatæ emortuæ & vacantis, licet ejusdem diæcesis & urbis ullatenus à fundatoribus vocati censentur, quod Canonici suis Ecclesiis obligentur, Francisc. Monald. *cons. 29. n. 11. 12. vol* 2. 2.

Præterea notabam ea, quæ F. Romanus, *primæ probationi* junxerat & *in hoc to allegat.* 317. *& allegat.* 453. ad nauseam duntaxat repetit, nihil contra nostra allata principia facere, sed solum petere fundationis *rationem formalem* aut *finalem* proxime moventem, uti patet ex membrorum à F. Romano allegatorum oppositione, licet alias videatur etiam innui causa finalis non tam movens, quàm impulsiva fundationis primæ, sub qua primi religiosi, qui hunc obtinuere locum à fundatoribus sint instituti, nos, ne quicquam istiusmodi omittatur, singulas rationes persequemur. 3.

Negabat F. Romanus, fundationem & donationem factam fuisse sub hac ratione, nim. *intuitu stemmatis personarum in individuo* vel *natalium ipsorum* monachorum; Ad quam ego *Respondi*, ipsius negationem in multis falsam esse; quia complures fundationes à principibus, Comitibus *intuitu liberorum* suorum factæ legerentur, ut patet ex fundationibus 4.

Gerenrodensi in sylva Hercinia *à Gerone* Comite intuitu *filiæ suæ Hadvidis*, de qua Dithmarus Mersburgensis Episcopus *in Chronici sui lib. 2.* deinde *Eltinensi* diæcesis Coloniensis ad Rhenum à Wichmanno *Comite* respectu filiæ suæ *Ludgardis*, &c. *Heslingensi* nunc *Zevensi* diæcesis Bremensis ab Heddone Comite respectu Filiæ suæ *VVendilgerdis*; *Hervordiensi* Westphalæ; *Quedlinburgensi &c.* factis; cui nostræ responsioni Iuris-Consulti Dilingani *in Compositione Pacis c. 7 q 51 n. 29.* subscriberent.

5 Unde colligitur, F. Romanum *Falli* quando negat fundationes factas esse *intuitu illustrium personarum*; Cum ejus contrarium quotidianus usus comprobaret.

6 F. Romanus *allegat.* 317. ait, *at ubi quæso aliter quàm de fundationibus monasteriorum verba feci. De monasteriis solum mihi sermo fuit, quorum nullum intuitu stemmatis personarum nobilium fundatum esse legere se dicit meminisse*; *Redibit hac de re fusior mentio allegat.* 453. *ubi igitur quærit, se negasse Ecclesiarum V. G. aliquarum Cathedralium vel Canonissarum facta esse vel fieri posse intuitu illustrium personarum Deo tamen, non mundo servientium?*

Commenta Hayana.

7 Et in *allegat.* 453. verbosus F. Romanus refert *se quæsivisse, quod ex parte introducti Abbatis & conventus fundatorum moverit, seu quis fuerit ipsius* finis cui, *ut in hos potius quàm in alios rerum suarum Dominium transtulerit, & respondérit ipse, fuisse certam illam qualitatem* regularitatis *& instituti seu talem ac talem monachatum aut professionem. At contra ego hoc in multis falsum esse ajam.*

8 *Nam multa monasteria fundata sunt Intuitu* (id est, *extrinseco interventu seu intercessione*) *filiarum Hadwigis, Ludgardis & VVendilgerdis, Ergo secundum me fundator in personis introductis, sæpius non habuit intuitum seu considerationem Abbatis & conventus, cujus fuerint Ordinis aut instituti.*

9 *Cum tamen ipsius F. Romani assertioni non contrarietur, quod ad instantiam filiæ Princeps fundarit Monasterium Ordini S. Benedicti, itaque filia fuerit causa impulsiva, Ordo S. Benedicti* Finalis, *Vid. Dyn.* in reg. jur. decet, *& sic utriusque intuitu fit fundatio, unde ego male asseram, quasi interventum filiarum F. Romanus à fundatoribus excluserit, vel intuitus Ordinis religiosi non fuerit semper causa finalis in fundatore. Quin, etiãsi filia fundatoris ipsamet intraverit hujusmodi monasterium, & ad ipsius preces pater illud multis bonis dotaverit (quod sæpe factum legimus) tamen illorum Dominium non transtulit in filiam, utpote per votum paupertatis, Dominii singula iter incapacem sed nec adæquatum finis cui, filia f. it, alias ipsâ mortuâ bona non pertinuissent ad monasterium. Cum proinde fundator dominium bonorum illorum non in filiam sed in gratiam impellentis filiæ in sanctimoniales transtulerit, quæ mihi Ordinis ejusdem institutum complexa Deo fideliter ac devote juxta suam regulam servivérint, certum est talis Ordinis moniales sive collegium monialium* adæquatum finem cui *fuisse, sicq; intuitu* solius Ordinis religiosi *veluti* finis cui *monasterium esse fundatum.*

10

Tum

Tum non abnuit F. Romanus, *posse fieri fundationes Ecclesiasticas intuitu illustrium personarum*, id est, ut *solum illustres personæ ibi recipiantur & sustententur, non tamen quatenus solæ illustres, sed quatenus ex illustribus personis in clerum ascitæ. quamvis non satis appareat, in quanam Ecclesia Collegiata vel Cathedrali per universam Germaniam ejusmodi fundatio pro solùm illustribus personis facta fuerit, cum & nobilissimus Episcopatus Argentinensis, ut patet ex* c. Venerabilis 37. de 11
præb. & dign. *contra ignobiles summo Pontifici non fundationem sed solam consuetudinem objecerit. Nec ab aliis Cathedralibus facilè, imò nec ab ipsa Ecclesia Romana ulla consuetudine minus fundatione à piscatore deducta non illustres genere excludantur.* 12

Verumhis ad d. allegat. 317. *rem ssu, sermo solummodo hic est de monasteriis, in quæ inductis Abbate cum conventu regulari quærebatur, cur talis instituti homines introduxerit & non alios? Respondit, id factum intuitu finali ipsius Ordinis & instituti sive jam Abbas & Conventuales fuerint genere illustres aut non illustres, sive nobiles fuerint sive ignobiles; originem stirpis & sanguinis attentam non fuisse, sed regulæ observantiam.* 13

Neque inveniam ego monasterium, quod pro solis genere nobilibus, nedum illustribus personis fuerit extructum & fundatum; cum nec ipsa Abbatia Fuldensis Germaniæ Galliæq. Primas à S. Bonifacio vel S. Sturmio fuerit fundata, ibique, non nobiles fuisse, loquantur lapides & Epitaphia, & regula S. Benedicti, c. 2. *vetet in monasteriis nobiles præponi ignobilibus.* 14

Adeoque esto possint aliqua intuitu solum illustrium personarum finaliter fundari, (de quotidiano usu meo non constat) nihil hoc ad monasteria, de quibus ipsi solum sermo. Nec dissentire ait ab ipso ICtos Dilinganos, tract. compos. pacis c. 7. q. 51. n. 29. *dum dicunt, majores Confessionistarum etiam eam ob causam Ecclesias & monasteria fundasse, ut ex numerosa Illustrissimarum aut nobilium familiarum prole aliqui Deo offerrentur. Verissima sunt hæc, &c.* 15

Idem ait, ista magis pro ipso quam pro me esse. Dicunt enim, Ecclesias & monasteria non pro solis illustribus & nobilibus, sed etiam pro illustribus & nobilibus fundata esse. *Hinc est. quod omnia monasteria patent honestis familiis, non solum non illustribus, sed etiam illustribus, non solum ignobilibus, sed etiam nobilibus,* ubi non est distinctio judæi & Græci; Sed idem Dominus omnium dives in omnes. 16

Vt verò omnis Scrupulus eximatur, affert ipse Patres Vniversales Ecclesiæ in Cōcilio Basileensi statuisse, ac universis & singulis Præsidentibus & Visitatoribus pro futuris Capitulis Provincialibus Nigrorum monachorū ubilibet deputatis & in futurum deputandis injunxisse, ut non attento prætextu cujuscunq. Privilegii, pacti, transactionis aut consuetudinis, quæ dicitur corruptela, reforment, si qui asserant ullum nonnisi nobilem recipere se posse, nobiles quidem cæteris paribus præferantur, & alii ab hoc non excludantur. Cujusmodi Bulla data Basileæ decimo Kal. Martii Anno à Nativitate Domini 1439. *quæ non legitur rejecta vel improbata, licet ipsum* 17

18 *ipsum Concilium in omnibus non sit receptum, Bulla verò illa mox eodem anno 1439. 26. Aprilis in Capitulo Provinciali decimo Ord. S. Benedicti Provinciæ Moguntinæ & diœcesis Bambergensis concorditer acceptata fuerit, ut habetur in illius Recessu apud Io Trithemium*, & in abbreviatura Recessuum Capitulariū impressâ Norinbergæ An. 1493. *in quo Concilio tunc comprehendebatur inter alia monasteria Fuldense, Campidonense, Hersfeldense, Elvacense, S. Galli, Augia divitis, VVeissenburgense, Einsidlense, &c.*

In sequenti Capitulo Provinciali quod ultimo Aprilis anno 1441. ibidem celebratum est, denuo recepta fuerit eadem Bulla, ut constat ex ejusdem Recessu. *deniq;* in Recessu duodecimi Capituli Provincialis habiti in monasterio S. Petri Erfordiæ 10. Maii Anno 1444. *quibus omnibus conformiter* in decimo sexto Capitulo Provinciali itidem Erfordiæ celebrato, anno. 1456 *similia Recessui in-*
19 *serta leguntur. Quin imò* in primo Capitulo *Provinciali* Constantiæ in monasterio Petri Domus An. 1417. congregato *hæc eadem conclusa fuere. quæ omnia cū toties proposita, injuncta & unanimiter citra contradictionē illius acceptata & approbata fuerint, ipsius sententia*, ut ipse putat. *solide confirmant, & vicissim meū fundamentum funditus evertunt, quia procul dubio illa monasteria reclamassent & contradixissent, si quæ pro solu nobilibus fundata esse constitisset, &c.*

Discutiuntur. Hactenus F. Romanus disertus sed extra Chorum & præter rem.

20 Nam ego non tantum de fundationibus *Cathedralium* Ecclesiarum & *Canonissarum* agebam; sed de monasteriis, quod illorum *quædam* essent pro Illustribus & nobilibus personis fundata; Itaque cessat *allegat.* 317.

Qui autem à F. Romano *in allegatione* 453 cōmissi sint errores, ex ordine deducam. Ex iis est *1.* quod asserat, me vocem *intuitu*, pro *extrinseco interventu* seu *interventione* accipere; Cum hoc nullo apice significarim; quin potius 2, vocem *intuitu* acceperim pro *cōtemplatione*, ut hoc in casu nostro sensus esset, nim. quod Gero, Wichmannus, Heddo aliiq; Comites *cōtemplatione* filiarū Hadvvigis, Ludgardis, Wendelgardis aliarumq; illustrium & nobilium personarū *appellativè sumptarum* de bonis suis Gerenrode, Elten, Hessingen piè dispoluerint. Quarum autē personarum *contemplatione* quid eit dispositum, venit attendendum. *l fideicommissa.* 11. § *interdum* 2 2. *ff. delegat.* 3, Gregor. xv. *decis. Rota* 544. *nu.* 4. F. Romanus *q. 1. Astr. n.* 60. quibus personis
21 deficientibus deficere solet ipsa dispositio. Dobbercin. *in repertor. juris verb. de contēplatione, ex* Deciano. *conf.* 1. *vol.* 3. *n* 36 *& seq* Dixi autē *contemplatione filiarum* aliarumq, illustrium personarum, non *nominibus propriis sed appellativis* factam esse dispositionem, ut esset realis descēdens ad alias similes personas; nec esset tantū *personalis*, quæ cū ipsis illis personis *nomine proprio* expressis extingueretur, per not. Alberic. de Rosat. *in dictionar. verb. nominibus*
22 *propriis in addit.* ubi notat, quod *nomen proprium* faciat *personalem*, nomen *appellativum* faciat dispositionem *realem*, nisi materia concerneret tantum personam; quia tunc non obstante dispositione *nominis appellativi* dispositio censeretur personalis, ut *not. in c. quando*, *& c. quoniam*

Nominis proprii & appellativi differentia.

Abbas

Abbas de offic. delegat. & ibi Abb *& L. quia ff de jurisd. om. jud. l. centesimũ de V. O.* Hîc autem materia non solùm concerneret hanc vel illam in individuo personam, ut proinde *nomine appellativo* dispositio facta ad successores etiã, sed similes trãseat. Nã *nomina appellativa* immutabilia esse dicũtur, quę non possint adaptari ad alia nomina prorsus diversa & extranea, nisi ratione consuetudinis alicujus loci possint ad alia nomina coaptari Daoyz *in Indice juris civil per* gloss. *in l. librorum 52. §. quod tamen ff de legat.* 3.

Quod autem ejusmodi Monasteria *Gerenrode*, *Heslinge*, addo nunc ego *Vilecam* ejusque filiale Cænobium Grevenrode, Gerresheim pro nobilibus; *Gandersheim, Quedlingburg, Essen, Elten &c.* pro illustribus, seu *contemplatione* illustrium personarum virginum, voto astrictarum & Deo famulantium sint fundata, patet ex earundem fundationum observantia subsecuta. Cum observantia subsequens declaret animum & actum praecedentem Rot. Rom. *decis. 77. num. 4. decis. 117. num. 4 decis. 129. n. 6 decis. 436 n. 1. apud Coccin. Rota decanum*; ipsemet F. Romanus *in Asbesto sub n* 13 maxime quando illa *observantia* subsequens est *uniformis*; hæc enim interpretatur *præcedentem dispositionem*, sive ea legis sit sive HOMINIS, Rot. Rom. *decis. 365. n. 5. & seq. in recentior apud Farinac.* hæcque observantia præsumitur subsecuta esse ex titulo præcedente Rot. Roman. *decis.* 128 *n. 8 decis. 242. n. 4 apud Coccin.* 23 24

Atqui ex subsecuta observantia & quidem uniformi patet, ut ab *illustribus* incipiamus, quod Monasterium *Gandersheim* à prima fundatione solæ illustres virgines ac fœminæ Deo sub regula S. Benedicti servientes obtinuerint. De quo ita Gaspar Bruschius *in Chronologia Monasteriorum Germaniæ centuria prima folio (mihi) 66.* 25 *Illustria Collegia Gãdersheim*

Gandersheimium magnificum & eximiè *opulentum* MONIALIUM EX AUGUSTA PRINCIPUM AC COMITUM STIRPE NATARUM *Collegium verius, quàm Cœnobium in ejusdem nominis Brunsuicensi quodam oppido situm, extrui & fundari cœptum est, Anno Domini* 842. *à Leodolpho vel Leutholpho magno Duce Saxonum, consecratum & donatum Anno Domini* 852. *à S. Alfrido quarto Hildesheimensium Episcopo, qui primas duas ejus loci Abbatissas designasse & velasse dicitur. Abbatissarum talem invenio etsi imperfectum catalogum.*

1. *D. Habundis constituitur Abbatissa prima anno 852. fuit Leutholphi fundatoris filia: præfuit annis* 18. *obiit anno salutis Christianæ* 870. 26

2. *D. Gerberga Saxoniæ Ducissa, Dominæ Habundis Germana soror, Eligitur anno* Christi 870. *præfuit annis* 13. *valedixit humanæ vitæ anno Domini* 883.

3. *D. Christina Leutholphi fundatoris tertia filia, Eligitur in tertiam Abbatissam Gandersheimensem, consecraturque ab Episcopo Hildesiano Wigeberto; obiit sub Episcopo Waldeberto.*

4. *D. Rodesvvinda & ipsa ducali stemmate nata; Eligitur ab Episcopo Waldeberto, decessit ex hac lachrymarum valle ad beatarum animarum conciliabulum anno Domini 606, fuit fœmina religiosissima &c.*

27 Similiter quod ab incunabulis fœminæ *illustres* hoc monasterium sint ingressæ, suumque institutum sub Regula Sancti Benedicti propagarint, testis est Browerus *in vitis Sanctorum Gothardi & Bernvvardi.* De eodem ita Trithemius *in Chronico Monasterii Hirsaugiensis* sub Anno 854. licet in quibusdam circumstantiis variet. His temporibus, *inquiens,* Bruno Dux Saxonum construxit Monasterium illud quondam celeberrimum in Saxonia, quod *Gandersheim* dicitur, in quo moniales secundum Regulam Divi Patris nostri Benedicti viventes posuit. Post eum filius ejus Dux Ludolphus, qui opus inceptum à genitore suo perfecit. *Prima* autem eiusdem Monasterii *Abbatissa* fuit *Hadmodis* ejusdem ducis Ludolphi Senior filia, quæ præfuit Christi virginibus annis duobus & viginti, in multa vitæ & conversationis sanctimonia; quâ mortuâ soror ejus nomine *Gerburgis* in Abbatia successit annis 14. Virgo & ipsa sanctissima, quæ multis effulsit in vita & post mortem clara virtutibus, quâ tandem & ipsa de medio sublatâ *tertia* Ducis Ludulphi filia in Abbatissam Electa fuit nomine *Christina,* quæ in Sancto virginitatis proposito religiosè conversando à sanctitate præcedentium sororum non recessit.

28 *Monasterium Brunteshausen.* Idem quoque *Ludolphus Dux* construxit & aliud monasterium Virginum in Saxonia dictum Brunteshusen & utriusque confirmationem à *Papa Nicolao* cum multis Sanctorum reliquiis obtinuit. Hæc *Trithem.* quamvis *ex vita Sancti Bernvvardi c.* 4. & *Chronico Eggehardi Vragensis Abbatis* constet, quod Monasterium Brunteshausen fuerit prius excitatum, in quo filiæ Ludulphi Ducis fuerint professæ, indeque quadriennio post cum conventu toto in Gandersheim *translata,* & natu maxima filia Abbatissa prima Præposita, Deinde singulis sup. recensitis Abbatissis non plures quàm à Bruschio numerati anni sint attribuendi, ut patet ex iisdem Chronicis Eggehardi Vragensis Abbatis ad Egbertum Corbeiensem Abbatem de Episcopis Hildesiensibus, quæ Browerus noster *ad vitam S Godehardi sub finem* retulit, ubi etiam videre licet.

29 *Quedlinburg.* Eadem omnino patent de Cœnobio *Quedlingburg* olim, anno 9?7. teste Joanne Bangen *in chron Thuring.* ab Henrico *Aucupe* Imperatore in D. Servatii honorem condito. Vid. Fabritium. *lib 2 origin Saxon pag.* (*mihi*) 124. in quo Imperatoris Henrici Aucupis *filia Mechthildis* primam egit *Antistitam.* teste Joanne Pomario *in chronico Saxonico* & ita consequentibus *quando desiit.* sæculis aliæ successere fœminæ Illustres, donec *Anna* Comitis ex Stolberg filia, Domna (ita enim in partibus Septentrionalibus, quæ monialibus præsunt, appellati solent) succederet, quæ à fide Catholica cum Conventu

suo

suo defecit circa annum *Domini* 1539. ut idem Joan. Pomarius *in Chronico Saxonico* auctor est.

30 *Hervordia* Monasterium illud nobile in honorem *B Virginis*,(ubi se visendam præbuerat) *Walgerus* Saxo ædificavit, in qua *Mechthildis* uxor Theodorici, qui Henrici Aucupis Imp. erat socer, Antistitam *egit*; Ex *manuscriptis Mechthildis* & *Walgeri vitis*, quod postmodum nobilissimæ Virgines insederunt, licet nunc à fide *Catholica* desciverint.

Hervordia Monasterii.

31 Tum ex cœnobio Monialium *Asnidiensi*, quod B. Alfridus IV. Hildesheimensis Episcopus in altera *sua curtium* ædificavit, Anno 815. in quo soror ejus *Gersueda* prima fuit loci Antistita circa annum *Christi* 878. teste D. Gelenio *in Historia S. Engelberti, lib.* 2 *in not. ad cap.* 1. ubi notat, *solas Regulorum filias adlectas esse*, licet eas *Canonissas* non rectè contra Eggehardum asserat, Cum cœnobium simile *Gandersheimio, Quedlenburgo* ex Privilegiis Ottonum Imperatorum pro *Eltinensi* cœnobio concessas, facile erat colligere. Hactenus de illustribus Monasteriis.

Asnidia.

32 Nunc si Monasteria nobilium monialium & Virginum consideremus, inter ea offert se *Villicense à Nobili Domino* Megengozo ejusque conjuge *Gerbirga* in proprio fundo Anno 987. fundatum, in quo prius filia *Adelheidis* prima Abbatissa aliæque Virgines nobiles inhabitarunt *voto* astrictæ ac Deo famulantes, tum postmodum *aliæ nobiles* subsecutæ, cui Otto III. Imperator eadem Privilegia, quæ monasteriis *Quedlinburg*, *Gandersheim & Assnite* erant donata, concessit; ex quibus virginibus in illo sub annum 1218. *Elisabetha* Abbatissa Monasterium *Greverode* nobilium itidem Virginum fundavit, ut ex *literis S. Engelberti apud D. Gelenium lib.* 3. *vita ejusdem S. Engelberti in not ad c.* 54. atque ex *manuscriptis ipsius loci* DOCUMENTIS mecum *communicatis* constat, jam tamē *Villicenses*, Canonissarum; *Virgines* autem *Greverodenses* nobiles *Ordinis Premonstratensis* vitam, etiamnum laudabiliter religiosam vivunt.

Nobilia Collegia 1. *Villicense.*

Greverode fundatio.

33

34 Ita & Eisenaci in Thuringia. (unde Lutherus infelix ille partus prodiit) *Adelheidis*, Ludovici Landgravii Thuringiæ & Lotharii Imperatoris generi filia Monasterium *S. Nicolai* anno 1140 ædificavit, fundavitque, quod ipsa intravit, cui sese Gynæceum nobilium Virginum *Regina Reinsvvigis* ex Anglia junxit, omnes professæ Virgines & *moniales* DEO sese in Ordine religioso consociarunt, translatis simul ex *monte Sancti Petri* prope Eisenacum *virginibus monialibus*, quibus istic Reinsvvigis Regina Angliæ pro refrigerio animæ Domini conjugis Regis quam in Thuringiæ loco *Horselenburg prope* Eisenacum ignibus piacularibus torqueri, & apparere intellexerat, monasterium excitarat, & ipsa regina *Reinsvvigis* vicina habitavit, *Eleemosynis*, *jejunio*, *orationi* vacans, curavitque, ubi animam torqueri acceperat, templum & pagum excitari, ut ibi *Sacro Sanctum missæ Sacrificium* pro defuncti Regis conjugis

Monasterium S. Nicolai Eisenaci.

Regina Reinssvvgis memor est defuncti mariti.

anima peragetet, qui locus hodie vocatur *Settelstet*, videatur Joannes Bangen. *in Chron. Thuring. ad annum Domini* 1140.

35 *Heerse, Gerrisheim.* Similia de aliis Parthenonibus *Heerse, Gerresheim* olim à *Gerrico* fundatum afferri possunt, ex quibus apparet, quod eos statim à *prima fundatione* virgines vel illustres vel nobiles incoluerint, uniformiterque continuarint. Unde ex ejusmodi subsecuta observantia, fundatorũ mens & intentio sufficienter fuit demonstrata, quam pluribus demonstrare non erit operæ precium, cum plura apud Historicos eorum extent exempla.

36 Hinc patet, quod ego non de *Catedralibus* Ecclesiis aut aliis *Canonissis*, sed *de monasteriis* pro illustribus ac nobilibus personis fundatis locutus fuerim, neque ego inde, prout perperam *F. Romanus* sub nomine meo assumpsit, sed longè aliter, nimirũ quod non omnia Monasteria sub regula S. Benedicti militantia, *sint pro toto Ordine Sancti Benedicti* fundata, ita concluserim.

37 *Quæcunque Monasteria sunt pro virginibus illustribus & nobilibus sub regula S. Benedicti fundata, non possunt dici pro viris, adeoque nec pro toto Ordine sub eadem regula esse fundata*, eò quod fœmininum nomen non concipiat masculinum glossa. *1. in L. si quis ita 16 de testament. tutel.* & glossa *1. in L. 1 ff. de V. S.* & glossa *quin filii in § fin. inst. de testam tut.* & indignum sit, viros nomine mulierum comprehendi, seu ut loquitur Daoyz *in indice juris civilis, verb fœmininum*, fœminino vocabulo etiam masculos comprehendi turpissimum est exemplo. *per l si ita scriptum 46. ff. de legat.* 1. Atqui *aliqua, imò complura dantur Monasteria pro Virginibus, & quidem illustribus vel nobilibus sub regula S. Benedicti fundata*, ut ostendunt supra recitata exempla *Igitur* &c.

38 NB. Ex quibus patet, quod fundationem ipsam *subsecuta observantia* declararit, à primis istic fundatoribus intentam fuisse illustrium vel nobiliũ, non autem aliarum Virginum, nedum virorum fundationem. Consequenter dantur aliqua, imò complura sub regula Sancti Benedicti militantia Monasteria, quæ non sunt pro toto Ordine Sancti Benedicti fundata. Hæc conclusio ex præmissis necessariò illata cum sit vera & F. Romani assertioni, nempe *quod omnia Monasteria sub regula Sancti Benedicti militantia sint pro toto & solo Ordine fundata, sicque finis fuerit semper à Fundatoribus intentus*, contradicat, sequitur hanc F. Romani assertionem esse falsam. Cum ex duabus contradictoriis, altera sit necessariò vera, & altera falsa.

39 Reliqua, quæ F. Romanus affert, nullius sunt momenti. Nam Dynus *in c decet, de R. I in 6.* non dicit, quod filia, cujus gratia pater Monasterium ædificat, ut ibi Deo famuletur, sit causa *impulsiva*. Cum hoc falsum ex circumstantiis appareat, & definitioni *causæ finalis* repugnet; attento maxime, quod parens *potius saluti filiæ*, quam *aliarum* velit consultum; ideoque filia non erit tantum causa *impulsiva*, & *remota*,

sed.

sed *finalis proxima* per not. Cantiunc. *in top in loc. à causa &* Thomæ Conani Ferrat. *in repet. proœm decreti n. 311. & seqq.* Beroi, *conf. 21. n 34. 35. lib. 2.* Vt proinde hic *in dubio* non versemur, de quo loquitur Dynus *in d. c. decet, n. 5.* Deinde non diximus, quod *sola filia* alicuius Illustris viri, sed ipsa *cum aliis illustribus* personis constituendo novum collegium, per se sit *finis adequatus cui*, prout F. Romanus supra concedere tenetur, *in verb collegium monialium adequatum finem cui*, fuisse, cui Dominus Parens de bonis provisum voluit quamvis perperam addat; à me personam ipsam *in individuo* considetatam, tanquam *finem cui* fuisse designatam. 40

In fundationibus autem monasteriorum attendenda est etiam ratio *finalis cui* fundandi, id est, *cuius personæ intuitu* bona fuerint Legata, & mox apparebit, quò Dominium pertineat, dummodo illa persona vel collegium non sit Dominii incapax F. Romanus *q. 1. n. 60.* 41

Nec etiam diximus, quod in hoc *fine cui*, parentes Illustres substiterint, sed vel maximè intenderint, *finem cuius*, famulitii & servitii divini, ut filiæ cum aliis virginibus DEO famularentur, quæ famulitium sibi sub regula sancti Benedicti id temporis in monasteriis elegerunt, & assumpserunt, adeoque non *solius originis* nec *solius stirpis* habita fuerit ratio, ut perperam assumebat F. Romanus. 42

Tum etiam nec verum est, quod parens fundator monasterii, bona illius *in filiam religiosam* noluerit transire; Cum ipsa in Ordine S. Benedicti non obstante voto paupertatis capax domini bonorum in communi, licet non in particulari esset, per notata Barbos. *Lib. 1. de iure univ. Eccles. cap. 43. n. 81.* arg. Con. Trid. *cap. 3. sess. 25 de Regular.* Bartholom. à S. Fausto *in thesaur. Religiosor. lib. 8 q. 13 sub n. 3 4. 5.* Caram *in Theol. Regular. disp. 57. n. 820. §. resolutio* Anchar *consi 321. n. 2. & cons 51. vers secunda concl. per ca. dilectissimis. ca non dicatis, ca. videatis.* 12. *q. 1.* Ioann. Andreæ *in cap. ex parte de Regul in clem. dudum, de sepult.* Cuch. in *Instit. Canon. maior. Lib. 3. tit. 1. de Regular. num* 103. Tambur. *de jur. Abbat. Tomo 3 disput* 11. *q. 2. n. 4 per ca. quoniam, 16. q. 1.* Faciunt notata Geminiani *in c religiosi num 1. de sepult. in 6.* ut posset illi applicari istud 2. *Corint. 6.* nihil *habentes, omnia autem possidentes.* 43

Quod addit F. Romanus, non satis apparere de ejusmodi fundationibus Illustrium personarum, nec eas à piscatore deductas esse, hoc ipso ostendit, se in historiis & vitis Sanctorum non usque adeo esse versatum. Ex vita S. LEONIS X. Pontificis atque aliunde constat, quòd viris Ecclesiæ nostræ Coloniensis Metropolitanæ Illustribus S. Leo varia indulserit privilegia, atque inter alia, ut ex iis septem Illustres deligerentur, qui Ecclesiæ Coloniensis *Cardinales* in singulari habitu ad aram divi Petri ibidem facerent & litarent; Cujusmodi privilegium viris Illustribus illius Ecclesiæ sequentes Pontifices confirmarunt. Cum igitur summi Pontifices huius Ecclesiæ clarita- 44

tē & nobilitatē confirmarint, non est, quod de Ecclesia *Argentinensi* laboremus, maximè cum Pontifex atque ex ejus potestate Nuncius Apostolicus ex aliqua causa speciali possit consuetudini alicuius Ecclesiæ, consentiente patrono, derogare, itaque citatum *caput Venerabilis* 47 *de præb.* nihil contra facit, quod in diversis à nostris terminis loquitur.

45 Neque verum est, quòd Pontifex vel Concilium aliquod æcumenicum statuta quarundam Ecclesiarum *nobilitatis conditionem* & qualitatem ad beneficia inibi obtinenda requirentia irritarit aut reprobarit, quorsum enim aliàs opus fuisset Regula Cancellariæ Apostolicæ *de dispensatione super defectu natalium nobilitatis?* Quorsum etiam opus fuisset derogatione pro una vice, quando *in Monasteriensi Ecclesia Cathedrali Nobiles requirente*, aliquis nō nobilis fuit admittendus, quo casu statutū illud Monasteriensis Ecclesiæ fuit à S. Rota Rom. Canonizatum, *Decis* 1492. *p* 3. *lib*. 3. *divers.* Vid. Chocd. *in reg Cancellariæ* 16 *de non tol jure quæs. n.* 20. Annon hujusmodi *derogationes* & *exceptiones* arguunt & firmant *Regulam* in contrarium per not Everhard. *in loc. ab exceptione ad reg.* adeoque ostendunt, quod statutum de non recipiendis nisi Nobilibus in eiusmodi Capitulis sit approbatum, minimè vero, ut perperam asserebat F. Romanus, reprobatum.

Monasteriensis Ecclesia Westphaliæ est nobilium ex S. Rota Rom. judicio

46 Interim tamen observandum, quod quis privatâ authoritate non possit ejusmodi Illustria Collegia instituere; sed opus habeat Pontificis consensu vel approbatione, sicut in dicta Monasteriensi Ecclesia fuit factitatum, *d. decis Rotali* 1492.

47 Et licet S. *Petrus* piscator primus Romanus *pontifex* neque ipse illustris neque pro illustribus origine personis instituerit collegia; attamen & ipse nobilem Romanum Clementem post se summum pontificem elegit, plurésque etiam Christo illustres fœminas lucratus, quæ Christo sponso suo mācipatæ suas domos in sancta asceteria converterunt, ut religiosæ domus esse viderentur.

48 Taceo SS. *Agrippinam, Euchariam, Euphemiam*, atque *Dinam* quatuor Agrippæ præfecti concubinas, quæ audito *S. Petro* Apostolorum principe Agrippæ consuetudine derelictâ Christo votum castitatis nuncuparunt.

49 Taceo S. *Xantippen*, quæ cū nobilissimis matronis spreto connubio Christū elegerunt. Taceo *S. Iustinam* Regis Christianissimi V. Iuliani & Præpedignæ filiam à *Prosdocimo* S. Petri discipulo baptizatam, quæ similiter votum Christo Domino nostro nuncupavit; sed de his aliisque videatur Eisengrein. *cent.* 1. *contra Magdeburg par* 3. *distinct.* 1.

50 Nihil dicam de S. *Martha* Christo desponsatâ, quæ Syro patre, *Eucharia* matre ex regali stirpe nata, Lazari resuscitati & *Maria Magdalena* Soror, in nemore Rhodinum incumbente, inter *Atrebatū & Avenionē* S. Maximiniani Aquensis Episcopi licentiâ sororū multarū conventu congregato, Ecclesiā in honorē Dei Genitricis ædificavit, monasteriumq; exstruxit, ubi orationi,

tioni, jejuniis, vigiliis vacavit. Videatur Eisengrein *d. cent. 1. part. 3. distinct. 3.*

Illud quoque hac occasione contra *Acatholicos* notandum, quod cessantibus persecutionum procellis Christiani principes summo Ecclesiæ Pastori reliquisq; Cardinalibus ac toti clero, non quidem propter *generis nobilitatē*, sed *sacerdotii & officii Ecclesiastici excellentiam* summos deferant honores, uti æquum est. Cum deceat, ut patribus spiritualibus & pastoribus à filiis similiter spiritualibus & ovibus honos deferatur. Si enim in veteri testamento tantus summo sacerdoti vel etiam aliis sacerdotibus delatus est bonos, quātus non erit Sacerdoti summo Christi in terris Vicario aliisq; (qui non vitulorum sanguinem, sed ipsum Christum, Sacrificiū incruentum, quotidie Deo offerunt juxta *Malach. cap. 1 vers. 18.* juncto Dionysio & Clemente *in const. Apostol* tum Cyrillo Hierosol, *Cathechesi mystagog. 4.*) honos erit deferendus & exhibendus? *1. Tim.* 5. 17. Ut proinde hæretici frustra iis Christi asino vecti exemplum opponant, Cum Catholici sciant, quod honorem Sacerdotibus ostensum, ipsimet Christo exhibeant; quique ipsos spernant, Christum spernere, dicantur. *Luc. 10. v. 16 qui vos spernit, me spernit*, Ecquis autem Christo nollet majorem, quàm Sæculari alicui regi, homini aut etiam magistratui honorem exhibere? Interim noverint, quod licet summo pontifici aliisque tantus præstetur honos, non tamen ipsi propterea superbiant, sed totum referant DEO acceptum. Exemplo nobis est S. *Gregorius M.* qui licet in aurato vestitu pauperi *Eremitæ Ephrem* non videretur esse meritis æqualis; attamen divinitus ostensus est, in omni suo splendore pontificio non tantum sentire affectum, quantum ipse Eremicola in sua patella. 51

Sed ut ad scopum redeamus quando fundatores *Illustres personas* maximè sibi conjunctas instituerunt, ut eas ad cultum & famulitium Dei exstimularent, quis hoc unquam iis vicio verterit? An non licet mihi etiam cæteris paribus, ex proximis cōsanguineis unum plus *objectivè & intensive*, quàm alium diligere? Quinimo an non licet mihi sanguine junctos etiam *appreciativè* plus diligere, quàm *sanctiores* amore absoluto, qui feratur in objectum amandi sine reduplicatione, ipsis scripturis sacris suadentibus *1. Tim. 5. si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit.* Hinc quādo ego de *amore absoluto, intensiore, vel magis objectivo*, plura videlicet bona amando, vel etiam *appreciativo*, quo fundatores suis propinquis, domesticis hæc vel illa cupiunt, donantque bona, & F. Romanus pro eo substituit amorem, quo fundatores dicuntur ferri in objectum amabile *cum reduplicatione*, haud dubiè extra orbitam transilit. An non licet de bonis temporalibus bono ac pio patrifam. disponere, prout ipsi videbitur consentientibus superioribus Ecclesiasticis expedire? An propterea *cuiusquam oculus nequam erit quia paterfam. bonus est. Matth 20. 21 v. 15. & c. 22 v 23.* 52

Laudo ego ejusmodi fundatores, qui *illustres*, qui *Nobiles* complures insti- 53

instituerunt, ut Deo serviant. Quod si tamen aliqui existimarent, se *fini cui* satisfacere, si sint illustres vel Nobiles, nec moribus relucerent decentibus, minimè satisfacturi essent, attento præsertim *fini cuius* à fundatoribus intento, quibus illud Trithemii *lib 1. de viris illustribus cap. 13.* responderem; Non spernimus *Nobiles*, quorum ingenuitas moribus relucet decentibus.

Sed habet interdum elationem amicam generis alti progenies, quam norma Benedicti abhorret. Præfert enim Regula illius non genus, sed mores &cæ. vel illud *ex eodem libro 1. de viris illustribus c. 8.* jactant se quidam ex eis de nobilitate generis, & ne professione Monasticâ parentibus videantur injuriam facere, despectis statutis Regularibus, mundo, quam Deo malunt militare. Nam ut ego addo, foret illud non optimi exempli, nec ipsi omnimode fundationi satisfacturi, & gravem Deo reddituri essent rationem.

54 Ex eo, quod *allegat* F. Romanus *Fuldense* atque *Elvvangense* Monasteria non esse pro personis illustribus aut nobilibus instituta, non sequitur, quod non dentur *aliqua alia* pro illustribus ac nobilibus personis fundata. Cum à diversis non fiat illatio. Everard. *in loc. à separat. divers.*

55 Neque *Regula* sancti Benedicti *in c. 2.* vetat ullam fundationem pro Nobilibus vel illustribus personis Deo famulaturis fieri, vel etiam acceptari; sed solum in Monasteriis, *nobiles*, ubi simul cum ignobilibus sunt misti; ob solam nobilitatem ignobilibus prius professis præferri, ut servetur inter fratres fraterna Charitas; tum ut vicium acceptationis personarum caveatur. Videatur Lopez *in d. c. 2. Regulæ S. Bened.* sed hoc quid adversus fundationem illustrium personarum Deo famulaturarum facit? Quinimo si *d. cap. 2. Regulæ S. Benedicti* quicquam ad rem faceret potius pro me contra F. Romanum militabit; quia vetat nobilem ignobili præferri, *nisi* aliud rationabilis causa suadeat. Atqui data & comprobatâ fundatione, quâ illustres ac nobiles ad Dei famulitium excitantur, subest rationabilis causa, quæ suadeat, illustres ac nobiles ignobilibus præferri. Igitur &cæ.

56 Accedit, quod ignobiles alicubi facilius locum inveniant, ubi Deo serviant, quàm nobiles.

57 Compertum ego habeo, quantæ difficultates in recipiendis ad Monasteria nobilibus soleant obmoveri, quæ ignobilibus minimè objiciuntur. Vt proinde optimè fecerint Fundatores, qui ad cavendas hujusmodi difficultates Nobilitati consuluerint, eiusque saluti de loco commodo, in quo Deo serviant, prospexerint. Non igitur hoc illis vicio, sed virtuti, laudi & zelo animarum erit attribuendum.

58 Insuper quando F. Romanus mea verba *de quotidiano usu* testantia refert ad fundationes quasi faciendas, fallaciter agit, quia ego *non de faciendis*; sed *factis* loquebar fundationibus, quas *quotidianus usus* & experientia comprobaret, prout in Nobilibus parthenonibus, ubi non nisi nobiles virgines

gnis suscipiuntur, iisque fundationibus perfruuntur, quotidie videre est.

Nec minus F. Romanus *Illorum Dilinganorum* verba corrumpit, 59
quando particulam ETIAM ipsi causæ fundationum ab ipsis adiectam transfert seu transponit ad *illustres* personas institutas, & ultima eiusdem §. *verba* omittit, ex quibus apparebat, quod ipsi *in composit. pacis cap. 7. quæst. 52. num. 29.* de causis fundationum ita loquerentur: *Majores eorum etiam EAM ob CAUSAM Ecclesias & Monasteria fundarunt, ut ex numerosa Illustrissimarum aut Nobilium familiarum prole aliqui DEO offerrentur, qui relictis curis secularibus divino se obsequio mancipare vellent, ut reliqui liberi familiæ statum conservare ac propagare possint.* Quibus in verbis causa simul *motiva* & 60
impulsiva inculcatur. *Motiva* quidem, ut ex illustrissimis familiis aliqui DEO offerrentur, qui relictis curis sæcularibus divino se obsequio manciparent: *Impulsiva* verò per particulam ETIAM inclusa, ut reliqui liberi familiæ statum conservare ac propagare possint.

Cæterum illud scire debebat F. Romanus ex Beroj. *cons. 21. n. 34. 35.* 61
vol. quod quādo aliquid *contemplatione certi generis personarum* relinquitur, illis & non aliis diversi generis censeatur relictum per *l. fideicommissa §. plerumque. vers. interdum. ff. de legat. 3. & l. cum proponat C. de hæred. instit. d. constit.* Alexandri VI. *Accepimus dat. Ann.* 1497. ubi definit Monasteria pro *Scotis* fundata, Teutonicis eiusdem Ordinis ex fundatione non esse tribuenda, ut proinde falsus sit sensus F. Romani in hunc locum *Illorum Dilinganorum* commentantis, quod contemplatione illustrium & nobilium personarum institutum Monasterium censeatur etiam pro ignobilibus simul exædificatum.

Mirum autem est, quâ fronte F. Romanus *Concilium Basileense* audeat 62
in medium proferre; sed illi ego verbis S. Rotæ Romanæ *decis. 29. nu. 31. & seqq.* apud Tamburin. *tom. 3. de jure Abbat.* Respondeo; ut huic satisfiat prætensæ vanitati & minus dignæ, ut à Catholicis allegetur, quia licet *Concilium Basileense* in principio fuerit œcumenicū, eo quod authoritate summi Pontificis fuerit indictum sub præsidio Iuliani Card. Cæsarini, & prosecutum, donec illicitâ potestate usurpata & in Pontificem Romanum omni iudicio & subjectioni coactivæ jure divino exemptum, judicium suum ipsi converterent, & Pontifex Legatum suum, omnesque alios Episcopos avocaret. Quando verò post horum discessum Synodus sub præsidio Cardinalis Arelatensis continuata, invitoque Pontifice prorogata est, non tantum *Oecumenica*; verum etiam *Legitima* synodus esse desiit. Nam eo tempore, 63
quo concilium in Pontificem sententiam pronunciare ausum est, omnesque præcipui Episcopi discesserant, & Cardinalis Arelatensis præsidendi sibi munus assumpserat, quia Episcopi paucissimi erant, introduxerunt in synodum ingentem presbyterorum multitudinem, ita ut contra omnem formam Conciliorum, non Episcoporum, sed presbyterorum Synodus esset;

„ & Deus Opt. Max. sententiam suam dicere volens, tam horribili peste Basileam affligebat, ut major pars eorum, qui remanserant, in conciliabulo vel „ extincti vel secedere coacti fuerint, ut refert Æn. Sylv. *in histor. Concil. Basileensis*, cui ipse interfuit, quod Concilium in Concilio Lateranen. ultimo sub „ Iulio II. *sess.* 4. & sub Leone X. *sess.* II. appellatur *Schismaticum, seditiosum*, & „ nullius prorsus authoritatis & cæ.

64 Et postea *n.* 34. subjicit, *Veritas* est, quod Nicolaus V. non confirmarit „ decreta Concilii (Basileensis.) sed pro bono pacis *electiones* factas; in obedientia Concilii Basileensis, ut patet in ejus Bulla, quæ habetur *tom.* 4. *part.* „ 1. *Concil.* & quamvis prædicta clarissima; potest tamen addi, quod si gesta „ Concilii Basileensis fuissent confirmata, frustra in concilio Lateranensi sub „ Iulio II. & Leone X. *sess.* 4 *&* 11. ut supra relatum est, illud fuisset appellatum „ *schismaticum, seditiosum & nullius auctoritatis. &c.* Hactenus Rota. Rom.

65 Atqui ut hinc in rem præsentem *subsumam*, notorium est notorietate facti, quod illud Concilium Anno 1439. quo assertam Bullam de *nobilibus* ibidem emanasse F. Romanus *d. allegat.* 453. *n* 6. astruit, aliquot annis ante non amplius fuerit legitimum, sed presbyterorum conventiculum, cui teste Trithemio in *Chronico Spanheimensi ad ann.* 1439 ex Ordine Benedictino 12. interfuere Abbates, ut proinde illud anno 1439 quādo asserta Bulla de *nobilibus* fertur emanasse, à Concilio tanquam *à Patribus universalis Ecclesiæ* celebrato ac quasi alicuius illud esset authoritatis, à F. Romano non rectè, sed falsò allegetur.

66 Adhæc Trithemius *loc. cit.* à F. Romano collaudatus asserit quidē, quod Bulla quædam *Inter curas multiplices* isto conciliabulo pro *Reformatione Monasteriorum ac morum* emanaverit, quodq; eadem in Concilio provinciali Norinbergæ habito sit promulgata, non tamen vel verbo meminit, quod *in d asserta Bulla* ac Provinciali concilio fuerit definitum, *corruptelam* esse, si Monasteria pro *Illustribus aut Nobilibus* fundata agnoscantur, ad quæ ignobiles non admittantur, ut ita F. Romanus ex damnato concilio doctrinam nonnisi damnatam protulerit; quàm pejus pro veritate Vniversalis Ecclesiæ venditaverit. Et esto, asserta Bulla rite emanasset & concilium provinciale eandem promulgasset, tunc tamen commodè acciperetur in eo sensu, quo S. Benedictus in *cap.* 2 *suæ Regulæ* est locutus.

67 Quin etiam *esto*, asserta Bulla definierit illud quod F Romanus intendit; attamen tunc sciendum est ex Trithemio ad annum 1439 Bullā eam à Monasteriis non fuisse acceptatam; imo licet placuisset illis Bulla, tamen ut testis est Trithemius *d. lib ad annum* 1441. non fuerint executores, qui illam darent executioni.

68 Iterum posito, quod in ista provincia Bulla illa fuisset executioni data, tunc tamen ista provincia aliis exteris suæ provinciæ non subjectis nihil habuisset nec potuisset præscribere, nisi fortè velit F. Romanus, quod totus Ordo tenea-

do teneatur amplecti & deosculari, quicquid una provincia Moguntina definierit.

At reclamabunt, quotquot in Hispania, Italia aliisque in provinciis habitant, absurdamque hanc F. Romani assertionem pronunciabunt: Cum Abbas in Abbatem, provincia in provinciam, par in parem non habeat imperium, nec minus nec majus *L. ille a quo §. fin ff ad Trebell. l. nam magistratus ff. de arbtr c. cum inferior x. de maj. & obed.* 69

Quæ licet clarissima & evidentissima sint; nihilominus contra tam manifesta jura F. Romano placet orbi illudere, ac Societatis nostræ Religiosos traducere, ut ex ijs pateat, quam multifariam F. Romanus in horto aberret.

Eodem §. I.

Superior responsio F. Romani ratione fundationis contra ipsum retorquetur.

Neganti F. Romano *fundationem factam Religiosis intuitu exteri Monasterii* ex quo illius professi ad hunc emortuum locum incoledũ evocati fuerant, *Respondebam*, in eo ipsum bene sentire, indeque contra ipsum ita argumentabar. Si fundatio facta est, ut vult F. Romanus, *intuitu totius Ordinis*, Igitur & fundatio erit facta simul *intuitu illius exteri Monasterii*, ex quo evocati fuêre illius professi. Cum exterum illud Monasterium in Ordinis complexione & aggregato comprehendatur. At F. Romanus fatetur, quod fundatio intuitu istius exteri Monasterii, ex quo professi primi ad hoc emortuum Monasterium incolendum fuerant evocati, non sit facta. Consequenter F. Romanus fateri debebit, quod fundatio non sit intuitu totius Ordinis, seu pro totius Ordinis complexione & aggregato facta. Ex quo porrò infertur, quod F Romanus vel sibi ipsi contradicat, seu propositionem *expressè* à se *affirmatam* implicitè etiam neget. 70

F. Romanus *allegat. 317.* hæc quidem verba, refert, quasi ad illa aliquid responsurus; At responsum carbunculo in fuliginoso notavit camino; unde etiamnum petendum erit. *Comment Hayan per se evanescit.*

Vlterius ego F. Romano neganti Fundationem factam Religiosis, in quantum erant *purè Clerici*. Respondebam, quod si de prima ageretur fundatione non id in omnibus obtinere Monasteriis, siquidem multæ Ecclesiæ principio pro purè clericis sæcularibus fuissent fundatæ, quæ postea ad Regulares vel Monachos essent translatæ, uti ipsemet F. Romanus testatetur. *q. 1. Astri in respons. ad 3 n. 6.*

F. Romanus *allegat.* 454. huic occursurus ait, *se loqui expressè de fundatione facta Religiosis, non clericis, & de illis Monasteriis, in qua per fundatores primus Abbas & conventus inducebantur, non Clerici, me vero conclusionem pro libitu* *Commenta Hayana.*

libitu formare, thesin pro arbitrio variare & ex ὕστερον facere πρότερον. Tandem suadet Eclipsim quantocyus supprimi, ne fabula orbis nominer, & cognati Bremenses in curia Leonem, in castris Leporem esse dicant.

71 Itane F. Romane? Videamus, uter nostrum pro arbitrio thesin variet. annon inter nos de fundatione *prima alicuius* loci Ecclesiastici controvertitur; *utrum iste locus eiusve bona in certum usum pium omnium primo Fundata. donata possint in alium usum pium sine violatione fundationis primæ converti?*

Discutiuntur.

Tu negas, ego *affirmo*, & contra te hanc instantiam urgeo, quod multæ fundationes primitus fuerint factæ pro *clericis*, & non pro Monachis, quæ tamen vel summi pontificis vel Episcoporum authoritate Monasteriis aut Religiosis cœtibus vel in eorundem fundationem, vel dotem sint concessæ.

Hæc verò cum sit ipsissima veritas, ad quam respondere non possis, fingis à me thesin variari, nec probas, cumque ego τὸ πρότερον fundationis urgeam, tu ad ejus ὕστερον prolaberis, itaque thesin varias.

Non ita lectori perito impones, ut credat τὸ ὕστερον εἶναι τὸ πρότερον. Eccur refugis veritatem confiteri, quod hic non subsistas, cum tua *Aula & horto*.

72 Non est quod dicas, fundationes pro Monachis factas, citra earundem violationem aliis alterius Ordinis Religiosis applicari non posse; quia id ex prædeductis patet falsum esse. Cum ea, quæ in unum usum pium sunt donata, possint Pontificis authoritate in alium usum pium converti, maximè si usus ille pius, pro quo fundatus asseritur, hic esse desierit, ut ex superioribus patet, atque inferius *in resolutione q 6.* pluribus videbitur.

73 Porrò F. Romano *asserenti*, fundationem factam *Monachis*, *in quantum Monachi*, sive membra hujus vel illius Regulæ vel Ordinis; *Respondebam* hanc F.Romani assertionem præcedenti ipsius negationi, (quòd fundatio, pro Monachis. quà pure clericis sit facta) tacitè videri adversari. Siquidem ex præcedenti illa *negatione* videtur F. Romanus oppositum ejus, nim. quod fundatio pro *Monachis quà mixtim clericis* sit facta, concedere.

Qui enim unum ex oppositis negat, alterum tacitè concedere & admittere videtur per *l. maritus. C. de procur. cap. nonne. de*
74 *præsump.* Atqui si fundatio *Monachis*, *in quantum sunt Monachi*, facta esset, sequeretur, quod ea ipsis non tanquam mixtim clericis esset facta, cujus tamen contrarium per priorem suam propositionem tacitè videbatur insinuare. Siquidem F. Romanus *q. 2. n.36.* ex S.

ex S. Thoma 2.2.q.187.art.1. & Gratian.16.q.1.c. hinc etiam. glossa *ibid.* docet, quod *aliud conveniat Monacho ex eo, quod Monachus est, & aliud ex eo, quod Clericus* (addit interpolando & corrumpendo textum F. Romanus, hæc verba. *vel professor) est deputatus. Ex eo enim, quod monachus est, habet officium sua & aliorum peccata deflendi; ex eo, quod clericus est* (iterum corrumpit hic F. Romanus textum additque, *vel professor*) *habet officium docendi & pascendi.*

Idem etiam patet ex S. Dionysio Areopagita *Hierarch Eccles. cap 5.* ubi *initiandorum & adducendorum triplicem* constituit ordinem, *1 purgandorum*, catechumenorum, energumenorum, apostatarum, pœnitentium 2. *illuminandorum* fidelium populorum 3. *perficiendorum*, omnium excellentiorem & sublimiorem Ordinem *Monachorum.* Econtrà triplicem *initiantium* seu purgantium, illuminantium & perficientium Ordinem perhibet esse Clericorum: 1 *ministrorum* & Diaconorum 2. *Presbyterorum* 3. *Episcoporum*, Vid. Carol. à Manstelt *de clericorum cœnobitica vita cap 9* 75

Unde consequens est, quod quando F Romanus sustinet fundationem factam *monachis, in quantum sunt Monachi*, & factam iisdem in quantum sunt mixtim Clerici, non cohærenter loquatur, sed adversantia tradat.

Deinde si *Monachis in quantum Monachis* facta est fundatio, qua ratione F. Romanus *quæst.2.num.36. & seqq, ac quæst.8.num.10.* &c tradit, quod Monachi salva fundatione possint suscipere curam animarum, docere, vel ad ea, exsistentibus aliis professoribus sufficientibus, offerre? Annon per ea volet ipse assertam fundationis suæ intentionem mutatam? cum Monachorum quà Monachorum sit non docere, sed sua aliorumve peccata plangere, pro iis Deum deprecari &c. teste ipsomet F. Romano *d q 2 n.36.* ex S. Tho. *2.2 d. quæst.187. art.1.* Quòd si F Romanus velit Monachos posse immutatâ fundationis intentione docere, necesse est, consequenter concedat, *Monachos non quà, seu in quantum Monachos*, esse in fundatione institutos, quæ assertioni F. Romani paulò ante allatæ, nim. quod fundatio *Monachis in quãtum Monachis* sit facta, directè adversetur, adeoque F. Romanus contraria tradat. Allegans autem contraria non est audiendus *l. 1. C. de furt.* 76

Taceo, quod F. Romanus minimè probarit, imò nec probare possit, fundationem *Monachis in quantum Monachis* esse factam; Cum contrarium ex constitutione Alexandri VI *Accepimus, dat. Anno 1497 ult. Sept* pateat; ubi Pontifex definit, quod Monasterium pro Monachis *Scotis* in Ordine S Benedicti fundatum, minimè sit pro Monachis *Teutonicis*, licet ejusdem Ordinis S. Benedicti, fundatum, adeoque ad illud ex fundatione non *Teutonici,* sed *Scoti* Benedictini veniant admittendi. Ex quo consequens est, quod Pontifex non agnoverit nec cōcesserit fundationē *monachis in quantū monachis* fuisse factam. Unde quando F. Romanus contrarium asserit, contrà definitionem Apostolicam Pontificis Alexandri VI. sentit. 77 78

78 Quod itidem F. Romanus velit *Monachos quatenus membra Ordinis ac Regulæ* in fundatione institutos, jam supra *in resolutione quæst. 2. sect. 3. c. 1. §. 23. ad allegat. 494 num. 2. & ibidem in resolutione cap. 3. §. XII. ad allegat. F. Romani 448. num 2. 3. 4.* Quin etiam *ex d. constitutione* ac definitione Apostolica Alexandri Papæ VI. sufficienter est refutatum, quia cum *Teutonici* Benedictini æquè ac *Scoti* essent *membra Ordinis* Sancti Benedicti, & nihilominus Pontifex *definiat* Monasterium pro *Scotis* fundatum, *Scotis ex fundatione*, & non *Teutonicis* esse tribuendum, inde colligitur, quod monasterium non censeatur monachis in quantum sunt membra Ordinis absolutè esse fundatum.

79 Econtra vera nostra manet assertio, quod si quidem prima fundatio facta est pro monachis, ea facta censeatur membris non totius Ordinis aut familiæ in communi, sed *familiæ jure proprio hoc in loco excitandæ* & propagandæ, ut videre licet *in resolutione præcedentis cap. 2. quæ ex d.* constitutione Alexandri VI. confirmatur, definientis, ad monasterium pro *Scotis* fundatum ex fundatione, *Scotos*, non verò *Teutonicos* esse admittendos.

80 Hinc patet, perperam à F. Romano tradi, alios exteros monachos in originariorum, vel originarios in exterorum ejusdem Ordinis Monachorum ex fundatione venire admittendos Cum quod uni *familiæ jure proprio*, certo in loco constitutæ appropriatum est; illud non possit dici familiæ *jure communi accepta* & ubivis locorum constitutæ esse commune: Foret enim illa contradictio in terminis; Quod enim alicui certo in loco habitanti proprium est, idem illud non potest dici aliis alibi habitantibus esse commune *l proprium ff commun prad.*

81 Quod de cognatis meis Bremensibus attexit, huc omnino impertinēter allegatur. Quid enim iis negotii est cum hisce controversiis à S. Rota Romana decisis. In Curia Apostolica, si quid antehac F. Romanus potuisset solidi pro se afferre, attulisset, neque à Sacro Tribunali ad latum campum profugisset, ubi tamen nihil quoque obtinebit.

§. II.

Vlterius ostenditur fundationem monachis nec in quantum sunt membra Ordinis, nec etiam toti Ordini factam esse.

82 Notabam, quod Fr. Romanus terminis valde abuteretur, quando *Monachos* vocat *membra Regulæ*, & Regulam cum Ordine confundit. Ecquis enim ita unquam locutus est, *Monachi* sunt *membra Regulæ*, sed omissa Logomachiâ urgebam F Romanum, quomodo probaret, Monachos in quantum sunt membra *Ordinis*, in ipsa fundatione esse institutos.

tos.

tos Quod ego istiusmodi fundationem hactenus non vidissem, nec de ea 83
quicquam inaudivissem. Quin etiam hoc argumento ipsius assertionem evertebam; Si fundatio pro *Monachis*, *quatenus membris hujus Ordinis* absolutè & indefinitè consideratis nec ad hunc locum limitatis, adeoque pro ipso toto Ordine facta fuisset, consequenter etiam incorporatio fundationis ipsius, seu donatorum bonorum toti Ordini fuisset facta; Cum ex principio Fr. Romani *quæst.* 1. *num.* 60. cujus congregationis intuitu fundatio fit, illi etiam donatorum bonorum fiat incorporatio. Arqui bonorum à fundatore donatorum incorporatio non fuit facta toti Ordini; Ergo nec fundatio pro monachis, quatenus membris hujus Ordinis absolutè consideratis seu pro toto Ordine est facta. *Minorem* probabam ex eo, 84
quia aliàs facta fuisset omnibus ejusdem instituti Monasteriis incorporatio; cum *Ordo* in concreto sumptus nihil aliud sit, quàm aliquod totum ex omnibus ejusdem Regulæ Monachis & Monasteriis formalibus per accidens aggregatum, sicut exercitus; cui Sancti Patres Ordinem Religiosum componunt; vel *Ordo* nihil aliud sit, quàm ipsa Monasteria formaliter considerata & unius instituti simul sumpta. Falsum autem sit, ut superius demonstraveram, quod incorporatio bonorum à fundatore donatorum omnibus Monasteriis facta fuerit, per not. Joan. de Dicastillo. *in* 2. 2. *lib.* 2. 85 *Incorporatio quid.*
de jure & just. tract. 19 *disput.* 2. *dub.* 12. *numer.* 208. *& disput* 3. *dub.* 3. *num.* 32. eò quod tunc dicatur fieri incorporatio alicujus rei, quando ipsa tanquam membrum & pars integrans alteri rei accedit, cum eaque unum corpus & patrimonium unius dominio subjectum constituit *L.* 3. *Cod. de bon. vacat. & ibi notat.* Odofred. *in rubr. Cod. de bon. vac. & incorporatione*, cui opponitur dismembratio. Monet. *de commut. ult vol. c.* 12. *quæst. fin. num.* 21. 86

Atqui manifestè falsum est, quod bona à fundatore donata velut membrum & pars integrans ACCEDANT alibi sitorum Monasteriorum bonis, cum iisque constituant unum corpus connexum & patrimonium unius dominio subjectum. Cum unicuique Monasterio in Ordine Sancti Benedicti suum proprium sit patrimonium & bona propria, quæ invicem permutari possunt ut ipsa experientia sæpius est comprobatum; minimè autem futura inter se commutabilia, si ista unum constituerent corpus connexum, prout Rota Rom. Decis *Unionis Trevirensis* 29. *Maii* 1641. *corā E^mo. D. Verospio nunc S. R. E. Cardinale* consideravit & approbavit. Unde sequitur manifestè falsum esse, quòd bona à fundatore donata toti Monachorum Ordini incorporentur.

Deinde quando Monachis stabilitatem loci promittentibus funda- 87
tio fit, præsumitur ea conformiter ipsorum Regulæ, adeoque determinatè in ordine ad certum locum vel illius loci incolas originarios fieri; Cum ad ipsos suos concives affici & amore trahi, ideoque illis præ reliquis

bene-

bene velle atque ad servitium DEI media suppeditare fundator præsumatur, *per c. hortamur. 71. dist. & ibi* Can. Didac. *spinorin specul. Testam. gloss. 3.*
88 *princ. num 32. & seqq.* atque hinc rectè infert P. Joannes de Dicastillo *d. lib. 2. tract. 9 dub. 3. num. 32.* quod relictum alicui monasterio, intelligatur de eo, quod est in patria Testatoris, idque ex Paris. *cons 24 n. 4. vol. 3.*

89 Quod si tamen testator expressè exteros monachos fundatos vellet, ut si Germanus in Germania pro *Scotis* fundaret monasterium, in illa fundatione *Teutonicos* monachos Originarios, licet ejusdem Ordinis, minimè comprehenderet, ut ex definitione Apostolica Alexandri Papæ VI. *Accepimus, anno* 1497. *ult. sept. data* constat. Igitur &c.

90 Econtra F. Romanus *sub allegat.* 474 *tit. pulveres num.* 4. affert, quod *ante ipsum eadem phrasi inter alios usus sit Sylvester*, verb. electio 1. num. 14 *ubi Abbas quoque exemptus eligi potest in Episcopum, sive in* ABBATEM EIUSDEM REGULÆ *& habitus, ac post ipsum ego hac eadem columna, qua ipsum culpaveram*, Ordo, inquiens, in concreto sumptus, nihil aliud est, quàm aliquod totum ex omnibus EIUSDEM REGULÆ MONACHIS & monasteriis per accidens aggregatum, *pro quo* (F. Romanus) hic erroneè exprimit, *aggregatis*. Et vicissim quærit, *ubi monstrum illud sermonis*, unio non mendicans (*de qua* in Eclipl. fol. 110. col. 2) *producatur? ubinam sub cælo habitet* unio mendicans, *ut ad ejus exclusionem dicatur* unio non mendicans?

Commenta Hayana.

Verum hic F. Romanus fallit, quia aliud est dicere, Abbatem vel Mona-
91 chos esse *ejusdem Regulæ*, & aliud Abbatem vel monachos esse MEMBRA REGULÆ. Cum hujus propositionis prædicatum sit, esse membra Regulæ, quod certe non est idem cum eo, quod esse alicujus Regulæ. Hanc ego propositionem, qua monachus asserebatur esse *membrum Regulæ*; non verò, qua monachus asserebatur *esse alicujus Regulæ*, carpebam, quod nusquam eam apud probatos authores legissem, neque etiam illa commodum sensum videretur ingenerare. In oppositis exemplis F. Romanus pro *priori* propositione *aliam* mihi supponit, ut paulo antè monui, in qua F. Romanus *totum* prædicatum propositionis à me allatæ non repetit, sed fallaciter *particulam*, MEMBRUM, omittit.

Discutiitur

Vicissim F. Romanus meum locum minus fideliter citat; quia *d. pag.* 110.
92 *col 2* seu *quæst 3. c. 2 sub num.* 8. ego ita concludebam, igitur nec Ordo nec unio non mendicans potest dici habere jus in emortuorum monasteriorum à se invicem non dependentium bona, ubi adjectivum *non mendicans* non tantum unionem, sed & Ordinem præcipuè respiciebat & determinabat; tum quia unica determinatio respiciens plura *determinabilia* diversæ rationis & naturæ, non æqualiter omnia, sed singula secundum propriam ipsorum naturam determinat *c. ex literis ubi* Card. *de rescript.* Bart. *in l Titia §. Titia ff. de legat. 2.* Socin. *cons.* 191. *col. antepen. vol.* 1. tum quia quotiescunque duo

duo vel plura adeo sunt connexa; ut unicam exigant determinationem, tunc determinatio fieri debet & solet, vel etiam facta intelligitur habito respectu ad dignius & principalius, *per c. translato de constit. l. & si non sunt al.* 93
incip. l. cum aurum. 19. § . perveniamus ff. de aur. & argent. leg. Bart. *in l. 1 ff. de colle. illic.* Atqui *Ordo* & *Vnio* hic sunt duo connexa, è quibus principalius & dignius est Ordo, atque utrumque exigebat aliquam determinationem, quæ fit per *adjectivum* (*non-mendicans*) Igitur determinatio per *adjectivum* (*non-mendicans*) fieri debet & solet, vel etiam facta intelligitur habito respectu ad Ordinem principaliorem & dgniorem.

Quod verò Ordo & unio sint hic connexa per particulam, *nec*, verba 94
ipsa à me *d. q. 3. c. 2. n. 8. Astr. Eclips.* citata loquuntur: quod etiam Ordo unione Ordinis sit *Principalior*, similiter extra dubium est; quodque utrumque nomen cum nimis generale esset, exigat aliquam determinationem in ordine ad bonorum dominium, in propatulo est. Cum non omnis Ordo dominii bonorum esset capax. Quod autem ejusmodi determinatio fiat *per adjectivum* (*non-Mendicans*) hocque etiam ad Ordinem sit referendum, 95
F. Romanus negare non poterit, nisi suæ fuerit oblitus syntaxeos, aut nesciat, quod syllepsis sit, cum id, quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo è cæteris accidentibus, ut quando Cicero *in Verr.* dicit, *Risus populi, atque admiratio omnium facta est*, ubi alias dicendum esset, risus populi factus, & admiratio omnium facta est: ita quando dicitur, Ordo & Unio *non mendicans*, intelligitur præcipuè Ordo non mendicans. Nemo autem hactenus cavillatus est, quod Ordo dicatur *non-mendicans* aut mendicans, aliàs enim Constitutiones Apostolicas diversorum Pontificum contraveniret. 96 *Vnio quomodo accipiatur.*

Quod si forte F. Romanus circa vocem *Vnionis* tricetur, notandum est, quod ego vocem *Vnionis* non *Grammaticè* secundum nudas literas & syllabas, sed secundum ejus vim & significationem accipiam, non quidem pro modo aliquo, quo plura fiant unum; sed *Metonymicè* pro congregatione aliqua unita quemadmodum dicitur Trithemio *lib. 1. de Vir. illustrib. c. 13.* Unio Bursfeldensis, pro Congregatione Bursfeldensi, cujusmodi vocis significatio etiam patet ex Gravaminibus supplicationi Ordinis sancti Benedicti à F. Romano *sub finem Astri* relatæ adjunctis, atque ex asserto instrumento Adm. R. D. Henrici Davensperger Archi-Abbatis Hasseseldensis Archidiœcesis Bremensis, tum ex admodum R. D. Pauli Vregen Abbatis Tuitiensis Capituli Unionis Bursfeldensis Secretarii subscriptionibus, quas apud F. Romanum *in Astro sub finem* latius videre licet; simili ratione vox *Vnio* in Ordine *Mendicante* S. Augustini accipitur *in Constitutione Apostolica Pauli V. dat. Anno 1617. 25. Ianuar.* imò in eadem significatione vox *Vnio* accipi docetur *in Clem. un. § porrò de jur. jur. per illum text.*

Posito autem, quod *Vnio* in jure Canonico, alisque constitutionibus A- 97

postolicis, quin ipsis Monachis idem sit, quod *Congregatio*, cui nunc monstrosum videbitur, si dicatur *Congregatio Ordinis non mendicans.* An non quod de toto secundum totum, idem de parte secundum partem rectè dicitur & prædicatur, ubi totius & partis eadem quoad prædicatum est ratio, nec diversa, *l. quæ de tota.* 76. *ff. de Rei vindic. & ibi glo.* 1. Daoyz. *in indice jur. Civil.*

98 Unde cũ in Ordine S. Benedicti quoad *non mendicitatẽ* totius Ordinis & alicujus *Congregationis* ex eodem Ordine sit eadem & non dispar ratio, poterit ipse Ordo totus, & aliqua ipsius congregatio, consequenter & *Vnio* rectè dici *non mendicans.* Cum *Vnio* nihil aliud sit quàm congregatio.

99 Quod si vellet F. Romanus opponere, vocis *Vnionis* alias esse literas, Characteres & elementa, quàm congregationis, nugaretur. Certè nominum vana vocabula non decet amplecti, sed sensum, omissâ subtilitate (Grammatica) *per l.* 2. *C. de constit. pecun* quam legem nunquam inspexit, nedum ejus vim penetravit F. Romanus, qui Titulum illum notissimum, in Codice non contineri contra expressum juris textum *allegat.* 112. negavit, licet postea sub finem horti suum voluerit errorem retractare.

100 Saltem exinde apparet, quod bonus ille F. Romanus in *Codice* studuerit *modicè*, ut ne quidem Vniversales eosque frequentissimos & notissimos Titulos noverit, ac nihilominus velit magnus Iurisperitus æstimari, qui de jure respondeat, priusquam illud didicerit.

§. III.

Monachus stabilitatem loci vovens aut servans, suo Monasterio & non toti Ordini acquirit.

101 Instabam, quod si fundatio Monasteriorum dicatur facta toti Ordini, quæ ratio esset, cur Monachus incola hujus Monasterii dicatur legatum aliquod in testamento &c. relictum acquirere *suo*, & non aliis exteris Monasteriis, seu toti Ordini, juxta *Auth. ingressi. C. de ss. Eccles.*

102 Deinde cur F. Romanus *loc. cit.* negaret relicti vel legati incorporationem fieri illi Monasterio, in quo Monachus prius fuisset professus, atque ex quo ad hoc Monasterium esset evocatus & translatus? signum illud esse dicebam, bona ex fundatione non omnibus ex ejusdem Regulæ præscripto viventibus monachis ac Monasteriis acquiri.

103 Unde inferebam, hanc indefinitam F. Romani propositionem (*fundatio facta est pro Monachis, in quantum sunt Monachi,*) veram non esse, si ipsa tanquam universali æquipollens accipiatur, nimirum, pro omnibus ejusdem Ordinis Monachis in quantum sunt Monachi, seu membra

bra hujus illiusve Ordinis, facta est fundatio, quæ paulo ante fuit ostensa esse falsa, & redarguitur ex eo, quod si Monasteria Guilelmitis, Augustinianis, Hieronymianis olim fundata, intelligerentur pro totius mundi Monachis illorum Ordinum esse fundata, utique ex iis aliqua conventibus destituta, aliis eorundem ordinum Monachis superstitibus secundum F. Romanum necessario fuissent restituenda, minimè verò Benedictinis concedenda, vel certe concessa ab iis prioribus Ordinibus restituenda. Atqui hoc F. Romanus non concedet. Igitur nec illud.

Contra F. Romanus, *allegat* 318. ex *Astro quæst.* 1. *num.* 60. opponit, *favent*, inquiens, *declarationes Cardinalium* super cap. 16 sess. 21. Concil. Trid. de Regular. *ubi post professionem*, inquiunt. *quilibet Regularis, etiam extra claustra degens, si moriatur cum habitu*, Jure *omnia sua bona mobilia & immobilia acquirit Ordini, in quo professus est. Et Laurentius Forer*. in disput. de Abbatib. thesi 153. *docet. jura proprietates, possessiones, reditus, &c. Monasteriorum in perfectum Religiosi Ordinis dominium devolui*. 104 *Commenta Hayana.*

Ex quibus apparet, quod ipse asserat.. relictorum & legatorum incorporationem fieri toti Ordini. Monasterio tamen, in quo professus fuit, fieri nunquam se negasse dicit; cum & ipsum Monasterium sit incorporatum Ordini. Neque enim sibi contrariantur dominium altum, & dominium bassum. Talis quippe incorporatio primum fit Monasterio, quod hac ratione acquirit rei dominium immediatum & vtile, *propter onus, quod habet in sustentando Religioso Sed quia Monasterium est membrum Ordinis, sic transit dominium* mediatum *in Ordinem, & quoniam Ordo membrum est Vniversalis Ecclesiæ, sic denique* altum dominium *& incorporatio transit ad Ecclesiam Vniversalem*. Vide d. Astri *quæst.* 1. *num.* 60. 61. 62. & 63. 105

At F. Romanus more suo extra orbitam errat, Agebam ego de *fundatione*, ut *titulo dominii* prius acquirendi, quo intuitu illa Monachi facta esset. F. Romanus *respondet* de dominio jam acquisito, & cui illud sit incorporatum. Deinde ne nihil respondisse videatur, *cit. loc.* remittit me *ad q.* 1. *Astri. num.* 60 jam supra recitatum & discussum ubi ait; *Fundator igitur Monasterii, transferendo rerum suarum dominium in Abbatem & Conventum introductum*, Non Fecit Illud *intuitu stemmatis Personarum in individuo, vel natalium ipsorum Monachorum, neque* Intuitu Prioris Monasterii, in quo erant *Professi (alias* Incorporatio *facta fuisset stemmati, vel priori Monasterio. &c.) nec in quantum erant purè Clerici &c*. Hæc ibi. 106 *Discutiuntur.*

Quæ similiter ostendunt, F. Romanum nihil ad rem, vel certè absurda afferre. Ecquis enim nostrum docuit, fundationem fieri intuitu stemmatis personarum in individuo? Nullus & nemo.

Deinde F. Romanus *d. allegat*. 318. dicit, se non negavisse relictorum & legatorum incorporationem fieri illi Monasterio, in quo quis professus fuit. At hoc ipse *d. quæst.* 1. *num.* 60. in modo citatis verbis expresse ne- 107

gat. Ita F. Romanus idem ait, negat; saltem mihi sufficit, quod ego ipsum hîc non malè citaverim.

108 Quæ verò idem F. Romanus ex declaratione *Congregationis Cardinalium in c. 16. sess. 25. de Regular.* tum *in astro*, tum *hic* allegat, *ibidem* non inveniuntur; si verò velit allegare, quæ habet declaratio Congregationis Cardinalium *in c. 15. d. sess. 25. de Regular.* ea nihil ad rem faciunt, quia de fundatione, de qua sermo est, nec apice quidem meminerunt, solum id inculcant, quod professus post professionem acquirat Ordini, *in quo*

109 quis professus est. Quæ *declaratio indeterminata* secundum jus commune & cujusque Ordinis conditionem veniet intelligenda, & determinanda, prout sup. ex Anton. de Butr. *in c. in præsentia, num. 63. 64. de probat.* Beroi. *in quæst. 83. num. 3.* aliisque est deductum, nempe quod qui in manibus Generalis alicujus Ordinis potestatem quasi Monarchicam habentis, vel ab eo deputati Commissarii pro toto Ordine profitetur, ille toti Ordini; qui verò in manibus etiam Generalis potestatem quasi Monarchicam non habentis, vel Provincialis, non tamen pro toto Ordine, sed pro certa duntaxat istius Ordinis Cōgregatione Provinciali profitetur, ille isti Provinciæ, & qui pro certo loco, vel secundū Caram. *in Theol. Regu. disp. 2. li. 7. n. 524.* Synecdochice accepto Ordine pro Congregatione Conventuali, in ipsius loci superioris vel Abbatis vel ab eo deputati Cōmissarii manibus, profitetur, ille isti certo loco & Monasterio & non toti Ordini, acquirat. Vid. Bero. *cit. q. 83. n. 3. & seqq. & in d. c. in præsentia, n. 543. & seqq.* Monald. *consil. 33. n. 1. 2. vol. 1. & ibi cit. Dd. perc. in præsentia, de prob. c. quia ingredientib. de testam. Auth. ingressi. C. de ss. Eccles. §. illud. auth. de Monach.* Quò faciunt tradita à Card. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. titul. 6. numer.* 8. Ioan. de Dicastillo. *lib. 2. de jure & justit. tract.* 19. *disput.* 3. *dub.* 3. *num.* 32. quod relictum monasterio simpliciter, intelligatur de Monasterio patriæ ipsius Testatoris. Paris. *cons.* 24. *num.* 4. *vol.* 3 *per c. indicante. cum ibi not. per glo & Dd. de testam.*

110 Accedit, quod Monachus illi acquirat, cui professionem facit, *per d. c. in præsentia, & ibi.* Dd. *de probat.* Atqui Monachus in Ordine S. Benedicti, & Cistertiensi non pro toto Ordine, sed pro certo loco professionem facit, uti ex formula professionis, atque ex promissione stabilitatis in loco palam est. Igitur, &c.

111 P. Laurentius Forerus in contrarium allegatus similiter secundum jura & Dd. supra recitatos intelligendus est, eoque & non alio sensu, quam quo Cardinalium congregationis declaratio supra explicatur, accipiendus.

112 Contrarius F. Romani sensus non tantum *supra cit.* Dd. auctoritatibus, sed etiam definitioni Apostolicæ Alexandri VI. *in sæpe cit. constit. accepimus. dat. Ann.* 1497. *ult Septemb.* adversatur. Vnde omninò veniet reiiciendus.

Quod

Quod verò F. Romanus de *dominio alto* addit, illud *dominio Basso* non 113
contrariari, quid istuc ad fundationem facit. Num privatus aliquis Monasterium vel Ecclesiam fundans, in fundatione poterit dare dominium altum, quo ipse caret? Num potest quis plus juris in alium transferre, quàm ipse habeat. Repugnat *id l. nemo plus juris. 54. ff. de R. I.* Ex deductis patet, quàm vacui sint F. Romani discursus. Cætera quæ de dominio *mediato, immediato* impertinenter huc allegantur, sunt ea *in Resolutione quæst. 2.* discussa.

§. IV.

Quomodo intelligatur fundatio pro Religiosis hujus vel illius Ordinis esse facta? A quo sit determinatio facienda. Tum à communi Dd. an recedere liceat.

Respondebam 2. quod si probaretur (necdum enim probatum vidi) 114
fundationem pro *Monachis hujus illiusve Ordinis* stabilitatem loci promittentibus *in genere* factam fuisse (ut valide in pia causa fieri potest per not. Dd. *in §. incertis verò. instit. de legat.*) illo casu non toti Ordini, sed certis ex Ordine Religiosis ad hunc locum evocandis, eorumque substitutis & substituendis vel conventui intelligeretur facta fuisse, per *supra not.*

Ex illo autem Ordine certos haberet designare Episcopus *per not.* 115
Bonac. *in tract. de contract. disp. 3. quæst. 18. punct. 4. numer. 4. per l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & Cler. & Auth. de Eccles. titul. §. si quis autem,* pro qua Auth. errore Typographi (quem F. Romanus *sub allegat. 98. & seqq. numer. 3. pag. 133.* immerito sugillat) impressa reperitur: *Auth. de Ecclesia. § si quis autem* Ratio verò assertionis istius erat, quod in dubio 116
Monachorum evocandorum posset Episcopus aliquibus Religiosis præ cæteris gratificari, qui jus in locum Fundatum acquirerent, per tradita à Grasso. *in §. Legatum. quæst. 64. num. 5.* ex Host. & Dd. *in c. indicante de testam.* quam diceret communem Dd. opinionem Capra *in tract. Regular. Regula 113. num. 11.* à qua in consulendo & judicando non esset recedendum. Everard *in loc. à contrar. sens. num 43. per l. 1. in verb. & crebrior. ff. de offic. quæst. l. cum quidam § quod dicitur ff. de acquir hær.* unde qui judicat contra communem, veniret puniendus. Pan. *in c. 1 de constit.* eò quod judex contra communem judicans litem faciat suam. Bart. *in l fin. C. de pæn. jud. qui malè jud.*

F. Romanus *allegat. 98. 99. 100 101. 102. 103. 104. 105. 106. in margine* notat Bonac. jus civile, Graff Host. Dd. Capram, Everard Pan. Bart. atque *in textu* citato Bonac. *de contract. disp. 3. punct. 4. num. 4.* Dicitque, *quod ego de-* *Comment. Hajana.*

117. *nuo cum meis substitutis ex jure civili de canonico triumphare in cassum laborem. Deinde si negem per fundationem Ordini in genere factam, toti Ordini jus in confuso quari, opponit ipse mihi Paulum Laymannum* in Astri censura 9. §. multa sic hoc loco, atque in appendice *paradox* 13. *num.* 19. loquentem. Discernere debemus inter fundationis dispositionem & fundationis executionem. Et ideo dico *primò*, Ordini Sancti Benedicti *generatim* ac *indeterminatè* fieri potest legari, testamenti, aut fundationis alicuius *dispositio*; sicuti & clero aut Ordini Sacerdotali *generatim* legari, aut testamento relinqui potest, ut iis, exempli gratia, Ecclesia & sacrum collegium ædificetur aut
118. dotetur. Hoc in casu, tametsi fundationis *dispositio* & *obligatio* extendat se confusè ET INDETERMINATE AD OMNES S. BENEDICTI RELIGIOSOS ante omnes clericos seu Sacerdotes, Tamen PER EXECVTIONEM erga aliquos, EXTINGVITVR OMNIS OBLIGATIO. *Et Paulo post:* Itaque si fundator v. g. præceperit, Ordinem S. Benedicti, sive *quod idem est*, Religiosos S. Benedicti in civitate aut oppido suo constitui, Ecclesiam & Monasterium eis fundari, construi & dotari, ERGA OMNES INDETERMINATE obligatio exorta est; ET TAMEN PENITVS EXTINGVITVR, postquam per institutionem aliquorum, juxta fundatoris voluntatem executio facta fuerit. *Hac ibi.*

119. Prioribus allegationibus F. Romanus subijcit, *quod certos ex Ordine introducendos non designabit, Episcopus, sed fundator quemadmodum dicit, se docuisse* in Aula Ecclesiastica num. 13. & 14. Numero autem 13. in Asbesto Aulæ suæ *tradit, quod quando fundatio erecta est ab Episcopo in titulum, Rot. Romana* decis. 11. al. 545. de jure patron. sub num. 3. in antiq. *seu vt ipse* F. Romanus *ibidem num.* 12. loquitur, *quando in fundum à fundatione oblatum introducta forma, quam dicit se cum Dd. habitualem nominare, utpote quæ rebus fundatis prius infusa fuit, quam actualis forma, seu collegium Religiosum in loco introduceretur, Beneficium enim prius est beneficiato, & prælatura prælato & titulus intitulato, His ita constitutis & Mona-*
NB. *sterio cum introducta forma habituali talis Abbatia, dignitatis, collegii & Ordinis eorumque perpetuitate, quam fundatores intendebant, sive verbis expresserint, ut plerumque factum, sive non (effectus enim intentionem declaraverat) absolutis & completis, constructa similiter Ecclesia & habitatione congrua, circumspicere fundator cœpit, ut tandem diu animo præconceptos Monachos ex aliquo Monasterio petitos in possessionem induceret, & Abbatem Episcopo seu alteri superiori ordinandum præsentaret, prout in Concilio Toletano IV. decretum fuit, & habetur*
120. 16. quæstione 7. cap. decernimus *ubi decernimus*, ait Concilium, *ut quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites fuerint pro eisdem locis curam habeant sollicitam, atque Rectores idoneos in eisdem beneficiis iidem ipsi Episcopo offerant ordinandos. Quod si spretis eisdem fundatoribus Rectores*

ctores ibidem præsumpserit ordinare Episcopus ; & ordinationem suam irritam noverit , & ad verecundiam sui , alios in eorum loco (quos ipsi Fundatores condignè elegerint) ordinari. Ex quo Canone asserit F. Romanus cadere assertionem meam , quando facta fundatione alicuius Monasterii evocationem seu designationem certorum Monachorum dicor tribuere Episcopo , NON FVNDATORI , *ajamque* quæst. 3. c. 3. num. 4. *banc esse communem, quæ ne vera quidem sit.* Addit ibidem , *certè Fundatoris Iudicium in hac re magis est sequendum eique merito deferendum, qui sic dilexit Ecclesiam, ut ei sua liberaliter conferret, quibus alioqui careret* , glo. in c. postulasti. de jure patron. ante fin.

Quæ inde inferendo *de Monasterio VVoltigerodano*, ac possessione subjicit, 121. & *n.* 14. *de* beneficii *perpetuitate* attexit, planè cum hisce non cohærent, neque ad rem præsentem faciunt.

Redeundo autem ad præfatam *allegationem* 98. & *seqq.* F. Romanus 122. ibidem affert , *quod fundatores & non Episcopus habeat certos ad hunc locum deputare data instantia confirmare, sed neque verisimile est* , *inquiens* , ibidem num. 2. *Patres Societatis (qui non magis exempti sunt , quam alii Ordines exempti) permissuros, si alicubi collegium ipsis fundetur, legetur , aut testamento offeratur , ut per Episcopum loci , certi Iesuitæ , quibus præ cæteris gratificari velit , designentur ad introducendum, sicque omnes meæ* Dd. & LL. *allegationes sint impertinentes & minimè quadrent ; quippe qui non de certi Ordinis Monachis, in fundatione expressis , in Monasteria designandis , sed de aliis piis legatis , pro redemptione captivorum & alimentatione pauperum , in testamento non sufficienter expressorum loquuntur* , *unde Bonac.* cit. numero 2. 123. *quærit.* Ad quem spectet executio testamenti , dum testator nullum constituit executorem &c. *Sed & illud heroicum prorsus , quod solem facibus juvem, asserens* , fundationem intelligi factam , (interpolat *F. Romanus* dicendo, quoad sustentationem) non toti Ordini, sed certis ex Ordine Religiosis ad hunc locum evocandis. *Quis enim mortalium aut fundatorum aliquando Monasterium Ordini Religioso taliter fundare voluit , ut totus ibidem Ordo congregaretur & sustentaretur? Grandi ad hoc opus esset Monasterio. majori fundatore. An cum fundatur collegium pro Societate Iesu , mens aliquando fuit, totam ibi includere Societatem? Tale collegium habere Societas nec vellet si posset, nec posset si vellet &c.* 124.

Quod denique Iudex qui Iudicat contra communem (dummodo ex alia communi vel probabili & non contra conscientiam judicet) veniat puniendus , & litem faciat suam , nec Pan. nec Barb. ibi *asseruerunt.* 125. &c. *Quodque ego videam , ne ipse veniam puniendus , qui contra communem in causa extinctionis Monasteriorum ex nulla probabili* (sicut ipse asserit) *toties judicarim, & Iudici falsam suggesserim.* Ita ibidem

dem F. Romanus.

126 Qui supra P. Laymannum in patrocinium contra me evocaverat eiusque doctrinam tanquam veram collaudaverat, nunc *in appendice horti, paradox. 13. n. 9.* in eundem Laymannum Conversus. ipsius doctrinam supra collaudatam, hîc n. 19. *veluti novam & inauditam in Ecclesia Catholica sententiam sine lege, authoritate & ratione prolatam condemnat.* Ac n. 20. & seqq. ibidem subjungit inquiens, *quod Laymannus insigni dictionis fallacia hic utatur; in principio enim sui discursus ait*, discernendum esse inter fundationis executionem & dispositionem: *paulo post, in medio sermonis*, dispositioni associat obligationem fundatoris: *in fine demum*, relictam totaliter fundatoris dispositionem de sola obligatione concludit, quod ea per executionem penitus extinguatur. *Qui discursus totus monstrosus est, veluti qui incipiens à leone, desinat in piscem.*

127 *Aliud enim est Fundatoris dispositio & aliud obligatio disponendi, si voto se ad fundationem obstrinxit. Rursus, alia dispositio est formalis, quæ est actus fundatorem informans, alia objectiva, ipsa nimirum res, quam disponere cogitat animo fundator. Dispositio* formalis, *mortuo fundatore perit; non item* objectiva: *Hæc enim per executionem nullatenus extinguitur, sed adimpletur, & candelabro superimponitur: alias enim fundatoris dispositio & Executio sibi contrariarentur, si aliud diversum contineret dispositio, & aliud executio. Et hæc quidem Fundatoris dispositio tamdiu durat, quamdiu durat eiusdem executio.*

128 *21. Simile videre est in feudo; posita namque in primo acquirente investitura pro se & masculis suis descendentibus, primogenitus à morte parentis in feudo succedit; at non ideo mox jus feudi apud secundo vel tertio genitum extinguitur, quod primogenitus in feudo fuerit institutus: Unde si primogenitum cum suis descendentibus mori contingat, jus feudi tantisper apud reliquos sopitum, seu conservatum in habitu, resurgit in actum (quod non fieret, si extinctum ante fuisset) teneturque Dominus vigore primæ dispositionis & investituræ, feudum alteri filiorum eiusque descendentibus conferre; quibus etiam in casu contraventionis, competeret actio propria dicta contra Dominum feudi.*

129 22. *Ad* obligationem *fundationis quod attinet, data opera id nomen Laymannus substituit in locum dispositionis, quia magis quadrabat intentioni fallendi. Certum enim est, si Fundator facto voto, Monasterium exstruxit, dotavit, iuribus & privilegiis munivit, certos Ordinis S. Benedicti Religiosos induxit, quod tunc voto suo satisfecerit, & in sua conscientia extinxerit omnem erga Deum obligationem fundandi Monasterium pro Ordine Sancti Benedicti: idque solum Laymanni bifurcatus*
130 *docet discursus, sed non sine fallacia dictionis. Alia enim est obligatio fun-*

datio-

dationis formalis alia itidem objectiva ; obligatio formalis est, quæ residet in fundatore, eumque tenet & ligat, donec voto suo satisfecerit, inducendo Monachos Sancti Benedicti; obligatio objectiva est, *qua Monasterium fundatum, ex Fundatoris voluntate obligatur Ordini Sancti Benedicti, velut illius possessio. Et hæc obligatio, per executionem fundatoris, similiter non extinguitur, sed inchoatur, perficitur & impletur, prout & feudum, licet ab uno solum descendentium teneatur, tamen omnibus descendentibus à primo acquirente, manet obligatum. Videatur Aula &c.* Ecclesiastic. numer. 57. *Væ autem Patribus Societatis, si per immissionem quorundam illius in aliquod collegium, omnis obligatio exstinguitur. His enim expulsis aut fortuito mortuis, collegium ex fundatione, aliis sociis Doctore Laymanno non debebitur.*

Hactenus F. Romanus.

Qui gemino discursuum suorum halitu putat se Doctorum à me citatorum authoritates difflasse; *altero*, quod ego citato ex iis jure civili de Canonico triumphare cogitem; *altero*, quod ipsi Dd de legatis aliis piis, nimirū pro *redemptione captivorum*, vel *sustentatione pauperum*; non de *introductione Monachorum*, aut *Monasteriorum fundatione* agant, ut proinde F. Romanus nunc de jure civili desperans ad *jus Canonicum* confugiat, quod tamen nullum pro se militans allegat. 131 *Discutiuntur*

Quod verò Dd. citati intra Cancellos ab ipso F. Romano præscriptos sint constringendi, à verò abit, ut mox ostendetur. 132

Nos hic ex ordine F. Romani errores, in quos suo discursu impegit, breviter enarrabimus.

1. Trado ego, quod in fundatione *substituti* intelligantur *analogicè* per *generationem spiritualem*, prout jam ex ipso F. Romano ostendimus, cui substitutioni *analogicè* ex jure civili acceptæ jus Canonicū minime adversatur, sed mirè cōsentit, sicut ipse F. Romanus *q. 1 sub n 15 pag. 37. col. 1. in fin.* agnoscit, quando *surrogandos* & *substituendos* cum *substitutis in hæreditate* ex jure civili, etiam *in Aula Asbesto n. 57.* vel in Emphyteusi ac feudo comparat, licet comparationem malè instituat & applicet. *Econtrà* videtur F. Romanus hîc substitutionem non analogicè per *generationem spiritualem*, sed propriè per *generationem carnalem* accipere, in quo vehementer fallitur. Ut proinde ipso me malè impugnet, ac pejus inferat, quasi ego ex jure civili de *Canonico* triumphare in cassum laborem. 133

2. Fallitur F. Romanus, quando dicit P. Laymannum contra me *in supra recitatis verbis* militare, ac tradere, per fundationem Ordini *generatim ac indeterminatè* factam, toti *Ordini jus in confuso* quæri, eò quod dicat Laymannus *confuse & indeterminatè* ad omnes Sancti Benedicti Religiosos se extendere; siquidem notum est ex Dialecticis, quod *suppositio confusa* pro denominatis *disjunctim*, non verò conjunctim sit accipienda ; Si enim 134

conjunctim acciperetur, propositionem constitueret falsam v. c. quando dicitur homo est animal, tunc animal supponens *confusè*, si *conjunctim* acciperetur, propositionem efficeret manifestè falsam, ut patet, quia homo non est omne animal conjunctim acceptum, seu non est animal rationale
135 & irrationale simul. Si verò *disjunctim* accipiatur, ut dicatur, homo est hoc vel illud animal, propositionem constituit veram; ita quando dicit P. Laymannus legatum factum Ordini vel Monachis Sancti Benedicti, istic Ordo vel Monachi Sancti Benedicti confusè & indeterminate, in suppositione confusa accipiendi sunt, non *conjunctivè* pro toto Ordine & omnibus omninò Monachis Sancti Benedicti simul, sed *disjunctivè* pro Ordine, prout in hoc vel illo loco existit, aut pro his vel illis Monachis S. Benedicti, *ut sensus sit verus*, Legatum factum est Ordini, prout in hoc vel illo loco existit, aut his vel illis Monachis S. Benedicti; *falsus autem*, legatum factum est toti Ordini aut omnibus Monachis simul.

136 Neque obest quod P. Laymannus dicat, *fundationem illam Ordini factam, extendere se ad omnes Monachos*, quia intelligitur loqui de *omnibus non conjunctivè, sed disjunctivè*, & quidem in loco Testatoris aut fundatoris seu relicti, non vero alibi existentibus per notat. Odofred. *in l. si quis ad declinandam 49. Cod de Episc. & Cler. & in l. habeat. Cod. de SS. Eccles.* Fac *not.* à Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. titul. 6. numer. 8.*
137 Dicast ll. *lib. 2. de jure & justitia tract. 19. disput. 3. dub. 3. numer 32.* Paris. *cons. 24 numer. 4. vol. 3.* aliáque, quæ hic *sup. ad §. 3. fere sub fin.* attuli. Et quomodo audet F. Romanus in Laymanno se contra me fundare; cum ipsum impugnet. Num in eo quis se fundare poterit, quem vel quod impugnat: Repugnaret id decisioni S. Rotæ Rom. 495. *n. 1. tom. 2. in recentiss. & c. ex e. de R. I. in 6.*

138 *Executio Legati pii spectat ad Ordinarium.* Præterea quando F. Romanus fundationem pro incertis factam, ab Episcopo determinandam dicit in *causis* duntaxat *alimentorum*, *Eleemosyna* pauperibus incertis relictæ & *redemptionis captivorum* obtinere, vehementer fallitur, & summo Tribunali Apostolico contradicit. Siquidem Rota Rom. *decis. 425 numer 10 tom. 2. in recentiss.* expressè hisce formalibus decidit: NB. F. ROMANE: QUOAD LEGATA PIA INDUBITANTER EXECUTIO SPECTAT AD ORDINARIUM. Castr. *cons. 177. num. 1. & per tot. lib. 2.* Cu t. jun *cons 66 num 2. & per tot.* Bald. *in l fin. §. sed si quis num. 13. C. commun de legat* addidique *ibidem*, quoad Legata verò profana (executio) vel ad ipsum *Ordinarium*, ut per Abbatem *in c. si hæredes col. 2 & seqq. num. 7. de testam.* vel ad Præsidem loci, ut voluit Bald *in d l fin. in princ. numer.* 12. (spectet)

139 Atqui quod est relictum Collegio Religioso, est relictum pium, seu ad piam causam, uti nulli dubium esse potest, qui noverit *l. habeat 1 Cod. de SS. Eccles. & quæ ibid. notant.* Dd. maximè Odofred. Tiraquell. *in tract. de*

de privil piæ causf. in præfatione, §. *primum igitur incipimus. ubi cit.* Specul. *titul de instrumentor edit* § *nunc vero aliqua verf.* & *scias quod inter relicta*. Bald. *in Auth. similiter in princ. Cod. ad L. Falcid.* Roman. *conf.* 235. *quoad primum col* 2. & ut loquitur Tiraquellus *ibidem*, *omnes ubique*. Ratio est, quia ut censeatur aliquod pium esse legatum, necesse est ut interveniat *pietas causæ* & *pietas personæ*. Bonac. *in tract de contract. disp.* 3. *quæst.* 17. *puncto* 8. s. 2. *propos.* 1 *num.* 2. Bald, *in l.* 1. *num* 32 & *in repet. ejusdem l.* 1. *num* 85 *maxime num.* 87. & *seqq* & *in l illud num.* 1. *C. de SS. Eccles.* Barbos. *lib.* 3 *de jure univers. Eccles c.* 27 *de legat. ad pias causas.* Pietas *causæ est*, si legetur pro amore, honore Dei, pro anima, pro alimonia pauperum, ad opera pia pro hospitalibus, Ecclesiis, Monasteriis, Luminaribus, Organis, Ornamentis Ecclesiæ, Sacris, dote puellarum Barbos. *d loc. num. c.* 11 13. & *seqq.* Odofred *in d l.* 1 *num* 3. Bonac. *d. loc* Pietas *personæ est*, quando relinquuntur personis miserabilibus, pauperibus, viduis, pupillis, peregrinis, hospitibus, Religiosis. Odofred & Bonac *d. loc.* 140 141

Hoc vero in casu, ubi relinquitur aliquid pro Monasteriis excitandis, in illo relicto intervenit & *pietas causæ*, nimirum pro honore & amore Dei, pro anima, vel ad alia opera pia in Monasteriis exercenda &c. item *pietas personarum*, nempe Religiosarum &c. Igitur &c 142

Quin etiam idem in legato *indeterminatè* Monasterio vel Collegio Religioso facto obtinet, quod in legato pauperibus facto, ut videre est apud Odofred *in d. l.* 1 *C. de SS. Eccles. num.* 2. 3 *junct. l si quis ad declinandam* 49. *C. de Episc* & *Cler.* fac. not. Card Mantic *de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 2. & *per tot.* 143

Unde quod de *determinatione Episcopi* quoad incerta legata vel relicta pauperibus dispensanda jure statutum est; etiam in legato incerto Monasterio relicto dispensando obtinebit. Odofred *d. loc.* atque in terminis decidit Anton. de Butr *in c indicante n.* 5 *de testam.* & *ibi* Holt. & *in cap. nos quidem eod.* Æquiparatorum enim in jure eadem est ratio, idem jus Barbos. *in tract. axiom. Æquiparatum.* Consequenter si in utroque idem jus obtinet, malè *F. Romanus* diversum jus, sine lege, authoritate & ratione inducit. Neque ullibi in jure Canonico reperitur Episcopo Legatorum piorum *Executori* ipsa Executio esse prohibita. 144 NB.

Neque contrarium definit Bonac *de contract. disp* 3. *quæst.* 18 *puncto* 4. *num.* 4. Cum istic ab executione Legatorum pro *redemptione captivorum*, ab Episcopo facienda, executionem Legati Monasterio aut conventui certo facti, per nullam *particulam taxativam* excludat, ut cuivis legenti palam fuisset, si F. Romanus *non omissa q.* 18. citasset Bonac. *de contract. disp.* 3 *puncto* 4. *num.* 4. 145 *Bonac ina F. Romano nō astipulatur.*

Idem quoque F. Romanus observare potuisset *ex cit. l. si quis ad declinandam.* 146

L. si quis ad declinandā C. de Episc. & Cler. F. Romanus corrupit. nandam 49. C. *de Episc & Cler.* cum nec ipsa *particula* uteretur *excludente*, adeoque etiam ex paritate rationis ad aliorum quoque legatorum piorum executionem *ab Episcopo* faciendam porrigeretur, nisi illi & *particulam excludentem affinxisset*, eamque hoc modo citando *l. si quis ad destinandam*, corrupisset.

147 *Episcopus quando Executoris Testamentarii vices obeat.* Similiter *Concilium Toletanum* IV. *loco sup. cit.* nobis non obest, quia nos de Executione Testamenti, seu testatæ fundationis agimus, & quidem in eo casu, quo Testator Executorem *non nominavit*, aut non elegit, neque etiam Religiosos introducendos determinavit, *ut ex d. l. si quis ad declinandam.* atque ex Authoribus à me citatis videri potest.

148 Unde cum Concilium Toletanum IV. loquatur de *fundatione* per donationem inter vivos facta, *ipseque fundator determinet*, Monachos in Monasterium à se, approbante tamen superiore Ecclesiastico constructum introducendos, nihil mirum, si ipsius fundatoris determinationi plurimum sit deferendum; ut ita F. Romanus nihil ad rem neque ad casum nostrum proferat: Deinde nec ego usquam asserui; prout mihi Fr. Romanus affingit, quasi NON À FUNDATORE SED AB EPISCOPO Monachorum introducendorum determinatio dependeat. Cum ego Episcopo Determinationem Monachorum introducendorum *eo duntaxat casu* asseram, quo à Fundatore nulli certi sunt determinati, neque etiam ab ejusdem hærede determinantur, *juxta d. l. si quis ad declinandam & ibi cit.* Dd.

149 *Impostura F. Romani*

150 Tertio nec nos agimus de illo casu, quo *Pontifex vel Episcopus Administratores* Ecclesiæ admittunt primam alicujus certi Collegii Religiosi fundationem, ipsique velut *Executores* & *Mandatarii* eam exequuntur, quia tunc sine causa fundationem admissam ad alium usum pium non possent transferre, sed quando ipsi semel eam fundationem executi sunt velut *Mandatarii*, qua Executione facta ipsorum mandatum exspiravit, adeoque si postea institutis & introductis Monachis deficientibus Conventus desinat esse, ipsi velut *Mandatarii* non tenebuntur eodem modo fundationem exequi, sed *tanquam Administratores* Ecclesiæ pro ejusdem necessitate vel utilitate in bonum commune hos vel illos Operarios ac Dei Ministros introducendo disponere poterunt, quemadmodum *ex resolutione q. 6 c. 2. & alibi* apparebit.

151 *Instantia de Societate refellitur* Contraria instantia F. Romani, quod nimirum Episcopus in *fundatione Collegiorum Societatis Iesu* non habeat determinare certas personas Societatis, quibus præ cæteris gratificetur, huc, ubi de *fundatione personarum stabilitatem loci promittentium* agitur; ineptissimè applicatur; tum quia Societatis personæ stabilitatem loci non promittunt, nec ex votis suis ullum jus ad certum locum acquirunt, sed ad lubitum

Adm.

Adm. R. P. N. Generalis, RR. PP. Provincialium ex uno in alium locum *volentes, nolentes* vi votorum juxta Constitutiones Apostolicas & Societatis nostræ nũcupatorum transferri possunt, ac solent, ut ita nihil hic Episcopo circa Personarum transferendarum determinationem relinquatur arbitrii; tum quia fundationes Collegiorum non certis & determinatis Personis, sed toti Societati, cuius nomine Adm. R. P. N. Generalis accipit, acquiruntur; cum & illi singulæ Personæ se votis obligent, & tota etiam Societas *pro singulis quorumcunque locorum Societati oblatorum Fundatoribus eorumque animæ salute orent, ac sacrificia offerant, qui finis* etiam inter alios ab ipsis Fundatoribus est intentus. Longe verò alia ratio est Monachorum stabilita- 152
tem loci promittentium, qui ex votis suis jus acquirunt *ad certum* locum, in quo profitentur. Anton. de Butr. Dec Beroi *insup d. c. in præsentia de probat.* Monald. *cons. 33. tom. 1.* Servatius Lairuelz Ord. Præmonstr. *in Catechism. Novit. tom. 2 lectione 112. document. 6* Vid. *tract. nostro 1, cap. 5. instrum n. 35.* ita ut illo *inviti* sine culpa sua per superiores suos destitui nequeant. Servat. Lairuelz *cit. loc.* Barth. olom. à S. Fausto. *in thesaur. Religiosor. lib. 6. de voto obedientiæ quæst. 98.* Quin ipsi *hujus certi loci incolæ, & Professi*, non verò exteri aliorum locorum Monachi, adeoque nec *totus illorum Ordo pro Fundatorum huius loci anima & salute orat.*

153 Vnde cum certis duntaxat Ordinum stabilitatem loci promittentium Religiosi ad fundatum locum ius acquiratur, consequens est, quod si fundator iussisset pro Religiosis ejusmodi Ordinum in suo fundo erigi Monasterium, neque ipse neque eius hæres certos illorum Ordinum Religiosos determinasset, utique esset *Episcopi* veluti legitimi *Executoris Testamentarii* in pia causa eos determinare; quibus ius in illam fundationem acquireretur, *juxta cit. l. si quis ad declinandam 49. C. de Episc. & Cler.* secus se res habet in *fundatione Societati facienda*. quia cum non certis ex Societate duntaxat, *sed indiscriminatim* omnibus, seu potius Societatis Vniversitati ex fundatione ius acquiratur, ideoque repugnaret, si quis cum F. Romano assereret, posse fundatorem vel eius hæredem vel Executorem legitimum Episcopum certos ex Societate *determinare*, quibus & non aliis ex Societate ius illud acquireretur. Neque hujusmodi fundationem Adm R. P. N. Generalis admittere posset, quod per eam indifferentia personarum, omnimodaque de iisdem superiorum dispositio & translatio de uno in alium locum, Provinciã Regnum, Orbis partem tolleretur, itaque Societatis nostræ Constitutiones ex parte everterentur; quas tamen sanctè & inviolabiliter à Maioribus acceptas in posteros etiam illibatas transmittere oportet.

154 Ex supra deductis apparet 1. quam male F. Romanus à Societate nostra ad suum Ordinem ratione *fundationis* inferat. 2. quàm perperam F. Romanus hanc meam, imò potius Alexandri VI. Pontificis propositionem, quod Monasteria in Ordine S. Benedicti (in quo stabilitas loci promitti-

 tur)

tur) non pro toto Ordine sed pro certis ex Ordine isto Religiosis fundētur ac fundata sint, suo glossemate, interpolando hæc verba, *quoad sustentationem* corrūperit, mihique ascripserit, quasi ego docerem, Monasteria non pro toto Ordine S. Benedicti *quoad sustentationem* esse fundata, itaque Orbi illuderem. Non ita mi F. Romane Orbi illudes. Non ego propositionem hanc asserui, sed ex supra deductis rationibus negavi cum Alexandro VI. Pontifice, *toti Ordini S. Benedicti fundationes fieri* atque cum eodem Pontifice asserui, certis ex Ordine S. Benedicti Monasteria fundari. Contrarium dum sustinere vis F. Romane, & contra Apostolicam Definitionem sentis, ac tuum ipsius Ordinis Religiosi Institutum *quoad promissam loci stabilitatem*. indeque consequens jus impugnas.

F. Romanus Institutum suum impugnat.

155 3. Quàm imperitè F. Romanus *neget*, posse *Episcopum*, ubi nulli certi Monachi à Testatore sunt designati, aut aliud circumstantiæ non suadeant, aliquibus Monachis gratificari, uti Host. *in c. tua nobis in verb. in omnibus piis col. 2. de testam.* Anton. de Butr. *in cap. indicante num. 5. eod. & ibi* Petr. Ancharan. *num. 3. 4.* expressè de Monasteriis incertis loquentes docuerunt. *Vid.* & Graff. *in §. legatum quæst. 64. n. 5.* ubi citat Benedictum Capra *in reg. 113. n. 7.* Fac *not.* Afflict. *decis. 244. n. 4.* Matt. *verb. legatum c. 2. tom 5 in digest. noviss.*

NB.

156 Atque hinc etiam patet falsum esse assertum F. Romani *dd. allegat. 98 & seqq.* quasi citati à me Dd. non de legato incertis certi Ordinis Monachis, sed pro *redemptione captivorum & alimentatione pauperum* in testamento non sufficienter expressorum agerent. Cum contrarium ex eisdem appareat, ut legenti & ratione utenti non erit difficile dijudicare &c.

157 Quòd verò F. Romanus notat ex Rot. Rom. *decis. 11. de iure patron. sub num. 3. in antiq.* in fundum à Fundatore oblatum, tanquam in materiam per Fundatorem prius destinatam, per Episcopum vel superiorē eius, ad quem pertinet, introduci & creari *formam beneficialem*, per quam res illæ, quæ prius erant prophanæ & juris prophani, efficiantur iuris spiritualis & divini, & spirituales & divinæ, seu informatæ jure spirituali, ac per sic introductā formā distinguantur specificè à cæteris rebus non beneficialibus & prophanis. Rot. Rom. *decis. 11. al. 545. de iure patron. sub. num. 3. in antiq.* atque insuper addit, quod hæc sit ipsa forma habitualis, utpote quæ rebus fundatis prius infusa sit, quam actualis forma seu Collegium Religiosum in loco introducatur. Illud *non rectè Collegio Religioso* applicatur. Siquidem falsum est, quod quando quis fundaturus est Monasterium vel cætū Religiosum &c. ex bonis prophanis, in illa debeat ab Episcopo introduci *forma beneficialis*, sicut in Collegiatis Ecclesiis numerariis fieri solet, ubi prius formæ partiales beneficiariæ introducuntur, quam ipsa Collegii forma totalis introducatur. Verum quidem est, quod quando fundatio ab Episcopo

piscopo vel superiore Ecclesiastico potestatem habente est in Collegiatam Ecclesiam accepta, talis priusquam acta Collegium Ecclesiasticum vel Religiosum introducatur, nuncupetur habitualiter seu potentialiter seu potentiâ proximâ *Collegiata*; attamen qua ratione *forma beneficiaria* ad Conventum Religiosum constituendum à F Romano requirantur, non video. Cum istic non dentur propriè *beneficia & tituli*, siquidem ii cum singulis creãtur atque extinguuntur. *c dilecto de prab & ibi* DD. *Vid sup. resolution. q. 1 cap. 3.*

Quod denique F Romanus ad extenuandam communis Dd. opinionis à Judice in dubio servandæ authoritatem affert, illud contrariatur doctrinæ Pan. aliorumque Dd. ex quibus Pan *in c. 1. n. 15. de Constit.* ait: Secundo casu principali quando dubium est positum in opinione Dd. tunc si est reperire communem opinionem, Non debet judex ab illa recedere, quia væ soli *c 2 de stat. Mon* & communiter maior pars melius investigat veritatem. « Hoc verum secundum Host. & Ioann. Andr. quod non licet recedere à « communi opinione Dd. *nisi communis opinio sit evidenter falsa*, vel posset « convinci probabilibus rationibus, quod bonus iudex acutissimi ingenii ar- « bitrabitur. *arg in c capellanus de Feriis, & nota hoc dictum perpetuò.* Eadem « tradit idem Pan *in c. prudentiam n 4 de off. delegat.* & Dd. *in addit ad* « Pan *in d cap. 1 de Constit.* notant pro illa doctrina *text. in cap novimus*, ibi, *opinio à pluribus approbata. de V. S.* & istic Butrig *text. in cap. de inducis 3 quæst. 3.* ibi, *in quo plurimi concordant*, *& in l. 1. de offic. quæst.* ibi, *crebrior apud veteres opinio.* & gloss. *in cap fin. de pœnit. dist. 4. & in cap 1. verb. de catero, de post. Prælat. in 6.* adde bonum text. *in l. athletas. in princ.* ibi & *generaliter ita omnes opinantur. ff de his qui not infam.* 158 *An & quomodo communis opinio judici est servanda.*

Et dicitur Communis, quam plures graviores accipiunt. *cap. in Canonicis 19. dist.* Vid *ibid* plures Dd cit ac mox *ibidem* subiungitur hæc regula, quod ideo judicans contra communem, litem suam facit, nec excusetur in syndicatu per Bart. & Ang *in l fin. C. de pæn. iud. male iudic. per istum text.* Pan *in c. 1. de decim.* Anchar *in Clem ne Romani. de elect.* Eadem inculcat Anton. Maria Coratius Cortonensis *in præfat. commun. opinion inspect. 2 num 27. 29 30.* Bartolus autem *in l fin n 5. C. de pan. Iud. qui male iud.* quò me remiserat, ita loquitur *Quandoque erravit* (Iudex) *in eo in quo fuerunt opiniones, quia elegit malam opinionem, & tunc quandoque inter omnes opinio est una. quæ ab omnibus communiter approbatur, & communiter observatur, & tunc si elegit aliam opinionem non bonam, punietur eo modo quo dictum est sup. quia minime sunt immutanda & c.* l. minimè ff de LL. & l. si de interpretatione. ff. eod. *Si vero sunt opiniones ita fortes, quod quandoque observatur una, & quandoque servatur alia, ut in opinione, qua est in materia compendiosè facta per verbum commune; tunc Iudicem, putarem excusandum, quia erravit errore probabili; imò propter* 159

opinio-

opinionem lex dicitur incerta, ut habuistis notatum in 1. Const. t. C. §. quibus *Et pro hoc tunc facit, quod not.* in l. 1. sup. de iur. & fact. ignot. Hactenus Barr. De cuius prima parte ego agebam, & quidem ut apparebat ex Everard. *in loc. à me citato, quando communis legem vel rationem pro se aut certè non contra se haberet*, uti etiam notat Zasius *in l. 2. §. Atteius Capito. 2 in verb. innovare. de Orig. iur. & in respons. singulari. li. 2 cap. 1. n 27.* atque ita *in foro & praxi* observatetur; licet subinde in scholis Exercitii & Disputationis ergô aliud doceretur ut ingenia acuantur; in quo non ita facilè, sicuti in consulendo & judicando practicè, mortaliter peccatur, ut notat Anton. Maria Coratius *in d prafat. de commun. opin. n. 55. 56. 57.*

160 Praeterea dixi ego *in dubio* communem opinionem, ubi nec lex, nec ratio contrariatur, servandam esse; secus autem si vel ratio vel lex contrariaretur. Tunc enim nequaquam esset *sequenda communis opinio*, ut pote à Jure reprobata.

161 Atque hinc patet, quomodo F. Romanus propositionem meam ex Dd. allatam & intellectam, neglectis circumstantiis in vanum cavilletur. &c.

Nunc Reliqua à F. Romano contra P. Laymannum & P. Mangionium obmota prosequamur.

Principio miror, quomodo P. Laymannum, cuius paulo ante contra me patrocinium imploraverat, nunc audeat sibi ipse contrarius impugnare? An nescius F. Romanus, quod quis semel approbavit, illud amplius impugnare nequeat? per not. Card. *in c. nulli. de Elect. in 6 & c quod semel. de R. I. in 6 & ibid.* Dyn. Ioan. Andr *in Novell. l. Pomponius ff. de neg. gest.* Alberic. *in dictionar. ver. approbo.* Brixiens. *in repert. verb. impugnare per l. Papinianus §. si conditione ff de inoff. Testam. c. accepimus. de atat & qual fac. not* Innoc. & Host *de Except c cum Ecclesiastica 23. q. 4 quisquis. not. in l. nam absurdum 7 ff de bonis libertor.*

162 Deinde miror quod doctrinam P. Laymanni inter *dispositionem* & *Executionem* distinguentis in jure atque usu *receptissimam* proclamet *novam* atque *inauditam* in Ecclesia Catholica esse sententiam. Siquidem hoc ipso ostendit, se in iure ac praxi vel omninò non, vel parum versatum esse. Quid enim *certius* est, quam ubi *incerta persona* ad causam piam à Testatore sunt institutæ, ut distinguatur inter *ipsam dispositionem*, quæ est de incertis personis. *& dispositionis illius executionem*, quæ certè non in incertas, sed in certas cadit personas, ad quas dispositio indeterminata venit reipsa determinanda. Videantur Host Beroi. Anton. de Butr. *in sup cit. c. nos quidem. c. indicante & c. tua nobis de Testam.* Facit illuc & Rota Rom *decis.* 425 *n. 10. tom. 2 in recentiss* ex Castr. *cons.* 177 *n. 1. & per tot. lib* 2. aliisque sup. cit. Dd. similiter Rota Rom. *decis.* 413 *n. 2. & per tot. tom. 1. in recentiss.*

Neque

Neque propterea *dispositio* & *Executio* sibi advertantur, sed hæc illam duntaxat determinat subordinata

163 Et quid notius, certiusque in jure, quam quod *dispositio* Testatoris post ipsius mortem pariat obligationē implendi vel *exequendi* eius voluntatem *l. habeat. 1. C. de SS. Eccles. tot. tit. Inst. ff. C de testam & x eod.* Minime autem hic accipitur *obligatio*, prout ea juxta somnium F. Romani, ex *voto* aliquo à Fundatore concepto proficiscitur, sed prout ex *dispositione* ipsius Testatoris Testamentaria &c oritur, atque ad eam tanquam effectus consequitur, quemadmodum F. Romanus *ex Institutionibus juris civilis lib 3. Titulo de obligationibus & ibi* Dd. *not* discere potuisset, ne tam graviter impegisset, existimando vel affingendo P. Laymanno, quasi *dispositionis obligatio ex voto* proficisci deberet. Fortè videtur F Romanus hic *amphibolia* laborare, & *obligationem*, quæ dispositionem Testamentariam tanquam effectus naturaliter sequitur tanquam *causam dispositionis* fallaciter vel erroneè apprehendere. Error F. Romani.

Porrò quod alia sit *dispositio formalis*, & *alia objectiva*, certum est, eò quòd *formalis* sit ipse actus Testationis & dispositionis; *objectiva* sit res, de qua Testator disponit. Sed quid inde? 164

165 Ait F. Romanus *dispositio formalis* mortuo Fundatore perit, non item *objectiva*, hæc enim per *Executionem* nullatenus extinguitur, sed adimpletur, sed hæc sine Lege, authoritate & ratione asserit. *Dispositio* quidem *formalis*, prout est actus ipse à voluntate disponentis elicitus, ita transit, at postmodū etiā mortuo Testatore *virtualiter* vel habitualiter manet, usq; dū *obligatio* exinde consurgens solutione & præstatione eius, quod dispositū est, *extinguatur* quemadmodum in omnibus actibus moralibus maximè iustitiæ cō nutativæ videre est, quamvis *dispositio objectiva* seu dispositū ipsum dicatur etiā *impleri*. ex *L. 5 C deposit*, vel præstari. Dispositio Testamentaria *formalis* habitualiter vel virtualiter permanens, non verò *dispositum ipsum*, dicitur *parere obligationem* implendi & præstandi dispositum per. *tit. Instit. de obligationib.* ipsaque obligatio dicitur executione seu solutione & præstatione eius, quod dispositum est, exstingui. *per l. unum ex familia ff de legat. 2. & ibi* Ioan. Imol. glo *fin in § fin. Inst. quib. mod. toll obligat.* 166

167 Unde patet, quot monstra peregrinarum formularum loquendi F. Romanus in Theologorum & ICtorum Scholam invehat, quamque ineruditè contra eruditum P. Laymannum loquatur, nescius quod quando incertæ personæ sunt institutæ, distinguendum sit inter ipsam *dispositionem* ita indeterminatam, quæ similem *in actu primo parit obligationem indeterminatam*, per not. Lancellot. Decii. *in l. cum incertis de legat. 1 & eandem in actu secundo* seu *executione ipsa determinandam*, ut tradunt Dd. Sebast. Næv *in l Mavius 68. al. 66. §. eum qui. ff de legat. 2.* ubi ab omnibus relictum dicitur unica præstatione præstari; faciunt & ibidem tradita à glo. *verb. homines si duobus.* ubi tradi-

traditur, quod in obligatione vel legato hominis vel alicuis rei in genere, nulla res sit certa, nullusque homo certus et determinatus, sed bene determinandus per solutionem. Daoyz *in indice iuris civilis verb.* obligatio generis, in qua sunt omnes *non copulativè aut collectivè,* sed vel *disiunctive* in obligatione, ut hæc vel illa res debeatur, aut *electivè*, ut una ex iis eligatur,
168 quæ rectè dicitur solvi. Zasius *in l. Stipulationum n. 56 ff de V O.* Ita licet dispositio ista concernens plura incerta sit incerta, sicut obligatio generis, attamen certo ex eis electo, ad illud obligatio generis determinatur, ac facta præstatione & solutione illius, quod relictum est, acceptata, ipsa obligatio exstinguitur. Cum solutione eius quod debetur, hæres ab obligatione liberetur. *l. unum ex familia. ff. de legat. 2. & ibi* Ioan. Imol. sicuti solutione & præstatione eius, de quo dispositum est, obligatio tollitur & exstinguitur, quemadmodum de jure est certum Cum omnis obligatio solutione eius, quod debetur, de jure tollatur & exstinguatur glo. *solutio. in Auth. contra. C. de non num. pecun.* & gloss *fin in §. fin. Inst. quib. mod. toll obligat.* Georg. Natt *in Clem. sepè de V. S. n 311.* Rot. Rom *decis. 207. num. 1. & decis. 233. num. 2. tom 1. in recentiss.* Ita obligatio generis tandem unicâ solutione tollitur. Sebast. Næv. *in l. qui hominem. 34. §. si duo rei. n. 4. ff de solut. & liber. l. fideiussorem 52 ff mandat.*

169 Atque hinc patet, falsum esse F Romanum, quando P. Laymanno imputat, quasi aliquâ usus hic fuisset fallaciâ, quâ vel maximè ipse F. Romanus usus fuit.

170 Denique quod F. Romanus attexit *obligationem formalem* ex voto fundandi Monasterium pro Ordine S. Benedicti natam residere in Fundatore, usque dum votum suum erga Deum impleat, quo impleto extinguatur obligatio erga Deum, transeat, sed quid illud ad oleas?

171 *Commentũ Hayanum.* Quod verò ibidem addit, *obligationem illius objectivam, qua Monasterium fundatum ex Fundatoris voluntate obligetur Ordini S Benedicti, velut illius possessio, quæ obligatio per* Executionem *Fundatoris similiter non extinguatur sed inchoetur, perficiatur & impleatur, prout & Feudum, licet ab uno solum descendente teneatur, tamen omnibus descendentibus, à primo acquirente maneat obligatum*, prout & *in Aula sua num. 57.* allegat.

172 *Discutiuntur.* Est discursus legum, authoritatum & Rationum præsidio destitutus. Vbi quæso definitur, aut qua ratione demonstratur, quod fundationis obligatio objectiva seu res fundata Ordini obligetur, ut eius *possessio*; maximè cum Ordo à primis illius rei acquirentibus non descendat. Itaque allatum *feudi acquisiti* exemplum ineptè huc allegetur. Quin etiam illa F. Romani assertio decisioni Apostolicæ Alexandri VI. *sæpius citata* repugnat.

173 Illud tamen in casu P. Laymanni animadverti velim, quod quando ipse dicit

dicit, *obligationem fundationis, ea impleta extingui*, intelligatur ea, qua hæres vel Executor Fundatoris tenetur ad voluntatem Fundatoris, semel & simul implendam, extingui, secus si Executio ab hærede vel Executore facienda involveret tractum successivum, ut si hæres vel Executor annua legata præstare deberent; tunc enim eorũ obligatio, nõ nisi pro quolibet anno, quo annuũ legatum solutum esset, exstingueretur, alias perennaret, Minimè autem intelligatur *obligatio*, quæ ex causa ipsius *fundationis finali cuius*, oritur, nimirum ut Deus honoretur, colatur, pro anima Fundatoris eiusque Familiæ salute oretur &c. Hæc enim fundatione & obligatione ex parte hæredis vel Executoris impletâ non exstinguitur, sed prius introducitur. *arg. tot tit. de condict. ob caus. dat.*

Ex quibus supradeductis videre est, quomodo F. Romanus vel à scopo aberret, vel verba mutilet, vel iis aliquid affingat, aut ipsa interpolet, quò sensum eorundem falsificet aut corrumpat. E contra verò relinquitur, quod P. Laymanni *in Censura 9* & P Mangionii *in Theor. q. 1. ad n. F. Romani 58. suo verò n. 155. & seqq* allata doctrina sana sit, ac iuribus & rationi conformis, quæ propterea reiecto Hajano errore sit amplectenda. 174

§. V.

Fundatione pro Monachis in genere facta semel ab Episcopo declarata, cæteri manent exclusi.

Adducebam, quod Monachi semel ad hunc certum locum deputati & admissi velut incolæ, cæteros exteros aliorũ Monasteriorũ ejusdem Ordinis Monachos ab eodẽ perpetuò excludant, ut *in Resolutione c. 2.* probatũ fuit. Eò facit, quòd quãdo alicui certo aliquod legatũ assignatũ & tributũ est, ab eo de cæteri remoti intelligãtur. *per l cum ita. 63. §. 1. ff. de cõdit. & demõstrat.* 175

Vnde Inferebam 1. Fundationis *dispositionem* pro Monachis indeterminatè & in confuso factam, interveniente electione & Evocatione Executoris vel Episcopi in effectu, reipsa, seu executione pro iis certis introductis eorumq; successoribus determinatè factam intelligi, per not. Lancellot. Decii. *in l. cum incertas. 14 ff de legat 1.* ex qua ipsi (non alii exteri) jus in bona & bonis acquirant *& d. l. unum ex familia ff. de legat. 2. & ibi* Ioan. Imol.

Inferebam 2. falsam esse F. Romani *consequentiam* & assertionẽ, quod Ordo ex Fundatione in Monasterii emortui vel Conventu destituti bona jus ullũ acquisivisset, tanquam *descendentes* vasalli *primi acquirentis* in feudo solent acquirere; Cum Ordo respectu primorũ acquirentium notoriè non habeat se veluti descendentes, Et reliqui exteri aliorũ Monasteriorũ maneãt exclusi & remoti, hoc ipso, quod incolis huius certi Monasterii, nunc Conventu destituti, fuisset jus acquisitum *per d l. cum ita 63. §. 1 ff. de condit. & demonstrat.* 176

§. VI.

Fundatio pro familia S. Benedicti quomodo facta intelligatur.

177 Ad *Confirmationem* 1. supra c. 1. §. 2. pro adversa parte allatam, *Respondebam* 1. Fundationē pro *familia S. Benedicti*, vel per ipsum Fundatorem vivum vel ab obitu ejus per hæredem vel Executorem, seu Episcopum ad hūc locum evocata, *ibique habitante* & incola, prout ipsæ Fundationum litteræ ex d. definitione Alexandri VI. *Accepimus*, declarant, factam esse.

178 Respondebam 2. Esto quod fundationis dispositio attento nudo verborum cortice *pro familia S. Benedicti simpliciter* & indeterminatè facta esset, tunc tamen attenta mente Fundatoris in effectu fundationis dispositio non pro toto Ordine, sed pro familia S Benedicti huc per *hæredem* vel *Executorem*, vel Episcopum determinanda & evocanda intelligeretur facta, *per d. l unum ex familia ff de legat. 2. & ibi.* Ioan. Imol. Dd. *in l Mævius eod.* quod Fundatores locum & eos, apud quos sacra & divina audire solent, præ cæteris diligere præsumantur per not. Odofred. aliorumq; *in l si quis ad declinandam C. de Episc. & Cler.* adeoque illis potius & incolis, quàm aliis exteris prospicere *per not.* Didac. de spin. *in spec. Testam. glo. principal 3. n. 32. & c. hortamur 71. dist.*

179 Si quis Instaret *familiâ S. Benedicti* hoc in loco & Monasterio extinctâ & emortuâ, reliquam aliorū locorum exteram & superstitem ex fideicommisso videri vocatam. *Respondi* hoc ipsum assertum ex allata à F Romano *feudi* cōparatione everti nec posse subsistere, siquidem *ad feudum* non vocantur nec admittuntur, nisi quotquot *à primo acquirente* descendunt, vel nisi aliter in prima investitura sit cautum. Vnde *à pari* ad Monasterium fundatum non vocentur, nec admittantur, nisi quotquot à primis acquirentibus, *per generationem spiritualem* descendunt, & in familia S. Benedicti jure proprio in eodem loco succedunt. At reliquæ aliorum Monasteriorum ejusdē Ordinis familiæ exteræ per *generationem spiritualem* à familia jure proprio hujus loci primâ acquirente non descendunt, sed respectu hujus habent se, velut ascendentes vel ut Collaterales, adeoque ex fideicommisso familiæ istuc nō censentur vocatæ. Cum in fideicommisso familiæ descendentes, non autem Collaterales comprehendantur *l. cum ita § in fideicommisso ff. de legat.* 2. Vid. *sup. resolut. c. 2. & inf. resolut. q 6.*

180 Quin etiam si reliquæ aliorum Monasteriorū familiæ exteræ ex fideicommisso ad huius loci Monasteriū essent vocatæ, quærebam, qua ratione, quove jure Benedictini Patres quædam Hieronymianorū, Guilielmitarū, Augustinianorū Cōventibus destituta Monasteria superstitibus aliis obtinuerint?

181 Tandem ex deductis inferebam, quod *Major* propositio F. Romani, nempe *quod Monasteria pro familia S. Benedicti fundata, si familia accipiatur jure communi pro omnibus Congregationibus localibus sub Regula*

S. Be

S.Benedicti militantibus,falsa sit; vera autem , si *familia jure proprio* seu pro particulari congregatione ab hærede vel Executore vel Episcopo ad hunc locum evocata,ejusque descendentibus ac substitutis accipiatur.

§. VII.

Ad Clem quia contingit de Rel dom remissivè Resp.

Respondebam confirmationem *2. ex Clem. quia contingit. de rel. dom. sup.c.1.num* 3.exadversum allegatam *infra in q.6.*resolutione enodari , ubi igitur videri poterit. 182

§. VIII.

Similiter ad Dd.authoritatem Resp.

. Ad alteram probationem *sup.c.1.num.4.* ex Dd. authoritatibus oppositam , quod *deficientibus seu mortuis omnibus alicujus loci Religiosis Incolis, alii aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachi externi sint substituendi*, Responderam ejusdem resolutionem *inf.in q.7.*esse videndam.Solû hic notanda sit vanitas hominis,qui *ab allegatione 408.usq; ad allegat 439.*triginta & unum laudat authores,quasi à me *in q.1.c.3 n 9.*falsò allegatos, ac pro se facientes,quorum ego istic ne quidem memini. 183 *Impostura F.Romani.*

§. IX.

Glo.in c sicut alterius 7.q 1.ver.regulariter & Concil.Trid. malè ad propositum à F.Romano citantur,quia conventus mortuus non nubit.

Respondebam *confirmationem* ipsius 1.ex gloss. *in c.sicut alterius 7.q.1. verb.regulariter sup.c.1.§.5.*adductam nihil ad rem facere , Nam *istic* apud gloss.statuitur,ut Ecclesia viduata suo Episcopo nubat alii in Domino , seu regulariter,*id est*,ut ait ibidem gloss.*homini sua professionis* per *c.cave.28 q.1.* quæ certè à nostro casu sunt aliena , ubi non tantum caput congregationis, sed & ipse cœtus seu conventus mortuus est qui ideo nec dici poterit nubere. Apud glo. verò cœtus Ecclesiæ capite suo vel Prælato viduatus duntaxat dicitur,qui nubere possit alii scilicet Prælato , ideo haud dubiè cœtus iste Ecclesiæ vivere adhuc præsupponetur,sicut & Turrecremata *in d.c.sicut alterius n.2.*sufficienter indicat,quando *conclusione prima* dicit , quod Episcopus dicatur *sponsus Ecclesiæ suæ*,sicut habetur *ex præsenti c.* Nam inter Episcopum & Ecclesiam suam *fœdus conjugii* celebratur quod ut ait Innoc. *in c. 1.x.de translat Episc.in Electione initiatur,ratificatur in confirmatione* , & in *consecratione* intelligitur *consummatum*, Unde nulli debet esse dubium, quin Episcopus *Sponsus* sit dicendus Ecclesiæ suæ, unde etiam in hujusmodi signum Episcopus portat *annulum* , & eo mortuo Ecclesia dicitur vidua. *Hactenus* Turrecremata,qui Electionem Ecclesiæ asserendo , haud dubiè 148 *Episcopus cur gerat annulum.*

in ea cœtum & Collegium vivum supponere debet, à quo Episcopus eligatur. *de elect.*

185 Deinde quid si Ecclesia vidua ante habuisset Prælatum & Episcopum *Religiosum*, num & in illius locum alius ejusdem Religionis & Professionis erit postulandus? Quo quæso jure id cavetur, quo Canone? Nullo omnino. Tum quæro à te, quia dicis, quod *sponsus & sponsa* debeant ejusdem esse *speciei*, qua ratione *Regularis* vel *Monachus* postulabitur Ecclesiæ *secularis* Prælatus vel ut tu asseris *allegat.332.n.1.& allegat.475.n.2.* eligetur? Denium in Monasterio aliquo Monachatus non sunt propriè *dicta beneficia*, neque iidem morte Monachorum vacant, ut supra ostendimus.

186 Proinde cum gloss. *in d.c. sicut alterius 7.q.1.* agat de beneficiis vacantibus, innuatque beneficia vacantia *Regularia Regularibus, secularia secularibus*, quemadmodum sapientissimè Concil. Trid *sess.14 de Reform c.1.* statuit, dāda esse, ipsa nihil contra Nos facit, qui non *de titulis & beneficiis* vacantibus, sed Monasteriorum titulis extinctis, seu potius de *Monasteriis Conventu destitutis* hic agimus.

§. X.

Concil. Trid. Sess.14.c.10.de Reform. & c. cùm causam 27. de elect. à F. Romano impertinenter allegantur, & quomodo Regularia beneficia, Regularibus sint danda &c.

187 Respondebam *confirmationem* ex L.Zech.*de Rep. Eccles. titul. de beneficiat. sub numer.3.* Concil. Trident. *sess 14.c 10. de Reform. & c. cum causam 27. de elect. sup. c.1 numer. 6.* allatam nihil ad scopum facere: quia L. Zecchus & Concilium agunt de *Ecclesia Collegiata*, in qua *Collegium* adhuc *vivit*; Nos autem de Collegiata Ecclesia, in qua sunt omnes omnino collectivè sumpti *mortui*. Quod vero Zecch & Concil. *citato loco* supponant Collegiū adhuc vivere, patet ex eorundē ratione, nempe quod *non sit in bove arandum & asino*, nec quisquam debeat vestēm induere de lana linoque contextam *d. c. cum causam 27. de elect.* At quisquis arabit in bove & asino haud dubiè supponet bovem & asinum vivere, cui alteri vivo alterum etiam vivum animal, sed dispar juncturus est, quod ut minus cōveniens prohibetur. Similiter quisquis *induet vestem lana linoque contextam*, haud dubiè supponet vestem lana vel lino contextam exstare. Quomodo enim aliàs homo non vivus rationabiliter dicetur cum bove vel asino mortuis arare posse, aut quomodo vestem lana linoque contextam non exstantem induere velle?

Cum bove & asino mortuis non aratur. Nec quis vestem lana linoque contextam, sed non amplius existentem dicetur induere posse.

188 Quare Concilium Trid. *cit. loc.* prohibens, ne quis in bove & asino aret, neve veste lana linoque contexta induatur, *à pari* cavet ac prohibet, ne diversæ Professionis homines, nim. *Regulares cum secularibus aut vice versa* &c. in

&c. in una eademque Ecclesia Collegialiter conjungantur, sed quales illic in Ecclesia reperiuntur, tales ipsis alii adjungantur, ut inter ipsos sit vitæ conformitas, ac similis in moribus disciplina servetur per *d. c. recolentes. de statu Monach.* Anton. de Butr. *in d. c. cum causam numer. 11. de elect.*

Ibidem subjungebam mirari me hic F. Romani ingenium, quod cum *ipse q. 1. Astri n. 33.* (pro quo errore Typographi *n. 34* ei at expressus, ideoq; illum *allegat.* 319 incessit) Canoniam Monachalem ex Azorio negaret esse beneficium; nihilominus pro *Canonia* defuncti monachi extincta, alibi argumentaretur, non secus ac si verum esset beneficium & quidem vacans; adeoque sibi contradiceret. 189

Econtra F. Romanus *allegat.* 320. dicit, quod *verba ipsius ibidem hac fuerint*; præmittendum hoc loco, quid sit Canonia Monachalis, quam Azorius *p. 1. lib 3. c. 76. quæst.* 7. Negat esse beneficium regulare contra gloss. *in Clem. dispendiosam. verb beneficiis. de judic.* Igitur (infert F. Romanus) quod *non negarit esse regulare Beneficium*, *sed Azorium negantem allegarit* *Si hoc sit negare, jam & ego cum ipso negaturus sim ulla Monasteria desolata extincta esse; quia* in Astri Eclipsi *sexcenties illum negantem allegarim.* 190 **Commentũ Hayanum.**

Verum cum F. Romanus *d quæst 1. numer 33. sub fin* præmittat, quæstionem, *quid sit Canonia Monachalis*, eidemque Responsurus citet Azorium *negantem* esse beneficium Regulare, neque ipsum rejiciat aut refutet, videtur cum ipso istic facere. Nam qui alicujus Doctoris dictum citat, neque ipsum refutat, videtur cum illo sentire. Cum Doctoris dictum secundum id, quod allegat sit intelligendum. Cephal. *conf. 617. num. 155. conf. 746 num. 26. & conf. 769. num.* 10. per Bart. *in l non solum §. si liberationis verba col. 2 ff de liber. legat.* Socin *in l. 1 col. 15 circa med. de vulg. & pupil.* Dec. *conf. 189. n* 1. *& in l 1. num. 13. C. de edend.* At quando ego F. Romanum allego, & refuto, non potero dici cum ipso facere, sed ab ipso dissentire. Ubi autem ipsum pro mea sententia cito, nec refuto, istic ego illum approbo, ut meis dictis sint conformes allegationes. 191 **Discutitur Doctoris dictum allegatũ quando censeatur approbari**

Quod si tamen F. Romanus voluerit cum gloss. *in Clem. dispendiosam. verb beneficiis de jud.* facere; cum illud F. Romanus non sufficienter expresserit, in dubio contra ipsum proferentem verba etiam ipsius obscura accipienda fuerunt, prout contra proferentem accipi solent *per l. si arborem 16. § fin ff de servit. urb. præd.* at tunc supra *in resolut quæst. 1. c. 2.* refutavimus, & ostendimus. Monachatus non posse dici beneficia, Quidquid sit, F. Romanus nec Argumentis Respondit, nec à contrarietate sese liberavit. Neque ego facile credo, quod sexcenties illud ajentem allegarim. 192

§. XI.

§.XI.

Devolutio in Collegiis conventu destitutis, vel etiam eo instructis, sed innumerato, locum non invenit.

193 Respondetam ad *confirmationem 3.* ex jure devolutionis petitam *ac sup. c. 1 §. 7.* propositam, nihil inde contra nos concludi, quia vel F Romanus loquitur de Canonicis Monachalibus, vel de ipsa Prælatura Monasterii. Si de *canonicis Monachalibus*, jam *sup. quæst. 1. c. 2.* ostensum est, tales Canonias in
194 Ordine S. Benedicti non dari. *Deinde* posito non concesso, quod in Monasteriis Ordinis S. Benedicti darentur Canoniæ Monachales, non tamen in iis daretur *devolutio*. Nam licet in Ecclesiis *Collegiatis numeratis* locum habeat devolutio, non tamen in Ecclesiis Collegiatis non numeratis *c. ex parte de concess. prab* & ibi Anton. de Butr. (ita enim error Typographi emendandus est, prout & in *seqq.* & sic cessat *allegatio F. Romani* 107) Pan. Imol. quia juxta *c. dilecto de prab.* vacatio in iis non datur, itaque in *nonnumeratis* nec locum habet devolutio, de qua *in c. 2. ne sed vac.* relatum Concilium Lateranense.

195 Atqui Monasteria emortua Ordinis S. Benedicti fuerunt Ecclesiæ non numeratæ, ut probatum est *sup. in resolut. quæst. 1. c 1. & 2.* Igitur in Monasteriis emortuis non habet locum devolutio adeoque ex jure devolutionis nihil stabilimenti pro Altri assertione est reperire. Nam ubi nulla vacatio datur, ibi nec datur devolutio, consequenter nec ullum devolutionis jus, qualitates aut effectus locum obtinere possunt. Cum non entis nullæ sint qualitates, nulli effectus *l. ejus qui in Provincia. & ibi latè* Dec. *ff. si cert. pet. l. quidam referunt ff. de jure codicill. l. 1. comm. prad. l. item eorum §. sed si ita ff. quod cujusque univ. nom.*

196 Quod si F Romanus loquatur de Prælatura Monasterii, jam iterum hic locum non habere devolutionem ostendebam, hoc quasi Enthymemate; quia omnibus omninò de Collegio cum ipso Prælato copulativè & nō tantum distributivè mortuis, illic nec est nec datur electio directa activa vel passiva. Igitur nec potest illic dari electio obliqua seu devoluta. *Antecedens* de *directa* electione *activa* probabam ex eo, quia hæc penes Monachos illius Monasterii incolas esset *c. 1. de elect. c. congregato 16. q. ult.* id est, electores jure proprio essent ipsi incolæ Religiosi ibi professi. At ii illic non dantur, cum sint omnes mortui, nullo superstite. Igitur nec illic datur electio directa activa. Neque etiam passiva directa electio ibidem datur. Nam hæc ibidem jure proprio *ex c. Abbate de V. S* esset penes Monachos illius Monasterii incolas professos, *ut cit.* Dd. docent, *id est,* Monachi illius Monasterii incolæ essent professi eligibiles, ex iisque unus eligendus, modo dignus foret.

foret. Sin secus aliunde assumendus, tum hic de novo istic ut profiteretur necesse esset, *d. c. Abbate.* Atqui hic nulli omnino Monachi dantur incolæ 197.
professi eligibiles, seu qui possint eligi, cum ponantur omnes nullo superstite copulativè mortui. Igitur nec electio directa passiva hic locũ habet. *Consequentiam* istius *Enthymematis* probabam, quia electio devoluta præsuppo- 198.
nit electionem directam jure proprio competentem. Nam electio *devoluta* non datur, nisi persona intermedia, (cui jure proprio ac directo cõpetit electio.) eligere vel jure non potuit *v. c.* propter censuras ob delictum incursas; vel si potuit, tempus electioni præstitutum neglexit, vel si id non neglexit, at indignum elegit. Gonzalez *in proœm. reg. 8 glo 5. n. 144.* Illudq; arguit ipse titulus in jure Canonico de supplenda negligentia Prælatorum expressus, ex quo Dd. conditiones ad devolutionem requisitas desumpserunt.

Vnde cum hoc in casu nostro, ubi omnes Monachi nullo superstite *co-* 199.
pulativè mortui supponuntur, non detur *electio directa* jure proprio competens, non dabitur etiam electio devoluta seu obliqua jure alieno competitura, cum annexis conditionibus electionis directæ, quas F. Romanus ubique gratis & inaniter jactat.

Quod idem *allegatione* 455. asserit, quasi textus, illius *capit. Abbate.* de no- 200.
va professione facienda expresse aliud loquatur, adeoq; infulsa sit allegatio *Comment.*
q. 3. c. 3. n. 15. (pro quo F. Romanus erroneè *n. 17.* expressit) & Religionum *Hayana.*
praxi contraria, ut *supra* fusius dictum asserit *allegat.* 108. & alibi.

Iterũ *in allegatione* 108. citatæ huic *meæ q. 3. c. 3.* (pro quo ibidẽ F. Romanus 201.
c. 8. erroneè indigitat) *n. 11. & q. 6. c. 2. §. cũ mors* subijcit, *quod textus d. canonis, meæ assertioni è diametro adversetur, ut ipse suspicetur, me illud* c. Abbate *vel nõ legisse vel non intellexisse. Nam 1. ego ajam* ex d. c. *electionẽ passivã Abbatis jure proprio esse penes Monachos illius Alciatensis Monasterii viduati. Summus Pontifex autem in illomet* c. Abbate. *contrarium decidit, in vacante nimirum illa Abbatia nullum ex illius Monachis, sed ex alio Monasterio nempe S. Bertini tunc non vacante eligendum esse 2. ego asseram si Prælatus aliunde assumatur,* ex d. c. *necesse, ut de novo profiteatur in Monasterio, ad quod assumitur. Innocentius Papa contrarium ibi decidens ait ad viduatum Alciatense Monasterium, è Cœnobio S. Bertini Abbatem nullatenus assumendum esse nisi prius apud Monasterium S. Bertini non viduatum professionem emiserit. 3. Ego* d. c. Abbate, *universim de Monasteriis à se mutuo non dependentibus allegem: Papa vero de duobus Monasteriis loquatur, quorum alterum ab altero quoad electionem passivam ex antiqua consuetudine & Apostolicis Privilegiis dependebat. 4. Ego q. 2. sect. 3. c. 3. n. 6 ajam. Guarinum illum Alciatensem Professum electum esse in Abbatem Monasterii S. Bertini. Pontifex autem dicit, eum electum fuisse in Abbatem Alciatensem Legatur* textus. Hactenus F. Romanus. 202.

Verum F. Romanus more suo nihil vel rectè allegat vel applicat, sed u- *Discutiun-*
bique inaniter discurrit. *tur.*

Principio ipse bis in hac ipsa citatione *meæ quæstionis* 3. erravit, allegando 203.

c.8.cum tamen ego ibidem *nonnisi* 3.numerem,& insuper designando *n.17.* in quo nihil.*de d c.Abbate* sed de *c.4.ad Galat*.ago; Numero vero hoc *nostro* 11.*c.3.*allegatum *c Abbate de* V.S.pertracto.

Deinde quæ de professione ibidem in altero Monasterio repetita negat & de praxi contraria asserit,iam supra sunt refutata, prout mox ostēdetur.

204 Tum falsū est,quod non ego *d.c. Abbate* legerim, aut nō intellexerim, E-contra verum est,quod ipse F. Romanus *cit.c. Abbate*, vel non bene legerit, vel certe non intellexerit,quia a'ias non contra Abbatem Panormitanū virum in jure scientissimum atq; *in d.c. Abbate n.5.* mecum quoad *professionem* ibidem repetitam atq; in aliis quoq; Monasteriis repetendam , ut mox ostendam, facientem , novitius iste Canonista & Iurium Candidatus tam audacter scripsisset,ipsumq; in me tacitus non reprehendisset.

205 Ad singula capita quæ F. Romanus obiicit,*Respondeo*. Et quidē ad 1.pernego ego quod *text.d.c. Abbate*, meæ assertioni adversetur. Nam ego *ex d c. Abbate*.electionem *passivam* Abbatis iure proprio esse penes grem.ū Monasterii,unde quis eligitur vel adsumitur,in Abbatē. idq; ex iure communi, quo Monachi S.Syluani Alciatenses nitebantur,quodq; ipsi allegabant,ut advertit ibidem Host citans in eum finem *c* 1.*& c.cum term.de elect*.unde sicut *ex c.quā sit*.18.*q*.2.patet,quod Abbas debeat ex gremio Ecclesiæ,cui præficitur,eligi si idoneus sit. Zecch.*de Rep.Ec.l.tit,de Abbat c.25.sub.n.3.§.IV.debet eligi*.Quod jus commune *in d.c. Abbate*, non improbatur,sed quia isto in loco per consuetudinem contrariā & privilegia specialia illi derogatum est, ideo istic decidit Pontifex, consuetudinem servandam esse , ut tamdiu Monasteriū S.Bertini hac honoris debeat prærogativa gaudere,donec ibidem viguerit Observantia Regularis , ut idoneæ personæ inveniantur in illo,quæ possint in Abbatem assumi.

206 Vnde cum ego abstrahendo à loco Alciatensi de jure communi loquerer,& F.Romanus ad loci Alciatensis contrariam consuetudinem & specialia privilegia recurrat,ip'e à proposito deviat.

207 Ad 2.cap.à F.Romano objectū quod attinet,non ego ex me,sed ex Abbate Panormitano *in d c. Abbate n.*4.Dec *in c.preterea n.2.de prab.* Frid de Senis *q*.5.Navarr.*comment.4 de Regular.n.21.*asserebam,quod alterius Monasterii futurus Monachus erā illic habeat profiteri. Ita enim *cit.loc* Panormitanus loquitur, *Nota quod professus in uno Monasterio intrando aliud ad hoc,ut dicatur Monachus illius Monasterii oportet quod iterum ibi profiteatur , sicut fac iste,de quo* hic in textu.Huius contrarium Pontifex ibidem minimè decidit, sed cum Alciatenses Monachi secundum jus commune ex suo gremio elegissent Monachum in Abbatem,& quidem professum,sciebant enim quod non possent eligere nisi professum. Abb. *in c.cum ad nostram de elect.per illum text.& per c.cum causam.c.officii.c.cum Magistrum eod.tit*.Zecch.*d tit.de Abbat. c.25.sub.n.3.§ III.oportet*,vel ipsorum electio futura esset nulla. Zecch. *d.loc.*

&non-

& non assumpsissent secundum antiquam consuetudinem & specialia privil. gia ex Monasterio S. Bertini aliquem professum Monachum, ideo statuit & decernit ibi Pontifex, ut electus Alciatensis Monachus professus prius aliquamdiu sit in Monasterio S. Bertini, ibiq; faciat professionē. & sic fiat illius Monasterii membrū, atq; Abbatialis honoris in Alciatensi Monasterio capax. Ita enim *textus d. c. Abbate* loquitur. Et cum quadam vice Guarinum Alciatensem Monachum elegissent, eius electio robur habere non potuit, donec apud Monasteriū S. Bertini professione facta post aliquantū tēporis, quando scil. ei asdē (S. Bertini) loci Abbati & Conventui placuit, in Alciatēsem extitit Abbatē assumptus. Faciunt *not.* Anton. de Butr. *in c. cū causā* 27. *n.* 17. *de elect.* ubi dicit, notādū esse, quod eo ipso, quo promovetur quis ad Monasterium, oporteat, ut profiteatur Regulam specifice illius Monasterii; Et sic efficiatur Monachus illius Monasterii. Vid *resolut q.* 2. *sect* 3. *c.* 3. *n.* 6.

Quod spectat ad tertiū à F. Romano objectū caput, *Respondeo*, quòd licet 208
Innocentius initio ad litem duorum istorū Monasteriorū duntaxat rescripserit; attamen rescriptum ipsum alii Pontifices successores in jus commune Canonicum non historicè, sed per modū Constitutionis, uti alia rescripta, dispositivè & decisivè retulerint, adeoq; voluerint eam *Constitutionem & Decisionem* esse generalem, minime verò duo duntaxat ista Monasteria particulariter respicientem. Cū repugnet legem aut generalem Constitutionē pro duobus & non pro communi fieri. *l.* 8. *l.* 12. *l.* 13. *ff. de LL c.* 2. *dist.* 4. Certe hoc 209
ipso F. Romanus ostendit, se in jure tyronem agere vel infantem esse. Nam *si l fin. C de LL.* (ubi Imperator decidit, quod licet quædā rescripta ad lites & sententiæ judicū certas olim spectarint personas & causas, nunc tamen in jus commune relata, vim legis in similibus omnibus causis induant) considerasset, longe aliud sensisset & scripsisset. Deinde si in duobus Monasteriis aliquo modo à se dependentibus requiritur, ut qui utriusq; cupit esse Monachus & membrum, in utroq; etiam faciat professionem. Ergo multò magis id requiretur in Monasteriis à se nullo modo dependentibus, argumento ducto à minori ad majus verisimile videantur & notata *supra in re-* 210
solutione q. 2. *Sect.* 3. *c.* 3. ubi & quartum caput à F. Romano objectum in errore typographico consistens expedivimus.

Ex quibus apparet; quam absurde F. Romanus me reprehendendo & 211
Hostiensem & Abbatem Panormitanum, tum Decium, Antonium de Butrio, Navarrum aliosq; mecum textum *d. c. Abbate* quemadmodum *supra* retuli, accipiẽtes, Doctores vix ipse Discipulus reprehendat, quamque in Iuris studio parum hactenus profecerit, ostendat, alienaque ab instituto proponat. Sed ad alia properemus,

§. XII.

Verbum devolvi quomodo accipiatur.

Occurrebam tacitæ objectioni, quod si diceret, verbum *devolvi* esse cō- 212

mune, seu nunc directum, nunc obliquum, juxta Bart. *in l. Centurio n. 54. ff. de vulg. & pupill. subst.* Felin *in c. in praesentia n 2. de probat.* Et Respondebam hac in materia Canonica electionis verbum illud *devolvi* velut obliquum apud Authores in oppositum citatos accipi, non verò tanquam *directum*, eò quod verbum *directum* sit, cuius virtute aliquid alicui sine intermedia persona praecedente defertur. Verbum vero *obliquum* sit, quando res illa defertur alicui intermedia persona praecedente Felin. *in c. in praesentia n 2. de prob.* Quin posito quod verbum *devolui* tanquam directum istic acciperetur, ita ut provisio directa, seu jure proprio competens dicatur ad superiorem Episcopum vel Papam spectare, quid inde.

At certè devolutioni directae non poterunt conditiones devolutionis obliquae attribui, ut patet ex terminis. Cum oppositorũ opposita, non eadẽ soleat esse ratio *l. fin. § fin ff. de leg 3.* Atqui *devolui* directè seu jure proprio, & devolvi oblique seu jure devoluto vel alieno, sunt opposita, Igitur &c.

§ XIII.

Ad Panorm. & alios Responsio.

213 Ajebã, quod Panormitanus *in c. nullus in Ecclesia de elect n. 10. &* Rebuff. *de devol. n. 18.* agerẽt 1. de provisione beneficiorum, ut ipsorum Authorũ verba superius allegata ostẽderẽt. Atqui Monachatus, quos F. Romanus *Canonias Monachales* vocat, nõ sunt beneficia, ut supra *in resp. q. 1. c 2.* est demonstratũ. Consequẽter quãdo Panorm. & Rebuff. *cit. loc.* agunt de devolutione provisionis beneficiorũ, non agunt de devolutione provisionis Monachatuũ, adeoq; ipsi à F. Romano impertinenter huc allegantur.

214 2. Posito etiam, quod Monachatus essent beneficia; tamen non obstarẽt nobis Pan. & Rebuff. *cit. loc.* quia agerent de eo casu, quo Episcopus nomine Collegii ex jure devoluto elegit Praelatũ, adeoq; agunt de Provisione Collegii, quod vel adhuc actu est, vel etiam habitu conservatur. per not. Boich. *in d. c. Abbate n. 11. 12 de V. S. Actu* quidem collegium & quidem numeratum intelligitur superesse, quando omnibus de Capitulo mortuis alii Canonici successerunt, vel etiam iis omnibus copulative mortuis alii adhuc supersunt ad residentiam tantum, non vero ad Capitulum admissi; & non numeratum superesse, quando mortuis omnibus qui jus eligendi Praelatum habebant, supersunt alii quibus jura eligendi non competunt &c. ut si qui essent censuris innodati vel scienter indignum elegissent. &c. Boer. *ad Mandagot de elect. c. 6. 9.*

215 *Habitu* Collegiũ esse intelligitur, si mortuis omnibus de collegio spes adsit juridica similis Collegii reparãdi ut quia adhuc Novitii submissi supersunt, qui licet jus eligendi cum aliis non habeant. Boer. *ad Mandagot. de elect. c. 8.* tamen spem Collegii reparandi faciunt per not. Boer. *de stat. Eremit. n. 19.* quemadmodum matrimonium in spe dicitur esse, quando sponsalia sunt inter sponsum & sponsam celebrata. Bart. *in l. si uxor. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult*

adult. Vnde Bald. *in proœm. ff. col.* 2. bene definit, spem instaur●●nis tūc adesse, quando illa fundatur in aliqua causa existente de præsenti, ex qua possit sequi reparatio; vel si nec Novitii superessent, à superiore legitimo ipsi Ordini interveniente promissione spes instaurationis juridica injecta est. 216

At hoc casu nostro nec actu superest Collegium nec habitu. Cum non adsit ulla spes juridica similis omnino Collegii reparandi, fundata in causa exsistente de præsenti, Igitur &c.

217 *Commenta Hayana.* F. Romanus *allegatione* 109. *&* 110. se nihil horum in Boerio reperire ait, *cujus librum, caput & numerum exprimere debuissem, more aliorum Scriptorum. Similiter paulo post allegem eundem Boerium* de tract. *fine cruce & luce. ut opus sit Oedipo ad divinandum.* Adm. Reverendus D. Prælatus *in Recessu suo Exceptionali* 15. *Ianuarii* 1642 *ad Compulsum Apostolicum edito sub nu.* 8. tradit, quod ego cit. loc. *asserā, Boerium* de Elect. *docere. Collegium tunc habitu superesse, si adsit spes reparationis, ut quia adhuc Novitii subrogat. superessent, qui jus eligendi non habent. Cum tamen Boerius nō scripserit tractatum* de Elect. *Et quia in probatione hujus puncti, quando scil. mortuis omnibus de Collegio, illud dicatur cum spe reparationis destructum, cardo hujus rei versabatur: Cum enim PP. Laymannus & Mangionius admittere cogerentur, quod mortuis omnibus casu de Collegio aliquando spes reparationis maneat, &c. & præter veram rationem, quia scil. Collegium non erat destructum de jure, sed casu, quem admittere nolunt, non possent aliam invenire, ob quam in isto casu spes manere diceretur; Hinc finxerim ego Exemplum. & simul Exemplo auctoritatem volens persuadere Lectori. tunc manere spem, si adhuc supersint submissi Novitii, &c. idque probari* in tract. Boerii de elect. *nusquam extante,* 218 *qua in re subtiliter imposuerim. Nam ne fraus deprehendi, aut super veritate de facili inquiri posset, citem Boer.* de Elect. *sine designatione capitis, aut numeri marginalis aut paginalis, contra morem in toto libro meo quoad citationes alias observatum. Item in* Indice Authorum Eclipseos *Boerium omittam; interim nomen Guilielmi Mandagoti auctoris Tractatus* de Elect. *satis noti, ad quem Boerius notationes addidit, studiosè quoque supprimens, quæ suspicionem fraudis violentam arguun..*

219 *Deinde ut sub eventum detegendæ Imposturæ non deesset, quod pro forma saltem rependeretur, adjunxerim ultima verba (qui jus eligendi non habent) ut videlicet dicere possem, me Boerii (qui & si tract.* de Elect. *non edidisset, saltem notationes ad tractatum Mandagoti addidisset) authoritatē non allegasse ad probandum, quod spes reparationis omnibus mortuis maneat, si adhuc supersint Novitii (quod neque Mandagotus neque Boerius imò neque ullus alius docuit) sed solum ad hoc, quod Novitii jus eligendi non habeant, quod* Mandagot. tract. de Elect. nou. Prælat. c. 4. part. 1 *tradit.*

Si quis replicaverit, non hoc, sed istud in quæstione fuisse, imò certum ac tritum nimis esse, Novitios jus eligendi non habere, adeoque nullius probationis indigum; 220

non vero a t[illegible], quando scil mortuis omnibus spes reparationis maneat. si ratio destructionis de facto seu casu factæ non admittatur; & posterius non prius probari debuisse, aut si prius solum probare intenderit, posterius sine probatione, quæ tamen omnino necessaria fuisset, relinqui. &c. aliud Responderi non possit, quam speratū fuisse hæc & similia tenebris Eclipseos involvenda fore aut casu quo detegerentur, satius fore, nonnihil erubescere, quam in puncto, cujus probatio adeò erat necessaria, probatione etiam ficta destitui.

221 Hactenus D. Prælatus, cui nonnemo alius adjecisse fertur, quod ego pro coloranda hac asserta impostura *ex Eclipsi ad Eremum* convolarim.

Discutiuntur. Verum cum neuter ad Argumenti oppositi solutionem à me allatam, ejusque fundamentum quicquam Responderit, ac solum uterque Boerii allegationem convellere nitatur, tum F. Romanus nihil proponat, quod non D. Prælatus clarius & speciosius proposuerit, ideò Domni Prælati Objectiunculis Respondebimus, ac *Boerii* allegationem ab utriusque impetitione liberabimus.

222 1. D. Prælatus me incusat, quasi Mandagoti Authoris notissimi, qui scripsit *tractatum de Electione*, nomen suppresserim, eique substituerim nomen *Boerii*, qui tamen *de Electione* non scripsit.

At Respondeo, Guilielmum Mandagotum primum Archidiaconum

223 Nemausensem, postea Ebredunensem Archiepiscopum, demum S R. E. Cardinalem notissimum fuisse, utrum verò ipsius Opusculum *de Electione* adversariis fuerit notissimum, valde dubito, cum tam studiosè idque iteratis vicibus de illo per tertium aliquem id temporis juris Candidatum ex me curarint inquiri, ut ipsis author innotesceret. Ego non Mandagotum sed *Boerium de Electione* citavi, quia potiorem illius tractatus *de Electione hic Coloniæ Anno* 1574. impressi partem suis *additionibus* constituit. Siquidem à potiori parte solet fieri denominatio, *per not. in c. super quæstionem, §. si vero & ibi* Abb. *in 2. col. de off. deleg.* & Augustin. Beroi. *in rubr. de reb. Eccles. non alien. sub n. 9.*

224 Annon Ioanni Chokier Commentarius *in Regulas Cancellariæ*, propterea quod in Commentarium Alphonsi *glossatoris* potiores Annotationes adjecerit, rectè adscribitur? Annon Rocho *tractatus de Visitatione*, eo quod plurimas notas ad Bullam *Gregorii* XIII. *dat. 25. April. Anno* 1583. addiderit, jure attribuitur? Quis propterea, quod Suarez aliique ad D. Thomam, Caramuel Lobkovviz, Turrecremata, atque alii ad Regulam S. Benedicti, Conimbricenses, Toletus & cæteri *ad Aristotelem notas vel disputationes*, vel Commentarios adjecerint, non ea opera ipsis, sed D. Thomæ, D. Benedicto, Aristoteli ascripserit? Vt mirer, quempiam in re clara tricari velle. Num forte nodum in scirpo quæret?

225 2. Quod asserit D. Prælatus, P. Laymannum & P. Mangionium coactos

ctos fuisse concedere, *Collegis omnibus omnino defunctis manere spem Collegii redintegrandi, quam cum illi non possent explicare*, ego & casum de *Novitiis* finxerim, & Authores affinxerim, illud à veritate longissimè recedit. Nusquam enim ipsi concesserunt, Religioso Collegio à 30. 40. vel 50. annis omninò emortuo spem ejus reparandi juridicam superesse. Næ ipsi P. Laymannus & P. Valentinus Mangionius tanta pollent doctrina, ut dubitem, utrum F. Romanus aliquam eorum partem fuerit assecutus. Oscitantia hic nonnulla proditur, quod existimetur Collegium emortuum eo solum dici à nobis habitu manere, quando omnibus ipsius Collegii incolis defunctis ibi adhuc supersunt Novitii, cum plures alios casus hic attulerim, in quibus Collegium habitu sustinetur.

Deinde in *Responsione* supra allata duæ confunduntur quæstiones, omninò à se invicem secernendæ; quarum prior est, quando Collegium Religiosum emortuum dicatur adhuc habitu manere, & Respondendum est ex probatis Authoribus, quod Collegium emortuum tunc dicatur adhuc habitu manere, quandò *Actuale* Collegium desiit quidem reipsa esse, adhuc tamen ex illo unus minimum superest. *l. sicut. §. in Decurionibus. ff. quod cujusque Univ. nom.* vel quando ejus instaurandi spes proxima ac certa superest. Ita Bald. *in l. non ambigitur 9. n. 3. ff. de LL.* Socin. *in c. dilecta. n. 90. 92. de excess. Prælat.* 226

Hinc altera suboritur quæstio, *Quando igitur dicatur adhuc spes proxima ac certa Collegii emortui instaurandi adesse*; Et Respondi, spem ejusmodi esse posse ex parte subjecti, quando supersunt adhuc Novitii approbati, quibus videlicet *juxta c. consulti de Regular.* absolutè constitutum est vitam priorem mutare, ac sub habitu Regulari de cætero Deo famulari, quique informentur in regula secundum institutum, quod emortui Collegæ tenuerunt & observarunt. Quod verò tunc, quando ejusmodi Novitii adsunt, qui ad institutum & Regulam prædefunctorum Monachorum informantur, subsit spes Collegii istius restaurandi. Patet ex Dd *in resolut. quæst. 1. c. 1* citatis ac Tradentibus: SI SIT SPES ADHUC ALIOS SUPERVENTUROS vel subrogandos IN LOCUM MORTUORUM AUT PER NOVUM INTROITUM REPARARI POSSE, ut ait Socin. *in d. c. dilecta, num. 89. & seqq. de Excess. Prælat.* tunc dicatur spes juridica similis Collegii reparandi superesse. Socin. *d. loc. & ibi cit.* Dd. 227

At quando emortuo Collegio supersunt istic adhuc Novitii approbati, quibus absolutè constitutum est vitam priorem mutare, ac de cætero Deo in habitu Regulari, quo prædefuncti usi fuerunt, famulari, quique in Defunctorum Regula atque Instituto informantur, tunc certè adest spes, quod illi in d. Collegio sint superventuri, & in locum defunctorum 228

Religio-

Religiosorum subrogandi, aut Collegium per novum introitum reparari possit. Igitur quando adsunt ejusmodi Novitii approbati, quibus absolutè constitutum est vitam mutare, ac sub habitu Regulari, quo prædefuncti ibidem usi fuerunt, Deo famulari, iique in eorundem prædefunctorum Regula & instituto informantur, tunc adest spes juridica similis Collegii reparandi. Quin etiam foret eadem spes proxima, si mox ab obitu ipsorum Incolarum Religiosorum ibidem reperirentur. Et Confirmatur 1. ex
229 Clementis Papæ VIII. *Constit. Cũ ad Regularem. dat. Ann.* 1609. 19. *Martii*, ubi dicuntur Novitii approbati recipi in Conventuum filios; At ubi dantur Conventuum filii, ibi adest spes surrogationis. *arg. Gal.* 4 *Auth ut hi qui obligatas.* §. *ut autem non demus.* in glo. & inst. *de hared. ab Intest.* § *fin.* Igitur, &c.

2. Confirmatur ex eo, quod licet Cænobitarum Novitii non sint Re
230 aut verè Religiosi, nec de Collegio Religiosorum per not Boer. *ad mandagot. de Elect. c.* 8. attamen cum veniant probati Collegio per professionem legitimam incorporandi *c. porrectum* & ibi Barbos. *num.* 3 *de Regular.* ideo Spe sint Religiosi, quin imò ipsi sint Spes Religionis, secundum Servatium Laitveltz *in Catechism. Novit. tom.* 1. *lect.* 2 *ratione* 1. Accedit quod Boer. *in tract. de stat. & vita Eremitarum num.* 19. tradat, quod Cænobitæ, id est, in Congregatione viventes videantur olim exorti sub Elisæo, qui constituerit Cuneum Prophetarum, id est, Religiosorum, secundum glo. fue-
" rintque hi revocati, atque à Christo resuscitati, quando Discipulos ha-
" buit pariter & simul habitantes, atque in communi viventes, quos in
" montem secum adductos docebat. *Matth* 5. *& ut* Joannes Damascenus
" *apud B. Antoninum Florentinum in summa* 3. *part. tit.* 16 *c.* 1 §. 4. testis est, ipsos
" in principio ut Novitios habuit, docens eos doctrinam de Beatitudine,
" quid in Religione agere deceat. pluraque alia. Deinde quod Christus eos
" voluerit quasi profiteri, cum quibusdam recedentibus, ad ipsos Apostolos
" conversus dicat, *Nunquid & vos vultis abire* (quibus certè verbis ipse Dominus ad constantiam suos excitabat Apostolos, haud dubiè in spem Col-
231 legii Apostolici evocans, ostendebatque, quod *multi essent vocati pauci electi*) Et Respondens Petrus os & princeps omnium pro omnibus Collegis (Hugo de S. Charo) dixit: *Dominè ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Joannis* 6. quasi diceret, abeant qui voluerint, nobis adhærere Deo bonum est. *Psalm.* 72. Maldonat. *in d. c. Ioan.* 6. vel ut ait ibidem Lyranus. *Tu solus sufficis nobis propter quem reliquimus omnia.* Videtur uterque respexisse ad
232 S. Chrysostomum, qui *homil.* 47. in hæc Evangelistæ verba, ad quem ibimus? commentatur; Quanti amoris, *inquiens*, verbum? quo & patribus & matribus & omnibus rebus Christus pretiosior ostenditur, quodque qui ab illo discedunt, non habent amplius quo confugiant. Vid. & Cyrill. Alexandr *lib.* 4. *in S. Ioan. cap.* 27. *&* 28. Ita Christus paulatim suos ad statum perfectio-

perfectionis evexit, ac quando in ultima cœna eos sacerdotes consecravit, dicens, *Hoc facite, &c.* Vid. Concil. Trid. *sess.* 23. *can.* 1. atque ita intelligenda glo. *in c. in novo.* 21. *dist.* ibique Card. Alexand. tum quando in die Pentecostes missione Spiritus Sancti confortando perfectissimos fecit, vitæque mistæ addixit, subjungit ibidem Boerius: Habuit quoque, *inquiens*, Christus & vitæ activæ deditas mulieres, Martham & alias vitæ contemplativæ addictas, Beatissimam Virginem Mariam & Mariam Magdalenam. Hæc fere Boer. *de quo in instrum num* 41. aliique *citato loco*, quamvis S. Thomas 2. 2. *quæst* 88. *artic.* 4. *ad* 3. *& quæst.* 188. *artic.* 7. Augustin. de Ancon. *de potest. Papæ. quæst* 84 *ad.* 1. aliique existiment, Apostolos statim ab initio vocationis suæ professos vitam Religiosam; alii S. Matthæum mox ab initio vocationis suæ, reliquos autem Apostolos postea professos. At Basilius Pontius *de matrimonio lib.* 7. *cap.* 2. cum SS. Patribus docet, quod Apostoli à Christo vocati quando dixerunt *Matth.* 4. & ibi S. Chrysost. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te,* tria vota substantialia Religionis simplicia tamen (quæ iis in verbis comprehenduntur) nuncupaverint, teste etiam S. Bernardo, *in apologia ad Guilielmum &* Concilium Meldense *c.* 9. Ille cum Boerio in hoc convenit, quod Apostoli fuerint ante Christi passionem & mortem Religiosi, & antequam instituerentur Episcopi, habuerint Christum superiorem & Institutorem. Pontius *d. loc.* 233 234

235 Augustinus de Ancona *sup. cit. quæst.* 84 *ad* 1. addit, quod Apostoli fuerint vocati ad statum prælationis, & quod ad jurisdictionem eorum attinet, vocati sint *Matth.* 16 ubi dictum est Petro, á quo aliis potestatis jurisdictio erat determinanda: *Tibi dabo claves Regni cœlorum*; Quod verò ad ordinationem & conservationem eorum attinet, vocati sint, quando *Ioann.* 20. à Christo audierunt: *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* tunc enim facti sint Sacerdotes & Episcopi. Tandem vocationem suam executi, quando *Matth. ult. Spiritu Sancto repleti prædicaverunt ubique Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis, &c.* sed hæc hactenus.

236 Ex supra deductis vides benevole Lector, quod Boer. bis citaverim, semel in *tract. de Elect. c.* 8. ut inde ostenderem, *Novitios necdum verè Religiosos, neque de Corpore Collegii antè professionem suam fuisse.* Deinde *in tractat. de statu & vita Eremitarum. numer.* 19. quod apud Cænobitas Novitii educentur in ordine ad professionem in communitate faciendam, adeoque sint spes Collegii Cænobitici, sicuti Apostoli principio ut Novitii à Christo probabantur, atque in spem Collegii seu Congregationis Apostolicæ educabantur, deinde admissi ad professionem seu nuncupationem trium votorum substantialium Religionis licet simplicium. Collegium & Congregationem Apostolicam efficerent. *Luc.* 24. *v.* 33. *Act.* 1.

v. 21. *Act.* 2. 1. Et sic rectè Boetium cum aliis propositum fuisse allegatum, nemo, qui penitius ipsum, ipsiusque verborum vim & sensum consideraverit, inficias ire poterit. Et ne ulli scrupulus ex eo relinquatur, quod asseruerim Novitios approbatos, qui absolutè constituerunt vitam mutare, esse spem Collegii instaurandi ac perpetuandi, ostendo illud ex illius opposito, quod Cœnobium, Monasterium seu Collegium Religiosum dicatur destrui ejusque *Spes omnis* instaurandi præscindi, quando in ipso non

237 licet recipere Novitios; nec Novitii ulli recipiuntur, testibus Servatio Lairvelz *in prælud. posterioribus Opticæ Regularis. Specul.* 13. §. *Quartum ex Constit. Clem. VIII.* prout *in instrum. num.* 42. videre est. Gemin. *in c. un. §. confirmatos. not.* 4. *de rel. dom. in* 6. Petr. de Perus. *in tract. de mutat. Stat. Eccles. post princ. numer.* 5 & 6. Barbos. *lib.* 2. *de jure univers. Eccles. cap.* 12. *de Monast. & rel. domib. numer.* 66. & 67. cujus locus recitatur *in instrumento. num* 43 Hinc ducto argumento à contrario sensu, quod in jure fortissimum est. Everard. *in loc. à contrar.* efficitur & sequitur, quod ubi emortuis copulativè omnibus Collegis Religiosis mox recepti sunt Novitii de cætero in habitu Regulari, quem prædefuncti gestarunt, Deo famulaturi, illic spes adsit proxima ac juridica Collegii prioris instaurandi, quod hic in Altri Eclipsi docueram, adeoque contrarium D. Prælati assertum à vero aberrat.

Sed hæc ad Objectiones D. Prælati sufficiant, nunc ad F. Romanum conversi redeamus, ejusque argumenta ex devolutione *in aula volvolo* proposita, nonnihil accuratius discutiamus, &c.

Principio asserit, quod si omnes mortui fuerint, jus eligendi Prælatum cum onere suo devolvatur ad immediatum Superiorem, ita ut à die non vacationis, sed scientiæ seu notitiæ intra trimestre tempus aliquem ex eodem Monasterio, si dignus habeatur; sin minus, aliunde ex eadem familia in Prælatum coaptare debeat. Hunc in finem citat *ipse c. quia diversitatem. de concess. preb.* ubi tamen non definitur, quod morte omnium de Collegio jus eligendi ad immediatum Superiorem devolvatur, sed quod semestre ad eligendum seu conferendum à jure præfixum non currat legitimè impedito, nec incipiat currere, nisi à die notitiæ vacationis.

238 *Ad c. un. de jur. patron. in 6. Rf.* Deinde citat *ipse c. Vn. de jure patron. in 6.* At istud huc impertinentissimè allegatur, quia in isto traditur, quod donatio juris patronatus laici facta loco Ecclesiastico etiam sine consensu Episcopi teneat, non tamen præjudicet juri Episcopi, quodque Laicus quadrimestre tempus habeat ad præsentandum; Ecclesia verò semestre, licet à laico acquisierit jus patronatus. Hoc quid ad Rhombum?

239 *Ad c. licet. de supple. negl. prel. Rf.* Tertiò allegat *ipse c. licet.* 3. *de suppl. negl. Prælat.* ubi traditur, quod superior suppleat inferioris negligentiam in beneficiis vacantibus conferendis;

dis;

dis, si tempus Concilii Lateranensis à die non vacationis, sed notitiæ computandum sit lapsum, & collatio per inferiorem postea facta non valeat. Sed hoc nihil de morte Collegii, aut de Monasterio conventu destituto. Itaque extra oleas affertur.

Quartò allegat F. Romanus Rot. Rom. *decis. 263. si propter. in antiq.* Verum in antiquis decisionibus nulla datur, quæ hoc modo incipiat. Et *decisio* 263. Rot. Rom. *in antiq. mscr.* exemplaribus ita incipit. *Item nota, quod ubi aliquis virtute gratiæ generalis super beneficio obtinendo acceptat aliquam specificando Ecclesiam, sibi non debitam, &c.* Quæ similiter ad symbolam F. Romani nihil facit, sicut nec quæ ibi præcedunt aut subsequuntur. 240

Fortè ipse voluit allegare Rot. Rom. *decis. si propter negligentiam*, quæ refertur *6. sub tit. de jure patron.* designaturque *ibidem 263.* alias *in mscr. exemplaribus* Guilielmi Herbachs *numeratur* 258. *incip. item si propter negligentiam, patroni laici; sed in novis*; minimè *verò in antiq.* ut perperam allegabat F. Romanus, in qua disponitur, quod semestre ad conferendum beneficium per negligentiam patroni laici ad Episcopum devolutum incipiat currere, non à die notitiæ, sed ultima die quadrimestris laico ad præsentandum dati, dummodo ipsum beneficium tempore devolutionis de jure & de facto vacet, & Episcopus in diœcesi præsens fuerit, quia cum Episcopus teneatur quolibet anno semel per se vel alium suam diœcesin visitare, ideo non præsumitur in ipso ignorantia, & allegans ignorantiam vacationis beneficii in sua diœcesi vacantis non auditur. Sed hæc nihil ad versum. 241 *Ad decisionem Rot. Rom. item si propter negligentiā de iur. patron. in nov.*

Quinto adducit ibidem *sub num. 65. c. quanquam 18. de elect. in 6. in fin. & ibi* Card. Verum nec *d. c. quanquam*, nec ullus Canonistarum istic nostri casus, de quo quæstio est, meminit, nedum pro F. Romano decidit. Videantur *in d. c. quanquam*, Archid. Ioan. Andr. Anchar. Franc. Gemin. glo. Ioann. Colner, Vivian. & Quomodo hic textus *Canonis pœnalis* ob negligentiam & defectum, qualem ibidem Geminianus *num. 1. & 2.* agnoscit, ad *casum nostrum omnino separatum ac minimè pœnalem*, rectè applicari possit, nemo est qui videat. Cum jura pœnalia loquentia in certo casu, non debeant ad alium extendi. Gemin. *d. loc.* Quod verò Canon hic sit *pœnalis* præter Geminianum *cit. loc.* agnoscit Pan. *in c. cum in cunctis. §. Clerici sane in pr. & num. 6. de Elect.* neque quod de nostro casu loquatur, breviter omnium sup. cit. nomine audiatur ex Ioanne Coelner de Vanckel *in summario*, ut vocat *textuali* vel ut alibi, in Breviario *& Conclusionibus suis in d. c. quanquam* ita inquiente: Quanquam Canonicis Ecclesiæ Cathedralis negligentibus eligere infra tres menses Episcopum, potestas eligendi devolvatur ad proximum Superiorem, si tamen priventur potestate eligēdi 242 *Ad c. quanquam de Elect. in 6.*

ipso jure, puta, quia scienter indignum eligunt, aut per sententiam quia peccaverunt in forma tradita *in c. quia propter sup. eod. titul. (de elect.)* tunc ad Papam devolvitur potestas ipsa, in inferioribus autem Ecclesiis, in omni casu ad proximum superiorem fit devolutio. Hæc dicit.

243 *Prima Conclusio*, habens jus eligendi in aliqua Ecclesia, illud amittit *in tribus casibus* positis in littera. Et est *primus* casus, quando infra tempus debitum Canonici negligunt eligere, quod tempus in Ecclesiis *Cathedralibus & Regularibus* est tempus *trium* mensium. *c. ne pro defectu. sup. eod.* In *inferioribus* Ecclesiis est tempus *sex* mensium. *c. 2. de concess. prab. sup.* *Secundus* casus est, quando eligentes scienter eligunt indignum, *ut in c. cum in cunctis §. fin. sup. eod.* *Tertius* casus est, quando formam traditam à jure non observant; tunc enim privari possunt potestate eligendi, ut *in c. quia propter. sup. eod. tit.* Primo casu ad superiorem proximum devolvitur potestas eligendi etiam in Cathedralibus Ecclesiis, allegat. *c. ne pro defectu.* Secundo casu & tertio fit devolutio ad Papam in Cathedralibus Ecclesiis; in inferioribus autem ad proximum semper superiorem, ut hic *in fin. & in c. 2. de concess. prab.* Et per hoc patet intellectus *hujus cap.* & glossæ magnæ hic.

244 *Secunda Conclusio*; Provisio omnium Episcopatuum spectat ad Papam, nisi in *duobus* casibus, videlicet quando eligunt Canonici ipsius Cathedralis Ecclesiæ scienter indignum, vel privati sunt propter eorum negligentiam. Probatur *hic* in glo. *magna*, quæ bene declarat eam.

245 *Tertia Conclusio.* In inferioribus Ecclesiis sive per negligentiam aut delictum eligentis, potestate eligendi priventur ipso jure aut per sententiam, devolvitur illa potestas semper ad proximum superiorem. Probatur *hic in secunda parte textus*, & in glo. *fin.* Quis autem vacante sede beneficia devoluta ad Episcopum conferre potest, an Capitulum: Tractat hic Ioann. Mon. Et tenet, quod non. *per c. 1. §. cum vero. inf. ne sed. vac.* sed Ioan. Andr. videtur tenere *contra* nim. *num.* 1. glo. *deportatis.* Nam *cap.* 1. §. *cum verò* loquitur de beneficiis spectantibus ad collationem solius Episcopi, quæ conferunt non ratione jurisdictionis Episcopalis, quod patet, quia multi etiam non Episcopi ea conferunt, & aliqui Episcopi nulla beneficia conferunt; Sed beneficia *devoluta conferre* proprie est *jurisdictionis Episcopalis.* Ideo sede vacante, Capitulum, quod succedit Episcopo in jurisdictione, ut *in c. is qui. de mai. & obed.* etiam talia beneficia conferre potest, de quo vid. Pan. *in c. cum olim. de mai. & obed.* ibi tenet contra. Hactenus Coelner.

Vacante sede an Capitulum possit conferre beneficia.

Gemin.

Gemin. *ibidem sub num.* 5. *&* Anton. de Butr. *in c. cum in cunctis. supra eodem.* conciliant utramque opinionem, dum tradunt, quod quædam sint, quæ devolvantur ad Episcopum *jure accidentali*, cum quibus *tribuitur nova jurisdictio*, sicut est in feudalibus, & in istis Capitulum non succedit, & ita procedunt *not. in cap. verum. de for. compet*, quædam sint, quæ devolvantur ad Episcopum *jure accidentali*, cum quibus *non tribuitur nova jurisdicto*, sed propter generalem jurisdictionem, quam habet à jure in dioecesi Episcopus illa exercet, & in istis succedit Capitulum, sicut est, quando subditi negligunt conferre beneficia, Episcopus supplet per generalem & naturalem jurisdictionem, quam habet & in tali succedit Capitulum, *de maj. & obed. his qui.* quando sedes vacat; sed quando sedes non vacat, & Episcopus negligit etiam ipse, vel malè confert, ad Capitulum non devoluitur hæc potestas. Cum hic causa immediata, propter quam fit devolutio, est *negligentia vel delictum* Episcopi, & in isto casu Capitulum non habet connexionem vel communionem cum Episcopo. *Hæc ibi.* 246

Distinctio G. in tant.

Verum hanc distinctionem Francus *ibidem num.* 4. reijcit, dicitque; Certe tenendum videtur indistinctè, quod dicit hic Ioan. Andr. quia textus *hic in d. cap. cum in cunctis in fin.* simpliciter & indistinctè loquitur; quod rediit hæc potestas ad Capitulum, & ita tenet Imol. *in d. cap. cum in cunctis in fin.* Archidiacon *in d. cap. quanquam num.* 2. notat præterea, illud in *inferioribus* Ecclesiis sæcularibus indistinctè procedere, secus in *Regularibus* inferioribus, inquiens, ab Ecclesia Cathedrali Episcopali & sic cum loquatur hæc littera indistinctè, patet, quod secus est in Ecclesiis Regularibus, & ista littera sic exposita tollit id, quod videbatur posse in contrarium allegari. *scil.* 16. *quæst.* 7. *si quis deinceps & supra eod. ne pro defectu.* ubi dignitas Episcopalis & Abbatialis æquiparari videntur, & adde quod dicam *inf. eodem libro de præb. licet*, in gloss. *quascunque.* Et sic expressè corrigi videtur hæc sententia Innoc. & Bernard. Contra quam ipse Bernard. notavit *supra eod. ne pro defectu* ubi dicit, quod in casu ubi Ecclesiæ Regularis *sine culpa negligentiæ privatur*, sive eius Capitulum potestate eligendi, devolvatur collatio ad Papam duntaxat, non ad proximum superiorem; & idem visus est tenere Host. *in præcedente c. cum in cunctis in gloss. ult.* Sed Hugo Laur. & Ioann. *contrarium* notaverunt. 18 *quæst.* 2. *ca.* 1. quam sententiam sequebatur Vincent. prout *ipse not. supra eod. innotuit* contra 28. *q.* 1. *ex his. juxta fin.* 247 248

Reijcitur à Franco.

Episcopatus & Abbatialis dignitates æquiparari videntur.

Eadem ferè recitat Archid. *in ca.* 1. *incip. hoc tantum* 18. *quæst.* 2. *num.* 4. *notans* Hostiens. sententiam, quam olim curia servarat, *per dic. cap.* quan- 249

Ad Archid.

quam de elect. in 6. videri correctam esse. Nihil autem ibi, sicuti nec *in dict. cap. quanquam* definit, quod pro F. Romano ad casum nostrum præsentem faciat. Nam tradit 1. quod Priores Monasteriorum Episcopo subjiciantur, atque ab illo fuerint olim instituti. 2. quid verbum *instituio*, significet, cuiusque sit authoritatis. 3. quod natura omnium, quæ excedunt jus commune, tum natura arbitrii sint juris stricti, prout & Commissiones & Delegationes. 4. quod si Ecclesia Regularis privaretur potestate eligendi sine culpa negligentiæ, an tunc providendi potestas ad solum Papam devolvatur 5. quod nunc Abbatis electio ad Monachos spectet, & demum quomodo Monasterium populo carens, Episcopo subjiciatur, *nim.* non quidem quoad *legem Dioecesanam* sed *jurisdictionis* tantum. Quæ nihil ad rem nostram præsentem faciunt.

Ex quibus relinquitur à F. Romano *nec d. c. quanquam.* nec ullum Canonistarum Commentatorum in istud *cap.* rectè fuisse citatum, prout etiam P. Valentinus Mangionius in Theoric. *q. 1.* numero suo 14. advertit, ubi ipse eadem, quæ ego *supra* ex Coelneri conclusione prima breviter recitavi, pluribus est prosecutus.

250 *Sexto* F. Romanus adducit Panormitanum *in c. cum in cunctis. §. Clerici sanè n. 6. de Elect.* At Panormitanus *toto illo §. Clerici sane.* nihil aliud tractat, quam quod modò ex Dd. *in d. c. quanquam* fuit allatum; nostri vero casus ne quidem meminerunt.

Ad Pan. in c. cum in cunctis de Elect. ℞.

251 *Septimò* idem F. Romanus allegat Panormitanum *in cap. nullus in Ecclesia numer. 10. in c. cum Ecclesia sub numer. 9. 10. de Elect.* Archid. 9. *quæst. 3. ca. cum simus. sub n. 3.* Rebuff. *in prax. benef. de devolut. numer.* 18. Laym. *in Censur. Astri loco* 1. post initium & *quæst. Canon. de Prælat. Elect. quæst. 1. cap. 3. numer. 18. cap. 9. numer. 98.* qui unanimiter tradunt receptam esse doctrinam, quod propter negligentiam Collegii vel MORTEM OMNIVM DE COLLEGIO jus providendi devoluatur ad Superiorem, qui habet potestatem confirmandi electum, sive Episcopus sit sive alius Prælatus. Horum authoritate existimat F. Romanus *in aulæ volvolo numer.* 64 65. se triumphare, sed *fallitur*; quia ut optimè Ancharan *in supra cit. c. quanquam sub numer.* 1. notavit, negligentiam inferioris superior supplet, ET HOC IN MATERIA IVRIS *eligendi* Prælatum *in Ecclesia vacante.* Vnde cum Panorm. Rebuff. & Laymannus expresse *in materia juris eligendi*, & quidem de ipsis Electoribus seu *eligentibus* loquantur, etiam eorum verba quantumvis generalia accipientur & restringentur ad subjectam electionis materiam *per notat.* Barbos. *in axiom. verba.* 222. *numer.* 40. *per leg. 3. §. si quis hæredi. ff. de statulib.* Rot. Rom. *decis.* 542. *numer.* 4. *apud Farinac. tom. 1. in Recentior.* adeoque de eligen-

Ad Pan. in c. nullus in Ecclesia & c. cum Ecclesia de Elect. & alios ad quibus F. Romanus maximè nititur. ℞.

eligentibus & quidem habilibus accipientur. Cum verba generalia restringantur ad habilia: *per not.* Cephal. *conf. 665. num. 61. & ibi not. in leg. 1. §. nunciatio. ff. de nov. oper. nunc. & not.* Barbos. *d. axiom. verba 222. num. 41. per leg. ut gradatim. in princ. ff. de muner. & honor. leg. 1. C. de SS. Eccles.* atque ita in terminis decidit gloss. *pragmat. Sanct.* de electione Collegii Conventus agens *in tit. de Elect. cap. sicut. §. quibus hec in verb.* ibi. scilicet, ad eligendum *habiles*, alias, secus, ut quia non sunt in sacris constituti, nam tunc per superiorem immediatum exspectatur juris terminus ad eligendum datus; *notat* Præpos. *in summ. 21. dist. col. 6.* Quod si hæc verba, uti oportet, *de habilibus* Electoribus aut *eligentibus* in materia electionis accipiantur, nimirum, quod propter negligentiam Collegii eligentis vel *per mortem omnium Eligentium* de Collegio, jus providendi devolvatur ad eum, qui habet potestatem confirmandi electum sive Episcopus sit sive alius Prælatus, non video quid ex iis F. Romanus contra nos aut colligere aut concludere possit. Num forte existimabit, *morte omnium Eligentium* de Collegio Religioso vel Conventu etiam ipsum Collegium & Conventum simul morte extinctum esse? Si id putaverit, uti putasse convincitur *paradox. 23. num. 24. in hort. appendice*, falletur. Collegium Religiosum non solum eligentes sed alios juniores fratres & conversos comprehendit, qui nequaquam sunt de numero eligentium, ut expressè tradit Dalner. *in tract. de Abbat. cap. 4. num. 1.* Non autem omnes, *inquiens*, ex Conventu ad electionem Abbatis admittuntur, *uti ex seqq. ibidem notum fiet. Primo* enim Monachis non professis eligendi Abbatis jus non competit. *ca. ex eo 32. §. fin. de elect. in 6. secundo* in sacris non constituti vel ad minimum non subdiaconi, nullam in electione vocem habent. *Clem. ult. quæst. 2. in princ. de ætat. & qual. præficiend. &c.* Eò faciunt notata Boerii *ad Mandagot. de Elect. ca. 8. ubi* ad electionem non admittuntur Novitii, neque aliis censuris impediti Boer. *in d. tract. ca. 6.* Isto igitur in casu, ubi solum *omnes eligentes sunt mortui*, & adhuc alii supersunt, in quibus vel actu vel habitu Collegium Religiosum retinetur ac manet, nihil mirum est, si istic detur devolutio ad proximum superiorem, quemadmodum Pan. Rebuff. & Laymannus docent. 252

Hinc minimè (secus ac F. Romanus *d. paradox. 23. num. 25. in horti appendice* existimat) sibi contradicit Laymannus *Censur. 38. §. at vero. ubi* de omnibus Conventualibus defunctis, non autem de omnibus eligentibus duntaxat, de quibus *in quæst. Canon. de Prælat. Elect cap. 3. quæst. 18. (non autem quæst. 1. cap. 3 numer. 18.* ut perperam allegavit F. Romanus) agit: Ille enim casus, quo duntaxat 253 *Layman. defenditur.*

omnes

omnes eligentes sunt mortui, non est noster, de quo hic disceptamus. Siquidem nos agimus de Collegio aliquo Religioso emortuo, ubi omnes Religiosi incolæ copulativè nullo superstite sunt mortui, quo in casu locum obtinet doctrina celeberrimi & secundum

254 Iasonem *in leg. legatum num. 16. ff. de legat.* 1. Iuris Consulti & Doctoris Friderici de Senis *cons* 3.4. *num.* 3. quem F. Romanus *in volvolo sub num* 65 *& allegat.* 123 470. perperam pro se contra me allegavit, cum maximè pro me contra ipsum faceret. Ita enim loquitur. *Hinc est, quod* MONACHIS OMNIBVS MORTVIS *aut eligendi potestate privatis potestas eligendi* REDIBIT AD SVAM ORIGINALEM NATVRAM, *id est, Episcopum, quia Episcopus* CREABIT IBI ABBATEM, ut dicit Compostell. *de Elect ne pro defectu. & leg. & not. eodem titulo. quanquam lib.6.*

Encomium Friderici de Senis.

Vbi Nota, quod in casu, quo sunt omnes Monachi mortui, non dicatur potestas eligendi, qualis apud Monachos extitit, cum onere ad Episcopum devolvi, sed dicatur ipsa potestas eligendi REDIRE AD SVAM ORIGINALEM NATVRAM. At quando jus eligendi, instituendi, ordinandi &c. Episcopo *ex originali natura* competit, haud dubiè illud ei *jure proprio* & non accidentali devolutionis competet. Cum jus proprium & devolutum sibi opponantur. Archid. *in c. hoc tantum.* 18. *quæst.* 1. Anton. *in c. cum in cunctis. de Elect.* Pan. *in c. nullus. de elect.* Gemin. *in dict. cap. quanquam. de elect in 6.* nec minus originalis natura electionis & accidentalis devolutio electionis sibi contrariantur, ut ex terminis palam est. Adhæc si Episcopo in Collegio emortuo competeret jus eligendi vel instituendi jure devoluto, uti F. Romanus asserit, tunc certe non dicendus esset Episcopus *Creare* Abbatem; cum creatio supponat extinctionem prioris entis & novi productionem. *c. dilecto* 25. *& ibi not. de prab.* Devolutio verò supponat *existentiam*, non autem extinctionem entis, sed eius vacationem, prout *supra* notatum est.

255 Vnde cum in hoc casu, quo omnes de Monasterio incolæ mortui sunt nullo superstite, Episcopus habeat ordinare Monasterium, quando non est exemptum, possitque creare Abbatem, sequitur, quod ab ipsius Episcopi voluntate dispositio Monasterii & creatio Religiosi Prælati dependeat, prout etiam sentit Laymannus *Censur. 6. in fin.* ubi sibi minimè contradicit, quemadmodum F. Romanus *paradox.* 24. *num.* 37. *in horti append.* male [illegible], quando dicit, Monasterii titulos vacare & per novam creationem conferri oportere; quia titulos reales intelligit vacantes; at titulos personales

Layman. defenditur.

Con-

congregationis extinctos per novam creationē esse resuscitandos *ex d. c dilecto. de preb d. censur. 6. & 7. §. hic iterum. & §. veruntamen. ac just. defens. pag.* 270. Consequenter quod spes Collegii similis in Monasterio emortuo restituendi ab Episcopi voluntate dependeat. Ast quando spes aliqua ab *alterius* pendet *voluntate*, non illa *juridica* censetur & certa, sed nuda & incerta. Aretin. *cons.* 7. Cephal. *cons* 3. *numer.* 35. 39. *& cons.* 126. *numer.* 77. *& seqq.* 256

257 Neque *Obstat*, quod à Panorm. Rebuff. & Laymanno devolutio ob mortem omnium eligentium de Collegio (quos *in Astri Eclipsi* Capitulares indigitabam) jungatur devolutioni ob negligentiam Collegii factæ, neque inter utramque distinguatur, ideoque utraque videatur eundem habere effectum. Nam ut optimè advertit P. Valentinus *in Theor. quæst.* 1. *numer.* 15. non propterea sequitur, quod utraque devolutio in omnibus parificetur, sicuti nec quando Collegium ob delictum per sententiam dissolvitur, ejusque ordinatio ad superiores devolvitur, tunc etiam ideo devolutio ob negligentiam Collegii facta, cui ista quoque jungitur, eundem habet effectum. Ut proinde hic subintret regula, *Verbum unum respiciens plura determinabilia diversæ rationis & naturæ*, non æqualiter omnia, sed singula seu unumquodque secundum propriam suam naturam determinat *per c. ex literis ubi* Card. *de rescript.* Bart. *in l. Titia §. Titia. ff. de legat* 2. Socin. *cons.* 191. *col. antepen. vol.* 1. ac consequenter F. Romani *ratio* non concludat, *quod ubi Dd. non distinguunt nec nostrum sit distinguere*; quia non obtinet, quando ratio ipsa distinctionem, prout hic, involvit. Aliam igitur necesse habet F. Romanus formare regulam, nempe *quod ubi nec lex nec D d. nec ratio distinguit, ibi nec nostrum sit distinguere*, quam regulam huc nullo modo poterit applicare. 258 *F. Romani ratio solvitur.* NB.

Deinde quod devolutio electionis ob mortem omnium eligentium de Collegio, & ob negligentiam eligentium non in omnibus parificentur, patet; siquidem devolutio electionis ob mortem omnium eligentium de Collegio, non poterit ullo modo dici esse *pœnalis*, sicuti est devolutiò, vel ob negligentiam vel ob inordinationem eligentium contingens. Unde nec poterit dici esse ejusdem naturæ & operationis.

Tum etiam posito, non concesso, quod utraque devolutio ob mortem & negligentiam eligentium eundem haberet effectum; non tamen ad nostrum casum, ubi non tantum eligentes, sed & cæteri incolæ omnes Collegii sunt mortui, nullo superstite, quicquam faceret, prout *sup.* vidimus. 259

Non Obstat, quod Episcopus nomine non suo sed Ecclesiæ vel 260

Monasterii ipsius loci *per notat.* Archidiacon. *9. quæst. 3. c. cum simus.* & Panormitani. *in d. cap nullus in Ecclesia. numer. 10. de elect.* de bonis hujus Monasterii emortui disponere & ordinare dicatur. Nam illi loquuntur in casu, quo duntaxat omnes eligentes sunt mortui, non autem quo totum Collegium est actu exstinctum. Hoc enim in casu Episcopus, si Monasterium non sit exemptum, jure proprio ordinabit, prout Laymannus *censur.* 38. §. *at verò* expressè sentit, itaque nec hic sibi Laymannus (quemadmodum Fr. Romanus *Paradox. 23. numer. 35. in horti appendice* malè asserebat) contradicit, sed cum Friderico de Senis *sup. cit. cons. 34 n* 3. rectè sentit.

Laymann. defenditur

261 *Collegium propriè & strictè acceptum quid.*

Deinde posito non concesso, quod ipsi loquerentur de Collegio penitus emortuo, tunc tamen loquerentur de Collegio propriè & strictè accepto, prout in dubio intelligendum esset. *per l. non aliter. ff de legat.* 3 & opponeretur Conventui, juxta gloss. pragmaticæ sanctionis *in c. sicut §. quarto de elect. in verb. Collegium. cap. ne pro defectu. de electon.* Bertach. *in repert verb Collegium.* comprehenderetque Ecclesiam Collegiatam numeratam, in qua daretur distinctio Canoniarum & Præbendarum; vel si non præbendarum, saltem portionum separatarum, quæ morte eas tenentium vacent, non verò contineret Ecclesiam Collegiatam nonnumeratam, in qua non daretur distinctio Canoniarum & præbendarum vel saltem portionum separatarum *per d. c. dilecto. de preb.* Anton de Butrio. *in c cū M. Ferrarien. de constitut. Ratio differentiæ* est, quia ubi datur devolutio, debet dari vacatio titulorum & beneficiorum. *c. nulla Ecclesiastica ministeria. 2. & ibi* Canon. *de concess. preb.* At in Ecclesia Collegiata numerata; non verò in Ecclesia Collegiata non numerata datur vacatio Titulorum & beneficiorum *d. cap. dilecto. d. c ex parte de concess. preb.* Igitur in Ecclesia Collegiata numerata, non verò in Collegiata nonnumerata datur devolutio.

262 Quin etiam posito, quod isti Dd. loquerentur de Conventu seu Collegiata non numerata, tunc quando diceretur Episcopus nomine Ecclesiæ vel Conventus disponere, inde non sequeretur, quod ipsa ordinatio Conventus emortui Episcopo jure proprio non competeret; quia aliud est *jure proprio* de aliqua re disponere, & aliud, *rem,* de qua quis disponit, *esse ipsius propriam* vel suam, vel etiam cedere in ipsius utilitatem, ut patet *in Tutoribus, Curatoribus,* quibus jure proprio competit administratio rerum pupilli, minoris; & tamen res, quas administrant, non sunt ipsorum, sed pupillorum & minorennium, atque in horum, non autem illorum cedunt utilitatem. *Instit. ff. & Cod. de auth. tutor.* Et Confirmatur ex eo, quod si Tutori, Curatori adjungatur *Actor*, illi non proprio, sed alieno Tutoris vel Curatoris jure competet admini-

Aliud est, in jure proprio, & aliud nomine alieno quid facere.

NB.

administratio, eaque etiam nomine pupillorum, minorennium, prout eorundem utilitas & necessitas exiget. §. *final Institut. de Curator. & ibi Dd.*

Quod verò Episcopus dicitur *Monasterii ipsius nomine* ordinare, in- 263
telligendum est ex illo principio Canonistarum, quo astruitur, quod Episcopus vel Prælatus dicatur *suos titulos*, quibus intitulatur, *suo proprio nomine*; res autem titulis connexas, *non suo, sed Ecclesiæ* nomine administrare. Vide Berotum *in c quoniam de jure patron. num. 98 in rubr de reb. Eccles. non alien. n. 18. in c. in litteris. de rest. spol. n. 15.* & demum *in c. ex litteris de probat num 16. ibique cit.* Dd. eo quod illas non in suam sed Ecclesiæ utilitatem habeat ordinare. Augustin. de Ancon. *de potest. Papa. quæst. 101. art. 7.*

Cum igitur ad Monasterium emortuum non Exemptum Episcopus 264
non sit intitulatus, ipsumque nihilominus Episcopi titulo & jurisdictioni sit subjectum, hinc fit, ut Episcopus illud quidem nomine Ecclesiæ, jure tamen proprio *juxta d. c hoc tantum. 1. 18. q. 2.* administrare, ac de eo in utilitatem Ecclesiæ disponere dicatur.

Unde consequens est, quam imperitè F. Romanus ab uno separatorũ & 265
diversorum ad aliud, *nim.* ab aliena re subjecta in utilitatem subditi convertenda & administranda, ad ipsam administrationem jure proprio competentem invertendam argumentetur.

Taceo, quod Fr. Romanus *in aula volvolo. sub numer. 67.* Archidiaconi *in 9. quæst. 3. c. cum simus.* verba suo glossemate & interpolatione corrumpat. Nam ita Archidiaconus *cit. loc* inquit, quando necessitas imminet, utputa, quia MORTUI SUNT OMNES de Ecclesia, tunc Episcopus eliget; Ast Fr. Romanus ad vocem, (*tunc Episcopus*) adjicit vel interpolat dicendo (seu alius superior quasi Episcopalem potestatẽ habens) eliget. Quæ verba interjecta nec sunt Archidiaconi, nec etiã vera; quia ut notat Laurentius de Rodulphis. *in c. nullus mortuus 13. quæst. 2. numer. 7. per* gloss. *in Clem un. verb. dioecesanus. de for. compet. & illum text.* aliud est, quod nomine & appellatione proprii Prælati veniat intelligendus Abbas habens jurisdictionem Episcopalem vel quasi, & aliud quod NOMINE EPISCOPI, vel Diœcesani, non veniat nisi Episcopus vel Diœcesanus, qui talis est, Archidiaconus autem loquitur de Episcopo, non verò de Prælato; ideoque illius nomine apud Archid. *cit loc.* non veniet alius superior vel Abbas quasi Episcopalem jurisdictionem habens, intelligendus.

Glossema F. Romani in Archid. redarguitur.

Citata glossa *in c. un. Clem. 1. de supplend. neglig. Prælat. verb. dispo-* 267

Ad glo. in Clem. 1. de suppl. neg. Prael. Vivian & Reginald. Resp.

sitioni ibique Vivian. Reginald. *lib 30 tract. 3. c. 17. numer. 254.* nihil ad rem faciunt; quia non definiunt, quod omnibus conventualibus incolis copulativè mortuis fiat ad superiorem devolutio, quod tamen Fr. Romano probandum incumbebat, nec ab ipso probatur; imo nec probari poterit, Cum illi Dd. solùm id proponant, quod ubi devolutio locum habet, ibi fiat ea cum qualitatibus & personis, quæ erant in prima collatione assumendæ &c. de qua *in resolution. quæst. 7. disceptabitur.* Frustra verò hic de devolutionis qualitatibus quæritur, ubi non ostenditur, nec ostendi potest, quod devolutio locum habeat. *per sup. notat.* An nescit F. Romanus, quod frustra de qualitatibus alicujus rei disputetur, ubi res ipsa negatur esse? nisi forsitan Fr. Romanus non Enti tribuat aliquas qualitates. Repugnaret *id l. ejus qui in Provincia. ff. si cert. pet. & ibi* Dec. *notat.*

268 Ad Petr. de Vbald. Resp.

Petrus de Vbald. *in lib. de mutat statut Ecclesi. c. 2. quæst. 6.* pro nobis facit, prout in resolutione *q. 1. c. 2.* fuit ostensum.

269 Ad Dd. communiter in c. fin. elect. in 6. Resp.

Dd. communiter *in c. fin. de elect. in 6.* à Fr. Romano citati, nihil ad rem faciunt, quia 1. solum ex cupiditate aut inordinato affectu confirmantium nimiaque celeritate electis contra doctrinam Sancti Pauli *1. Tim. 1.* cito manus imponentium *abusum*; deinde formam & solemnitatem in electionis confirmatione observandam recensent, nempe quod E-

NB Forma Electionis.

lectus, quando adsunt competitores vel opponentes, non confirmetur, nisi fiant publicè edicta, vel per edictū citentur, quod volentes opponere veniant peremptorio termino assignato; alias generaliter Electio in Ecclesia, in qua facta est, ejusque confirmatio sit irrita. Videantur *ibidem* gloss. Ancharan. Joann. Andr. Archid. Barbos. Joannes Coelner van Vanckel. Francus. Geminianus, Vivianus, ubi *in fine* notat Barbos. quod appositio edicti non sit necessaria in beneficiis simplicibus collativis, & non de jure patronatus. ex Nicol. Garz *de benefic. part. 9. c. 3 numer 3* Rot. *decis. 309. num 1. part. 1. divers.* Ut vel hinc colligere liceat, quod F Romanus multa congerat, sed quæ rem nostram non attingant

270 Ad Roch. Resp.

Rochus *in tract. de jure patron. verb. honorificum. quæstione 33. numer. 64. per gloss. in dict. clement. Vn.* specialiter à Fr. Romano „ laudatus, similiter ad versum nihil affert; ut patet ex proposita ejusdem „ quæstione, *Trigesimo tertio*, inquientis, *quaro de subtili quæstione*, „ Pone, *Patronus excluditur à præsentatione, Propter negligentiam*, „ *ad Ecclesiam ad quam spectabat institutio de jure speciali inferiori ab Episcopo*, puta *Præposito vel Archipresbytero.* Quæritur, *an hoc casu potestas libera conferendi devolvatur ad ipsum inferiorem, an autem ad Epis-*

Episcopum, cui alias de jure communi competit collatio. Et Respondetur, glossa reputata singularis *in Clem. Vn. in verb dispositionem. de suppl. negl. Prælat.* concludit, quod collatio devolvitur ad eum, qui habebat instituere sive sit Episcopus diœcesanus siue alius, quam secuti alii *ibid.* contra Bald. *in repetit. l.1. C. de emancip liber.* qui vult, quod ad Episcopum spectat hoc casu collatio; Movetur inter cætera, quia ipse Episcopus fuit privatus iure instituendi tantummodò ex præscriptione vel privilegio, vel ex alio iure speciali; non autem perdidit aliud ius scilicet conferendi &c. Lapus *allegat sua 67. Incip. quoddam Monasterium in 6 col. sub tit de parochiis.* tenet, quod Episcopus præsentabit inferiori, Et ipse inferior instituet Tandem reiecta *opinione Baldi*, atque eius argumento dicit, quod non est verum, quod isto casu fiat aliqua extensio, quia ipse inferior non consequitur aliquod ius de novo, sed solummodo ius, quod habebat non liberum, est factum liberum, ut si quis dissolvat ligatum, & ipse solutus ambulet, certè non ambulat per potestatem novam sibi quæsitam, sed per eandem, quam prius habebat &c.

Deinde refutat *Lapi* opinionem, quod Patrono negligente præsentare, ius præsentandi devolvatur ad Episcopum, qui præsentabit coram inferiore, ut ipse inferior instituat, sit loqui sine lege. Quin imo iura contrarium supponant scil. quod Patrono excluso amplius non provideatur Ecclesiæ per viam præsentationis, sed per viam liberæ collationis. Ita videatur sonare textus *in c.3. in c. si vero. in c. eam te. & in c cũ propter. inf. eod. de iure patron. &c.* Et sic amplius non fiat præsentatio pro illa vice. Addit Rochus: posset tamen unaquæque dictarum opinionum disputando sustineri. Sed quia prima videtur *communior*, ab eâ in iudicando & consulendo non esset recedendum &c *Hac Rochus.*

Ex quibus evidens est evidentia facti, F. Romanum à veris doctrinæ fontibus scopoque aberrasse.

271 Similiter frustra F. Romanus ex Romani *consf. 361. n. 5. & seqq.* subsidium & opem implorat. Cum Romanus istic solum decidat, quod si inferior negligens fuerit in conferendo beneficio, ius conferendi *propter negligentiam* devoluatur ad superiorem loci, in quo beneficium est situm, non verò ad superiorem Collatoris inferioris, si hic alterius esset dioecesis, quodque tandem devolutio possit fieri ad Legatum de latere, de quo *in toto consil. 36* agit, quodque ille cum aliis Ordinariis possit concurrere. Vbi nihil quod ad rem nostram pertineat, videre licet. *Ad Rom. Resp. Devolutio ob negligentiam, ad quem superiorem fiat.*

272 Discussis *Dd* exadversum citatorum *authoritatibus* Rationem F. Romani examinemus, qua asserit, *ius eligendi post mortem omnium de Collegio habitualiter in Monasterio esse relictum, illudque totum futurum frustraneum; nisi sit, qui id in actum reducat. Et quidem hunc ait esse superiorem beneficii.* *Ad Rationẽ F. Romani.*

Verum hæc ratio si intelligatur de iure eligendi post mortem omnium eligentium de Collegio habituali in Conventu superstite, habitualiter permanente *transeat*; cum alias sit controversum, an à superiore loci vel Prælaturæ viduatæ in actum reduci debeat per viam electionis, vel solum per modum provisionis, ut videre est apud Canon. *in sup cit. cap quanquam. de elect. in 6.* Sin vero intelligatur de Collegio prorsus emortuo, tunc simpliciter negatur. *per sup not. in resolut. quæst.* 1 *c.3.* ubi ostensum est, emortuo Conventu ius eligendi non manere, nisi *spes iuridica* subsit similis Collegii reparandi.

Quod ius eligendi non locum ipsum, nec Monasterium materiale, sed formale seu Collegium personale sequatur, ubi igitur datur Collegium vel actu vel habitu proximo, ibi etiam dabitur ius eligendi vel actuale vel habituale.

273 *Ad Laym. Resp. eius locum à F. Romano esse corruptum.* Neque huic contradicit Laymannus *in qq. Canon de Prælator. elect. c.3 q.* 18. *prout sup. in resolut q.1. c.3.* ostensum est. Hic solum noto, quod F. Romanus locum hunc Laymanni corruperit, ac pro *altera* propositione *conditionali* particula (*SI*) nitente unam absolutam obtrudere conetur; pro *altera* vero propositione *modificante* ipse *illativam* suppofuerit. Siquidem P. Laymannus iura, si quæ sunt Collegio intuitu loci concessa, non illative affirmat esse realia, prout absolutè & illativè perperam asserit F. Romanus; sed tantū quod si quæ iura Collegio intuitu loci concessa sunt, adiicit hunc modum, ut realibus potius quàm personalibus annumeranda veniant. Particula enim (*Vt*) qua utitur *d. loc.* P. Laymannus, regulariter non illativè, sed vel conditionaliter vel modaliter accipitur, ita ut modum, quo aliquid fit vel fiat, importet. *Vid.* Barbos. *in dict. ut* 439 *per tot. maximè n* 2.3.4.5.6 7.8.9.

274 In præsenti verò casu, ubi loquimur de iure eligendi Prælatum in Monasteriis, competit illud Conventui *per se*, non verò *intuitu vel contemplatione loci*, ut locus sit quasi causa electionis Conventui competentis, Cum ius eligendi Prælatum Monasterii vel Abbatem vel Priorem olim Episcopis competierit. *ca hoc tantum* 18 *q* 2 *Novell.* 5. *ordinationem* 9 postea Conventui Monachorum Episcopis surrogato, adeoque per sese considerato sit concessum, ut sibi aliquem ex suo gremio idoneum eligat. *d c. hoc tantum c quam sit necessarium. §. defuncto.* 18. *q.* 2. *& ibi* Archid. *Novell* 123. *§. iubemus.* 34. Dalner. *de Abbat. cap.* 3 *num* 1.2. Nusquam autem in iure reperiatur definitum, quod ius eligendi sit Monastico Conventui intuitu & contemplatione loci concessum, ut ita contrarium à F. Romano gratis asseratur, licet illud Conventui, prout ad hunc locum determinatus est, conveniat, uti supra *in d resolut. q.1. c.3.* fuit inculcatum.

275 Deinde F. Romanus concedit, quod ubi Monasterium *per rerum naturam* destruitur, illic ius eligendi pereat. At quando Monasterium planè

planè emoritur, tunc dicitur illud per rerum naturam destrui. Igitur &c.

Minor *sup. in resolutione quæst. 1. cap. 1.* est comprobata ex eo, quod quando Monasterium dicitur per rerum naturam destrui, intelligatur vel destrui *per se* & vice versâ. *per not.* Bald. *in d. l. non ambigitur. junct.* Zasio *in leg. 1. §. municipes. num. 15. ff. de acquir. poss.* vel etiam per casum fortuitum, *juxta not.* Alber. *in dictionar. verb. per rerum naturam. ex leg si duo. §. ait prætor. al. 1. ff. de constit. pec.* At quando Monasterium morte omnium destruitur, dicitur destrui *per se* juxta Zas. *in d l. 1. §. municipes. num. 15. ff de acquir. poss* vel etiam *per casum fortuitum*, ut concedit F. Romanus, Igitur quando Monasterium morte omnium destruitur, dicetur destrui *per rerum naturam.*

Porrò utrum hic spes reparationis juridica subsit, F. Romanus necdum 276 ostendit, eamque nos illi negamus. Vt proinde ipsi nudè eam asserenti non sit credendum *per l. 2 ff de probat.*

Cap. ne pro defectu de elect. quemadmodum ibidem notavit Bernard. Compostell. quia propter defectum Pastoris Ecclesia viduata tam in temporalibus, quàm in spiritualibus frequenter sustinet jacturam & læsionem, ideo Concilium volens & periculis animarum & Ecclesiarum indemnitatibus providere, statuit, ut Ecclesia Cathedralis vel Regularis *ultra tres menses* non vacet, & si infra tres menses cessante iusto impedimento electio non fuerit celebrata, tunc Electores eligendi potestate careant eâ vice, & potestas eligendi ad proximum superiorem transferatur, & ille, ad quem fuerit devoluta potestas, infra alios tres menses cum consilio Capituli sui & aliorum Religiosorum de persona idonea ipsius Ecclesiæ viduatæ, vel si idonea non reperiatur, de alia non differat Ecclesiam ordinare, si ipse Canonicam velit effugere ultionem. *Vid.* Compostell *d. loc.* 277 *Ad c. ne pro defectu. de Elect. Resp.*

At *quid inde*? Ergo emortuis omnibus omnino Conventualibus incolis stabilitatem loci promittentibus nullo superstite, alius exterus ejusdem Ordinis necessariò eligendus est, Ergò Ordo ille ius habet in ipsum Monasterium Conventu destitutum, Ergo superest spes juridica istius Collegii reparandi. Negantur omnes istæ consequentiæ. Et maximè prima, quæ planè à separatis *in d. cap. ne pro defectu. traditis.* infertur, ut patet. Cum *d. cap. ne pro defectu.* supponat Ecclesiam vel Monasterium Capitulo vel Conventu esse reipsa & actu instructum, ex cuius gremio persona veniat eligenda; sed in casu nostro ponatur Ecclesia Capitulo ac Collegio, Monasterium vero Conventu esse destitutum, adeoque ab uno ad aliud non rectè nisi per oppositionem fiat illatio. Everard. *in loc. à separat. & contrar.*

Quod

278 Quod denique afferitur, *nomine Ecclesiæ vel* Collegii electionem esse faciendam, iam sup. explicuimus, ostendimusque illud perperam in peregrino sensu contra nos detorqueri.

279 Ex quibus omnibus relinquitur, F Romanum non ostendisse, in Ecclesia nonnumerata, Conventu omnino emortuo electionem ad superiorem propriè devolvi, nedum superiorem ex iure devolutionis teneri alium eiusdem familiæ exterum eligere, qui similem priori Conventum istic instituat, sed in alia omnia dilapsum magnam textuum & authoritatum huc minimè facientium conflugem coëgisse, quam ipsi relinquimus.

Ius devolutionis hoc casu nostro non obtinet.

§. XIV.

Asserta spes ex voce passiva Refellitur.

280 Per anteoccupationem occurrebam. si quis ex eo argumentaturus esset, quod vivis Religiosis incolis huius Monasterii nunc emortui, si inter eos dignus non reperiretur, qui esset Prælatus, aliquis exterus ex aliis Monasteriis eiusdem Ordinis esset assumendus *per text. & glo. in d. c. ne pro defectu. de Elect. c. cum singula. de præb n.6.* Igitur etiam mortuis Religiosis incolis huius Monasterii nunc emortui, aliquis exterus ex aliis Monasteriis eiusdem Ordinis erit assumendus. Cum illi alii exteri aliorum Monasteriorum habeant saltem *jus passivæ electionis*, quod eis per mortem eligentium aut Monasterii destitutionem aut desolationem non est ablatum, imò nec auferri potuit.

F Romani arg.

Id enim quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri nequit, nec alicui per alterum iniqua inferri debet conditio. *ff de R.I.* Consequenter si ius electionis passivæ non est illis ablatum, adhuc penes ipsos erit.

Et si quæratur, penes quos? Respondebit F. Romanus *d. q. 1. n. 6. n.* 42. maximè *n.* 59. non quidem penes singulos, sed penes omnes simul & coniunctim esse.

At Respondebam ego, *negando Consequentiam.* Siquidem inde tantum

281 sequitur, quod alius exterus alterius Monasterii vel Ecclesiæ sit subiectum capax Electionis passivæ, sicuti quando in Ecclesia Cathedrali vel Metropolitana vacante dignus non invenitur, qui in Prælatum vel Episcopum vel Archiepiscopum eligatur, aliunde aliquis ex Capitularibus postulatur Prælatus &c. *c. cupientes, de elect in 6.* qui tamen propterea nec ut singuli nec ut universi copulative dicuntur ius electionis passivæ in Ecclesia vacante habere. Cum etiam postulatus ante confirmationem superioris nihil acquirat iuris ad rem, nedum ius in re. *d. c. cupientes. c. quam sit & utrobique* Archid. *de elect.*

Resp.

de elect. in 6. Et postulatio uti tradit glo. Gemin. *in c. quoniam ult. n.* 17. dependeat à gratia, & sic præsupponat dispensationem. Quod si igitur postulatio dependet à gratia, quomodo iam poterit postulatio esse aliis aliorum Monasteriorum Monachis debita, ipsisque ius tribuere. *arg* Rom. 11. *v.* 6. Huiusmodi verò gratia postulandi in Monasteriis vel Ecclesiis Collegiatis non est illimitata sed limitata ad sui Ordinis vel Professionis homines, ne *videlicet in bove & asino* aretur, & diversæ professionis homines conjungantur, unde contentio ioidem oriretur. Ob hanc igitur evitandam, eiusdem professionis homines veniunt ad hanc Ecclesiam vacantem vel Monasterium viduatum, casu quo istic in gremio idonei non inveniantur, aliunde evocandi. *Clem* 1 *de Elect.* Inde tamen nemo exterorum sibi ius passivæ electionis ante postulationis confirmationem adsciverit. Accedit, quod si penes omnes aliorum etiam Monasteriorum Monachos exteros ejusdem Ordinis simul & coniunctim esset ius vocis passivæ ad hoc Monasterium viduatum, utique omnes etiam aliorum Monasteriorum Monachi exteri simul & conjunctim essent ad hoc Monasterium viduatum eligibiles. At hoc patet evidenter esse falsum. Igitur & illud.

Postulatio exteri Prælati pendet a gratia

Quod si fortè dicat F. Romanus, quod omnes non quidem simul *copulativè sed in confuso*, nec etiam singuli determinatè sed indeterminatè habeant ius vocis passivæ, quia sunt eligibiles, iterum falletur, quia cum ius vocis passivæ penes huius Monasterii Monachos resideat, nec citra iniuriam ipsis prætetitis aliunde quis exterus assumi queat in Monasterii viduati Prælatum, ut disponitur *in c. quam sit necessarium* §. *defuncto* 18 *q.* 2. *his verbis*, Defuncto vero Abbate Cuiuscunque Congregationis non Extraneus eligatur, „ nisi de Eadem Congregatione, quam sibi propria voluntate concors Fra- „ trum Societas elegerit; utique ius vocis passivæ penes alias Congregationes „ etiam eiusdem Ordinis non residebit. Nam aliàs si penes illos etiam ius esset vocis passivæ, possent ipsi citra iniuriam horum, cæteris paribus eligi, haud secus, quàm si quis advena ius civitatis alicubi obtineret, posset etiam is citra iniuriam Originariorum istius loci ad honores & munera vocari, etiamsi Originarii ad honores ibidem persungendos æque apti & idonei forent. *Vid tit. de muner. & honor* 282

Vnde cum alii aliorum Monasteriorum Monachi exteri non possint ad Prælaturam huius Monasterii viduati citra iniuriam incolarum, si idonei sint, assumi, videtur certè colligi, quod aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris ius vocis passivæ minimè competat. 283

Quod verò in defectum personarum idonearum huius loci vocentur alii aliorum locorum Religiosi exteri, id totum ex *gratia & dispensatione iuris*, in talem casum necessitatis prospicientis oritur, ne Monasterium maneat viduatum, neve ab inhabili vel inepta persona malè administretur, *per sup. not. & in d. c. quam sit necessarium.* §. *quod si aptam. de Elect. ibi.* quod si 284

" aptam inter se personam invenire nequiverint solertes sibi de aliis Monasteriis similiter eligant ordinandum. *Et in d. cap. Abbas. eod. ibi, eligant sibi Fratres Abbatem de ipsis, si habent:* SIN AUTEM, DE EXTRANEIS, " item *c. cum Monasterium. 13. ibidem;* in quendam, qui cum fratribus suis in " eremo est laudabiliter conversatus, boni testimonii virum unanimiter con- " senserunt, eum in Abbatem totis desideriis POSTULANTES; Tu verò PO- " STULATIONI eorum præbuisti assensum, & postulasti eandem Ordinatio- " nem à sede Apostolica confirmari Nos autem ipsam sicut facta est Canoni- " cè, confirmamus &c. *& in d. c ne pro defectu. 41. §. statuimus. vers. is vero ad* " *quem* ibi; vel alterius, SI DIGNA NON REPERITVR IN ILLO. *de Elect. Vid.* " Dalner *de Abbate. c. 2. n 22. 23.*

§. XV.

Spes asserta & dominium passivum refelluntur ex non facta ibidem professione.

285 Confirmabam meam Responsionem ex eo, quod Abbas vel Prior aliunde postulatus, ut jus aliquod in hoc, ad quod evocatur, Monasterio à suo independente acquirat, illic de novo debeat profiteri *per text. expressum in c. Abbate de V. S.* Vnde Inferebam, non posse asseri, quod solâ morte omnium Religiosorum Incolarum alicuius loci copulativè acceptorum, nullo illic superstite, in alios aliorum Monasteriorum eiusdem Ordinis Monachos Extraneos ius aliquod esset translatum, quia alias non foret opus, ut illud jus novâ in hoc Monasterio professione postulatus Prælatus acquireret, si illud vel ante habuisset, vel sine professione locali per se ipse citra factum superioris acquisivisset. Cum quod semel alicuius est, amplius ipsius fieri nequeat. *§. sed si rem. 10. Inst. de legat* Consequenter parere dicebam, quod dominium passivum ex præmisso fundamento Haiano, nimirum ex asserto, non autem ullatenus probato jure vocis passivæ Ordini exadversum ascripto, esset commentitium, eo quod ipsum assertum jus vocis passivæ, cui illud Dominium passivum innititur, sit omnino commentitium. Siquidem suffragium & vox passiva monachis extraneis tanquam *gratia*, adeoque minimè veluti ius tribuitur, ut præcedenti numero fuit ostensum.

286 F. Romanus *allegat* 455. exadversum nihil aliud affert, quam quod hic *sup §. 1 ex allegatione ipsius* 108. contra citatum à *me c. Abbate de V. S.* fuit relatum atque à me ibidem refutatum, prout illic videri poterit. Solum hic noto, quod F. Romanus perperam asserat, me illud *c. Abbate de V. S. hic infra n 17. Astri Eclips.* citasse; ubi tamen ego *d. capitis. Abbate.* nullam facio mentionem.

§. XVI.

§. XVI.

Ex sup.cit.c.ne pro defectu.de Elect.& glo.ibid.frustra spes juridica asseritur.

Respondebam ad text.& glo.*in cit.cap.ne pro defectu de elect.* istic agi de Prælato, si alicubi in Monasterio Conventum habente sed viduato, vel Ecclesia vacante dignus non reperiatur, aliunde postulando, prout hic supra *in* § 14. ostensum est, ideoque non huc spectare; ubi de Monasterio Conventu destituto agitur. Quod vero *in d c.ne pro defectu.* intelligatur Monasterium Conventu instructum, ostendit ipse textus. & notat ibidem glossa, dum tradunt, propter negligentiam eligentium, *electionem activam* ad superiorem devolvi; *electionem verò passivam* apud Conventuales seu ipsum Conventum manere, ut ex ipsius gremio aliquis dignus eligatur; adeoque patet, quod ille Conventus vel Collegium adhuc actu supersit ac vivat. 287

Deinde inquirebam, quænam hæc foret consequentia? Ecclesia electione activâ propter negligentiam privata retinet adhuc electionem passivâ. Ergo Ecclesia aliqua Religiosorum emortua alii aliorū Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachi extranei vel totum aggregatum Monachorum illius Ordinis habebit adhuc jus *in d.* Religiosorum defunctorum hujus loci incolarum bona. Scopas aiebam esse dissolutas. 288

F. Romanus *allegat.322.* post multa inania verba & parerga tandem subiicit, *quod in toto Astro talem consequentiam, tam infausto sydere natam nusquam formaverit &c. Ex quo autem antecedente, jus Ordini Religioso ad Monasteria destituta asseruerit*, in Astro q.1.n.12.& seqq.n.36. & seqq.ac alibi *demonstraverit.* 289 *Commenta Hayana.*

Verum F. Romanus hic iterum nihil ad rem affert; quia hic de discursu agebatur, quem F. Romanus *quæst.1.num.6 maxime vero num 42. & seq ex d. cap.ne pro defectu.* quoad assertum *ius vocis passivæ* formaverat, hunc suum discursum si F Romanus revolverit, neque ad alios numeros extra cancellos transilierit, videbit, annon ipse talem inde deducere debeat aut velit consequentiam, quam quæ modo fuit recitata. Desuper ad benevoli lectoris judicium appello. Quod autem F. Romanus relicto & desperato suo discursu *ex d cap. ne pro defectu* quoad assertum jus vocis passivæ formato, tum *ad num.12 & seqq. ubi argumenta quæst.7.* Astri Eclipseos proposita, *num.* cui ex jure devoluto habeat superior conferre; tum *ad num. 36. & seqq* ubi ea, quæ *quæst.1. Astri Eclips* sunt relata, & utrobique refutata, transfugiat, adeoque diverticula quærat, signum est ipsum à veritate aberrare. Veritas enim non quærit diverticula. Mantua *consil. 1. num. 40 & 41. tom. 1. per cap sed succidendas. de Schismat. in 6* ideoque circuitus vitandi & ambages summovendæ sunt. *leg. videamus & ibi* gloss. *caveri. atque addit. marg. si cui* 290 *Discutiuntur.*

Monasterii ipsius loci *per notat.* Archidiacon. *9. quaest. 3. c. cum simus.* & Panormitani. *in d. cap. nullus in Ecclesia. numer.* 10. *de elect.* de bonis hujus Monasterii emortui disponere & ordinare dicatur. Nam illi loquuntur in casu, quo duntaxat omnes eligentes sunt mortui, non autem quo totum Collegium est actu exstinctum. Hoc enim in casu Episcopus, si Monasterium non sit exemptum, jure proprio ordinabit, prout Laymannus *censur.* 38. §. *at verò* expressè sentit, itaque nec hic sibi Laymannus (quemadmodum Fr. Romanus *Paradox. 23. numer. 35. in horti appendice* malè asserebat) contradicit, sed cum Friderico de Senis *sup. cit. cons.* 34. *n* 3. rectè sentit.

Laymann. defenditur

261 *Collegium propriè & strictè acceptum quid.*

Deinde posito non concesso, quod ipsi loquerentur de Collegio penitus emortuo, tunc tamen loquerentur de Collegio propriè & strictè accepto, prout in dubio intelligendum esset. *per l. non aliter. ff de legat.* 3 & opponeretur Conventui, juxta gloss. pragmaticae sanctionis *in c. sicut* §. *quarto de elect. in verb. Collegium. cap. ne pro defectu. de election.* Bertach. *in repert verb Collegium* comprehenderetque Ecclesiam Collegiatam numeratam, in qua daretur distinctio Canoniatum & Praebendarum; vel si non praebendarum, saltem portionum separatarum, quae morte eas tenentium vacent, non verò contineret Ecclesiam Collegiatam nonnumeratam, in qua non daretur distinctio Canoniarum & praebendarum vel saltem portionum separatarum *per d. c. dilecto. de praeb.* Anton. de Buttio. *in c cũ M. Ferrarien. de constitut. Ratio differentiae* est, quia ubi datur devolutio, debet dari vacatio titulorum & beneficiorum. *c. nulla Ecclesiastica ministeria. 2. & ibi* Canon. *de concess. praeb.* At in Ecclesia Collegiata numerata; non verò in Ecclesia Collegiata non numerata datur vacatio Titutulorum & beneficiorum *d. cap. dilecto. d. c ex parte de concess. praeb.* Igitur in Ecclesia Collegiata numerata, non verò in Collegiata nonnumerata datur devolutio.

262 Quin etiam posito, quod isti Dd. loquerentur de Conventu seu Collegiata non numerata, tunc quando diceretur Episcopus nomine Ecclesiae vel Conventus disponere, inde non sequeretur, quod ipsa ordinatio Conventus emortui Episcopo jure proprio non competeret; quia aliud est *jure proprio* de aliqua re disponere, & aliud, *rem,* de qua quis disponit, *esse ipsius propriam* vel suam, vel etiam cedere in ipsius utilitatem, ut patet *in Tutoribus, Curatoribus,* quibus jure proprio competit administratio rerum pupilli, minoris; & tamen res, quas administrant, non sunt ipsorum, sed pupillorum & minorennium, atque in horum, non autem illorum cedunt utilitatem. *Instiut. ff. & Cod. de auth. tutor.* Et Confirmatur ex eo, quod si Tutori, Curatori adjungatur *Actor,* illi non proprio, sed alieno Tutoris vel Curatoris jure competet admini-

Aliud est, jure proprio, & aliud nomine alieno quid facere.

NB.

administratio, eaque etiam nomine pupillorum, minorennium, prout eorundem utilitas & necessitas exiget. §. *final Institut. de Curator. & ibi Dd.*

Quod verò Episcopus dicitur *Monasterii ipsius nomine* ordinare, intelligendum est ex illo principio Canonistarum, quo astruitur, quod Episcopus vel Prælatus dicatur *suos titulos*, quibus intitulatur, *suo proprio nomine*; res autem titulis connexas, *non suo, sed Ecclesiæ* nomine administrare. Vide Berolum *in c quoniam de jure patron. num. 98 in rubr de reb. Eccles. non alien. n. 18. in c. in litteris. de rest. spol. n. 15.* & demum *in c ex litteris de probat num 16. ibique cit.* Dd. eo quod illas non in suam sed Ecclesiæ utilitatem habeat ordinare. Augustin. de Ancon. *de potest. Papa. quæst. 101. art. 7.* 263

Cum igitur ad Monasterium emortuum non Exemptum Episcopus non sit intitulatus, ipsumque nihilominus Episcopi titulo & jurisdictioni sit subjectum, hinc fit, ut Episcopus illud quidem nomine Ecclesiæ, jure tamen proprio *juxta d. c hoc tantum. 1. 18. q. 2.* administrare, ac de eo in utilitatem Ecclesiæ disponere dicatur. 264

Unde consequens est, quam imperitè F. Romanus ab uno separatorũ & diversorum ad aliud, *nim.* ab aliena re subjecta in utilitatem subditi convertenda & administranda, ad ipsam administrationem jure proprio competentem invertendam argumentetur. 265

Taceo, quod Fr. Romanus *in aula volvolo. sub numer. 67.* Archidiaconi *in 9. quæst. 3. c. cum simus.* verba suo glossemate & interpolatione corrumpat. Nam ita Archidiaconus *cit. loc* inquit, quando necessitas imminet, utputa, quia MORTUI SUNT OMNES de Ecclesia, tunc Episcopus eliget; Ast Fr. Romanus ad vocem, (*tunc Episcopus*) adjicit vel interpolat dicendo (seu alius superior quasi Episcopalem potestatẽ habens) eliget. Quæ verba interjecta nec sunt Archidiaconi, nec etiã vera; quia ut notat Laurentius de Rodulphis. *in c. nullus mortuus 13. quæst. 2. numer. 7. per* gloss. *in Clem un. verb. diœcesanus. de for. compet. & illum text.* aliud est, quod nomine & appellatione proprii Prælati veniat intelligendus Abbas habens jurisdictionem Episcopalem vel quasi, & aliud quod NOMINE EPISCOPI, vel Diœcesani, non veniat nisi Episcopus vel Diœcesanus, qui talis est, Archidiaconus autem loquitur de Episcopo, non verò de Prælato; ideoque illius nomine apud Archid. *cit loc.* non veniet alius superior vel Abbas quasi Episcopalem jurisdictionem habens, intelligendus.

Glossema F. Romani in Archid. redarguitur.

Citata glossa *in c. un. Clem. 1. de supplend. neglig. Prælat. verb. dispositioni* 267

Ad glo. in Clem. 1. de suppl. neg. Prael. Vivian. & Reginald. Resp.

sitioni. ibique Vivian. Reginald. *lib* 30 *tract.* 3. *c.* 17. *numer.* 254. nihil ad rem faciunt; quia non definiunt, quod omnibus conventualibus incolis copulativè mortuis fiat ad superiorem devolutio, quod tamen Fr. Romano probandum incumbebat, nec ab ipso probatur; imo nec probari poterit, Cum illi Dd. solùm id proponant, quod ubi devolutio locum habet, ibi fiat ea cum qualitatibus & personis, quæ erant in prima collatione assumendæ &c. de qua *in resolution. quaest.* 7. *disceptabitur.* Frustra verò hic de devolutionis qualitatibus quæritur, ubi non ostenditur, nec ostendi potest, quod devolutio locum habeat. *per sup. notat.* An nescit F. Romanus, quod frustra de qualitatibus alicujus rei disputetur, ubi res ipsa negatur esse? nisi forsitan Fr. Romanus non Enti tribuat aliquas qualitates. Repugnaret *id l ejus qui in Provincia. ff. si cert. pet. & ibi* Dec. *notat.*

268 Ad Petr. de Vbald. Resp.

Petrus de Vbald. *in lib. de mutat status Eccles. c.* 2. *quaest.* 6. pro nobis facit, prout in resolutione *q.* 1. *c.* 2. fuit ostensum.

269 Ad Dd. communiter in c. fin. elect. in 6. Resp.

NB Forma Electionis.

Dd. communiter *in c. fin. de elect. in* 6. à Fr. Romano citati, nihil ad rem faciunt, quia 1. solum ex cupiditate aut inordinato affectu confirmantium nimiaque celeritate electis contra doctrinam Sancti Pauli 1. *Tim.* 1. cito manus imponentium *abusum*; deinde formam & solemnitatem in electionis confirmatione observandam recensent, nempe quod Electus, quando adsunt competitores vel opponentes, non confirmetur, nisi fiant publicè edicta, vel per edictū citentur, quod volentes opponere veniant peremptorio termino assignato; alias generaliter Electio in Ecclesia, in qua facta est, ejusque confirmatio sit irrita. Videantur *ibidem* gloss. Ancharan. Joann. Andr. Archid. Barbos. Joannes Coelner van Vanckel. Francus. Geminianus, Vivianus, ubi *in fine* notat Barbos. quod appositio edicti non sit necessaria in beneficiis simplicibus collativis, & non de jure patronatus. ex Nicol. Garz. *de benefic. part.* 9. *c.* 3 *numer* 3 Rot. *decis.* 309. *num* 1. *part.* 1. *divers.* Ut vel hinc colligere liceat, quod F Romanus multa congerat, sed quæ rem nostram non attingant

270 Ad Roch. Resp.

Rochus *in tract. de jure patron. verb. honorificum. quaestione* 33. *numer.* 64. *per gloss. in dict. clement. Vn.* specialiter à Fr. Romano „ laudatus, similiter ad versum nihil affert; ut patet ex proposita ejus„ dem quæstione, *Trigesimo tertio*, inquientis, *quaero de subtili quaestio*„ *ne*, Pone, *Patronus excluditur à praesentatione, Propter negligentiam*, „ *ad Ecclesiam ad quam spectabat institutio de jure speciali inferiori ab Episcopo*, puta *Praeposito vel Archipresbytero.* Quæritur, *an hoc casu potestas libera conferendi devolvatur ad ipsum inferiorem, an autem ad*

Epis-

Episcopum, cui alias de jure communi competit collatio. Et Respondetur, glos- "
sa reputata singularis *in Clem, Vn. in verb dispositionem. de suppl. negl. Prelat.* "
concludit, quod collatio devolvitur ad eum, qui habebat instituere sive sit "
Episcopus diœcesanus siue alius, quam secuti alii *ibid.* contra Bald. *in repetit.* "
l.1.C. de emancip liber. qui vult, quod ad Episcopum spectat hoc casu colla- "
tio; Movetur inter cætera, quia ipse Episcopus fuit privatus iure instituendi "
tantummodò ex præscriptione vel privilegio, vel ex alio iure speciali ; non "
autem perdidit aliud ius scilicet conferendi &c. Lapus *allegat sua 67. Incip.* "
quoddam Monasterium in 6 col. sub tit de parochiis. tenet, quod Episcopus "
præsentabit inferiori, Et ipse inferior instituet Tandem reiecta *opinione* "
Baldi, atque eius argumento dicit, quod non est verum, quod isto casu fiat "
aliqua extensio, quia ipse inferior non consequitur aliquod ius de novo, sed "
solummodo ius, quod habebat non liberum, est factum liberum, ut si quis "
dissolvat ligatum, & ipse solutus ambulet, certè non ambulat per potesta- "
tem novam sibi quæsitam, sed per eandem, quam prius habebat &c. "

Deinde refutat *Lapi* opinionem, quod Patrono negligente præsentare, "
ius præsentandi devolvatur ad Episcopum, qui præsentabit coram inferiore, "
ut ipse inferior instituat, sit loqui sine lege. Quin imo iura contrarium sup- "
ponant scil. quod Patrono excluso amplius non provideatur Ecclesiæ per "
viam præsentationis, sed per viam liberæ collationis. Ita videatur sonare tex- "
tus *in c.3. in c. si vero. in c. eam te. & in c cū propter. inf. eod. de iure patron &c.* "
Et sic amplius non fiat præsentatio pro illa vice. Addit Rochus : posset ta- "
men unaquæque dictarum opinionum disputando sustineri. Sed quia prima "
videtur *communior* , ab eâ in iudicando & consulendo non esset receden-
dum &c *Hac Rochus.*

Ex quibus evidens est evidentia facti , F. Romanum à veris doctrinæ fontibus scopoque aberrasse.

Similiter frustra F. Romanus ex Romani *cons. 361. n. 5. & seqq.* subsi- 271
dium & opem implorat. Cum Romanus istic solum decidat, quod si inferior *Ad Rom. Resp.*
negligens fuerit in conferendo beneficio, ius conferendi *propter negligen-*
tiam devoluatur ad superiorem loci, in quo beneficium est situm, non verò *Devolutio ob negligentiam, ad quem superiorem fiat.*
ad superiorem Collatoris inferioris, si hic alterius esset diocœsis, quodque
tandem devolutio possit fieri ad Legatum de latere, de quo *in toto consil. 36* .
agit, quodque ille cum aliis Ordinariis possit concurrere. Vbi nihil quod ad
rem nostram pertineat, videre licet.

Discussis *Dd* exadversum citatorum *authoritatibus* Rationem F. Ro- 272
mani examinemus, qua asserit, *ius eligendi post mortem omnium de Collegio* *Ad Rationē F. Romani.*
habitualiter in Monasterio esse relictum, illudque totum futurum frustrane-
um; nisi sit, qui id in actum reducat. Et quidem hunc ait esse superiorem
beneficii.

2. Verum hæc ratio si intelligatur de iure eligendi post mortem omnium eligentium de Collegio habituali in Conventu superstite, habitualiter permanente *transeat*; cum alias sit controversum, an à superiore loci vel Prælaturæ viduatæ in actum reduci debeat per viam electionis, vel solum per modum provisionis, ut videre est apud Canon. *in sup cit. cap quanquam. de elect. in 6.* Sin vero intelligatur de Collegio prorsus emortuo, tunc simpliciter negatur. *per sup not. in resolut. quæst. 1. c. 3.* ubi ostensum est, emortuo Conventu ius eligendi non manere, nisi *spes iuridica* subsit similis Collegii reparandi.

Quod ius eligendi non locum ipsum, nec Monasterium materiale, sed formale seu Collegium personale sequatur, ubi igitur datur Collegium vel actu vel habitu proximo, ibi etiam dabitur ius eligendi vel actuale vel habituale.

273 Neque huic contradicit Laymannus *in qq. Canon de Prælator. elect. c. 3 q. 18. prout sup. in resolut q. 1. c. 3.* ostensum est. Hic solum noto, quod F. Romanus locum hunc Laymanni corruperit, ac pro *altera* propositione *conditionali* particula (*SI*) nitente unam absolutam obtrudere conetur; pro *altera* vero propositione *modificante* ipse *illativam* supposuerit. Siquidem P. Laymannus jura, si quæ sunt Collegio intuitu loci concessa, non illative affirmat esse realia, prout absolutè & illativè perperam asserit F. Romanus; sed tantū quod si quæ iura Collegio intuitu loci concessa sunt, adiicit hunc modum, ut realibus potius quàm personalibus annumeranda veniant. Particula enim (*Vt*) qua utitur *d loc.* P. Laymannus, regulariter non illativè, sed vel conditionaliter vel modaliter accipitur, ita ut modum, quo aliquid sit vel fiat, importet. *Vid.* Barbos. *in dict. ut 439 per tot. maximè n. 2. 3. 4. 5. 6 7. 8. 9.*

Ad Laym. Resp. eius locum à F. Romano esse corruptum.

274 In præsenti verò casu, ubi loquimur de jure eligendi Prælatum in Monasteriis, competit illud Conventui *per se*, non verò *intuitu vel contemplatione loci*, ut locus sit quasi causa electionis Conventui competentis, Cum ius eligendi Prælatum Monasterii vel Abbatem vel Priorem olim Episcopis competierit. *ca hoc tantum 18. q 2 Novell. 5. 3. ordinationem 9* postea Conuentui Monachorum Episcopis surrogato, adeoque per sese considerato sit concessum, ut sibi aliquem ex suo gremio idoneum eligat. *d c. hoc tantum c quam sit necessarium. §. defuncto. 18. q. 2. & ibi* Archid. *Novell 123. §. iubemus. 34.* Dalner. *de Abbat. cap. 3 num. 1. 2.* Nusquam autem in iure reperiatur definitum, quod ius eligendi sit Monastico Conventui intuitu & contemplatione loci concessum, ut ita contrarium à F. Romano gratis asseratur, licet illud Conventui, prout ad hunc locum determinatus est, conveniat, uti supra *in d resolut. q. 1. c. 3.* fuit inculcatum.

275 Deinde F. Romanus concedit, quod ubi Monasterium *per rerum naturam* destruitur, illic ius eligendi pereat. At quando Monasterium planè

planè emoritur, tunc dicitur illud per rerum naturam destrui. Igitur &c.

Minor *sup. in resolutione quæst. 1. cap. 1.* est comprobata ex eo, quod quando Monasterium dicitur per rerum naturam destrui, intelligatur vel destrui *per se* & vice versâ. *per not.* Bald. *in d. l. non ambigitur. iunct.* Zasio *in leg. 1. §. municipes. num. 15. ff. de acquir. poss.* vel etiam per casum fortuitum, *iuxta not.* Alber. *in dictionar. verb. per rerum naturam. ex leg si duo. §. ait prætor. al. 1. ff. de constit. pec.* At quando Monasterium morte omnium destruitur, dicitur destrui *per se* juxta Zas. *in d l. 1. §. municipes. num. 15. ff de acquir. poss* vel etiam *per casum fortuitum*, ut concedit F. Romanus, Igitur quando Monasterium morte omnium destruitur, dicetur destrui *per rerum naturam.*

Porrò utrum hic spes reparationis juridica subsit, F. Romanus necdum ostendit, eamque nos illi negamus. Vt proinde ipsi nudè eam asserenti non sit credendum *per l. 2 ff de probat.* 276

Cap. ne pro defectu de elect. quemadmodum ibidem notavit Bernard. Compostell. quia propter defectum Pastoris Ecclesia viduata tam in temporalibus, quàm in spiritualibus frequenter sustinet jacturam & læsionem, ideo Concilium volens & periculis animarum & Ecclesiarum indemnitatibus providere, statuit, ut Ecclesia Cathedralis vel Regularis *ultra tres menses* non vacet, & si infra tres menses cessante iusto impedimento electio non fuerit celebrata, tunc Electores eligendi potestate careant eâ vice, & potestas eligendi ad proximum superiorem transferatur, & ille, ad quem fuerit devoluta potestas, infra alios tres menses cum consilio Capituli sui & aliorum Religiosorum de persona idonea ipsius Ecclesiæ viduatæ, vel si idonea non reperiatur, de alia non differat Ecclesiam ordinare, si ipse Canonicam velit effugere ultionem. *Vid.* Compostell *d. loc.* 277 *Ad c. ne pro defectu. de Elect. Resp.*

At *quid inde*? Ergo emortuis omnibus omnino Conventualibus incolis stabilitatem loci promittentibus nullo superstite, alius exterus eiusdem Ordinis necessariò eligendus est, Ergò Ordo ille ius habet in ipsum Monasterium Conventu destitutum, Ergo superest spes juridica istius Collegii reparandi. Negantur omnes istæ consequentiæ. Et maximè prima, quæ plane à separatis *in d. cap. ne pro defectu. traditis.* infertur, ut patet. Cum *d. cap. ne pro defectu.* supponat Ecclesiam vel Monasterium Capitulo vel Conventu esse reipsa & actu instructum, ex cuius gremio persona veniat eligenda; sed in casu nostro ponatur Ecclesia Capitulo ac Collegio, Monasterium vero Conventu esse destitutum, adeoque ab uno ad aliud non rectè nisi per oppositionem fiat illatio. Everard. *in loc. à separat. & contrar.*

Quod

278 Quod denique asseritur, *nomine Ecclesiæ vel* Collegii electionem esse faciendam, iam sup. explicuimus, ostendimusque illud perperam in peregrino sensu contra nos detorqueri.

279 Ex quibus omnibus relinquitur, F Romanum non ostendisse, in Ecclesia nonnumerata, Conventu omnino emortuo electionem ad superiorem propriè devolvi, nedum superiorem ex iure devolutionis teneri alium eiusdem familiæ exterum eligere, qui similem priori Conventum istic instituat, sed in alia omnia dilapsum magnam textuum & authoritatum huc minimè facientium conflugem coëgisse, quam ipsi relinquimus.

Ius devolutionis hoc casu nostro non obtinet.

§. XIV.

Asserta spes ex voce passiva Refellitur.

280 Per anteoccupationem occurrebam. si quis ex eo argumentaturus esset, quod vivis Religiosis incolis huius Monasterii nunc emortui, si inter eos dignus non reperiretur, qui esset Prælatus, aliquis exterus ex aliis Monasteriis eiusdem Ordinis esset assumendus. *per text. & glo. in d. c. ne pro defectu. de Elect. c. cum singula. de preb n. 6.* Igitur etiam mortuis Religiosis incolis huius Monasterii nunc emortui, aliquis exterus ex aliis Monasteriis eiusdem Ordinis erit assumendus. Cum illi alii exteri aliorum Monasteriorum habeant saltem *jus passivæ electionis*, quod eis per mortem eligentium aut Monasterii destitutionem aut desolationem non est ablatum, imò nec auferri potuit.

F Romani arg.

Id enim quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri nequit, nec alicui per alterum iniqua inferri debet conditio. *ff de R.I.* Consequenter si ius electionis passivæ non est illis ablatum, adhuc penes ipsos erit.

Et si quæratur, penes quos? Respondebit F. Romanus *d. q. 1. n. 6. n. 42.* maximè *n. 59.* non quidem penes singulos, sed penes omnes simul & coniunctim esse.

At Respondebam ego, *negando Consequentiam*. Siquidem inde tantum

281 sequitur, quod alius exterus alterius Monasterii vel Ecclesiæ sit subiectum capax Electionis passivæ, sicuti quando in Ecclesia Cathedrali vel Metropolitana vacante dignus non invenitur, qui in Prælatum vel Episcopum vel Archiepiscopum eligatur, aliunde aliquis ex Capitularibus postulatur Prælatus &c. *c. cupientes, de elect in 6.* qui tamen propterea nec ut singuli nec ut universi copulative dicuntur ius electionis passivæ in Ecclesia vacante habere. Cum etiam postulatus ante confirmationem superioris nihil acquirat iuris ad rem, nedum ius in re. *d. c. cupientes. c. quam sit & utrobique* Archid. *de elect.*

Resp.

de elect. in 6. Et postulatio uti tradit glo. Gemin. *in c. quoniam ult. n. 17.* dependeat à gratia, & sic præsupponat dispensationem. Quod si igitur postulatio dependet à gratia, quomodo iam poterit postulatio esse aliis aliorum Monasteriorum Monachis debita, ipsisque ius tribuere. *arg* Rom. 11. *v. 6.* Huiusmodi verò gratia postulandi in Monasteriis vel Ecclesiis Collegiatis non est illimitata sed limitata ad sui Ordinis vel Professionis homines, ne *videlicet in bove & asino* aretur, & diversæ professionis homines conjungantur, unde contentio ibidem oriretur. Ob hanc igitur evitandam, eiusdem professionis homines veniunt ad hanc Ecclesiam vacantem vel Monasterium viduatum, casu quo istic in gremio idonei non inveniantur, aliunde evocandi. *Clem. 1 de Elect.* Inde tamen nemo exterorum sibi ius passivæ electionis ante postulationis confirmationem adsciverit. Accedit, quod si penes omnes aliorum etiam Monasteriorum Monachos exteros ejusdem Ordinis simul & coniunctim esset ius vocis passivæ ad hoc Monasterium viduatum, utique omnes etiam aliorum Monasteriorum Monachi exteri simul & conjunctim essent ad hoc Monasterium viduatum eligibiles. At hoc patet evidenter esse falsum, Igitur & illud.

Postulatio exteri Prælati pendet a gratia

Quod si fortè dicat F. Romanus, quod omnes non quidem simul *copulativè sed in confuso*, nec etiam singuli determinatè sed indeterminatè habeant ius vocis passivæ, quia sunt eligibiles, iterum falletur, quia cum ius vocis passivæ penes huius Monasterii Monachos residear, nec citra iniuriam ipsis præteritis aliunde quis exterus assumi queat in Monasterii viduati Prælatum, ut disponitur *in c. quam sit necessarium §. defuncto* 18 *q. 2. bis verbis,* Defuncto vero Abbate Cuiuscunque Congregationis non Extraneus eligatur, ,, nisi de Eadem Congregatione, quam sibi propria voluntate concors Fra- ,, trum Societas elegerit; utique ius vocis passivæ penes alias Congregationes, ' etiam eiusdem Ordinis non residebit. Nam aliàs si penes illos etiam ius esset vocis passivæ, possent ipsi citra iniuriam horum, cæteris paribus eligi, haud secus, quàm si quis advena ius civitatis alicubi obtineret, posset etiam is citra iniuriam Originariorum istius loci ad honores & munera vocari, etiamsi Originarii ad honores ibidem perfungendos æque apti & idonei forent. *Vid tit. de muner. & honor* 282

Vnde cum alii aliorum Monasteriorum Monachi exteri non possint ad Prælaturam huius Monasterii viduati citra iniuriam incolarum, si idonei sint, assumi, videtur certè colligi, quod aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris ius vocis passivæ minimè competat. 283

Quod verò in defectum personarum idonearum huius loci vocentur alii aliorum locorum Religiosi exteri, id totum ex *gratia & dispensatione iuris,* in talem casum necessitatis prospicientis oritur, ne Monasterium maneat viduatum, neve ab inhabili vel inepta persona malè administretur, *per sup. not. & in d. c. quam sit necessarium. §. quod si aptam. de Elect. ibi.* quod si 284

§. XVI.

Ex sup.cit.c.ne pro defectu.de Elect.& glo.ibid.frustra spes juridica asseritur.

Respondebam ad text.& glo.*in cit.cap.ne pro defectu.de elect.*istic agi de Prælato,si aiicubi in Monasterio Conventum habente sed viduato, vel Ecclesia vacante dignus non reperiatur,aliunde postulando,prout hic supra *n.*§ 14.ostensum est, ideoque non huc spectare;ubi de Monasterio Conventu destituto agitur. Quod vero *in d c.ne pro defectu.*intelligatur Monasterium Conventu instructum,ostendit ipse textus.& notat ibidem glossa, dum tradunt,propter negligentiam eligentium,*electionem activam* ad superiorem devolvi;*electionem vero passivam* apud Conventuales seu ipsum Conventum manere,ut ex ipsius gremio aliquis dignus eligatur; adeoque patet, quod iste Conventus vel Collegium adhuc actu supersit ac vivat. 287

Deinde inquirebam,quænam hæc foret consequentia? Ecclesia electione activâ propter negligentiam privata retinet adhuc electionem passivâ. Ergo Ecclesia aliqua Religiosorum emortua alii aliorû Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachi extranei vel totum aggregatum Monachorum illius Ordinis habebit adhuc jus *in d.*Religiosorum defunctorum hujus loci incolatum bona.Scopas aiebam esse dissolutas. 288

F.Romanus *allegat.322.* post multa inania verba & parerga tandem subiicit,*quod in toto Astro talem consequentiam, tam infausto sydere natam nusquam formaverit &c. Ex quo autem antecedente, jus Ordini Religioso ad Monasteria destituta asseruerit*, in Astro q.1.n.12.& seqq.n.36. & seqq.ac alibi *demonstraverit*. 289 ***Commenta Hajana.***

Verum F. Romanus hic iterum nihil ad rem affert; quia hic de discursu agebatur, quem F. Romanus *quæst.1.num.6 maxime vero num 42. & seq ex d. cap.ne pro defectu.* quoad assertum *ius vocis passivæ* formaverat,hunc suum discursum si F Romanus revolverit , neque ad alios numeros extra cancellos transilierit,videbit,annon ipse talem inde deducere debeat aut velit consequentiam, quam quæ modo fuit recitata. Desuper ad benevoli lectoris judicium appello. Quod autem F. Romanus relicto & desperato suo discursu *ex d cap. ne pro defectu* quoad assertum jus vocis passivæ formato,tum *ad num.12 & seqq. ubi argumenta quæst.7.* Astri Eclipseos proposita , *num.* cui ex jure devoluto habeat superior conferre;tum *ad num. 36. & seqq* ubi ea,quæ *quæst.1. Astri Eclips* sunt relata, & utrobique refutata, transfugiat,adeoque diverticula quærat, signum est ipsum à veritate aberrare. Veritas enim non quærit diverticula. Mantua *consil. 1. num. 40 & 41. tom. 1. per cap sed succidendas. de Schismat. in 6* ideoque circuitus vitandi & ambages summovendæ sunt. *leg. videamus & ibi* gloss. *caveri. atque addit. marg. si cui* 290 ***Discutiuntur.***

 plus

plus quam per L. Falcid. l cum veterum. C. de donat. ante nupt. & ibi Bald.

§. XVII.

F. Romanus frustra spem juridicam ex scripturis sacris astruere conatur.

291 Respondebam ad probationem 3. ex Gal. 4. desumptam, inde patere F. Romanum nihil ad rem adferre, sed tantum textibus & iuribus abuti, sicuti hoc loco scripturæ lactæ abutitur. Nam Apostolus ex hoc antecedente, quod probi Christiani sint *filii Dei*, concludit, *Ergo & hæredes* salutis æternæ. Atqui hic non agimus de hæreditate salutis æternæ, sed de bonis temporalibus Monasterii emortui, in quibus non datur hæreditas nec hæredita-
292 ria aliqua successio, ut notum & alibi ostensum est. Igitur &c. Deinde quid si aliquis argumentaretur: Omnes omnino Christiani sunt filii Christi, Ergo etiam omnes Christiani sunt hæredes bonorum temporalium, in quæ Christus habet Dominium. Num rectè argumentari dicendus est? Certè id nemo præter F. Romanum senserit, ut proinde argumentum Apostoli à F. Romano minus rectè applicetur; Neque enim unquam ex eo, quod omnes Monachi Ordinis S. Benedicti sint eiusdem S. Benedicti filii spirituales, rectè intulerit, Ergo omnes Monachi Ordinis S. Benedicti sunt etiam hæredes bonorum temporalium, quæ alii ipsius S. Benedicti filii spirituales possederunt. Siquidem hoc consequens cum antecedente illo nullam habet connexionem.

293 Addo nunc Ego quod in illa argumentatione à suppositione & significatione Metaphorica transeatur ad significationem propriam & naturalem, Ideoque termini mutentur. Vnde fallacia Homonymiæ vel etiam Amphiboliæ committitur.

294 Adhæc in bonis Ecclesiasticis successio hæreditaria locum non habet, ut *sup. in resolut q 1. c. 2. §. 10 & q 2 sect. 3. c. 1. §. 6.* est comprobatū. Ergo multo minus in Ecclesia nō numerata seu Monasterio emortuo locum habebit; Cum istic nec successio detur. *per not.* Anton. de Burg *in c cum omnes n. 75. & seqq de Constit* adeoque eiusmodi successionem hæreditariam in Monasterio emortuo alii aliorum Monasteriorum Monachi exteri, licet eiusdem sint Ordinis, prætexere haud quaquam poterunt.

Quin etiam posito, non concesso, quod ex antecedente istius dicti S. Apostoli in tropico sensu accepti, non secus atque in sensu naturali inferretur successio hæreditaria temporalium bonorum; attamen in hoc casu alii aliorum Monasteriorum Monachi exteri respectu Monasterij Originarii emortui, in quo succedere volunt, non possent considerari tanquam *filii per spiritualem generationem* ab eo descendentes,

sed

ſed ſolum tanquam fratres & collaterales, adeoque *illis d. locus* Apoſtoli Gal.4. non poſſet ullatenus rectè applicari.

F Romanus *allegat 490. Tit. Monſtrum ingens*, dicit, *quod ego quendam ſacra ſcriptura abuſum ipſi exprobrem, quando illam Sancti Pauli ſententiam* Roman.8 Galat.4 *Quod ſi filii & hæredes*, applicat *ſpiritualibus filiis Sancti Patris Benedicti, eo quod Apoſtolus loquatur de hæreditate ſalutis æternæ, ipſe verò de hæreditatibus bonorum temporalium eam exponat, ac recitatis meis verbis paulo ante allatis ſubjungit. Ne ego præcipitem. Nam Apoſtolus*, inquiens, *argumentatur à temporalibus ad cœleſtia & æterna. Cum juxta leges civiles ac naturales filii ſint hæredes parentum. Quoniam igitur modo dicta ſententia*, quærit ipſe, *poſſit abuti, quam ad temporalia per ſenſum accommodatitium revocat, argumentatione morali, non demonſtrativa.* 295 *Commenta Hayana contraria.*

Tum ſubjicit fabulam *circa affixionem in Feſto Corporis Chriſti Monachii*, ut perhibet ipſe, *celebratam*, quam ſinè ullo teſte, ſine ullo legitimo documento confictam producit prout *in Tractatu noſtro 4. lib. 2 ſect 6. part. poſt.* §.5. videbitur, ex quo falſo & confictu ſuo principio ſatis irreligiosè atque imperitè ſocietati noſtræ generatim ſcripturæ abuſum affinxit. *Diſcutiũtur*

296 Cæterum quod ſpectat ad prius *d.* allegationis membrum videlicet illud *Roman.8.* & *Galat* 4. minimè rectè à Fr. Romano uſurpatur vel applicatur. Nam ſi in ſenſu accommodatitio rectè exinde voluiſſet argumentari, hoc modo illi fuiſſet argumentum formandum. *Qualis filiatio*, talis eſt & ſucceſſio, *per notat.* Anton. *in c transmiſſa. numer. 7. qui fil. ſint legitim nota.* 6. Ubi tradit, quod ubi agitur de filiatione, inquirendum ſit, an *filius ſit talis vel non*, quæ quæſtio etiam ad finem hæreditatis, pertineat &c. & *numer.* 10. quod actus ſucceſſionis debeat eſſe *commenſuratus juri filii.* Quod ſi igitur filiatio ſit temporalis, etiam ſucceſſio ſit temporalis; ſin vero filiatio ſit ſpiritualis, etiam ſucceſſio ſit futura ſpiritualis. Atque ita optimè & rectiſſimè Sanctus Apoſtolus Paulus *cit loc* argumentatur. Malè verò applicat F. Romanus, quando ſupponit *filiationem ſpiritualem* & infert *ſucceſſionem temporalem*; Cujuſmodi actus ſucceſſionis non eſt commenſuratus juri filiationis ſpiritualis, ut patet. Nec enim quiſquis eſt filius alicujus ſpiritualis *v.c.* ex Baptiſmo. Confirmatione, etiam jus habet ſuccedendi in bona parentis ſpiritualis *per not* Bald *in Auth. niſi rogati C ad Trebell* Georg. Natt. *in c. quãvis. num.* 271. *de pact in* 6. Schneidevv *lib. 3. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* § *de ſucceſſione filiorum ſpiritualium numer.* 3. Prætérquam quod Originarii vel incolæ hujus Monaſterii emortui reſpectu aliorum exterorum ejuſdem Ordinis Monachorum non ſe habeant ut parentes ſpirituales, & inſuper in bonis Eccleſiaſticis non detur ſucceſſio hæreditaria Joan. Crot. *in Rubr. de jure patron. in verb. ipſe vel is n.* 2. ſicut nec in Eccleſia gloſſ *fin. in addit. Marg. in c.* 1. *qui ſucceſſores feudum dare. in uſib. feud.* Daoyz *in Indice jur. civil. verb ſucceſſio ſub n.* 3.

Vt proinde F. Romani discursus hic in multis aberret, ad eumque malè *cit.* Apostoli loca applicet; quin imò videtur hic ad Institutiones iuris primū audiendas tantisper remittendus esse, ut discat ex Schneid *cit. loc.* Regulam hanc tenendam esse, quod filii spirituales parentibus spiritualibus in nihilo (scilicet bonorum temporalium, de quibus ibidem agit) succedant, tum quia nusquam in iure cautum reperitur, quod filii spirituales parentibus spiritualibus in bonis temporalibus succedant. Erubescimus autem sine lege & jure loqui & asserere. § *consideremus. Auth. de trient. & sem.* tum quia cognatio spiritualis consistit in spiritu, ideoque non est extendenda ad bona exteriora temporalia. Pan *in c. tanta. x. qui fil. sint legit. & ibi* Host. *col. (mihi)* 2. *in verb. filius* Præposit. *sub num* 28. Nicol. de Vbald. *in tract. de success. ab intest.* 1. *part. §. septima & ultima species filiorum. num.* 13. tum quia inter filios spirituales & parentes spirituales est quædam gratuita & sancta communio, quæ dicenda minimè est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. 30. 3. *est inter filios.* adeoque eiusmodi proximitas non est trahenda ad bona temporalia exteriora. Cum hæc illi non sint commensurata Dd. *sup. cit.*

297 Jllud præterea notandum est, quod F. Romanus velit sibi licitum esse successionem in bonis temporalibus in sensu *accommodatitio* huc applicare, mihi vero eam in *q.* 2. contra ipsum in eodem *accommodatitio* sensu retorquenti neget, licere, & exprobret, illam huc impertinenter allegari. Num quod ipsi licet allegare, mihi non licebit cōtra ipsū retorquere? Annō quod quisque iuris in alium statuit, ipse eodem iure uti debebit? Notiora sunt hæc ipsa ex inscriptione tituli, quod quisque juris in alium statuerit, ut ipse eodem jure utatur. *& ibi* Alex. *in l.* 1. §. 1. quàm ego pluribus valeam explicare.

§. XVIII.

Ex cap. inter quatuor de Rel. dom. spes juridica pro F. Romano non deducitur, quin potius contra eundem illud cap. facit.

298 Probationi 4. ex sacris Canonibus pro parte adversa allegatæ Respōdebam 1. generatim; Ex allegatis Canonibus coniunctim vel divisim seu seorsim acceptis non posse ostendi, Ordini toti vel etiam aliis aliorum Monasteriorum Monachis exteris competere ullum ius in bona Monasterii Cōventu destituti. Et quidem quod cit. Canones conjunctim vel divisim accepti illud non ostenderent, probabam ex eo, quia ipsi agunt de materiis à nostra præsenti omnino diversis ac separatis, uti ex *Responsione ad singulos Canones* patebit.

299 Commentū Hayanum. F. Romanus *sub allegat.* 498 499 *num.* 16. & 18. tradit, *quod ego terminum Ordinis mutem in terminum alii Religiosi, qui tamen differant;* eo quod

nomen

nomen Ordinis denotet totum ipsius aggregatum integrum: At ego nomen alii Religiosi non usurpem pro toto tali integro, quia excludo illos Regulares, qui in tali Monasterio (de quo sermocinatur) sunt aut fuerunt.

Verum illud jam *sup. in resolut q. 2.* refelli, quod ideo hic non repeto: 300 *Discutitur.*
dummodo advertatur, quod ego nomine *aliorum Religiosorum exterorum ejusdem Ordinis* accipiam, quorquot adhuc sunt ex illo Ordine superstites, adeoq; totum Ordinem reliquum vivum adhuc & superstitẽ. Nec enim Monachi mortui, quibus antehac competiit dominium hujus Monasterii emortui, ad Ordinem Religiosum amplius spectant vel spectare possunt; Cũ haud dubiè illis defunctis dominium vel etiam jus aliquod *in d.* bona nequaquã competat, neque etiam cum ratione asseri possit; quemadmodùm tamen illis defunctis, dominium ex eo, quod antehac in dicto Monasterio emortuo fuerunt, simul cum aliis exteris superstitibus perperam F. Romanus tribuit. Accedit, quod totus Ordo à parte rei accipiatur pro omnibus suis Religiosis unitis & collectim sumptis, prout totum à parte rei nihil aliud esse dicitur, quam suæ partes unitæ, ab iisque realiter non differat. Alber. de Rosat *in dictionar. verb totum per not. 85 dist. pro partibus.* Archid. *in fin. & 61. dist. nullus.* quæ *in resolutione d q. 2. supra* fusius refutavi, ideoque hic non repeto.

Cum Religiosi omnes ejusdem Ordinis superstites à parte rei sint ipse totus Ordo vel constituant totum Ordinem, nulli autem præterea superstites ejusdem Ordinis dentur, quam alii aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis exteri Monachi omnes, cõsequens est, quod etiam ii alii &c. sint totus Ordo, vel constituant totum Ordinem; ideo quando ego allego *alios aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachos* exteros superstites, totum Ordinem allego; non muto ego terminos saltem quoad ipsorum significata; licet ipsi quoad literas & syllabas Grammaticè, & abstractè quoad modum significandi in conceptu nostro formali nonnihil differant. At nos nec de literis & syllabis, nec de modo abstracto significandi *formaliter* logico, vel Metaphysico, sed de re ipsa significata Physicè cum illis agimus & loquimur. Ut proinde frustra hic F. Romanus tricetur. 301

Deinde ex singulis Canonibus oppositis sive conjunctim, sive divisim acceptis ostendebam, nihil pro F. Romano contra nos concludi posse. Et quidem quod attinet ad *c. inter quatuor de relig dom* ubi statuitur, ut *quamdiu Monasteria per Regulares remanere potuerint* ORDINATA, *non sint ad Clericos sæculares transferenda*, pro ejusdem solutione. 302 *Ad c. inter quatuor de Rel. dom. Resp. illud agere de ordinato, non de non ordinato Monasterio.*

Notabam ego, quod verbum *ordinare* variè in jure acciperetur, ut videre licet apud Rebuff *in rubr de regia ad prælat. nominat. faciend. §. 1. in verb. ordinemus lit b.* significaretque 1. disponere, & quasi in ordinem redigere *per illum text.* Ita dicitur lis, judicium &c. ordinari. 2. conscstare *c. quia diligentia de Elect. 3.* benedicere *c. 2. de testament.* 4. Ordines conferre *Ordinare variè accipitur.*

conferre *c. Episcopus de preb. c. Episcopus 24. dist.* 5 beneficium conferre *c. si tibi absenti. de preb. in 6 c. nulla c. pen. de concess. preb.* gloss. *in c super eo. de offic. deleg. 6* instituere *c. 1. 16. quaest. 5. & ibi.* gloss, 7. providere *c. nullam* 18. *q. 2.* licet gloss. *ibi.* exponat pro eligere; At rejicitur à Rebuff *d loc. 8.* eligere *c. cum in illis. & ibi.* Archid. *de preb. in 6. 9.* institutionem confirmare *c. 2 de arbitr. c. postquam & ibi.* Præpos. *50. dist.* Unde dicit gloss. *in verb. ordinationem, in extrav. un. de off. delegat. in commun.* Verbum hoc multum esse generale, comprehendens quemvis modum, quo quis habet de re propria jure suo disponere, quòd est notandum *vid. text.* & gloss. *in l sancimus, 2. §. personis C de administr. tutor.*

303 Hoc prænotato respondebam, si verbum ordinare *in 1. 5. 6. 7* & non tantum *in 6. vel 7.* (*prout* à F. Romano sumi videtur) significationibus accipiatur (reliquæ enim huc nō spectant) quod citatus Canon à nostro scopo sit alienus, diversus, & separatus; quia ipse agit de monasterio ordinato seu disposito, collato, vel etiam instituto, proviso; non autem de Monasterio NON Ordinato, seu non disposito, non collato, non instituto, non proviso, sed potius ordinando, disponēdo, conferendo, instituendo, providendo. Igitur &c.

Quod si quis dicat, Monasteria fuisse olim, licet nunc non sint, ordinata, illi repugnat verbum *remanere*, quo utitur *d c. inter quatuor.* quodq; in propria & potissima sua significatione (à qua in dubio non est recedendum *l. non aliter 99 ff de Legat. 3 l. si is qui. de exercit. act.*) significat persistere, perdurare *l. aliud est capere. §. fin ff de V. S.* At Monasterium tum *formale*, quod omnino non est, vel non est ordinatum; tum etiam *materiale* conventu destitutum, adeoque non ordinatum, quomodo remanebit ordinatum? Ut proinde videre liceat, quam malè à F. Romano *istud cap. inter quatuor* contra definitionem Apostolicam Alexandri VI. *Accepimus*, huc allegetur.

§. XIX.

Aliud argumentum F. Romani ex d. c. inter quatuor. verbo reformari desumptum refellitur.

304 Proponebam objectionem F. Romani *q 1. n. 76.* qua conabatur ex *d c. inter quatuor*, titulo ac textu contrarium ostendere. Nam ita titulus se habet, *Locus religiosus debet reformari de religiosis duntaxat, non de secularibus nisi in defectum religiosorum.* Ubi nomē reformationis significat institutionem, ordinationem, prout in eodem sensu accipit Abb *in c. conquerente de off. jud. ord. sub n. 2. & in c. cum Ecclesia de elect. n. 6.* atque ita communiter intelligunt Canon. & gloss. *19. q. 3 statuimus, verb queritur.* quin etiam idem *ex d. textu c. inter quatuor* confirmatur, dum ait; quamdiu monasteria remanere potuerint ORDINATA, idest, provisa, instituta, &c. Nā ordinare Monachos, est illos creare; ordinare Abbates, est illos eligere *&c. 18. q. 2 c. Abbas.*

Deinde

Deinde idem suadere videtur ipsa quæstio, (ut eam inculcat ibidem glo.) Pontifici proposita, *utrum Ecclesiæ Regulares possint fieri sæculares*, & subijcit glo. Nota quod Ecclesia debet semper reformari per homines eiusdem professionis. Ita. glo. cum commu n. *Itemque 7. q. 1 sicut alterius. verb. regulariter, & c. quæ semel 19. q. 3. in titulo c. possessiones. de reb. Eccl. non alien.* quamdiu inveniri possunt, NVNQVAM ponendi sunt sæculares. Vid. F. Rom. *q. 1. n. 16.*

Ad quam *objectionem* notabam, quod verbum *reformari*, quo utitur inscriptio seu titulus *dic. cap. inter quatuor.* non significet, uti volebat F. Romanus. institui. Id enim ex nullo locorum ab ipso F. Romano citatorum probari possit. Neque contrarium ostendatur ex Pan. *in c. conquerente sub numer. 2. de off. jud. Ord.* ex iis verbis, *institutio seu reformatio* &c. quod particula (seu) istic ampliativè accipiatur, *ut loquitur gloss. pragm. Sanct. de collationibus §. videlicet in verb seu. per illum text. ibi* Magistris seu Licentiatis. *cap. nullus de temp. Ord in 6.* non verò expositivè, licet in ea significatione aliquando accipiatur, *ut d. gloss. pragm. Sanct* ostendit. Quod autem dictio (*seu*) apud Pan. *dict. loc.* non accipiatur *expositivè*, prout eam accipere videtur F. Romanus *cit. loc.* inde manifestè colligitur, quod alias vox *institutio* in Iure Canonico per se nota, imò notior per vocem *reformationis* ignotam, imo ignotiorem exponeretur. Hoc autem foret absurdum, ad quod evitandum necesse est, ut dicatur, vocem (*seu*) istic expositive non esse accipiendam. 305

Vis Particula seu.

Deinde notabam, quod licet verbum reformari variè apud authores accipiatur, neminem tamen in ea, qua F. Romanus usus est, significatione reperi accepisse. Nam *reformare* idem significat, quod rescindere; ita reformatur, id est, rescinditur transactio *leg. interpositas. C. de transact.* Alber. in *dictionar. verb. reformari.* ita reformatur sententia, pensio, quæ nulla declaratur apud Rebuff. *in tract. de pacif. n. 121.* 306

Reformari varie accipitur.

2. Abrogare vel removere aliquem, vel aliquid, alio tamen substituto. Ita quis dicitur in officio reformari, quando illi abrogatur officium, vel ab eo amovetur alio substituto. Corset. *de potest. regia. quæst. 2. &c.* Ita dicitur *cætus reformari*, quando ille amovetur alio substituto Can. *in dic. cap. inter quatuor. & in ca. relatum. ne cler. vel Mon* sic dicitur actio reformari, quando sublata prima actione, nova ex pacto secundo producitur Fortun. Garz. *in repet. l. Iuris gentium §. quinimo. numer. 6. de pact.*

NB.

3. Disposita tollere, non in totum, sed pro parte, ut ait gloss. *in c. statutum. in verb. reformandum de rescript in 6.* à Franc. & Dd. *ibidem* approbata *per l. juris gentium 7. §. adeo ff. de pact.* Roch. *de visitat.* ad constitutionem Gregorii Papæ XIII. *in verb. reformatorem.*

 4. Quo-

4. Quodammodo quasi innovare *d. l. juris gentium §. adeo de pact.* sive id fiat in materia, *ut in l. lecta ff. si cert. pet. & ibi* Dd. sive in forma *L. vectigalia ff. de publican. & vectig.*

Atque hæc est præcipua apud legistas significatio, vid. glo. *in d. l. vectigalia* Iason. *in d. l. juris gentium § adeo. & in d. l. lecta n. 2. ff. si cert. pet.* ibique *in repet. n. 2.* Hieronym. Burigolla. glo. *pragm. sanct. c. frequens de auctor. general. Concil. in verb. reformat.*

5. Rei veteri aliquid addere. Ita enim apud glo. *pragm. Sanct. d. c. frequens verb. reformat.* Reformatio definitur, quod sit rei veteri facta additio. *arg. l. 3. § pen. ff. de itin. actuque privat. vid.* Roch. *supra d. loc.*

6. Emendare, scilicet deformata *pragm. sanct. d. c. frequens. in verb. deformata reformat,* vel etiam mores; atque ita frequentius in jure Canonico accipitur. Anton. de Butr. *in princ. c. sicut olim. c. olim. 1. de accusat.* Pan. *in d. c. conquerente. sub n. 2 de off. ord.*

Atque in hac significatione dicuntur Monasteriorum fieri reformationes tam in capite, quam in membris. Gregor. Papa XIII. *in d. sua constit. apud* Roch. *de visitat.*

Reformare differt à corrigere.

307 Differt autem à verbo *corrigere*, quod reformare respiciat mores; & *corrigere* defectus, excessus, & vitia Roch. *d. loc. pragm. sanct. in dict. c. frequens verb. excessus corrigit de formata reformat & c. d. c. conquerente & ibi Pan. n. 1. de off. ord.*

7. His addit F. Romanus, quod reformare idem significet, quod instituere *ex d. ca. inter quatuor.* neque enim aliunde ostendi potest. At frustra, prout illud paulo ante ostendi refutari à glo. *pragmat. sanct. supra cit. loc.*

308 Germanæ verbi istius significationes omnes supponunt aliquid existere. Nam quomodo aliquid rescinderetur, abrogaretur, aut pro parte tolleretur, aut innovaretur in materia vel forma, vel aliquid adderetur, aut emendaretur deformatum, si res ipsa non existeret. Num non entis erunt aliquæ qualitates? Repugnaret *id l. eius qui in provincia ff. si cert. pet.* Accedit, quod reformatio dicatur aliqua alteratio apud Gozadin *in repet. l. petens. C. de pact. n. 2. per d. l. lecta ff. si cert. pet. d. l. vectigalia ff. de publican. c. irrefragabili. de off. jud. Ord.* Omnis autem alteratio supponit & prærequirit actu subjectum reale existens, habetque terminum à quo positivum; non privativum. Arist. *1 Phys. c. 7 & de generat. ca. 4* Vnde *reformatio* supponit & prærequiret actu subjectum reale existens, habebitque terminum à quo positivum, seu qualitatem aliquam realem, quæ pro varia reformationis significatione & conditione varia est; non vero terminum aliquem *privativum,* seu non Ens vel qualitatis privationem. Consequenter ubi fiet Monasterii juxta inscriptionem *dict. cap inter quatuor* reformatio, supponetur tum aliquod subjectum reale existens (nimirum Collegii Monastici;

stici personæ viventes) tum realis aliqua qualitas naturæ & conditioni reformationis Monasticæ conveniens ; qualis *V.C. in officio, moribus &c. reperitur.*

Ex quibus omnibus consequens est, quod *d.c. inter quatuor.* neque quoad textum neque quoad inscriptionem de casu nostro loquatur, ideoque nec contra nos facere possit. Cum illic uti notant *ibid.* Dd. quæratur, utrū *cœtus regularis, qui iste in loco est, possit abrogari, & illi substitui secularis*, seu *num Ecclesia regularis, quæ per regulares regitur, possit converti in secularem?* Et respondetur secundum *Dd. ibidem.* non posse. (quod tamen intelligendum nisi aliud causæ rationabiles suadeant) quia Monasteria debent ita remanere ordinata ; non vero reformari per sæculares , accepto verbo reformari *in secunda significatione* ; eò quod deceat Ecclesiam de virtute in virtutem progredi ; non vero à virtute deficere *arg. leg. ut gradatim ff. de mun. & hon. ca. legimus dist. 13. ca. licet. de Regular.* prout ibidem refutatis aliorum Dd. rationibus notat Anton. de Butr. *n.* 3. 309

Quod si *in* 4. *&* 5. significatione verbum reformari accipiatur, uti accipi videtur in inscriptione *d.c. inter quatuor.* quæ vult Monasterium esse reformandum per homines eiusdem professionis , jam iterum supponitur, *Monasterium formale,* seu collegium Monasticū istic exstare, quod substitutione novæ & novæ personæ quodammodo quasi innovetur in materia, ut patet *ex quæst. 1. nostra c. 1.* eique fiat quædam accessio, ideoque supponat Collegium adhuc actu superesse; quod in nostro casu verificari non potest, ubi Collegium ipsum , & consequenter ipsius tituli corporales sunt extincti. Nam ut Baldus *in proæm. ff. numer.* 5. affirmat ; si aliqua civitas destruatur, eò quod eius incolatus deseratur, ibi deinceps non est ponendus Episcopus; quia ubi amplius populus fidelium non est, non potest esse Episcopus; Et consequenter ibi Titulus Episcopalis non vacat, sed extinctus est. Si deniq; verbum reformare *in* 6. significatione accipiatur , jam clarum est, quod tunc Monasterium formale seu Monasticum Collegium debeat supponi exstare, quod quoad mores erit reformandū seu emendandum. Cum non tituli, jura, lapides, sed personæ religiosæ dicantur in moribus reformari. In casu verò nostro nullæ exsistunt personæ , quod omnes mortuæ ponantur. Igitur illud *c. inter quatuor.* de reformatione morum agens, ad nostrum casum, ubi nullæ existunt personæ, nō poterit applicari, adeoq; ut notabam *q. 7. c. 2. n. 1.* F. Romanus verba *Dd. in d. c. inter quatuor.* in defectum eorum, malè de omnibus ibidem mortuis accipit. Cum sit Dd. eorundē sensus, quod si non adsint illic *idonei*, per quos Monasteriū possit reformari, illis abrogatis alii substituantur, *juxta c. relatum ne Cler. vel Mon.* à Dd. citatum , eò quod Doctores juxta allegata sua veniant intelligendi *per not.* Everard. *in loc. à rat. leg. strict n* 3. 310

F. Romanus ad hunc locum varia notat, quæ tamen cum ant... collata per se collabascunt. Id ne adverteretur, videtur ipse dissimul... ho loco alterum *quæst. 7. c. 2. n. 1.* designare, quem etiam diversis in ... frustra impugnare conatur; cum tamen istic à me ad hunc ipsum locum fieret remissio. Sed dispersa F. Romani circa hunc locum figmenta h... colligamus.

311 Ipse allegat. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 450. notat *in Margine* gloss. Abbat. Card. Zabarell. Innoc. commun. Dd. Ius Canon. Ioan. Andr. subijcitque in textu suo, *Exponitur,* inquiens, *textus* cap inter quatuor. de rel. dom. *At à quibus?* A solo F. Romano. Arrigamus igitur aures.

Commenta Hayana.

312 *Hoc est,* inquit *ipse, si Regulares non possint inveniri, adeoque MORTVIS OMNIBVS non adfuerint, sed defuerint. Quamdiu enim Regulares vivunt seu adsunt, tamdiu non desunt. Unde & propter eorum defectum, Monasteria ad seculares Clericos non sunt transferenda. Hinc gloss.* in cap. possessiones. de reb. Eccles. non alien. verb. Clericis *Quamdiu*, inquit, *INVENIRI possunt Regulares, NVNQVAM ponendi sunt seculares.* Et Azorius par. 2. lib. 9. cap 3. Inst. moral. *si non INVENIANTVR. ait, aliqui Monachi illius instituti & ORDINIS, per quos possit Monasterium conservari ac regi, potest authoritate Papæ ex eo fieri Ecclesia secularis; si ergo tales non possunt inveniri, signum est, eos esse mortuos, quamdiu enim supersunt, tamdiu possunt inveniri.*

313 *2 Oportet autē, inquit Abbas,* in d. c. inter quatuor. *prius servari certos gradus, cū ista litera indistinctè dicat, Quamdiu per Regulares &c. ut prius reformetur locus de Regularibus eiusdem Monasterii; secundò IN DEFECTVM EORVM (prout hodie in omnibus Monasteriis per mortem omnium de collegio destitutis) de Regularibus aliorum Religiosorum EIVSDEM ORDINIS. Tertiò deveniendum est ad Regulares alterius Ordinis. Postremò IN DEFECTVM OMNIVM REGVLARIVM poterunt institui Clerici seculares. Eosdem gradus enumerat Car. Zabarell ex Ioan. Andrea* in d. c. inter quatuor. verb. ordinari. apud me q. 7. c. 1. n. 1. in fin. *& Dd. cōmuniter. Et iterum Abb. Innoc. glo & alii in* c. relatum ne Cler. vel Monach. *ub vide. &* in c. statuimus 19 q. 3. verb. quæritur *E quibus evincitur, citatos Dd pro eodem habere hæc verba* in d. fectum eorum, *& hæc si* non inveniantur, *hoc est, SI NVLLIBI tales supersint, Nam si Monachi illius Monasterii vel Ordinis (ut ego autumo) adhuc per omnia ponantur adesse, frustra statueretur à Dd. tertius & quartus gradus inducendorum alterius Ordinis Monachorum, aut omnino Clericorum secularium: si namq; tales ejusdem vel alterius Ordinis adhuc viverent, impossibile foret moraliter ex tanto numero omnium Regularium, vel etiam eiusdem Ordinis dumtaxat, nullos idoneos inter eos inveniri, cum hoc ipso intelligantur adesse idonei, qui alia Monasteria eiusdem Ordinis vel Ordinum rite gubernent ac regant; Cur igitur pro isthoc solo Monasterio similiter reformando, nulli invenirentur idonei? Quapropter omnes Religiosi illius Ordinis, supponuntur in tertio & quarto gradu mortui, ac denique*

nique in quarto gradu, omnes omnino regulares. Legis enim & Doctorum verba debent intelligi taliter, ut nullam iniquitatem aut impossibilitatem includant. Rota decis. 64. de appellat. n. 5. in nov. 3. *Vno verbo. Quæstio est an* dictum c. inter 314
quatuor. *& Doctores* ibid. *faveant ipsius sententiæ, quoad Monasteria destituta, ita ut exinde probari queat, hujusmodi Monasteria de jure communi restituenda esse personis Ordinis ejusdem.* Ipse in Astri q. 1. n. 16. *docuit quod sic. Ego negem ex ratione, quod verba illa propter eorum defectum, non intelligenda sint de casu quo omnes è Collegio mortui sunt, sed quo Religiosi illius Monasterii adhuc supersunt tamen ad reformationem inidone.* Replicat Ipse, *quando omnes de Collegio mortui sunt (ut in præsenti supponitur) utique in tali Monasterio nec supersunt qui reformentur adeoque tunc major est defectus illorum, quia* NULLIBI IN ORBE *possunt* NB.
amplius inveniri, & ita longè efficacius intrat in casum dicti capitis, & Doctorum expresse cum Abbate sentientium, quod IN DEFECTUM *non ejusdem Monasterii Regularium reformari debeat locus de Regularibus aliorū Religiosorum* ORDINIS EJUSDEM. *Qui doctrina gradus, si pervertantur, ita ut in defectum ejusdem Monasterii Regularium, mox eodem Ordine Regulari præterito alterius diversa Professionis & Ordinis, Clerici inducantur, manifestum est Doctorum citatorum expressis verbis dictumque caput exponentium interpretationi contraveniri, &c.*

Rursus idem allegatione 491. dicit, *quod hic duo simul involvam, 1.* cap. inter quatuor. de rel. dom. *& ibi Dd. agere de monasterio reformando in vita & moribus 2. eosdem Dd. consequenter & ex allegatione* d. c. relatum. *loqui de Conventu Regulari adhuc existente & vivente. Vtrumque* malè: *quia* d. c. inter quatuor. *& ibi Dd. tam parum agunt de monasterio in vita & moribus reformando, quàm parum in quarto superius posito gradu, intendunt monachos in vita & moribus per Clericos seculares reformari debere; vel in tertio gradu per alterius Ordinis institutionem. Atque hinc patet allegationem meam manifeste ut* ipse ait, sed non probat *falsam, & alium casum esse* d. cap. inter quatuor. *& alium* d. cap relatum, *nec licere ab uno argumentari ad alterum quoad argumenti substantiam; bene verò quoad paritatem servandorum graduum instituendæ translationis.* 315

Quod autem nonnulli Doctores commentando in d. c. inter quatuor. *Vtantur verbo* reformationis; *sciendum, eos usurpare congruenter textui. in quo non habetur verbum* Reformari, *sed* Ordinari, *nempe quamdiu monasteria per Regulares remanere potuerint* ORDINATA, *& infra, in eis seculares Clerici poterunt* ORDINARI, *ita ut verbum,* Reformari, *significet idem quod* Ordinari, *Monasterium autem Ordinari, non significat reformari in moribus & vita (quo modo enim taliter reformari possent ibidem seculares Clerici qui hactenus nunquam ibi fuerunt, sed instituti ibidem monachos, Abbatem, Præpositum, & Officiales juxta regulam, vel in defectum eorum, Clericos seculares, ut supra. Cum enim tales sint forma monasterii materialiter sumpti (ut ipse ego fatear) si hanc formam fortè fortuna perdiderit, jubent eā sacri Canones reinduci, adeoque reformari, id est, iterum* 316

rum formari seu recreari, prout recreare significat iterum creare, idque apud me. q.1.c.2.n.7.§. altera ratio, & ibid. n.13.§ quod si tamen, *ex Butr. Ioan. & Baldo* ibidem *alleg. inde de S. Ioanne Baptista canit Ecclesia.*

Sed reformasti genitus peremptæ

Organa vocis

Et Apostolus Philip.3 qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. *& Abbas* in c. cum Ecclesia Vulterana n.6. & 9. de elect. *creationem monachorum & Abbatis nominat expressè reformationem: Quid autem,* inquiens, *in Reformatione Ecclesiarum Regularium, ad quem pertinet monachorum CREATIO, vide glo sing.* in c. fin. de Reg. lib.6. *quæ dicit, quod ad Abbatem & conventum simul, nisi aliud habeat consuetudo. Quid autem si essent omnes mortui de Ecclesia Collegiata, dic quod superior immediatus providebit de prælato Hac ille.*

317 Eodem modo explanat verbum reformari *idem Pan.* in c. conquerente. de off. iud. ord. sub. n.2 *glo. & Can.* in d. c. Statuimus. verb. quæritur. 19. q.3. c. Abbas 18. q.2. & alibi passim; *fateor q ego, hanc esse præcipuam significationem apud legistas* q.3. c.3. n.19. §. quodammodo. *Adde & apud Canonistas præsertim ubi sermo est de reformatione loci (ut hic) non personarum* Vid. Felin. *Pan. Margarit. Bald. Barbos. aliosq;* in suis indicibus verb. reformare. *Et sic prima mox cōsequentia est nulla,* secunda ex *allegatione* cap. relatum *pariter nulla est; tum quia ut dixit, alius est textus* c. relatum, *& alius* cap. inter quatuor. *tum quia sæpius allegantur à Dd. leges & Canones, non quod eadem per omnia contineant, sed quod vel propter identitatem rationis similis vel circa eandem materiam plura vel aliunde conformia, aut consequentia complectantur, ut in mille Doctorum citationibus passim videre licet.*

NB.

318 Demum refert, *me de significatione verbi* reformare *egisse, de quo & pariter agat P. Wolffgāgus Schonsleder Societatis nostræ,* in quē invehitur, *quod in promptuario Germanico Latino impresso Monachiis anno 1622. citra ullam datam occasionem in verbo* reformieren, *S. Benedictum pro* ludibrio pueris ex theatro cum plurium admiratione propinarit, S. Benedicti discip inam, inquiens, *p ope intermortuā excitavit, quo Exemplo pueros in scholis ait, doceri, aversari Monachos, eorumq; institutum, &c Flamma fumo proxima est ab IGNE flamma,* & multa alia ibidem subiicit de arundine, *qua Christo judæi illuserunt agitata &c.* quæ cum ingentem scripturarum sacrarum abusum contineant, relatu sunt indigna. Sed ea F. Romano relinquemus.

319 Sanè ex hoc discursu nihil solidi pro F. Romani opinione vel sensu colligi potest, nedum concludi. Age F. Romane, quo textu, quove Doctore cōprobabis, quod verba hæc [*Si Regulares defuerint, in defectū eorum*] intelligantur *in d c. inter quatuor.* de Conventualibus incolis omnibus copulativè mortuis nullo ibidem superstite. Illud nec glo. *in cit c. possessiones.* nec Azor. *part.2. li.9. c.3. Instit. moral.* nec Pan *in d. c. inter quatuor,* nec ibidem Card. Zabarell. nec Ioann. Andr. neque etiam Pan. Innoc. *glo.* aliiq; *in cit. c. relatum, ne cler. vel Mon.* dicunt vel docent.

Discutiuntur.

Ut

Ut proinde tota illa explicatio F. Romani *d. c. inter quatuor* sit sine textu, sine authore prolata. Quod ne adverteretur, suam ipse confictam explicationem interpolatis verbis Panormitani *in d. c. quatuor*, inseruit, diversis quidem literis; sed quo fine aliis considerandum relinquimus. An ut lectori incauto persuaderet, eam esse Abbatis Pan. opinionem, quæ propterea diversis literis sit enotata, ut præ reliquis observaretur? Quod si in textu ipso putat suam fundatam esse opinionem, eccur ad diversas Dd. assertiones, nihil tamen huc facientes dilabitur, indeque subsidium emendicare nititur?

Ut autem verus istius *c. inter quatuor. de rel. dom. sensus* constet ac manifestus fiat, sciendum est, quod Innocentius III. Pontifex sub annum Christianum 1204. per Cruce signatos urbe Constantinopolitana capta, postmodum loco Schismatici *Ioannis Camateri Patriarchæ Constantinopolitani* selectum *Thomam Maurocenum* Venetum confirmarit, eique postulanti, ut qui tempore Schismatis Archi- & Episcopus *Cypri* Ecclesiæ Latinæ in Unione adhæserant, sibi nunc iterum subderentur, de quibus *in c. inter quatuor. de mai. & obed. &* ibi Ioan. Imol. cæterique Canon. *not.* tum pro reformatione Cleri sui patriarchatus petenti à sede Apostolica edoceri, qualiter Episcopatus illos debeat reformando ordinare, in quibus Græci tantummodo commorarentur, & illos, in quibus permixti essent, Græci pariter & Latini, quosque eisdem præficere debeat; item de Clericis istuc sine suorum Ordinariorum literis testimonialibus confluentibus, de quibus *in c. inter quatuor. de cler. peregrin.* aut sine justa causa & sine ipsius Patriarchæ Constantinopolitani consensu absentibus, de quibus *in c. inter quatuor. de cler. non resident*, tum de Monasteriis quoque GRÆCORUM, in sæcularium Canonicorum usum convertendis, de quibus *in d. c. inter quatuor. de rel. dom.* agitur. Ad hoc ultimum caput ita anno 1206. rescripserit; *Fraternitati tuæ breviter respondemus, quod quamdiu per Regulares viros sive Græcos sive Latinos remanere poterunt ordinata, non sunt ad sæculares Clericos transferenda, sed si Regulares defecerint, propter eorum defectum in eis sæculares Clerici poterunt ordinari, &c.* 320 NB.

Ex quibus verbis eorumque circumstantiis varius colligitur sensus, quorum tamen nullus F. Romani favet expositioni. Nam 1. verba ista propriè possunt intelligi, ut quæ Monasteria Græcorum à Græcis insessa & occupata, quamdiu per Regulares viros sive Græcos non Schismaticos sive Latinos istic possint remanere ordinata, non sint ad sæculares Canonicos vel Clericos transferenda; sed si Regulares ibi defecerint ab Unione Latina, vel sint Schismatici, propter eorum defectum in eis sæculares Clerici possint ordinari, vel 2. ut Monasteria à Schismaticis Græcis insessa, quamdiu per Regulares viros sive 321

Græcos

Græcos Unionis tamen Latinæ, sive Latinos istic possint remanere ordinata, non sint ad sæculares Clericos transferenda; sed si Regulares ibi defecerint, seu defuerint, aut istic non reperiantur Unionis Latinæ, propter eorum defectum & penuriam possint in eis sæculares Clerici ordinari.

Uterque sensus verbis Innocentii III. modo recitatis propriissimè convenit, ac circumstantiis istius temporis congruus est, quem videntur Host. Ioan Andr. & Anton. de Butr. *num.5.* maximeque Ancharan. *sub n.1.*
322 verbis istis [*monasterio sic collapso*] ibidem subindicasse. Accedit, quod Anchar. *d. loc.* velit Monasterium istic collapsum per Monachos *ejusdem Monasterii* haud dubie vivos & idoneos, aut eis idoneis deficientibus per Monachos similiter vivos & idoneos alterius Monasterii ejusdem Ordinis, si istic reperiantur, ordinari. Quod si nec isti illic inveniantur, Monasteria Græcorum possint sæcularibus Canonicis vel Clericis conferri. Cujus ratio petitur etiam ex particula *Quamdiu*, quæ est limitativa dispositionis, ut ultra non extendatur, operaturque ut si istic non adsint, quales esse debebant, expiret obligatio ista habendi tales, *per not.* Natt. *consil. 459. n. 33. tom. 2.* Marc. Modest. *consil. 160. n. 2. tom. 1. ult. vol. apud Zilett.* Rot. Rom. *decis. 162. part. 2. n. 3. in recentior.*

Particula, Quamdiu, vis.

323 Ex hisce igitur aliisque circumstantiis in Epistola Innocentii III. ad Thomam Maurocenum Patriarcham Constantinopolitanum. *Incip. inter quatuor animalia Anno 1206. data* expressis colligitur, quod istic de Ecclesiis Clericorum & Monasteriis monachorum Græcorum non emortuis aut conventu destitutis, sed vel schismate infectis vel pravitate morum collapsis agatur. Ut proinde F. Romani expositio & historicæ veritatis circumstantiis & Dd. in *d. cap. inter quatuor*, explicationi, & intellectui repugnans omnino veniat reiicienda, maximè cum Dd. hunc textum *in d. cap. inter quatuor.* de monasteriis non emortuis, sed prælato viduis accipiant, ut illis ex ipsis eorundem monasteriorum monachis, si idonei istic reperiantur, provideatur, vel in defectum idoneorum ex aliis ejusdem Ordinis monasteriis Prælatus assumatur.

Bzovius Annal. tom. 13. ad ann. 1206 n. 3.

324 Nam ita colligitur ex Didaco de Spino in *Spec. Testam. glo 3. principal. nu.*
„ *35. & seq. &* Martino Mesnartio in Decretalium epitome, *in d. cap. inter*
„ *quatuor*, quæ quidem monasteria, *inquiente*, quamdiu per Regulares
„ REGI possunt, ad seculares ne transferuntor; sin deficient, in eis
„ sæculares Ordinari Valento. Idem quoque colligitur ex Anton. de Butrio,
„ qui *ibidem num. 5.* Ad intellectum literæ, inquit, non statim ad usus Clerico-
„ rum sunt transferenda monasteria, sed hic est ordo, *primò* provideri de-
„ bet de ipsis Religiosis, si fieri potest; *secundò* de aliis ipsius Ordinis;
„ *tertiò* alterius; *quartò* de sæcularibus Clericis, si aliter fieri non potest, &c.
„ Idem patet ex Panorm. qui *ibidem sub num. 1.* inquit; Cum ista litera in-
distinctè

distinctè dicat, quamdiu Regulares, &c. ut *prius* reformetur locus Religiosus de Regularibus EJUSDEM MONASTERII; *secundò* in defectum de Regularibus aliorum Religiosorum Monasteriorum ejusdem Ordinis; *tertiò* deveniendum est ad Regulares alterius Ordinis, *postremò* in defectum omnium Regularium, poterunt institui Clerici sæculares, &c. Eò facit & Ioan. Andr. *in d.c. inter quatuor*, ita commentans, *ibi; Ordinari; Is est ordo quod* prius *de ipsis* RELIGIOSIS. *si fieri potest*; secundò *de aliis ipsius Ordinis*; tertiò *alterius*; quartò *de Clericis sæcularibus si non* potest *aliter fieri, ordinentur*, UT HIC, & in concord. quas allegat. *glo.* Hæc autem *ibidem, in verb. per Regulares, citat c. relatum ne cler vel* Monachi. Eisdem astipulatur Card. Zabarell *in d.c. inter quatuor*, ita loquens, Not. *sub finem. primo namque locus ordinabitur de* RELIGIOSIS ILLIVS MONASTERII. *si fieri potest*, secundò *de aliis ejusdem Ordinis*. tertiò *de alterius Ordinis*, quartò *de sæcularibus Clericis, & pro hoc concordantia allegantur* in glo.

Denique iisdem subscribit Augustin. Barbos. qui *in d.c. inter quatuor nu.* 2. ita loquitur; probat HIC TEXTVS, *beneficia Regularia in defectum Regularium, aut si urgeat necessitas, puta quia idonei non reperiuntur, sæcularibus conferri posse & è converso*, Quod si igitur juxta hos Dd. ex ipsis Religiosis ejusdem MONASTERII, si idonei reperiantur, providendum ex ipsis monasteriis, de quibus in textu hic agitur, consequens est, quod ibidem monachi mortui nequaquam supponantur, quemadmodum ipsos defunctos, F. Romanus sine ulla authoritate & ratione asseveraverat. Num fortè unicuique monasterio Græcorum ex mortuorum exuviis volet ipse providere, quæ monasterium regant, & administrent? 325

Neque his obstat glo. *in c. possessiones, de reb. Eccles. non alien.* quia ipsa ibidem non *de d. c. inter quatuor*, sed de longè alio casu agit, licet per accidens & incidenter notet hanc Regulam, quod *quamdiu inveniri possunt Regulares, nunquam ponendi sint sæculares*, Hæc etenim absque dubio juxta constitutiones Innocentii III. & Alexandri VI. erit de monachis locorum istorum incolis, non autem *indiscriminatum* de aliis ejusdem Ordinis exteris & alienigenis, multò minus de omnibus ejusdem Ordinis per universum terrarum orbem dispersis monachis intelligenda; sin secus, utriusque Pontificis constitutio everteretur. Siquidem Innocentii III. constitutio prohibet in Patriarchatus Constantinopolitani Ecclesiæ Latinæ reconciliati Monasteria sæculares Clericos introduci, quamdiu istic regulares apud Græcos inveniri poterunt. Aliàs enim si Pontifex voluisset quoscunque ejusdem Ordinis Religiosos in illa monasteria introduci, non conditionaliter & quasi dubitativè, de iisdem religiosis ibi præsentibus, si defecerint, respondisset, sed certus, quod alibi in Ecclesia *Latina* ejusmodi Religiosi non defecissent, nec deficerent, causali- 326

r & absolutè rescripsisset, in ista Monasteria nequaquam introducendos saeculares Clericos, cum alibi sufficientes Regulares inveniantur. Unde cum nec absolutè nec illimitatè, sed conditionaliter & limitate Pontifex responderit, consequens est, quod F. Romanus *à limitata* Pontificis propositione *ad illimitatam*, adeoque *à dicto secundum* quid ad *dictum simpliciter* & fallaciter argumentetur.

327 Deinde quaenam haec est consequentia, glo. *in d. c. possessiones*, dicit, quod quamdiu possint inveniri Regulares, nunquam ponendi sunt saeculares. Ergo. *d. c. inter quatuor* decidit, omnibus conventualibus copulativè mortuis alios ejusdem Ordinis Religiosos ubilibet existentes esse substituendos. Ad haec hujusmodi consequens *in d. c. inter quatuor.* nequaquam continetur.

328 Neque etiam supradictis contradicit Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 3. Instit. Moral. Cum istic nihil de d. c. inter quatuor*, agat, tum etiam apud Canonistas controversum sit, *Vtrum si alicubi non inveniantur Regulares, per quos monasterium conservari ac Regi possit, ad illud ordinandum sufficiat Episcopi vel etiam requiratur Papa authoritas*; quemadmodum videre licet apud Host. Ioann. Andr. glo. Anton. de Butr. Panorm. Card. Zabarell. *in d. c. inter quatuor.*

329 Tum nec obstat F. Romani ex cit. glo. & Azorio deducta *conjectura*, quod si tales Regulares non possint reperiri, signum sit, *eos esse mortuos*, quamdiu enim supersunt, tamdiu possunt inveniri; siquidem haec non concludit; quia tales Regulares in casu *d. c. inter quatuor* non poterant ibi, ubi oportebat, reperiri, quod vel non *idonei* essent ad collapsum monasterium reparandum, vel qui adessent, Graecorum erroribus imbuti ac Scismate infecti essent, vel etiam discoli aufugissent, sicut & de quibusdam discolis Clericis Patriarcha Constantinopolitanus cum Innocentio III. conquestus fuerat, prout ex d. Epistola decretali Innocentii III. *inter quatuor animalia.* colligitur, unde apparet, quod in proposito casu *d. c. inter quatuor.* Monachi non *mortui*, secus ac F. Romanus divinatoriè sine ulla ratione asserit, sed *vivi supponantur*, adeoque tota F. Romani conjectura evanescat.

330 Neque altera F Romani conjectura quicquam pro ipso, sed potius cōtra ipsum concludit, nempe quod si monachi illius monasterii vel Ordinis superfuissent, frustra statuti fuissent à Dd. tertius & quartus gradus inducendorum alterius Ordinis Monachorum, aut omnino Clericorum. Nam si, ut vult F. Romanus, *in d. c. inter quatuor.* statuitur, ut quamdiu ullibi ejusdem Ordinis Religiosi inveniuntur, alterius Ordinis Regulares in monasteriū aliquod conventu destitutum nō introducantur, cum ubilibet sufficientes reperirētur, frustra statuti fuissent, tertius & quartus gradus inducendorū alterius Ordinis Monachorū, aut omnino Clericorum saeculariū

Deinde

Deinde ex eo, quod in *d. c. inter quatuor.* Monachi ponantur vivi ac superstites, non sequitur, quod propterea *tertius* & *quartus* gradus à Dd. frustra sint statuti; An nescit F. Romanus Magistrales, *ut loquuntur*, doctorum decisiones sæpius possibiles eosque futuros casus concernere, ut ipse ex variis Theologorum & Ictorum responsis vel etiam tractatibus *de jure & justitia* videre potest. Possibile autem erat, ut nullus eorum istic esset amplius superstes vel idoneus, qui Monasteria collapsa reformaret, vel qui esset Unionis Latinæ &c. adeoque cum iisdem superstitibus, tertius & quartus gradus reformationis à doctoribus allatus optimè cohæret; Neque propterea cum F. Romano mors est omnibus indicenda. Siquidem Religiosi deformati, vel Schismatici poterant à Monasteriis excludi per *not.* 1. ac deficientibus itidem ejusdem Ordinis Religiosis, qui collapsa monasteria reformarent, vel cum Ecclesia Latina sentirent, poterant alii alterius Ordinis idonei ac orthodoxi, si istic invenirentur, substitui, vel etiam iis deficientibus sæculares Clerici, qui maximo numero cum Cruce signatis illuc confluxerant, surrogari. 331

Neque superioribus obstat inscriptio *d. c. inter quatuor.* quasi in ea verbum (*reformari*) idem significet, quod *ordinari, institui* Abbatem, Monachos, ut ita istic reformatio in moribus, &c. de qua ego sum locutus, videatur excludi. Nam totum hoc F. Romanus gratis assumit. Neque ex allegatis ab ipso locis ea significatio peti potest, nedum evinci. Et quænam illæ forent consequentiæ, *Recreari* significat, *iterum creari*, Ergo *reformari*, significat iterum formari. S. Joannes Baptista genitus reformavit in parente peremptæ Organa vocis, & S. Apostolus dicit, *quis reformabit corpus humilitatis nostræ*, Ergo verbum *reformari in d. c. inter quatuor.* significat ordinare, instituere Abbatem, Monachos in locum defunctorum. 332

Neque verum est, quod Abbas *in c. cum Ecclesia Vulterana num. 6. & 9. de elect.* creationem monachorum & Abbatis nominet expressè *reformationem*. Cum Abbas istic de Reformatione Ecclesiarum Regularium & creatione Monachorum tanquam de diversis loquatur, ut ex ipsius verbis supra recitatis colligere est. 333

Similiter nec verum est, quod Abbas Pan. *in cit. c. conquerente de offic. ord.* aliique ibidem à F. Romano sup. citati ita verbum *reformari* explanent.

Grandis autem impostura est, quod F. Romanus me hic sibi consentientem alleget, quasi ego fatear, hanc, quam ipse F. Romanus finxit, *significationem*, præcipuam esse apud Legistas, & Canonistas. Cum ego plane diversam hoc in loco inculcaverim significationem, prout ex supra citatis meis hoc *numer.* 19. *verbis*, planum est, ut mirer, qua fronte me sui erroris audeat inducere adstipulatorem. Annon ego notavi, 334

quod verbum *reformari* secundum subjectam materiam sit accipiendum prout verba *multiplicis significationis* accipi solent per *l. si unus ff. locat.* quin etiam unum idemque verbum ad diversa relatum, non uniformiter, sed secundum propriam cujusque naturam venit intelligendum, juxta glo. *ordinariam in l. Gallus. §. quidam recte in verb. non exprimat. de liber. & posthum.*

335 Hinc licet ipsi Shcismatici vel discoli monachi in Monasteriis Patriarchatus Constantinopolitani per sæculares Clericos dicantur reformari, eo quod illi ex monasteriis amoveantur, ac iis sæculares Clerici substituantur; non tamen ego propterea dixi, neque dico, quemadmodum fingit F. Romanus, quod etiam sæculares Clerici debeant istic passivè reformari, sed quod Monachi schismatici vel discoli passivè reformentur, ad quorum reformationem quasi activè concurrant Clerici sæculares, cum illi in ejusmodi Monasterio collapso vel schismatico rectè Monachis ejectis substituantur & ibidem ordinentur *in d. c. inter quatuor.* Ex quo porro consequens est contra F. Romanum, quod *in cit. c. inter quatuor ejusque inscriptione*, aliud sit reformari, & aliud ordinari. Monachi enim discoli reformantur, sed substituti illic ordinantur.

336 Quod porrò F. Romanus ad Grammaticorum subsellia dilapsus in *P. VVolfgangi Schonslederi* dictionariū, in quo vox *Reformiren* latine redditur, invehatur, non video quid ad propositū faciat, neq; cur Pater ullam meritus sit censuram. Cum ipse pro Exemplo duntaxat, in verbo *Reformiren* adduxerit, *S. Benedicti disciplinam prope intermortuam excitari*, & notum sit apud Grammaticos, quod *Exemplorum non requiratur veritas*, nec ut ea, quæ Exempli causa subiiciuntur, semper in se vera sint. Quod si tamen P. Wolffgangus *ex vita S. Benedicti*, Innocentio III. Rogerio Hoveden, atque Trithemio, vel etiam aliis supposuerit, disciplinam à S. Benedicto præscriptam *alicubi* collapsam fuisse, ac nunc resuscitatam, attulisset, num propterea, quemadmodum à F. Romano calumniose traducitur, injurius in S. Benedictū esset, quasi ipsum pro ludibrio pueris ex Theatro propinaret? Num Magistratui injurius foret, qui leges ipsius à quibusdam ciuibus neglectas, nunc reflorescentes assereret? Num Benedictini in S. Basilium injurii censendi sunt, quando S. Basilii disciplinam Monasticam in occidente pene intermortuam, (nam in Oriente pluribus in locis adhuc florebat) postmodum resuscitatam vel excitatam asseruerunt! Annon à mente alienus existimaretur, quisquis ita loqueretur. Num Trithemius S. Benedicto injurius censebitur, quando *in tract. de Ruina Ordinis Monastici c. 9.* ita loquitur, *inter omnes reformationes Ordinis nostri in nostra provincia tres præ cæteris novissimè claruerunt, videlicet Castellensis à Castello. Mellicensis à Mellico, Bursfeldensis à Bursfeldia sortita nomen, quæ omnes sicut in principio fervebant, ita paulatim TORPESCENTES fini appropinquant. Nam prima duo quasi confecta*

senio

senio in parvum numerum contracta sunt. Vltima verò, quæ & posterior est, quia adhuc junior, etiam videtur esse constantior, quæ & ipsa nihilominus jam in quibusdam membris suis videtur TEPESCERE, & ad laxitatem vitæ prioris rursum declinare. Nequaquam S.Benedictum accusat, qui aliquot é S. Benedicti familia in accurata Regularum Monasticarum observatione negligentiores antehac, ac postmodum ferventiores asseruerit. Vicia suos tenent authores, nec personas eorundé egrediuntur *l.33.§.1.C.de inoff.testam.l.24.C.de donat, inter vir. & vx*, Ex quibus patet, quod nemo alieni criminis infortunio adstringi debeat.

Quod P. Wolffgangus S.Benedicti disciplinam antehac alicubi collapsá, nunc resuscitatam scribit, *non* id *vituperio*, sed *laudi* est tribuendum. Gaudent enim *Angeli in cælis super uno peccatore pœnitentiam agente*, Luc. 15. 7. & 10. Quin etiam plures pueri hoc ipso intellecto ad familiam S.Benedicti, in qua disciplina excitata est, ineundam, Provocabuntur potius, quam absterrebuntur. Hæc hactenus. 337

Ex supra deductis relinquitur, quod totus F.Romani *discursus de intellectu cit.c.inter quatuor.de rel.dom.* planè fuerit inanis, qui frustra *in allegatione* 491. repetatur; Econtra sensus istius *capit.inter quatuor* à me allatus historicæ veritati, ejusque circumstantiis ac doctorum authoritati, expositioni conveniat, nempe quod istic de Monasteriis Græcorum vel collapsis, quéadmodum istic *Ancharan*, explicat, adeoque in vita & moribus reformandis, vel *Schismaticis* vivis per Orthodoxos reformandis, adeoque istic de monasteriis vivis, non emortuis agatur; Consequenter hic jus Canonicum atque DD. à me non malè, secus verò à F.Romano fuerint allegati. 338

Aliud quoque F. Romanus *allegat.* 111. cum D. Prælato ex Ordine Præmonstratensi *in Recessu exceptionali n.2. atque in materia inhæsiva sub.n.9.* ratione Baldi *in proœm ff n.5.* sub hoc nostro *num.* 19. allegati movet, quod Baldus ipsi *non 5.sed 9. & 10.* num. sic habeat; *Ecclesia dicitur curata, si quondam ibi fuit, licet omnis populus ejus alio se transtulerit, vel DECESSERIT. Est enim cum spe & aptitudine reparationis; secus vero si nulla sit spes reparationis. SIC civitas destruitur, si ejus incolatus, NB. PERPETVO deseritur, nec est ibi deinceps ponendus Episcopus.* arg. l. Pater. §. Tusculanus. infra, de legat. 3. & *sic per destructionem facti devenitur ad destructionem juris, quia remoto actu & potentia removetur habitus: quia habitus esset frustra; Hac ille.* 339 *Alia Commenta Hayana.* *Ad Bald.*

Verum Baldus pro varia editione varios habet numeros, ut ex *instrumento supra in tract.1 cap.5 allato, sub num. 9.* videre est. Deinde cum P. Valentinus *Theor.2.quest.1.num.suo* 77. & ego *sub hoc num.*19. Baldi non verba, sed sensum retulerimus, frustra nos F. Romanus impugnat, eò quod non tam verba, quã sensus veniat inspiciendus ut traditur in *l. Celsus.§ pen. ubi glo ff. de contrah.empt. Clem. sæpe in princ. & ibi* Card. *de V. S. c. intelligentia &* 340 *&c. Commenta Discutiuntur.*

tia & c. praeterea eod. tit. apud Bertachin. *in repert. verb. significatio.* Contrarium qui assereret, peccaturus esset *in l. scire leges 17. ff. de LL.* Ex eo autem, quod hic ad Baldum quasdam *notulas* adjeci, concludi non potest, à me ipsa Baldi verba fuisse annumerata. Cum *notulæ* istæ non *asterisci*, quemadmodum D. Prælatus existimabat, fuerint, ut patet, quod illius formam ,* (quæ est stellula, seu littera X. punctulis notata, sicuti apud S. Hieronymum *in Epistola ad S. Augustinum*, *in præfatione* ad lib. 1. & & 2. Paralippom. D. Augustinum *lib.* 18. *de Civitat. Dei. cap. 43. & in Psalm. 86.* atque Epiphanium *lib. de ponderib. & mensuris*) non referant, sed formam & signum *sicelici* præferant, cujus non est ea natura, quam Asterisco D. Prælatus tribuit, sed ut enotata ab aliis quodammodo distinguat, & quasi alliget, vel etiam ut eorum significationem geminet. De quo videatur Thesaurus *linguæ latinæ junctus Victorino Afro. lib. de Orthographia.* Marius Victorinus *lib. 1. artis* Dausq. *de Orthograph.* apud quem plura in eam rem videri possunt.

341 Nos eo misso ad rem ut redeamus, Baldum intelligimus non de quocunque populi recessu, ut nobis D. Prælatus immeritò imputat, sed de omnimodo, adeoque & de *perpetuo* recessu accepimus.

342 At forsitan F. Romanus hanc propositionem, *ubi populus fidelium amplius non est, non potest esse Episcopus*, ita intelligit, ut priorem illius partem de præsenti, posteriorem verò de futuro accipiat, sed male. Cum aliud ex Logicis de Ampliationis Regulis, (quarum meminit Fonseca *lib. 8. Dialect. Instit. cap. 37.*) concludere posset, quod videlicet, utraque pars *propositionis* pro præterito, præsenti ac futuro tempore accipi posset, ita ut cum fidelium populo detur Episcopus, etiam consequenter ubi nec fuit; nec est, neque erit fidelium populus, ibi nec in præterito potuit, nec de præsenti potest, neque in futurum poterit dari Episcopus.

Insuper Annon ubi populus quondam fuit, & nunc non est, neque amplius erit, istic dicetur incolatus *perpetuo* deseri, quæ cum clariora sint, quam ex Logicorum Regulis amplius declarentur, non est, quod iis immoremur.

§. XX.

Quomodo verba illa d. c. inter quatuor. de rel. dom. quamdiu Monasteria per Regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares Clericos transferenda; &c.

343 Inferebam ex deductis, nullo negotio solvi hoc F. Romani Argumentũ. *Monasterium manebit ordinatum ex Religiosis eiusdem professionis, quamdiu potest. At quamdiu superest in orbe terrarum Monachus illius Ordinis, tamdiu potest manere ordinatum, Igitur quamdiu superest in orbe terrarum Monachus illius Ordinis,*

nis, tamdiu Monasterium manebit ordinatum. Quæ conclusio haud dubie absurda est. Nam quis unquam dixerit, quod quamdiu in orbe terrarum superest aliquis Religiosus Ordinis non mendicantis, *stabilitatem loci promittens*, Monasterium illud, in quo nullus superest religiosus, dicatur remanere ordinatum. Ecquis est, qui non videat hanc absurditatem, nim. quod quæ monasteria non sunt ordinata, maneant ordinata. Num aliquid, quod non est, persistere ac perdurare potest? proinde cum hæc conclusio sit absurda, atq; ex absurdo oriatur principio, nimirum ex altera *præmissarum*, sequitur quod altera minimum *præmissarum* sit absurda. Non *Major*, quæ est Canonis & glossæ, Igitur *Minor*, quæ est F. Romani *principium*, absurda erit, prout etiam ex simili ostenditur, Nam si disposuisset testator, ut grex ovium à se legatus, quamdiu potuerit, maneat per oves constitutus, nemo nisi absurdus dixerit, quod quamdiu in Orbe terrarum aliqua reperiri potest ovis, dicatur grex ille ovium manere constitutus &c. prout in Astri Eclipsi est pluribus deductum.

Deinde quærebã à F. Romano, quid responsurus esset Augustnianis, Hieronymianis, Guilelmitis, Eremitis aliisq; à quibus Ordo ipsius cõplura obtinuit Monasteria, si idẽ ipsi alii Religiosi Ordini Benedictino Argumẽtũ objicerẽt, quod alibi adhuc ex iisdẽ Ordinibus supervixissent, per quos similiter eorũ monasteria potuissent ordinari, vel in sensu Hajano reformari. 344

Tum gratis ipsi F. Romano concedebam, quod *cit. c. inter quatuor de Rel. dom* non de *ordinatis*, sed *ordinandis* ageret monasteriis; inde tamen ajebam, nihil contra nos concludi, cò quod personis Religiosis isto in loco deficientibus vel etiam mortuis prohiberet tantùm suffici Clericos sæculares, ne in virtute fieret descensus, contra *c. licet, de translat. prælat.* Nos autem non de Clericis sæcularibus sed Clericis Regularibus &c. vitã contemplativam, & activam agentibus conventui religiosorum vitam solum contemplativam colenti substituendis, per quos in virtute non descensus, sed ascensus fieret ageremus. Cum ex S. Thom. *2. 2. q. 188. art. 7. in corp.* vitam mixtam viventes præferendi sint iis, qui vitã *mere contemplativã* degunt, cò quod contẽplatio in illis simul efficax esset, & operaretur, seu produceret *actionem*, quæ ex illius plenitudine proficisceretur, quodq; contemplatio in iis, qui vitã mixtã agunt, ad plura se bona extenderet, quæ meri contemplativi operando non attingerent. Igitur &c. De seminariis jam supra fuit actum. 345

Ex supra deductis concludebatur, quod neq; ex textu, neq; ex glo. aliisque Dd. commentationibus *in d. c. inter quatuor.* ostensum fuerit, neq; ex adversum ostendi possit, ullum aliis Religiosis cæteris aliorum Monasteriorum eiusdem Ordinis superstitibus stabilitatem loci promittentibus in conventus incolarum mortuorum bona jus competere. 346

F. Romanus *allegatione* 322. prius ex parte meis recitatis verbis atq; ex parte truncatis (Nam integrum §. *qua conclusio*, usque ad §. *Ecquis* est, omittit) 347 *Commenta Hayana.*

hæc

hæc ferè subjicit; *sed ecquis est, qui non videat absurditatem huius allegationis? Nam primò syllogismus hic non in officina ipsius cusus, fusus fuit. Secundò neque Canon, neque ipse unquam dixit, Monasterium manebit ordinatum, sed quamdiu Monasteria per Regulares remanere, seu subsistere potuerint ordinata. Neque dixit, per Regulares primitus introductos, vel per eius loci professos. sed per Regulares absolutè, nimirum eiusdem Ordinis, deindè in horum defectum gradatim alterius Ordinis, ut rectè exponit* Pan.in cit.c *inter quatuor.*

348 *Loquitur autem ibi Pontifex non per futurum* manebit. *seu de eo quod futurum est in facto, sed de eo, quod de jure fieri debet: In Monasteriis destitutis, ac jure & per se, debebant manere Religiosi ordinis fundati. sed per accidens & de facto. propter violentiam hæreticorum manere non potuerunt. Quis per hanc violentiam Regularibus asseret jus Canonis ablatum fuisse. Exemplum. Sempronius testamento legat familiæ suæ domum cum fundo per hæc verba:* Ista domus & fundus familiæ meæ manebunt, *casu contingit post mortem Sempronii, & aditam à familia hæreditatem, ut hostis occupet domum & fundum. An ideo superstiti familiæ nullum jus superetit, rem sibi legatam opportunè recuperandi, denique ea pro libitu disponendi, quod Pater in testamento non fuerit usus alio verbo quam futuro* manebit, *&c. Et etiamsi in d. Canone positum expresse fuisset futurum* manebit; *tamen intelligi deberet* juridicè, *non Grammaticè. &c.*

349 Hactenus F. Romanus, qui recordari debuisset, quod ipse eo Argumento *in Allegat.* 484. *& seqq. n.2. pag.* 371. *ex d.c. inter quatuor.* usus fuisset,

Discutiuntur.

Pro cujus Argumenti declaratione nota, quod secundum ipsum verba, *in defectum eorum*, & hæc, *si non inveniantur*, æquipolleant, significentq; idem, quod ista (SI NVLLIBI TALES SVPERSINT,) ubi etiam vox NVLLIBI idem quod nullo loco orbis terrarum significat, quemadmodum ibidē *n.*3 *hisce verbis, quia NVLLIBI IN ORBE possunt amplius inveniri*, sufficiēter indicat. Vnde ab opposito hoc ipsius ex *d.c. inter quator.* deducebam argumentum; *quamdiu superest in orbe terrarum, aut in aliquo loco orbis terrarum Monachus illius Ordinis, cujus fuerunt Monachi destituti nunc Monasterii, tamdiu potest monasterium manere ordinatum*, quod ut redarguerem falsitatis per reductionem ad absurdum; adiiciebam *Majorem ex d.c. inter quatuor* formatam, nempe, Monasterium manebit ordinatum ex Religiosis eiusdem professionis, quamdiu potest, & subjiciebam conclusionem, ex qua relucebat absurdum, quod cum non ex propositione *Majore d.c. inter quatuor*, sed ex F. Romani assertione, quæ erat *Minor*, oriretur, consequenter ego arguebam ipsam F. Romani assertionem seu propositionem, quæ erat *Minor*, esse absurdam. Cujusmodi absurditas minimè ex adjecta particula NVLLIBI, IN ORBE, qua minimè *d.c. inter quatuor.* vtitur, sed eius sensus invertitur, proficiscebatur.

350 Neque hanc reductionem ad absurdum elidunt ea, quæ in contrarium à F.Ro-

à F.Romano sunt allegata, quia ego F. Romani absurdam propositionem per Syllogismum ad absurdum reduxi, prout propositiones absurdæ per formatum indè Syllogismum ad absurdum solent reduci.

Deinde quando *d.c.inter quatuor*, dicit, *quamdiu Monasteria per Regulares potuerint remanere ordinata, non sunt ad sæculares Clericos transferenda*; hoc ipso virtualiter dicit, quod Monasteria quādiu per Regulares potuerint remanere ordinata, manebunt vel maneant ordinata. Unde sive in plurali, prout modò ex ipso *d.c.inter quatuor*. audivimus, sive in *singulari* dicā; Monasterium manebit vel maneat ordinatum, quamdiu per Regulares potuerit remanere ordinatum, in idem recidet. Siquidem Monasterium accipitur ibi *indefinitè* pro quocunque Monasterio per not. M. Antonii Eugenii *consf.62. n 35 & 36.lib.1.* undè illud *juridicè* accipiendo continebit etiam Monasteria pluralis numeri *per not in l.Gallus.§.quod si is.ubi* Bald. Alex. Jason. aliique *de lib & posthum.*

Tum quod F.Romanus circa futurum, *manebit*, initio *Grammaticè* cavillatur, mox tamen sibi contrarius rectè inculcat illud *juridicè* esse accipiendū, sicuti futurum etiam varium admittit intellectum, prout Alber. de Rosat. *in dictionario suo.verb.futurum*; bene notavit. Adhæc notandum est, quod verba *ex d.c.inter quatuor*. à F.Romano allata, videlicet, *quamdiu monasteria per Regulares remanere potuerint ordinata*; non constituant integram & absolutam propositionem simplicem, sed unam duntaxat conjunctæ propositionis partem, quemadmodum ex Dialecticis constat præceptionibus. 351

Neq; illud prætermittendum est, quod per vocē *Regulares*, qua utitur textus *in d.c.inter quatuor*. intelligant ibidē Ant. de Butr. Panorm. Joan. Andr. Card. Zabatell *ejusdem Monasterii professos*, prout & circūstantiæ superius à me allegatæ suadere videntur, & ratio hæc ostendere; quod dispositio cēseatur facta pro eo loco, in quo ejus effectus lege confirmatur *arg.l cōtraxisse ff de act. & oblig.* Ut proinde *in d.c.inter quatuor*, alii aliorū locorū exteri Regulares minimè veniant intelligendi, quemadmodū *ex sup. d.* constitutione Alexandri VI. *Accepimus*. dat. 1497. *ult. sept. & inf. q.7.* afferenda, constat, adeoq; quando F.Romanus vocē (*Regulares*) *indistinctè* de omnibus omnino Regularibus ejusdē Ordinis quocunq; in loco cōstitutis intelligit, cōtra nominatorum Dd. & Patriarchæ Constantinopolitani, imo ipsorū summorum Pontificum Innocentii III. & Alexandri VI. mentem ac sensum sentit. 352

Deniq; mirum est, quod F.Romanus relicto jure Canonico & *d. c. inter quatuor* confugiat ad jus civile, atq; ad *Legatum familiæ*, indeq; petat auxiliū, quod supra conabatur improbare, quando ipsū exinde impugnabā, eò quòd legatū illud intelligatur factū *familiæ jure proprio* seu *effectivè* & *activè* acceptæ, ita ut, qui in familia illud accepturi sunt, accipiant à primo acquirente, qui sit causa ipsorū efficiens, producens & originalis per *generationē activā*, adeoque se habeant, velut descendentes, qui ad legatum illud postmodum 353

sunt admitten li;non autem intelligatur factum *familiæ jure communi*, seu *contentis*: è vel *passivè* acceptæ, prout dicit omnes agnatos etiam transversales ipsius, cujus familiæ mentio deprehenditur esse facta. Vid Simon.de Præt *de interpret ult vol lib.3 interpret.3 dubitat.1 solution.11.n.5.* Atqui Monachi aliorum Monasteriorum exteri à Conventu emortuo non dependentes,& stabilitatem *loci promittentes* ejusdem Ordinis licet sint de familia *jure communi*,seu *contentivè* & *passivè* accepta,habeantq; se ut transversales eorum;non tamen sunt de familia conventus emortui *jure proprio*, nec effectivè vel *activè per generationem activam spiritualem*;ideo nec ipsis aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachis exteris à conventu emortuo non dependentibus & stabilitatem loci promittentibus,nec ab eo per generationem activam spiritualem in familia ista descendentibus intelligetur legatum factum esse.

Hinc similitudo & analogia F.Romani ad præsentē casum contra me applicari nequit.Nam licet iis,qui sunt de familia testatoris *jure proprio*,& *active* per violentam hostium invasionem,& occupationem,jus legati nō intervertatur,sed maneat integrū;attamen propterea reliquis superstitibus de familia *jure communi*,& *passive* accepta,nihil juris in ejusmodi re violēter occupata ex titulo illo legari vel accedat vel recedat;sic à pari F. Romanus ratiocinari debuisset, quod licet Monachis certi loci per generationem spiritualem descendentibus ex violenta legati facti invasione nihil juris intervertatur,sed id totum ipsis integrum maneat; veruntamē propterea reliquis superstitibus de familia S.Benedicti V.C.jure *communi* & passivè accepta nihil juris in ejusmodi re legata violenter ab aliis occupata ex titulo illo legari vel accedat,vel recedat;& rectè pro me contra se ratiocinatus fuisset, ac fassus,astrum suum hic magnam pati rationis Eclipsim.

§. XXI.

Ad c.cum Venerabilis de Rel dom.Respondetur.

354 Respondebam *c.cum venerabilis de rel dom* nihil ad rem facere.Cū illic decidatur,& statuatur,ut Episcopus Sabinensis, in spiritualibus contra Abbatem,& Conventum Farbiensem,adeoque vivum adhuc,obtineret, non verò in temporalibus,puta decimis,pensionibus. *Vid ibid.* gloss.Collectar. Innoc.Card.& Al. At nos de conventu cum capite suo emortuo agamus. Igitur.&c.

§. XXII.

Ad c.relatum,ne Cler.vel Mon.Respondetur.

355 Ostendebam *cit.c.relatum.ne cler.vel Mon.*agere de Monasteriis cōventu non destitutis,in quibus Monachi adhuc vivunt, sed incorrigibiles inveniūtur;

tur: Nos autem de Monasteriis conventu destitutis, in quibus nulli amplius Monachi vivi supersunt, loqui, Ideoque *d. c. relatum* nihil ad nostrum casum facere, ubi quæritur, utrum alii aliorum Monasteriorũ ejusdem Ordinis Monachi exteri stabilitatẽ loci promittentes ius in hoc Monasterium conventu destitutum à se tanquã membro proprietatis non dependens habeant, quod in *d. c. relatum*, non attingitur, nedum definitur, prout *inf. q. 7. c. 2. n. 1.* pluribus videbitur.

§. XXIII.

Ad c. quæ semel 19. q. 3. Responsio pluribus deducitur, ostenditurque vel ad rem non facere, vel contra F. Romanum militare.

Ad *sup. cit. c. quæ semel sunt dedicata 19. q. 3* ubi dicitur, *quæ semel sunt dedicata Monasteria cum consilio Episcoporum, maneant perpetuò Monasteria, & res, quæ ad ea pertinent Monasteriis reservari oportet.* 356

Verba textus à F. Romano mutantur.

Respondebam 1. hunc textum à F. Romano in sententiis operi suo præmissis nonnihil esse immutatum. Nam illic ita cum ipse recitat; *quæ semel dedicata sunt monasteria cum Consilio Episcoporum, perpetuo* DEBENT *manere monasteria.* Cujusmodi verba F. Romani, *debent manere,* ab unico, quò textus utitur, verbo *maneant*, plurimum sensu differunt. Siquidem ex *posteriori* infertur tantum necessitas orta ex lege; Cum verbum imperativi modi (*maneant*) inducat tantum obligationem ex lege, At ex *priori* F. Romani sensu infertur omnis omnino necessitas, sive ea ex *natura* rei, sive *ex lege* oriatur, Nam id deberi dicitur, quod vel naturali vel civili, vel honorario jure peti. *l. 1. l. 3. ff. de constit. pec.* & ab invito exigi potest. *l. 108. ff. de V. S.* proinde quando F. Romanus verbum imperativi modi, *maneant*, transmutavit in hæc verba, *debent manere*, tunc etiam ipsius juris textum, ejusque sensum immutavit atque invertit. 357

Respondebam 2. quod si *Monasteria* hic acciperentur *materialiter* pro religiosis domibus Deo cum Consilio & auctoritate Episcoporum dedicatis & consecratis, prout videntur accipere Barbos. Archid. Alagon. & Joan. Turrecrem. *ibidem.* & suadet ipsa quæstio *in Concilio Chalcedonensi c. 24.* proposita, ita esse accipienda, tunc hic Canon. *quæ semel* decideret, ut monasteria perpetuo maneant monasteria, nec possint fieri habitacula sæcularia, sive solorum Clericorum sæcularium, ut aliqui volunt apud Joan. de Turrecremat. *in d. c. quæ semel.* sive etiam simul Laicorum, ut eis Monasteriis tanquam communibus utantur, ut alii volunt, sive solorum sæcularium Laicorum, ut alii dicunt, nec possint ad sæculares usus transferri. gloss. Alagon. *ibid.*

Adeoque allegatus Canon, *quæ semel*, nihil contra nostrum casum

 faceret,

faceret, ubi non agitur, ut *monasteria vel loca* Deo peculiariter authoritate Episcopali consecrata transferantur ad sæculares aut profanos usus, sed, ut conventibus destituta aliis Regularibus vitam mixtam, contemplativam & activam profitentibus ex superiorum Ecclesiasticorum voluntate associentur & uniantur, itaque maneant perpetuò loca Deo dedicata & consecrata.

358 Sin verò quisquam Monasteria *in cit. can. quæ semel.* acciperet *formaliter* pro ipsis Collegis Religiosis incolis, næ ipse absurdè Canonem istum esset intellecturus. Ecquis enim unquam de SS. Concilio affirmarit, quod prohibuerit, ne Collegia Religiosa seu congregationes personarum religiosarum *fiant sæcularium habitacula.* Foret ea prohibitio plus quam absurda de subjecto prorsus ad inhabitandum inhabili facta, quam de SS. Concilio præsumere, nimis esset temerarium sentire. Ut proinde ea *significatio* huc minimè veniat applicanda.

359 Non nego tamen, quin iste Canon in sensu *accomodatitio* etiam possit de personis religiosis accipi, quemadmodum apud Joan. Andr. *in Mercur. in Regula semel Deo dedicatum de R. I. in 6.* accipitur, quia sicuti Monasteria seu loca Deo authoritate Episcopi dedicata non possunt fieri habitacula sæcularium vel in usus profanos converti: ita nec personæ Deo dedicatæ & consecratæ se amplius ad usus profanos transferre, nec sibi propter *votum paupertatis* dominium rerum independens acquirere; propter *votum castitatis*, uxorem quærere, ac propter *votum obedientiæ*, quæcunque pro libitu suo administrare possunt, sed omnibus propter Christum dimissis se nutui superiorum habent accommodare, prout videre est ex Concilio Chalcedon. *action. 15. Canon.* 7. Hujusmodi verò significatio *accommodatitia* à nostro casu prorsus est aliena, ut nemo non videt.

Quod si igitur F Romanus de ordinatione *Monasteriorum formalium* agat, velitque cum Gratiano *ibid* quod Monasteriis non possint præfici sæculares Clerici, vel etiam cum Collectario *in sup cit. c. inter quatuor. de rel. dom.* quod quamdiu istic repetiuntur religiosi, non sint iis substituendi Clerici sæculares, jam illa non huc ad præsentem *Canonē quæ semel* desumptum *ex actione 15. Concil. Chalcedon. cap. 24.* sed ad *sup cit. c. inter quator.* secundum intellectum Collectarii seu Gaufridi spectabunt;

Unde relinquitur, quod *cit can. quæ semel.* nihil contra nos pro F. Romano faciat.

360 *Commenta Hayana.* Vicissim F Romanus *alleg 461.* ex modo deductis infert, *quod igitur nos velimus, ut monasteria fiant habitacula vel prædia Patrum Societatis* Jesu, *atque Collegia Religiosa constituentium In favorabilibus enim, ut ait Laurent. Forer.* in Anatom. sect. 5. n. 9. *sub nomine Monasterii etiā intelligitur Collegium Societatis*, *& sub* Monachorum *nomine*, Jesuitæ, *adeoq; d.* caput

quæ

quæ semel. *non violatur introductione Societatis, violatur autem introductione Clericorum sæcularium & similia ego.* "

Verum hunc nodum jam dudum Gorgium existimatum (*tametsi evidenter*, ut pergit asserere F Romanus, *fallat in translatione Monasteriorum ad seminaria Clericorum sæcularium*) *solvit ipse* Astri q 7. n. 5. *his verbis*; lanè perlepidum est audire illos, qui cæteroqui *Monachorum* nomen in se ipsis aversantur, *in gratiam hereditatis alienæ* capessendæ, *Monachos* hodie nominari velle Sed non succedit artificium; Nam esto, *Monachorum* nomine *Regulares* omnes in jure Canonico nonnunquam veniant; tamen quando Clerici Regulares & Monachi, eorumque domicilia inter se opponuntur, ut partes contrariæ (quod in hac ipsa Monasteriorum causa contingit) tunc nomen *Monachi* & nomen *Monasterii* stant pro suo *Principali*, & favor *propriam* significationem sequitur, non *Metaphoricam* aut secundariam, aliàs contingeret, ut sacri Canones eandem rem individuam partibus contrariis adjudicarent; quod est impossibile.

Eandem responsionem quia P. Valentinus tanquam obscuriorem accusabat *in Theor. q 7 n. suo 11.* (Et quidem meritò) eò quod in casu nostro, ubi omnes incolæ conventuales mortui supponuntur, adeòque isti nec inter se, nec contra tertium agere possint, & Monachi exteri, qui ius aliquod prætendunt, etiam comparatione incolarum mortuorum sint *tertii*, itaque hic, quod affert F. Romanus, locum habere non possit, licet alias dicantur Canonici unius ecclesiæ respectu *tertii* seu *extranei*, considerari velut *unus*; inter se vero si litem suscipiant, considerari velut *diversi*, idque ex decisione Rotali apud Farinac. *tom. 1. decis. 138 per tot. in recentiorib.* 361 *Discutiuntur hic pro parte post plenius.* NB.

Hinc frustra F Romanus illud principium suum Erroneum & obscurum quasi explicando huc applicare laborat, d *allegat.* 461. ibique *sub num. 2.* 362 *Priora F. Romani commenta continuantur.*

Subiicit ipse *ibid. quæ semel dedicata sunt monasteria*, SEMPER MANEANT *monasteria*. traditque, *quod hic Monachi pro se habeant propriā significationē Monasterii, Iesuitæ secundariam seu translatitiam. &c. verbum autem simpliciter prolatum debeat intelligi in potiori significato* c. pen. de sent. excomm. Zerol part 1. prax. Episcop. verb. absolutio. ad 3 *eiusque proprietas sit attendenda* l. qui liberis §. hæc verba. ff. de vulg. & pupill. substit. l. non aliter. de legat 3. *Menoch.* lib. 4 præsumpt. 177. n. 3. & 5 nec *extendatur ultra suam significationem* l. Titia. §. Cajus, de leg. 2 *Menoch.* cit. lib. præsumpt. 100 n. 28. *Et sic Patres Iesuitæ hoc judice causa cadant, adeoque mala sit allegatio* d. c. quæ semel.

363 *Prout idem caput eodem sensu pro significato Principali, exposuit Innocentius III. in* Brevi ad Guilielmum Archiepiscopum Rhemensem, dato Romæ 5. Idus Maii Anno 1198. *ubi*, Nos, *ait*, ut in Abbatia Castri Mosabin Episcopatum erigere valeas, liberam tibi concedimus facultatem, ita tamen

 quod

quod ab eodem Monasterio Monachi nullatenus excludantur, ne fortè venire contra sanctiones Canonicas videremur, quibus provida fuit deliberatione statutum, ut quæ semel dedicata sunt Monasteria, semper maneant monasteria. *Cur autem sub nomine Monasteris hoc loco nō possit intelligi Collegium Societatis* IEsu *inter alias, causa est, quod dignitates & beneficia inibi auctoritate Ecclesiastica fundata sint dignitates, tituli & beneficia Monastica, Benedictina, V.G. Abbatia, præpositure, prioratus &c. quæ sunt iura realia, utpote intuitu loci, Monasterio concessa, & suapte natura perpetua adeòque omnibus etiam de Collegio mortuis (ut supra) habitu durantia Harum ergo dignitatum, & beneficiorum Monasticorum cum Patres Societatis sint incapaces, velut non qualificati, imò nec ullum Monasterium legitimè possidere queant, antequam omnes dignitates & tituli monastici, eorumque essentia, exsistētia & dependentia ab Ordine S. Benedicti per Papam legitime supprimantur, & forma monastica olim introducta extinguatur, sequitur cosſu'i nomine monachorum & Collegium Societatis sub nomine monasteriorum hoc loco non posse comprehendi.*

364 Et postea hic pluribus exta orbitam exerrat, asserendo *per mortem omnium de Collegio monasterium cum suis titulis, beneficiis Regularibus & dignitatibus (statu monastico) iuribus & privilegiis extinctum non esse &c.* Cuius tamen contrarium à me in *resolut q* 1. *c* 2 3. ostensum fuit.

365 Ac demum post multa parerga hæc eadem *d allegat.* 461. *n* 6. immutatis pauculis verbis repetit, iisque addit. *sed omnia hac veluti forma monasterii primitus in materiam seu fundū fundatoris introducta, habitualiter ibi conservata fuere. Hunc nodū Gordium, ubi ego solverim*, ego ipsi F. Romano, *magno major ero Alexandro.*

Quæ tamen ultima *in resolutione q* 1. *c.* 2. & 3. tum hic sup. ego ostendi, sine ulla lege, ullave Dd. authoritate contra jus, rationem & præiudicia S. Rotæ Romanæ asseri, ideóque falsa esse; quæ non opus est hic repetere.

366 Porro F. Romanus *allegat.* 112. asserit, quod ego hic sup. etiam allegatim *l.* 1. & *l.* 3. *ff. de constit. pec.* qui titulus in digesto non reperitur. Fortè Codicem non benè digesserim.

Econtra in retractationibus dicit, *quod adhuc sub prælo sudante Horto adverterit errorem à se* in d. allegat. 112. *commissum esse* (eumque *titulum expressum invenerit ff* lib. 13. tit. 5.

367 Ac demum ibidem me increpat, *quod in Astri eclips.* sub hoc n. 23. col. 2. *adducam*, l. 4. in fin. de act. empt. & l. 1. de hæred. vend *neque tamen insinuē*, an in Codice, Novell. Instit. vel digestis *hæ leges & tituli reperiantur. Hoc scilicet est sapienti pauca.*

368 Hactenus F. Romanus, nihil consequenter, aut congruenter ad rem præsentem proposuit. Cujus discursum ex ordine discutiemus. Inprimis Tota nostra disputatio hoc loco erat *de eo qua semel,* 19. *q.* 3. utrum hic Canon pro ipso contra me faceret.

Discutiuntur.

Asseruit

Asseruit F. Romanus, sed invito Canone, ut ex parte superius ostendimus. 369
At nos ex ipso Canone *negamus*; non quidem ex illo principio, quod ipse F. Romanus ex P. Foreti *Antanatom. q. 5. n. 9.* & P. Valentino *in Theor. q. 7. n. 11* tanquam nodum Gordium allegat, *quasi* in favorabilibus nomine *Monachorum* veniant omnes *Regulares*, (licet eiusmodi assertio secundum se vera comprobetur *ex not.* Dd *in sup. cit. c. inter quatuor. de rel. dom.* Et S. Dionysio Areopag. *in Ecclesi. Hierarch. c. 6.* ita loquente; Οἱ μὲν θεραπευταὶ, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάζοντες ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας καὶ τῆς ἀμερίστου καὶ ἑνιαίας ζωῆς, ὡς ἑνοποιούσης αὐτοὺς ἐν ταῖς τῶν διαιρετῶν ἱεραῖς συμπτύξεσιν, εἰς θεοειδῆ μονάδα καὶ φιλόθεον τελείωσιν; id est, Alii Therapeutarum seu Religiosorum, alii Monachorum nominibus appellarunt, à puro Dei famulatu & cultu individuaque ac singulari vita, quippe quæ eos unum faciat sanctis rerum individuarum conjunctionibus, & ad divinam unionem, Deoque gratam perfectionem adipiscendam. Coccius ita vertit, *Unde sancti præceptores nostri divinis eos appellationibus sunt prosecuti partim Therapeutas, id est, Cultores, à sincero Dei famulatu & cultu: partim monachos ab individua & singulari vita appellantes, ut quæ illos sanctis divisibilium complicationibus in divinam & Deo gratam monadem perfectionemque promovent* &c. Certum autẽ 370
sit, quod Societas Iesu Religiosi puro Dei famulatu & cultu vacẽt;) sed ex alio principio F. Romani assertionem negavi, quia *d. c. quæ semel.* agit de Monasteriis *materialibus*, prout sunt loca & domus Religiosæ, non autem de *Monasteriis formalibus*, seu personis Religiosis inter se unitis societate vitæ, earũq; ordinatione, titulis, dignitate, quẽadmodũ ex ipso textu fuit ostensum, in eo enim agitur de Monasteriis, quæ de facto & illicitè possunt fieri sæcularium habitacula, ne autem fiant, illic prohibetur. Atqui non personæ religiosæ, nec earum ordinatio, nec tituli, nec dignitates, sed loca ipsa & domus religiosæ de facto ipso licet illicitè, possunt fieri sæculariũ habitacula. Igitur &c.

Accedit, quod *in d. c. quæ semel.* statuatur, ut quæ semel dedicata sunt Monasteria, ea perpetuò vel continuò maneant Monasteria, nec possint ultra fieri sæcularia habitacula. Ita enim textus Græcus Concilii Chalcedonen. *act. 15. can. 24 seu Καν. κδ. habet.* 371

Τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια κατὰ γνώμην Ἐπισκόπου μένειν εἰς τὸ διηνεκὲς μοναστήρια, καὶ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς πράγματα φυλάττεσθαι τῷ μοναστηρίῳ καὶ μηκέτι δύνασθαι γίνεσθαι ταῦτα κοσμικὰ καταγώγια· τοὺς δὲ συγχωροῦντας τοῦτο γίνεσθαι, ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις, id est, quasi ad verbum; Quæ *semel dedicata vel consecrata* Monasteria *ex consilio vel voluntate Episcopi, manento vel maneant in continua quasi serie, vel in perpetuum* Monasteria *& pertinentes ad ea res cõservãtor monasterio & non amplius funto sæcularia diversoria Consentientes hoc fieri subiacẽto Canonũ correptionibus.* Hactenus Canon originalis ubi notandum est, quod verbum *infinitivum*, quale est hic μένειν, apud Græcos per enallagen pro *Imperativo* accipiatur, quamvis

Nomine Monachorum veniunt etiam Regulares.

alii alias quasdam particulas subintelligant, ut notat Gretserus in Syntaxi sua, alibique. Ex quibus sane perperam F. Romanus designat particulam χρὴ vel debet, cum secundum ipsum F. Romanum textui, *qui aliquid addit vel detrahit, falsum committat* & alioquin particula Θέλησει id est, conveniat, subintelligi possit, per not. Gretser, *d. loc.*

372 Deinde ex toto Canonis contextu apparet, quod ibi sermo sit, & dispositio fiat de *Monasteriis materialibus*, ne fiant sæcularia diversoria. Certè ipsi Monachi aut eorum tituli haud ulla ratione possunt fieri diversoria. Vt proinde F. Romanus contrarium asserens contra ipsum textum sentiat.

373 *d. can. quæ semel. cōtra F. Romanū retorquetur* Quod vero idem ex propria nominis *Monasterii* significatione vult venire sola *Monasteria Benedictina*, ideoque non Collegia Societatis *materialia* comprehendi, est insignis fallacia ex genere *in d. c. quæ semel.* indeterminato certam quasi speciem concludens. Quin imò si quis advertat, quod *d Canon. quæ semel ex Concilio Chalcedonensi Oecumenico* sub Leone I anno Christiano 451. celebrato desumptus fuerit conditus, priusquam S. Benedictus in rerum natura esset, adeoque non de *Benedictinis*, sed *Basilianis*, tunc exsistentibus loquatur Monasteriis, inde contra F. Romanum, si illius argumētum quippiam valeret, concluserit, *Monasteria, Basiliana debere talia manere, nec fieri Benedictina*. At quam multa iam Benedictini à Basilianis Monasteria acceperunt.

374 Religiosæ domus dicebantur *Monasteria* priusquam S. Benedictus in rerum natura, nedum Ordinis sui Author extitisset, vllumve Monachorum cætum coëgisset, aut domum incoluisset. Testis est Philo. *in tractatu de statu Essæorum* ita de Monachis Ægypti loquens. Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ ἐστιν οἴκημα ἱερόν, ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ βίου σεμνοῦ μυστήρια τελοῦνται.

Id est, in *unaquaque domo est domicilium sacrum, quod vocatur sanctuarium, & Monasterium, in quo sola relicta vita Religiosæ mysteria recolunt.* Similia habet S. Athanasius, qui integris sæculis S. Benedictum præcessit, *in præfatione sua in vitam S. Antonii atque in eiusdem vita*, ubi tradit, quod in monte Monasteria fuerint tanquam tabernacula, de quibus *Num 23. quam bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israel; tanquam nemora obumbrantia, tanquam paradisus super fluuios, tanquam tabernacula quæ fixa sunt à Domino, tanquam cedri Libani circa aquas.*

S. Gregorius Nazianzenus quoque *oratione 20. in laudes S. Basilii M.* testis est quod S Basilius pietatis Gymnasia & Monasteria extruxerit. Videantur & S. Epiphanius, *hæresi.* 80. Ioan. Chrysostom. *lib 3. adversus vituperatores vitæ Monasticæ.*

375 His suppositis *Monasteria* Conventibus destituta si Societati donentur, manebunt *Monasteria*, adeoque nec contra *d c. quæ semel* venietur. Nam

ex su-

ex superioribus ita contra F. Romanum argumentor, ubi datur οἴκημα ἱερὸν *domicilium sacrum*, ibi datur propriè Monasterium. At non solum apud Benedictinos sed etiam quosvis Regulares Clericos & Religiosos datur οἴκημα ἱερὸν, *domicilium sacrum*; Ergo non solum apud Benedictinos sed etjam apud quosvis Regulares Clericos & Religiosos datur propriè monasterium, Consequenter cum Societatis Religiosi sint Clerici Regulares, etiam illorum domicilia sacra non possunt negari esse *Monasteria* in sensu illo generico accepta. Apud Hesychastas seu Anachoretas dantur ἡσυχαστήρια à Monasteriis diversa, ut notat ex Cedreno Cujacius *in Novell. 5.* de quibus hic non loquimur, sed de Monasteriis.

Insuper certum est, quod *Monasteria* authoritate Episcopi erecta maneant, sive ea hi, sive illi Religiosi inhabitent; sive mortuis Religiosis hujus Ordinis, alii alterius Ordinis religiosi à superioribus substituantur, ut patet *ex sup d. c. inter quatuor.* ubi quando alii alterius Ordinis Religiosi prioribus diversi Ordinis substituuntur, dicuntur adhuc Monasteria manere, & quidem ordinata; adeoque propter aliorum Religiosorum etiam *diversi Ordinis* substitutionem in Monasteriis maximè Conventu destitutis, modo *citatus Canon. quæ semel 19. quæst. 3.* ne in minimo quidem apice læditur, sed integer etjam & illibatus servatur. 377

An non arx Castellum, tabernaculum nobile manet, arx, Castellum, tabernaculum nobile, si ve hujus sive alterius familiæ nobilis illud inhabitet;

F. Romanus cum hinc elabendi viam sibi præclusam videat, ad *titulos* confugit Monasticos, qui Societatis Religiosis minimè conveniunt, volens eos *hic in cit. can. quæ semel.* indigitari. 378

At fallitur; quia *cit. canon. quæ semel.* non de titulis, sed de domiciliis ipsis loquitur, ne fiant κοσμικὰ καταγώγια *sæcularia diversoria*, quæ certe non nisi ineptissimè de *titulis* prædicarentur. Monasteria sive οἰκήματα ἱερὰ *domicilia sacra* etiam Societatis Religiosis competunt, licet non sint Monachi. S. Athanasio *Monasteria sunt veluti tabernacula fixa à Domino pro domo Jacob seu Israel* Quis autem propterea Jacobum vel Israelem dixerit fuisse Monachum. Quin etiam si F. Romanus velit strictissimam *Monachi* acceptionem persequi, exindeque à Monasteriis omnes, qui non sunt proprissimè & strictissimè Monachi, excludere, etiam suos cœnobitas proprios excludet. Nam ut Author est S. Dionysius Areopagita omni exceptione major *in Ecclesiast. hierarch c. 6.* inquiens, Δηλοῖ τὴν μοναχικὴν τάξιν οὐχ ἑνὸς προσαγωγικὴν ἑτέρων ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν ἐν μοναδικῇ καὶ ἱερᾷ στάσει, Declarat, Monachorum ordinem non esse alios adducere, sed in se perstare in singulari & sancta statione, vel statu; Et paulò post; εἴπερ ἀληθῶς ἐπὶ τὴν μοναχικὴν ἀφίκοιτο καὶ ἑνιαίαν ἀναγωγήν. Si verè ad *Monachorum* institutum, quod singulare est, pervenerit. 379 380

An non tempore Philonis Judæi ἀσκητήρια ἱερὰ dicebantur μοναστήρια & tamen tunc nulli tituli Monastici ac beneficia Regularia prout nunc intelliguntur, erant erecta, licet id temporis fuisse Religiosos religiosam vitam agentes, minime negari possit. Ita F. Romanus nodum in scirpo quærit, quem inaniter Gordium jactat.

381 Quod addit F. Romanus à Societate nostra *Monasteria* Conventibus destituta, quæ illi summus Pontifex associavit atque univit, (Nec enim alia tenet nisi sibi legitime incorporata) non posse bonâ conscientiâ accipere vel etiam retinere; Est assertio, sacris Canonibus & Apostolicis constitutionibus atque ordinationibus contraria; quin etiam potestati Apostolicæ Sedis à Christo acceptæ derogans.

Neque in omni unione subjectionis & associatione Monasteriorum
382 opus est ut Regulares tituli formaliter & expressè supprimantur & extinguantur, nisi ubi tituli in Monasteriis Conventu non destitutis etiamnum existunt; secus verò in Monasteriis Conventu destitutis; in quorum unione subjectionis si expressa & formalis fiat titulorum & status Regularis Monachalis suppressio, fit ea propterea, ut eorum nomina aboleantur, non quod ipsi verè etiamnum superessent. quin posito, quod habitu superesse fingerentur, tunc tamen per solam unionem subjectionis & associationem Monasterii conventu destituti cum alio alterius Ordinis Collegio Religioso virtualiter supprimerentur & extinguerentur; cuiusmodi suppressio & extinctio virtualis sufficeret, per not. M. Antonii Eugenii *in conf. 43. n. 52 & seqq lib. 1.* ubi illud à pari arrogationis exemplo commonstrat.

Hoc ipso enim, quo quis sui juris alteri se arrogandum dat, desinit esse sui iuris, seu ipsius libertas virtualiter supprimitur *per § illud. Inst. de Adopt.*

383 Neque sup. deductis obstat Epistola Decretalis Innocentii III. ad Guilelmum Rhunensem Archiepiscopum S. Sabinæ Cardinalem 5. *Idus Maii Anno Pontificatus ipsius primo.* (F. Romano *anno Christi 1198*) data, quam *Breve* idem F Romanus appellat, *Incip Cum ad Ecclesiastici honoris augmentum*; ubi inter alia refertur, *quod cum ad ampliationem divini cultus & honorem Ecclesiæ Gallicanæ in Castro tuo quod Mosobin dicitur, in Abbatia ejusdem Castri disposuisses novum Episcopatum erigere à fœlicis recordationis (Papa prædecessore nostro super hoc licentiam postulasti qui fratrum deliberato cõsilio, sicut in eis literis continetur tibi per præscripta sua concessit, ut de assensu charissimi in Christo filii nostri N. Illustris Regis Francorum, de consilio etiam venerabilium fratrum nostrorum N Atrebatensis & N. Ambianensis Episcoporum illud Apostolica authoritate suffultus, nullius contradictione vel appellatione obstante, in huiusmodi agere procurares. quod ad honorem Dei et Ecclesiæ cognosceres pertinere ; illos Ecclesiastica districtione percellens, qui tibi super hoc ducerent temeritate qualibet resistendum. Nos igitur*

Object. 9. ex Decretali Innocentii III.

præ-

prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, de fratrum nostrorum consilio, ut in prædicta Abbatia juxta præscriptam tibi formam, à prædecessore nostro Episcopatum erigere valeas, vel si malueris, in eodem castro cathedralem Ecclesiam, cui præficiatur Episcopus, fabricare, liberam tibi concedimus authoritate Apostolica facultatem, ita tamen quod ab eodem Monasterio Monachi nullatenus excludantur, ne forte contra sanctiones Canonicas venire videamur, quibus provida fuit deliberatione statutum, ut quæ semel Deo dedicata sunt monasteria, semper maneant monasteria: Cum & hodiè generaliter statuatur, ut ordo monasticus, qui in aliquo monasterio, secundum Deum & Beati Benedicti Regulam dignoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Si verò prædictorum Episcoporum copiam habere non poteris, tu cum eorum altero juxta præscriptam formam in ipso negocio procedendi habeas facultatem. Nulli ergo &c.

Hactenus Innocentii III. Epistola decretalis, quam ex operibus ipsius *lib. 1. Epistolar. Decretalium pag. (mihi) 93. 94.* volui latius referre, ut ex circumstantiis à F. Romano, uti videtur, fallendi causâ omissis, à me verò relatis adverteretur, quod Pontifex non loquatur de Religiosis alterius Ordinis in Monasterium diversi Ordinis Conventu destitutum introducendis, sed de erigendo in Abbatia (ubi ordo seu ordinatio Monastica secundum Deum & D. Benedicti Regulam dignoscebatur instituta & introducta, quemadmodū *inf. §. 25. & seqq.* ostendetur) Episcopatu, vel in Castro suo cathedrali suscitanda Ecclesia, adeoque de planè separato & diverso casu agat, de quo ad nostrum casum minimè directo potest inferri. 2. quod si tamen inde quis indirectè argueret, contra F. Romanum inferret. 384 *Solvitur.*

Nam si Pontifex potest sine ullius contradictione in Abbatia Conventu instructa seu ubi Monachi instituti atque investiti dignoscuntur, adhuc superstites, pro ampliatione cultus divini seu honore Dei & Ecclesiæ Episcopatum erigere, quanto magis poterit Pontifex in Monasterio Conventu destituto, seu ubi Monachi incolæ omnes nullo superstite sunt mortui, pro ampliatione cultus divini, honore Dei & Ecclesiæ alios alterius Ordinis Religiosos introducere, ut quæ *Monasteria* olim fuêre, etiamnum maneant, tum quia facilior transitus est in symbolizantibus. Ancharan. *in sup. cit cap. inter quatuor. de rel. dom.* tum quia si Pontifex viventibus ipsis Monasteriorum incolis & dominis potest in eorum Monasterio pro honore Dei & Ecclesiæ aliis Ecclesiasticis etiam sæcularibus ius tribuere, quantò magis poterit defunctis Monasteriorum incolis, nullo superstite pro honore Dei & Ecclesiæ aliis Religiosis etiam alterius Ordinis Monasteria Conventu destituta attribuere, associare atque unire. Cum in priori casu

propter tacitum quendam contractum, qui in posteriori ob mortem omnium cessat, (eo quod mors omnia solvat *Novell.* 22. Sapia *in tract. mors omnia solvit*) maior appareat difficultas, per *not.* Beroj *in c. cum venissent n.* 25. *de jud.*

385 3. Quod cum Pontifex in ejusmodi translationibus, de quibus agit Innocentius III *in sup. cit decretali Epistola*, assensum Regis atque Episcoporum plurimi faciat; Certe ipsius Imperatoris atque Episcoporum Germaniæ consensum in associatione & unione Monasteriorum Conventu destitutorum aliis Ordinibus ad maiorem Dei gloriam & proximorum salutem promovendam non minoris faciet, ut ita ab omnibus aliis veniat suspiciendus.

Assensus Imperatoris, Regum &c. in unione vel translatione Monasterii non est parvi faciendus.

4. Patet, quod Pontifex ob regulam istam, quod quæ semel Monasteria Deo dedicata sunt, perpetuo maneant Monasteria, optime caverit, ne Episcopatus *in sup. cit loco* cum destructione Monasterii erigeretur, sed ille cum hoc conjungeretur. At in nostro casu Monasterium Conventu destitutum uniendo aliis alterius Ordinis Religiosis in Ecclesiæ Catholicæ incrementum nequaquam destruitur.

386 5. Denique quia sup. d Monasterium erat adhuc ordinatum, in quo disciplina religiosa secundum D. Benedicti Regulam servabatur, ideo juxta dispositionem *sup. cit. c inter quatuor. de rel. dom* ejus rationem habuit, ne ob solam magnificentiam Ecclesiæ Gallicanæ monachi istic canonicè instituti & investiti excluderentur. Ab illo noster casus est omnino diversus, ubi Monasterium Conventu destitutum ponitur, adeoque nō poterit dici conventu instructum atque ex Monachis ordinatum. Cōsequenter cum nostro casui dispositionis Innocentii III. verba non conveniant, nec ipsa quoque dispositio conveniet, *l.* 4. §. *toties. de damn. infect. l. quod constitutum, de milit. testam.*

387 Quin etiam omnis dispositio intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, non autem si status illarum (*uti hic*) sit mutatus Barbos. *in axiom. dispositio* 73. *num.* 3 *per l. quod servius ff. de condict. ob caus ca. in parochia* 16. *q.* 1. Ex quibus apparet, quod hic iterum F. Romanus nubes & inania captarit.

388 Deinde quod ad *l* 1. *& l.* 3 *ff. de constit pec.* attinet, cùm F. Romanus suum ipse errorem agnoscat, hinc Coloniâ à nonnemine JCtorum monitus, non est, quod illi diutius inhæream. Saltem hoc ipso satis indicare videtur, se in jure non magistrum, sed Discipulum prius Generales totius juris titulos apprehendere. Similiter in eo, quod movet *circa leg.* 4 *ff. de act empt.* suam in jure prodit imperitiam, nescius, à *Dd.* sæpius leges ex pandectis sive digestis sine adjecta *nota.* ϖ, π. *vel ff.* citari, quin etiam nonnunquam leges Codicis sine nota *Cod.* sed in iis titulis, qui Codici sint proprii, nec cum *ff.* sint communes..

munes. Videatur etiam Marcus Mantua. *in tract. de modo legendi in utroque jure.*

Porrò licet F. Romanus factâ omnium à se hactenus allegatorum anacephaleosi spem juridicam ad Monasteria Conventibus destituta firmare nitatur, quæ nullo negotio *ex sup. deductis* dissolvi possint; attamen ea assertæ *spei* & anchoræ dentibus applicabo, ut cuivis pateat, dentes affictos, minimè solidatos aut firmatos esse. 389

Asserit F. Romanus in casu Monasteriorum conventu destitutorum adesse omnia ad spem juridicam constituendam requisita, ex quibus dicit *primum* requisitum esse, ut beneficia Regularia, dignitates vacent, & supersint de præsenti. 390 *Primus dēs Anchora*

At hoc *in resolut. q.* 1 *c.* 2. *&* 3. fuit refutatum, ubi ostensum est in Monasterio non dari beneficia & titulos, qui morte intitulatorum vacent, & non extinguantur. Cùm novi semper tituli cum novis Monachis creentur, *per text. in c. dilecto de preb.* Quin & dignitates in Monasteriis conventu destitutis, extingui perhibentur à S. Rot. Rom. *decis.* 9. *n.* 3. *&* 7. *apud Tambur. tom* 3 *de jur. Abb* ubi traditur, *quod si Abbatia, prioratus, careant cura & conventu, non possint propriè dici dignitates, possintque minori* 14 *annorum conferri.* Cujusmodi decisio Rotalis & constitutio *in d. c dilecto.* ostendunt, quod iis oppositus F. Romani Anchoræ *dens* minime sit verus nec firmatus, sed totus confictus. *Excutitur.*

Alterum requisitum *spei juridica* ex jure devoluto, ejusque qualitatibus obligantibus à F. Romano petitum, mox in ipsa radice juris devoluti deficit, eò quod ubi non datur beneficii *vacatio*, nec detur devolutio. *Anton. in c. ex parte, de concess. preb. & ibi. Can* Proinde cum in Monasterio Conventu destituto non detur beneficiorum vacatio; *Can. in d. c. dilecto & in d. c. ex parte* etiam istic non dabitur devolutio. Ita secundus *anchora dens* radice destitutus minime poterit firmari. 391 *Secundus Dens Anchora.* *Excutitur*

Tertium requisitum *spei juridica* in eo consistere asserit F. Romanus, quod hodie de præsenti in magna copia Religiosi illius Ordinis adsint, cujus uni providere teneatur superior, quem dentem profundissime immergere dicit. 392 *Tertius Dēs*

Verum quia alii aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachi exteri, non sunt in Monasterio Conventu destituto professi, neque ab hoc per generationem spiritualem descendunt, neque etiam Monasterium Conventu destitutum ab aliis exteris *ut membrum proprietatis* dependet, ideo illud superior aliis exteris Monachis ejusdem Ordinis conferre non tenetur ex definitione Apostolica Alexandri V. I. *in Rescripto accepimus. dat.* 1497. *ult sept.* Cum possit illud minori 14. annorum (qui certe non est Religiosus illius Ordinis *arg. conc. Trid sess.* 25. *c* 15. *de Regular.*) rectè & legitimè conferri ex decis. *Rot.* 9. *n.* 3 *&* 7. *apud Tambur. tom* 3. *de jure Abbat.* *Excutitur*

Quod autem subinde alii Monachi exteri aliorum Monasteriorum ejusdem-

dem Ordinis in Monasterium aliquod, sui Ordinis Conventu destitutum fuerint admissi, id factum fuit in defectum aliorum incolarum, & gratiæ fuit ex *sup.cit.constit.* Alexandri VI, *Accepimus.dat.1497.ult.sept.* adeoque non ullius obligationis arg Rom.11.*v.6.juncta d. const.Alexandri VI. Accepimus.*

393 *Laymannus mutilè à F. Romano allegatur.* Neque P.Laymannus *in Censur. Astri loco 1.§. Aliqui* F. Romani figmento patrocinatur. Nam si ille integrè & non mutile à F. Romano fuisset allegatus, statim falsitatem & nullitatem allegationis factæ prodidisset. Siquidē Laymannus *cit.loc.*dicit: Discrimen esse inter hos duos casus, quorū *primus*, si Sacrum Collegium dissolutum sit sine spe reparationis, ut si per superioris sententiam, extinctum; *alter* si dissolutum sit, cum spe reparationis, videl. si per mortem omnium Collegiatorum esse desierit, ITA UT SPES SIT novæ ordinationis.

Hæc ultima verba, quæ toti præcedenti assertioni formam & modum addebant, quibus ea obtineret, F.Romanus omisit, ratus sibi expedire, particulam, ITA, cum morte omnium Collegiatorum sepelire, quam eam particulā modum cum certis qualitatibus denotantem (*per not. Barbos. in dict.* ITA 179) admittere, ut ita spem nudam sine ullo modo & forma lectori obtrudere posset, quæ tamen sine eo modo & forma, nusquam formiter hæreret.

394 *F. Romanus ex propositione mea conditionali facit absolutā.* Porro quod F. Romanus ad hæc mea verba, si spes juridica reparationis adsit, confugiat, indeque pro dente suo tertio confirmando præsidium edentulus contra me petat, mirum est; cum ex propositione ista conditionali & imperfecta nemo haud quaquam rectè intulerit, quod ego F. Romano spem juridicam in Monasterium Conventu destitutum lubens concedam.

Num forte subjectum propositionis erit ipsi propositio integra? & conditionalis erit absoluta? sanè longe aliud docent logici. Quando autem spes dicatur juridica & formata subesse, partim hic & partim *in resolut.q.1.c.1.2.3.* ex doctoribus docui, prout suis locis videri poterit.

Idem aliam meam propositionē malè invertit. Neq; ego usquam *pag.19 Eclips.col.1 ante med.* dixi, quod ubi spes juridica reparandi Monastici Conventus subest, Canoniæ & præbēdæ monachales non sint extinctæ. Neque ea propositio ex hac mea conclusione ibidē allata, videlicet. (*Unde efficitur in Monasteriis Religiosis, quando omnes personæ Collegiales unitæ moriuntur aut mortuæ sunt nulla remanēte, nec etiā spe juridica similis Collegii reparandi superstite. simul cum ipsis Canonias & præbendas omnes monachales extingui vel esse extinctas*) quasi per contrarium unquam nisi fallaciter inferri poterit; quia in ea propositione nō retinetur idē, quod in opposito fuit, per omnia subiectum, sed eius pars omittitur, nim. *persona aliqua in monasterio mortuo remanens*, quæ cum spe juridica, sicut in opposito fuit, ita & in proposito erit coniungenda.

Hæc

Hac utraque coniuncta, verissima exsurget propositio, quod ubi in monasterio, personæ omnes religiosæ mortuæ sunt, aliqua remanente, & spes adest juridica Monasterii illius conventus reparandi, istic non omnes asserię Canoniæ & tituli sint extincti, Cuiusmodi propositio nihil contra me pro F. Romano facit.

Pariter nec verum est, quod ego doceam, *Corporalia Privilegia*, id est, quæ Collegio seu corpori personarum sunt concessa, etiamsi nullus in eo superstit, conservari nec extingui. *fol 29. col. 1. post med.* Nam ego *d fol seu potius pag* 29 *col* 2. dico, pars tertia nimirum, *quod nullo ex Collegio superstite Privilegium corporale pereat.* Est Joan. Ignei. *in d. l. necessarios* §. *Non alias ff. ad sc. yllan &c.* Erasmi Chockier. *de jurisdict. Ord. in Exempt. part. 3. quæst.* 19 *numer.* 2. ubi *ajunt*; item mortuis omnibus de Collegio, jus Collegii extinguitur pereuntque ejus Privilegia &c. Et *numer.* 7. ait ibidem Chokier, destructo Ordine tollitur etiam Privilegium, intellige si non illi datum ratione loci &c. Unde patet, quod ego istic propositionem à F. Romano allatam, mihique imputatam minimè tradam. Quod si Fr. Romanus voluerit citare *d pag.* 29. *col.* 1. tunc similiter ibidem eam non inveniet propositionem. Quia istic dico, corporale (Privilegium) quamdiu aliquis ex corpore aut Collegio superest, conservatur; si verò nullus superstit, nec spes juridica & proxima corporis similis omnino resuscitandi subsit, extinguitur. Unde si per oppositionem velit F. Romanus inferre propositionem à se allatam, mihique impactam, fallaciter argumentabitur, non retinendo per omnia idem subjectum sed unam ejus partem omittendo. Cum alias sine fallacia argumentaturus ab opposito debuisset concludere, Ergo si aliquis ex Corpore aut Collegio superstit & spes juridica ac proxima corporis similis omnino resuscitandi subsit, non erit corporale Prilegium extinctum.

Præterea falsum est, quod ipse dicit sextò, à me *fol.* 32. *col.* 2. asseri, mortuo Conventu *jus mitræ* non esse extinctum; consequenter illud competere Patribus Societatis. Nam ex præmisso *in pagin.* 31. *col.* 2 hoc antecedente, quod *jus mitræ* esset privilegium personale, ita inferebam *d pag.* 31. *col.* 1. unde quando Collegia Monastica sine ulla similium restitutione vel restitutionis spe iuridica pereunt, & privilegium mitræ iis concessum, periisse dicendum est. Ubi certe contrarium eius non affirmo, quemadmodum mihi F. Romanus falsò ascribit, multo minus ego ius mitræ Patribus Societatis nostræ tribuo, ut bis contra manifestam veritatem F Romanus loquatur. 395

F. Romanus mihi imponit.

Similiter *septimum* Fr Romani *assertum*, videlicet, *quod ego asseram Monasterii emortui bona non esse* vacantia, *fol.* 35. *col* 1 *post init.* & *column.* 2. *Itemque fol.* 40. *col.* 2. *in fine.* & *fol.* 42. *col.* 1. & 2.

& 2.*id* veritati oculari repugnat. Nam ego ibidem expressè assero, mortuis omnibus, inquiens, de Collegio sine spe juridica, certa & proxima Collegii similis reparandi, ejus bona etiam respectu Domini immediati fictè SUNT VACANTIA, quæ in citatis locis confirmavi. Proinde cum F. Romanus ea quinque loca simul tanquam à me negata referat, fit, ut ipse in una citatione quinquies falsum commiserit, meumque textum corruperit.

396 8. F. Romani figmentum. Nec minus est falsum *Octavum* ipsius assertum, quasi ego dicam Ecclesiam particularem (idest ipsos parietes) esse dominam bonorum Collegii demortui *fol.36.col.2.ante med.* quia ego istic ita loquor. *Quando juris fictione vel intellectu, particularis Ecclesia constituitur domina bonorum Collegii emortui, tunc intelligitur de eo casu, quo spes est juridica similis Collegii reparandi, secus quando illa spes abest. Ostenditur a simili. Nam ita hæreditas jacens intelligitur domina, quamdiu spes juridica est hæredis proprii, qua spe sublata hæreditas non dicitur Domina sed vacans.* Hæc ibi. Unde certè apparet, falsum esse, quod ego parietes Ecclesiæ constituam dominam; tum quia ego Ecclesiam *particularem* comparo cum hæreditate jacente domina &c. Atqui hæreditas jacens dicit jus ipsum universitatis rerum hæreditariarum; Siquidem hæreditas juris nomen est. *l.*119.*l.*178.*§.*1.*ff. de V.S.* Vacon. à Vacun. *lib.*3.*declarat.* 48 *n.*15.16 nec dicit parietes domus mortuariæ. Ergo & similiter Ecclesia particularis dicit ipsum ius universitatis rerum ad Ecclesiam illam pertinentium, non verò ipsos parietes Ecclesiæ. Neque etiam *hæreditas jacens* dicitur simpliciter fingi domina, sed ubi spes est successoris hæredis, quo casu fingitur, interim domina esse. Ita à simili nec *Ecclesia particularis* Conventu destituta dicetur simpliciter fingi domina, sed ubi spes est alios in defunctorum locum substituendos, quo casu interim universitas iuris istius Ecclesiæ fingitur domina esse, quemadmodum ex Beroi *in c. cum venissent. de jud. n.*47.48. *in c. in literis n.* 15. *de rest. spol. in c. quoniam n.*97.98. *de jure patron.* Ferret. *cons.*138. *num.* 3. & 4 *vol.*1. & *cons.* 236. *vol.* 2. &c. colligere est, atque ibidem apud Ferretum & Postium *de summariis possessor. tom.* 2. *decis.*327 *n.* 11. S. Rota Romana comprobat.

397 Nonum F. Romani figmentum. Nono fingit F. Romanus, quod ego sponte asseram, Ordinem S. Benedicti habere jus aut Dominium in bonis Collegii Monasterii *fol.68 col.1. post med.* Cujus contrarium è diametro ego *ibidem* asserui *ad primum*, inquiens, *Respondeo* NEGANDO *antecedens*, quod Ordo S. Benedicti vel unio habeat jus aut dominium in bonis Collegii Monastici sine spe juridica emortui.

398 10. ejusdem figmentum. 10. Idem mihi affingit, quod genitivus *Ordinis* significet dominium *fol.*72. *col.*7 *post med.* Atqui id falsum esse ipse locus citatus ostendit, ubi dicitur. *Non igitur, ut perperam vult F. Romanus materia ipsa (seu Monasterium) suam ex genitivo (Ordinis) accipit significationis determinationem. Atque ut ex posito Dd. principio subsumam, materia in casu nostro, scil. Monasterium sine spe juridica &c. emortuum, talis est, ut verum illius dominium privatum*

tum ac proprium significet NVLLVM adesse, adeoque extinctum.

Quæ denique asserit *in d. anchora sub. n.* 106. à me tradi, videlicet (11.) ad immediatum superiorem devolutione obliqua, devolvi jus eligendi Prælatum *fol.* 120. *col.* 1. *post. med. & col.* 1. *in med.* ac 399 *11 figm.*

12. Monasteria debere manere per Regulares eiusdem Ordinis ordinata juxta *c. inter quatuor. de rel. dom. fol.* 127. *col.* 2 *in med.* 13. de proximo sperari ut resuscitatur. *12. figm.* *13. figm.*

Tum 14. eiusdem Religionis & Ordinis homines, in talibus Monasteriis substituendos & subrogandos esse, cujus olim erant demortui *fol.* 196. *col.* 2. in med. junct. *fol.* 187. *col.* 2. *In princ.* ac demum hæc aliaque plura, post mortem omnium de Collegio perseuerare, nec extincta esse, spemque illis juridicam reparandi tribui, adeoque palmam & herbam totaliter porrigi. *14. figm.*

400 Ea omnia & singula cum manifestæ contradicant veritati & oculari Astri Eclipseos inspectioni, nullam meam confessionem sed, ingentem figmentorum Hajanonum cumulum prodere est necesse Quem ipse F. Romanus secum devehat. *Redarguuntur falsitatis ex oculari Astri Eclipseos inspectione.*

Ipsius quoque F. Romani assertum, *quod in jure spes proxima actui comparetur*, malè à F. Romano ipso ad nostrum casum applicatur, ubi ipse spem proximam adesse non ostendit, quemadmodum supra abunde est demonstratum, Itaque totus F. Romani discursus quà confictus, quà falsus nihil spei juridicæ ac proximæ in Monasteria Conventibus destituta, atque ab aliis ut membra proprietatis independentia ipsi F. Romano attulit, nedum intulit vel conclusit. 410

§. XXIV.

c. pervenit, il. 2. 18. quæst. 2. F. Romano nihil præsidii pro spe juridica tribuit.

Ostendebam, quomodo F. Romanus *quæst.* 1. *numer.* 16. *ca. pervenit. il.* 2. 18. *quæst.* 2. mutilè recitasset, omissis verbis, ex quibus redarguebatur, quod isthic ageretur de Collegio Religiosorum vivorum, qui se fingerent *Religiose vivere & per ambitum Monasteriis cuperent præfici*, quorum vitè, Monasteria destruerentur, cujusmodi defectum S. Gregorius M. *ibidem* emendare cupit. Vnde pateret, Canonem illum nihil ad rem nostram facere. 402

§. XXV.

Quomodo ex decretali Innocentii III. dicatur ordo Monasticus alicubi in Monasterio institutus, ibidem perpetuò inviolabiliter observari.

Persequebar quod F. Romanus ex supra recitata decretali, seu ex ipsius F. Romani asserto Brevi Innocentii III. ad Guilielmum Rhemensem Archiepiscopum S. Sabinæ Cardinalem 5. *Idus Iunii Anno ipsius Pontificatus* I. *seu* 403

seu Anno Christi 1198. frustra affert, *ut Ordo Monasticus, qui in aliquo Monasterio secundum Deum & D. Benedicti Regulam dignoscitur institutus, perpetuis IBIDEM temporibus inviolabiliter observetur.* Ajebam etenim illud nihil pro F. Romano contra nos facere, sicut etiam verè non facit; quia Pontifex ibi per *Ordinem* intelligit non ipsum corpus Religiosum, ut putat F. Romanus, sed vel statum & conditionem Monasticam, prout *in l. divus §. cum autem ff. de off. praef. & ibi à* Budaeo ac Zasi. *in l. 2. de O. I. notatur*, vel aptam seriem, modum, dispositionem, (*ut in tit. ff. quis Ordo in bonorum possessione servetur al. quis Ordo in possessionibus servetur*) oppositam confusioni, ita ut velit statum, cōditionem, dispositionem, ordinationem disciplinae Regularis aut Monasticae &c. ibidem servari, ut colligitur ex Tambur. *tom. 3. de jure Abbat. disp. 5. quaest. 5. numer. 3.* docente, *quando privilegium esset certo Ordini concessum* propter strictiorem vitam, *quod in eo casu, si non* servetur Regula antiquitus instituta, *amitteretur privilegium.* Pan. *per text. in c. recolentes in 12. notab. de stat* Mon. Ideo *soleant summi Pontifices quae Monasteriis & Religionibus concedunt (privilegia) addere*, DVMMODO IBI SERVETVR ORDO S. BENEDICTI *sive S. Ioannis Gualberti &c* His etenim verbis maximè autem particulâ illativâ (*ideo*) quâ utitur Tamburinus videtur indicare, *à summis Pontificibus per clausulam illam, dummodo ibi servetur ordo S. Benedicti, intelligi idem, quod dummodo ibi servetur ordinatio & disciplina Regularis. S. Benedicti* Idem sensus ex textu Innocentii III. supra allegato, aliorumque summorum Pontificum constitutionibus, maxime ex S. Gregorio M. *lib. 1. indict. 6. epistol. 4.* colligitur.

Ordo quomodo hic in decretali Innocentii III. accipiatur.

404

405 Quod autem in textu nostro Innocentii III. per vocem (*Ordo*) illius clausulae intelligatur ordinatio, & dispositio Regularis, quae alicubi in Monasterium secundum Deum & D. Benedicti regulam introducta est, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, ostēdit modus ipse loquendi, quo Innocentius III. in allata sua constitutione fuit usus, haud secus ac alii summi Pontifices ejusmodi constitutionibus usi fuerunt. Ita cum & Innocentius II. Innocentii III. praedecessor in privilegio Rotensi Monasterio sub annum Christi 1142. dato loquitur.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Bertrico Abbati Rotensis Monasterii ejusque fratribus tam praesentibus, quàm futuris Regularem vitam professis in perpetuum Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & praefatum Sanctorum Marini & Aniani Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus & praesentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona idem Monasterium inpraesentiarum juste & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum

vel

vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo pro[p]itio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam, ut ordo Monasticus secundum B. Benedicti regulam Perpetuis ibidem temporibus Inviolabiliter conservetur. *atque nulli fratrum post factam professionem proprium quid habere liceat, sed in Abbatis sui obedientia cum omni humilitate permaneat. Laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino Clericus vel laicus decimas à vobis exigere præsumat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio & parti consilii Sanioris, secundum Dei timorem & B. Benedicti Regulam absque ullius contradictione Abbatem eligere. Porrò loci vestri advocatiam nullus invadere vel usurpare præsumat, nisi quem Abbas & fratres secundum Deum & utilitatem ipsius Monasterii IBI providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur* eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa *sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius à Sede Apostolica percepta protectionis bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annaliter persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio exsistere, de perpetrata iniquitate cognoscat. & à sacratissimo corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum benedictionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen.* **NB.**

(L.S.)

EGO INNOCENTIVS CATHOlicæ Ecclesiæ Episcopus II.

(L.S.)

Ego Stefanus Prænestinus Episcopus SS.
Ego Guido Sanctæ Rom. Ecclesiæ indignus Sacerdos SS.

 Ego

Ego Boetius presb. Card.& S.Clem. SS.
Ego Lubaldus Diac.Card.S.Mariæ in via latâ SS.
Ego Octavianus Diac.Card. S.Nicolai in Carcere SS.
Ego Guido Presb. Card. tt. S. Chrysogoni SS.
Ego Petrus Diac.Card. S. Mariæ in Porticu SS.

Dat. Lateran. per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presb. Card.ac Bibliothecarii VIII. Idus Decemb. Ind. VI. Incarnati: Dominicæ Anno MCXLII. Pontificatus verò Domni Innocentii II. P. P.an. XIII.

De hoc diplomate

Videatur Wiguleus Hundius *in Metropoli Salisburgensi tom.3. in Roten Monasterio ad Oenum fluvium* supra Wasserburgium Ordinis S.Benedicti, *in addit.pag.(mihi)267.& 268.*

Ex eo certe apparet, in quo ordo Monasticus ibidem constituatur, ut proinde confictus F. Romani sensus ab eiusmodi constitutionibus Apostolicis sit prorsus alienus,& peregrinus.

406 Nostrum vero sensum supra allatum ipse Innocentius III.Pontifex *in Rescripto suo ad* Decanum Vlixbonen. N. de Alcobatia & N. Sanctæ Mariæ de Carcadi Priores,dato Reate *II. Idus Aug. Incip. Ex insinuatione.* confirmat, in quo ipsis causam Episcopi Colimbriensis & Monasterii Sanctæ Crucis committit,inter alia, *inquiens;*

Libertatem vobis, scilicet & Domno I. eiusdem Monasterii Priori & cæteris fratribus, tam præsentibus, quam futuris in eodem Monasterio regularem vitam Professis in perpetuum, QVATENVS Et conservantes in Dei servitio, gratia ipsius suffragante, mente libera perseverent, ET ORDO CANONICVS, Qui secundum Deum & B Augustini Regulam ibidem cooperante Domino noscitur institutus,perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur &c. *confirmamus &c.* . . . .

Vide Innocentii III. opera *pag. (mihi)* 206. 207. Similiter Innocentius III. Priori S. Stephani *in c. cum venerabilis §. 1. de censib* Respondit,allegando, inquiens, *proponere curavisti quod cum prædicta Ecclesia S. Stephani QVARVNDAM MONIALIVM, quæ in ea videbantur sub Religionis habitu conversari, malitiâ faciente fuerat* ferè ad desolationem *redacta, illas bon. mem. Carbo Faciens. Episcopus authoritate fe. re. Eugenii PP. p. n. ab* Ecclesia *memorata* Removit, & Canonicos in ipso instituit Regulares, *statuens (nulla ibidem facta mentione plenitudinis potestatis)* ut ordo Canonicus Perpetuis in ea tempoibus debeat observari, *& eos (videlicet Canonicos,* non vero totum eorum Ordinem*) ab omni exactione tam sua, quam successorum tuorum & Paris. Ecclesiæ prorsus absolvit &c.*

Vnde profecto apparet,quod *Ordo* nō pro ipso corpore religioso,sed pro ordinationibus Monasticis vel Canonicis rite dispositis accipiatur, prout

prout ex *oppofita* apud eundem Innocentium III. *confufione* colligere eft. Oppofita enim fe invicem illuftrant per *l. un § & cum triplici C. de Caduc toll.*

Porrò Innocentius III. fic ad Archiepifcopū & Capitulum Arelatenfe *ex Laterano Nonis Decemb.* Refcripfit. *Nihil magis, inquiens, effe Religioni contrariū credimus, vel abfurdum, quàm fi in eadem Ecclefia, in Profeffione & Ordine & Religione ac moribus & vita & habitu Servitorum diverfitas nutriatur. Ne igitur in Ecclefia veftra, in qua* REGVLARIS ORDO NOSCITVR INSTITVTVS, HVIVSMODI VLTRA CONFVSIO *fe perniciofe valeat, authoritate præfentium diftrictius prohibemus &c. ne ftatus Religionis, qui jam ibi per Dei gratiam confirmatus effe dignofcitur, alicuius mutabilitatis difpendio fubvertatur, &c.* En quid clarius contra F. Romanum afferri poteft?

Videatur quoque S. Gregorius M. *qui li 4. epift. 2.* Monafterium, in quo SERVATVR ORDO, *Venerabilem locum decenti Regularique modo, quo Domino jungatur, difpofitum* nuncupat. NB.

Ex hifce igitur liquet, quomodo F. Romanus homonymia VOCIS, ORDINIS, hactenus orbi illuferit ac impofuerit, eam à vero in peregrinum fenfum detorquendo.

Et efto, *Ordo Monafticus* accipiatur iftic pro Monaftico corpore, quemadmodum P. Forerus ipfi gratis dediffe videtur; attamen nec ita nobis quicquam obeft, nec etiam F. Romano prodeft. 407

Nam ut ex ejufdem Innocentii III. *Epiftolæ fuperius allatæ* verbis antecedentibus & confequentibus apparet, iftic agitur de Monafterio per Monachos Ordinato propter Epifcopatus in eodem excitandi honorem non extinguendo, nec Monachis ab eodem excludendis, fed ut juxta Sacros Canones, quamdiu Monafteria potuerint, maneant jugiter & continua quafi ferie ordinata, *ex d. Epiftola decretali* Innocentii III. *juncta fup. cit. c inter quatuor. de rel dom.*

Unde patet 1. quod iftic in eo fenfu de *Inftitutione Canonica*, de qua in Reg. 1. *de R. I. in 6.* non verò *Teftamentaria* agatur, prout contrarium F. Romanus falfa fua *allegat* 113. *afferuit.*

2. Quod itidem iftic agatur de Monafterio ordinatò, feu ut loquitur P. Forerus *bene conftituto*, nempe ut habeat fufficientem numerum Monachorum, per quos decenter officium divinum peragi poffit, atque ut ifti omnes regulariter ibi vivant, *per not.* Præpof. *in c. ante triennium. dift. 31.* Archid. *in c. luminofo 18. quæft. 2. num 1.* ut proinde P. Foreri affertio non fit figmentum, Itaque contrariæ F. Romani *allegationes* 462. *&* 463. (quas ipfe etiam numeri proprii oblitus perperam *fup. cit. loco* 262. *&* 263 *recenfet*) ceffent.

Prætereà notavi, quod *Ordo* in fuppofito fenfu non abfolutè, fed reftrictè & limitatè ad certum quendam locum accipiendus fit, quemadmodum arguit particula relativa (*qui*) juncta verbis hifce, IBI 408

408 *Particula relativa, qui, vel.* dignoscitur institutus.) Hujusmodi enim particula relativa, *qui*, vel quæ restringit, Secundum Joan. de Monte Sperello *conf.* 278. *num.*8. *lib.* 1. Barbos. *in dict. quis* 322 *num.*1. & 2. *per l. ea tamen adjectio.* ubi Bart. *ff de legat.*3. Angel. *in §. omnium ubi* Iason. *Inst de act.* Pan. *per text. in c. de cætero.de cleric.non resident.& in c.novit.n.*17.*de jud.*

409 Vnde cum Ordo in supposito sensu restringatur ad eos, qui istic instituti & immissi dignoscuntur in Monasterio, fit, ut Ordo istic Synecdochicè nim. pro parte Ordinis esset accipiendus, quemadmodum sup. ex Caramuel. *in Theol. Regular. disp.*2 *lib.*7.*n.*524. monui.

410 Accedit, evidens esse, quod non totus Ordo, sed solum hi, qui in loco degunt, sint in Monasterio illo instituti & immissi, suoque & non alterius nomine dominium ac possessionem acceperint, *per c. ex literis & ibi* Beroi. *de probat Decretal.* Innocentii III. *dat.*8 *Id. Decemb.* *Anno* 1142. *paulò ante recitatam* Vide etiam *resolut. quæst.* 2. Unde cessant, quæ F. Romanus *sub allegatione* 499. *numer.* 17. & 98. contra jura & rationem allegavit.

411. Ex iisdem quoque deductis respondebam, quod allegata regula *c. Indultum* à jure beneficium, non esse alicui auferendum *de R. I. in 6.* perperam huc allegaretur. Siquidem Ordini hoc in casu non possit applicari; eò quod Ordini non in genere, sed Synecdochicè, pro iis, qui ex ipso in hoc Monasterio instituti & inducti essent, accepto, beneficium à jure indultum intelligatur, ut ibi inviolabiliter observetur, nec illud ipsis auferatur, uti ex sensu supposito ipse verborum Innocentii III. contextus arguere videtur, atque ita hoc casu limitata dispositionis Innocentianæ causa limitatum produceret effectum per *l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. l. Cancellaverat. ff. de his quæ in testam. delent. l.*2. *ubi* Bald. *de serv. export. l. cui pacto. ff.* eod. Barbos. *in axiomate causa* 40. *num.*29.

412 Quod verò contra allegatam *l. cancellaverat. ff. de his quæ in testam. delent.* F. Romanus *allegat.*113. asserit, eam à me *in d. l. Cancellaverat.* contra fundationes & Privilegia destitutorum Monasteriorum produci, Est assertio gratuita; uti ex antedeductis patet, ubi illa lex solum pro ista regula, quod causa limitata limitatum producat effectum, fuit allegata.

413 Denique notabam, quod licet ordo, qui dignoscitur alicubi institutus, ibidem sit continua serie seu perpetuò servandus, ex supposito, minimè autem vero sensu, *d. decretal. Innocentii* III. atque ex *sup cit. c. inter quatuor. de rel. dom.* Illud verum intelligatur, quamdiu per rerum naturam, secundum Bald. *in d. l. non ambigitur. ff. de LL.* vel per se seu per mortem omnium non destrueretur secundum Zas. *in l.*1. *§. municipes. ff. de acquir.*
414 *possess.* Destructo autem per mortem omnium Conventualium Monasterio non exempto, sit in potestate Episcopi, quos pro bono Ecclesiæ judicet intro-

introducendos esse, *per not.* Frid. de Senis. *cons.* 34. aliaque *quæ inf. in resolut. q.* 4. *& q* 5. *ac seqq.* adducentur.

Ex quibus supra deductis relinquitur, quod non obstantibus ex adverſum à F. Romano perperam & impertinenter allegatis, verum maneat, alis exteris superstitibus ejusdem Regulæ Religiosis, seu Ordini vel Unioni seu Congregationi alicui Provinciali Stabilitatem loci promittenti, in Monasteria emortua seu conventibus destituta non ullum jus, ac consequenter haud ullam *Spem juridicam* ea jure actionis prosequendi, ac sibi tanquam debita obtinendi competere, quamvis summus Pontifex aliique Episcopi, ad quos de jure pertinet eorundem Monasteriorum dispositio, possit ea ipsis concedere ac donare, nisi pro necessitate atque utilitate Ecclesiæ Catholicæ de iis judicaverint aliter esse disponendum juxta. *Act.* 2. *v.* 45.

RESOLVTIO

QUÆSTIONIS IV.

In qua quærebam, ad quem bona emortuorum Monasteriorum spectarent & quo modo?

QUia cum bona emortuorum Monasteriorum, in quibus stabilitas loci promittitur, quæque ab alio non ut membrum proprietatis dependent, non pertineant ad alios ejusdem Ordinis Religiosos, disceptatur, *utrum dicta bona utpote vacantia cederent fisco & quomodo* eaque *tribus* capitibus & quidem, *Primo.* F. Romani opinio negans. *Secundo* Laymanni sententia explicans proponebatur. *Tertio* demum quid de F. Romani opinione sentiendum, adjungebatur.

RESOLVTIO

CAPITIS I.

In quo F. Romani opinio negans proponitur.

§. I.

Quod bona vacantia cedant fisco non verò bona Monasteriorum, ideo nec sint vacantia, nec de Patrimonio Principis.

PRincipio dicebam, quod, quia F. Romanus noverat bona vacantia cedere fisco *tot. tit. Cod. de bon. vac. & tot. tit. ff. de jur. fisc.* ideo ne cogeretur 1.

geretur concedere bona emortuorum istiusmodi monasteriorum esse verè vacantia;negaret ea cedere fisco *q.1.n.48.49.52.&c.*eo quod quæ cedunt
2 fisco, fiant de patrimonio principis, *l.2.§ 3.ff. ne quid in loco publico.* At bona emortuorum istiusmodi Monasteriorum non fiunt de patrimonio principis;cum & in iis alii sint substituendi. *qu.1.num.52.* spectentque ad collegium, quod superior loco prioris substituet Bart. *in l.sicut.§.in decurionibus, ff.quod cujusque Vniver.* F. Romanus.*q.1.n.40.48.52 &c.* proinde ejusmodi bona fisco non cedant.

3 F.Romanus.*allegat.464.*dicit,*quod omnibus illis allegatis numeris, Patrimonii principis &* citat.l.2.*nequidem meminerit, additque nihil ordinatum, quod nimis festinatum:sat celeriter fit, quicquid bene fit.*

Commentũ. Hayanum.

4 Verum quisque argumentum alterius proponit, non habet necesse ut ejus præcise observet verba, cum in illa non jurarit & sufficiat verborum sensum tenere *per not.* Hostiens.*in cap. Abbate §. idem quod. de V. S.* Neque etiam prohibetur quo minus alterius argumenti propositam difficultatem augeat;ut proinde F. Romanus suum hic nimis præcipitarit judicium, adeoque minus rectè judicarit.

Discutitur.

5 Deinde *in aula sua Propylæo num.6.* ita argumentatur, *Bona illa, quæ in nullius bonis sunt, nec esse possunt, quæque nec hæredem, nec fiscum propriè dictum admittunt, sed juris sunt Divini, utpote* DEO *consecrata, & ab omni privatorum jure separata, bona vacantia propriè loquendo fieri non possunt, Atqui talia sunt omnia bona Ecclesiastica,* l..ult. Cod. de SS. Eccles. §. pro temporalibus in auth. de Ecclesiast. titul. §. nullius. §. Sacræ instit. de rerum divis. l. 1. l. in tantum, l. sacra & passim eod. titul. c. grandi. de supplend. negl. prælat. c. 2. de in integr. restit. in 6. *Andr. Tiraquell.* de privileg. causæ piæ, in princ. *VVesembec.* cons. 4. numer. 23. part. *1.*& consil. 37. numer. 7.8. & 9. l. inter. l. Sacram. ubi *Iason.*nu.4. 5.de V.O.c.*1.ubi gloss.*de relig. Dom. Ergo,&c.

Hic errat bonus F. Romanus pro l. inter §. IX. Sacram. posuit ipse l inter l.Sacram.

Et num. 7. *infert, in jure Canonico seu rebus Ecclesiasticis non dari fiscum nec hæredem, nec hæreditatem nec bona vacantia propriè & univocè dicta.*
6 Et postea subiicit, *quod bona collegiorum morte omnium dissolutorum nec analogicè sint vacantia, nec ad fiscum seu liberam dispositionem superioris Ecclesiastici devoluta, idque ex Principiis Laymanni* just. defens. fol. 7. *ubi citat gloss.* in l. sicut §. in decurionibus. ff. quod cujusque Vniuers. nom. *aliosque Dd. & ipse F. Romanus plures efficacius paulo post affert. Consentiam & ego* Fol. 10. Eclips. col. *1.* in fin. & fol. 36. colu. 2. in med. *Vnde tale format argumentum, quale & formaverat Astri.*qu. 1. num. 48. *Bona quæ Domino &*
7 *possessore immediato non vacant, non sunt bona vacantia. Atqui bona temporalia Ecclesiastica post mortem omnium de Collegio particulari sunt talia. Ergo bona temporalia Ecclesiastica post mortem omnium de collegio particulari non sunt*

bona

bona vacantia. Major *ex terminis ipsaque definitione bonorum vacantium allata per se clara est,* Minorem *à me negatam propterea , quia spem juridicam reparandi negem adesse, ipse plurimorum Dd., ipsiusque juris auctoritatem veram esse demonstrare asserit Astri* q.1.n 48.& in aula n. 22. & in horto allegat.443 num.1,& 2.allegat.472 num.3.4.5.Horti Paradox num. 9. & 10. Addit l jubemus. Cod.de SS. Eccles.§.scientes & §. sane vers. *si quando igitur,& Expressius de Episcopis & Cler.* l.raptores.§.*fin& Diaconissa ibi,& plenam possessionem. Abbas utramque Glossam Bart. Menoch. Bald. Innocent. Freder.de Senis Specul. Alber. Mascard. Rebuff* Archidiacon *ab ipso dictis* Allegat.*443* & *472. citatos,qui omnes doceant Ecclesiam materialem ipsumve beneficium vacans, etiam post mortem omnium de Collegio, bona possidere & esse Dominam bonorum temporalium illuc pertinentium , sicut hereditas jacens est Domina, prout opponitur hereditati vacanti.* Ac num. 8 *negat deferri ad Fiscum,quia asserit bona ea successori non per liberam,sed per necessariam collationem deberi , adeoque per mortem omnium de collegio nullo modo fieri confiscabilia.* 8

§. II.

Bona Monasteriorum conventu destitutorum cedunt fisco, id est, particulari Ecclesiæ.

Afferebam pro F.Romano *ex quæst.1.num.52* quod concederet quidem dicta bona cedere fisco,si per fiscum intelligatur ipsa particularis Ecclesia, quæ etiam fiscum habere dicitur secundum Abb. *in c quia diversitatem.de concess.præb. num. 14.* nam & Ecclesia comparatur fisco in Privilegiis *suis juxta not.in c.1 de in integrum rest.& in l fin.C.de SS. Ecclesiis* , ut inquit idem Abbas *in c.potuit.de locat & conduct. sub num.8.* 9

§. III.

d bona spectant etiam ad superiorem, sed velut custodem.

Afferebam ex Fr.Romani *quæst.1.numer. 52.* quod ipse ad Dd. oppositorum auctoritatem responderet, bona illa spectare quidem ad superiorem,& apud eum remanere velut in custodia, juxta Gloss *in c.præsenti, de off.jud.ordinar in 6.verb.custodiam & verb. reservari,* quin & futuris successoribus debere fideliter reservari *in d.c præsenti,& c.cum vos de off.ordin.* quo faciunt & verba *sexta Synodi.c 35.* 10

§. IV.

d.bo na non spectant ad superiorem ut dominum , licet jus vocis activæ habeat, secus qui jus vocis passivæ habet.

Vnde concludit F. Romanus,bona emortuorum Monasteriorum non esse

 vacan-

vacantia & numer. 59. *præmissa distinctione, quod quidem superior, ad quem devolvitur jus vocis activa seu jus eligendi, obtineat, non autem sit verus Dominus, sed habeat potestatem assignandi aliquem unum ex multitudine habentium jus vocis passiva, adeoque fiat Elector sponsi Ecclesiæ duntaxat, Hi vero ad quos spectat jus vocis passiva, seu ut ex iis aliquis eligatur, habeant*
11 *simul & conjunctim bonorum Monasterii destituti Dominium, ex quo consequens est, quod bona emortuorum Monasteriorum fisco non cedant, ita enim loquebar* in Astri Eclipſ. hic numer. 4. *Vnde concludit Fr. Romanus bona emortuorum Monasteriorum non esse vacantia*, & numer. 59. *præmissa distinctione inter vocem activam & passivam, seu jus eligendi active & passive, inquit; horum jurium natura est, ut qui habet jus vocis activa tantum, non sit verus Dominus bonorum, quæ remote respicit ejusmodi jus, sed illi offert solum potestatem assignandi aliquem unum ex multitudine habentium jus vocis passiva, qui deinde virtute talis Electionis seu ordinationis constituatur verus Dominus seu administrator plenarius rerum Domini: unde is, ad quem fit devolutio vocis activa, non fit Dominus loci sed Elector sponsi Ecclesiæ duntaxat Vbi vero est jus vocis passiva sede vacante in Ecclesiasticis,*
12 *ibi est verum rei Dominium, non quasi singuli habentes electionem passivam sint veri Domini, sed quia in omnibus simul & conjunctim sumptis residet immediatius Dominium. Vnde consequens est, bona Emortuorum Monasteriorum non cedere fisco Videat igitur P. Laymannus quomodo falsò bona deferens fisco, in pœnam legis non incidat.* Hæc oportuit totidem verbis, quot in *Astri Eclipsi* retuleram, describere, quia F Romanus *allegat.* 331. 332. & 475. me, quasi ipsius verba non integrè sed mutilè referrem, insimulavit, ut cuivis constet, quàm multa falsa ipse quibusdam veris inspergat.

RESOLVTIO

CAP. II. q. 4.

In quo P. Laymanni sententia explicatur & vera Dd. proponitur.

§. I.

Fiscus quot modis accipiatur.

1 PRincipio notaveram, quod fiscus variis modis acciperetur. *Primò* propriè, *prout à Græcis definitur*, *Cophinus, in quo proscriptorum bona repone-*

reponebantur; Postea ærarium Cæsaris factum, in quo asservabantur bona fiscalia, & fiebant quæstoria, atque hæc, quæ olim sic erant populi, postea in Regis substantiam fuere translata, atque hanc significationem agnoscit Fr. Romanus *in propylæo numero. 2 ex leg. 2. §. ff. ne quid in loco publ. tot. titul Cod de bonis vacant & tot titul ff. de jure fisci*; Adjicit ibidem, quod fiscus etiam loco hæredis habeatur, dicaturque hæres, sed extraneus, unde & de bonis commissis creditoribus satisfacere tenetur, per *text. notab. in l. inter eos § final ff de fidejussor. & ibi* Gloss *in verb. ita fisci & text in l. 2. cod ad Leg jul de vi publ.* &c. Hinc Bartol. *in l vacantia Cod. de bon. vacant.* bona ejus, *inquit*, qui nullo modo aliquem habet successorem, dicuntur vacantia, & deferuntur in fiscum hæredem. At hæc intelligenda sunt de *fisco* agnoscente hæreditatem, alioqui tempore vacationis fiscus non dicitur hæres Bartol. *in rub. de acquir. hæredit.* atque ex eo Alexander Raudens. *de analogis univocis cap. 33. numero. 39.* quamvis Angel. *in l. si constante §. si bona mulieris ff. solut. matrimon.* contra sentiat, dicatque fiscum universalem quidem esse bonorum successorem, non tamen hæredem. 2. eo nomine accipitur *Princeps* 3. procurator fisci. 4. officium fiscale. 5. Statio fiscalis, uti videre est apud Cujac *ad rub. de jure fisci.* Quæ omnes acceptiones licet in rigore locum sibi in bonis sæcularium temporalibus vendicent; attamen ipsæ bonis Ecclesiasticis *analogicè* applicari possunt; quandoquidem & ipsa Ecclesia dicitur fiscum habere, *c. quia diversitatem* & ibi glossa, *de conceß. preb. vid.* Cujac. *d loco.* 2 3

§. II.

Quomodo Fiscus hic non accipiatur.

Subjunxeram hisce prænotatis quæstionem esse 1. quo sensu hic accipiatur *fiscus*, quando ob mortem omnium alicujus Monasterii Monachorum, dicuntur illius bona fisco cedere. 4

Et ostendebam, quod F Romanus *q. 1. num. 52. &c.* P. Laymanno primã fisci significationem impingeret, quasi ipse vellet ejusmodi bona Monastica isto in casu ad ærarium Ecclesiæ universalis deferri eique appropriari, sed *falsò*, siquidem ipse P. Laymannus *in justa defensionis quæstione præambula in altero fundamento* negat *fisco* ita accepto cedere, idque *ex Concil. Turon. can. 25.* vid. Anton. August. *lib. 15. in Epitome juris Canonici de beneficiis cap 34.* ut proinde eo ex capite F. Romanus P. Laymannum frustra oppugnet. Et ipse in *propylæo aula numer. 3.* fateri debeat, quod fiscus proprie dictus non detur bonorum Ecclesiasticorum, *addatque* hanc rationem, cum 5 6 *Commentã Hayanum.*

cum ne Papa quidem Dominus fiat proprietarius eorundem, sed administrator solum bonus & fidelis, *Et subjicit*, quod ego illud ultro confitear *hac q. 4. Astri Eclipf. c. 2. n. 1. & 2.*

7 *Discutitur.* Verum si Fr. Romanus me in testem suæ rationis advocat, malâ fide agit, cum ego ejusmodi rationem *d. loco* non attulerim, & licet Pontificem, administratorem hîc *numer.* 7. non tamen ejusmodi solum agnoscam; Siquidem ei præterea *dominium directum*, tum altius cum Dd. & Canonist. tribuam. Quod autem idem *addit*, fiscum *analogicè* dictum, non esse fiscum propriè dictum, jam ante tradideram, ut frustra illud ipse repetat, quasi inde contra nos aliquid sit conclusurus.

§. III.

Quomodo Fiscus hic accipiatur.

8 Nam P. Laymannus fiscum *in secunda significatione* pro *superiori* (uti istic oportebat nec Fr. Romanus negabat) accipiebat. Siquidem ipse vult omnibus de Collegio Ecclesiastico mortuis bona pertinere ad Ecclesiam *universalem*, quæ est Romana; vel *particularem* & singularem ex Bald. *in Margarit. verb. mortuus*, id est, ad superiorem Ecclesiæ vel *universalis*, qui est Papa; vel *particularis*, qui est Episcopus. Innocent. *in c. cum super de caus. poss. & propr. num.* 4. Cum Laymanno faciunt Dd. in genere definientes, ejusmodi bona pertinere ad superiorem, quos inter Bart. *l. ult. num.* 22. *ff. de Colleg. illic.* præmissis variis dissolvendorum Collegiorum modis (nimirum omnium de Collegio voluntate, aut morte, nullo superstite. *l. sicut* §. *ult. ff. quod cujusque univers. nomin.* aut auctoritate superioris ipsum ob Collegarum delictum destruentis) *subjicit*, si Collegia, *inquiens*,

9 „ sunt, quæ possunt habere bona in communi, & nihil in particulari, uti sunt „ bona Religiosorum, in istis dissoluto Collegio remanent bona apud superiorem, vel cui ipse concesserit; ubi notandum, quod Bart. hunc effectum remansionis bonorum apud superiorem, indiscriminatim tribuat dissolutioni Collegii, quæ utpote generalis, & eam, quæ fit auctoritate superioris, & eam, quæ morte omnium accidit, sua generalitate comprehendit.

10 Cum verba generalia generaliter sint quoque intelligenda, *per l. final. in fin Cod. de dot. promissi. l.* 1. §. *generaliter. ff. de legat. præst.* Everhard. *à generalitate numer.* 2. consequenter & ipse effectus remansionis bonorum apud superiorem generatim quoque & indiscriminatim erit intelligendus; eò quòd causæ & causati idem sit judicium Barbos. *axiomat.* 40. *numer.* 26. *& seqq. per l. quo minus ff. de fluminibus l. etsi amicis. ff. ad*

ff. ad Leg. Iuli. de adult. l. si autem, in fin. ff. de aq. pluv. l non adeo Cod. de hæred. inst. l maritus C. de procurat. & causa suum determinet causatum. Surd. *conf.* 454 *n.* 30. causatumque secundum naturam suæ causæ reguletur Bald. *conf.* 84. *dicta causa lib.* 4. *conf.* 150. *proponitur. In fine lib.* 5. quem refert Card. Tuschus. *Tom.* 7. *lit. S. Concl.* 757 *n.* 33. *Facit* decisio Rotæ Rom. 287. *n.* 1. *apud* Farinac. *part. . recentior. Vid* Barbosam. *d. loco.*

§. IV.

Bartoli exemplum de Collegiorum Templariorum destructione regulam non restringit.

Subiiciebam, non obstare, quod Bartolus de destructione corporis vel collegiorum Templariorum per auctoritatem superioris facta exemplum subiiciat; per hoc enim doctrina & regula universalis vel generalis non restringitur, cum exempla regulam non restringant, ut notat Everard. *in loco à ratione legis larga n.* 38. *per l.* 1 *§ quod vulgo ff. de vi & vi armat. l. damni infecti stipulatio pertinet ff. de dam. infect.* Huc facit, quod notatur *in l.* 1. *ff uti possid. & in c.* 1. *ne Cler. vel mon.* 11

§. V.

F. Romani distinctio, quod bona Monasteriorum Conventu destitutorum apud superiorem velut in custodia maneant, evertitur.

Aiebam Bartolo subscribere Panormitanum, *in c recolentes. num.* 3 *de statu monach.* dic ergo, *inquientem*, generaliter, cum quæritur, quid fiendum « de bonis dissoluto collegio. Nam quædam sunt collegia, quæ non possunt « bona possidere in particulari, ut Religiosorum, & in illis bona remanent a- « pud superiorem collegii; qui disponit de illis tanquam de vacantibus. *arg. l.* 1. « *ff de bonis damnator.* Inferebamque inde, Ergo non tantum maneut ea bona apud superiorem tanquam in custodia, (ut vult F. Romanus. *q.* 1. *n. non.* 2. *sed.* 52 & sic cessat ipsius allegatio 323.) sed tanquam vacantia. 12 NB.

F Romanus hæc omnia elusurus in propylæo n 8. dicit, *me cum P. Laymanno supponere, talia bona Monasteriorum destitutorum ab Ecclesiis materialibus, eorumve beneficiis Regularibus contra communem juris intellectum non possideri nec successori, sed fisco deberi, tanquam bona vacantia; Cum ipse contra doceat ea successori non per liberam; sed per necessariam Collationem deberi adeoque per mortem omnium nullo modo fieri confiscabilia.* 13 Commenta Hayana.

Addit idem, quod superiorem nominemus fiscum occasione Dd. paulo ante allegatorum, dicitque quod Bart. sit intelligendus de collegio universali, atque ita loquatur in d. l. sicut § ult. *Bart. igitur & Panorm.* in d. c. recolentes &c. *loquan-* 14

loquantur de dissolutione collegii totius Ordinis alicuius religiosi, qua fit de jure per superioris auctoritatem ut patet in Exemplo Templariorum per eos allegato, vel per rerum naturam, toto videlicet Ordine, fortuitis casibus mortuo & extincto, ut in aula n.15.

15 *Quare ipsum fiscum Ecclesiasticum definit esse liberam dispositionem Ecclesiarum consecratarum bonorumque temporalium illuc spectantium propter extinctionem anteriorum beneficiorum, in universalis Ecclesia gremium & superioris Ecclesiastici rationabile arbitrium devoluatur, eamque descriptionem postea ibidem pluribus explicat.*

16 I*nsuper allegat.*114.tradit,*quasi* I*nnocent*,in c.cum super de cauf. poss. & propr n.4.à me hic,n.3.*citatus doceret mortuis omnibus de collegio Ecclesiastico bona pertinere ad superiorem Ecclesia universalis, qui est Papa vel particularis, qui est Episcopus, cum tamen de his nihil apud Innocent. cuius verba* loco cit.*sunt hac*; quantumcunque moritur prælatus & omnes Clerici alicuius Ecclesiæ; tamen proprietas & possessio remanet penes Christum, qui vivit in æternum, vel penes Vniversalem, vel singularem Ecclesiam, quæ nunquam moritur nec unquam est nulla. *Hac Innoc. qui sub nomine singularis Ecclesia intelligit, vel catum aliquem singularem fidelium, cuius superior quoad provisionem potest esse alius etiam prælatus inferior Episcopo, vel Ecclesiam materialem destitutam, cuius parietes & ad huc existentia beneficia iuris intellectu bona possidere dicuntur, ut notat idem Innoc.* in c. in literis.de rest.spoliat.*glossa* in c.causa *Carpensis* de V S. *Abbas* in cap. dudum 2. de Elect. *Bart.* in l.sicut §. in decurionibus.ff. quod cuiusque univers. nom.*gloss.* ibid Menoch.13.remed.recup.possess. num 74 *& alii.sed neque de fisco Papa vel Episcopi ullus titulus in iure Canonico reperitur, licet Ecclesia fisco quandoque comparetur.*

17 Verum F.Romanus in toto suo discursu vehementer errat,

Discutiuntur.

Primo quod bona emortuorum monasteriorum existimet ab Ecclesiis materialibus, parietibus possideri; idque ex communi juris intellectu, cujus contrarium ostendimus in resolutione *q.1.c.4.& q.2.*

2. Quod in Monasteriis emortuis asserat beneficia regularia exsistere, quæ possideant contra expressum text. *in c.dilecto de prabend.* & rationes allatas *in d.resolutione q 1.c. 2.*

18 3. Quod fallaciter asserat, successori, non fisco bona illa deberi, si quidem de dominio agatur *utili* hoc morte omnium nec fisco, nec successori ulli priusquam fuerit datus, debetur; cum vacet, uti vacare ostendimus *in d.resolut quæst.1.c.4 & q 2.* Nec fiscum hic ego propriè cum Laymanno intelligo, sed *analogicè* superiorem, qui Dominium habeat directum, vel altum, ex quo illi ius de istis bonis disponendi competat, non

tamen

tamen, ut ea in suam sed Ecclesiæ utilitatem disponat, ut partim *sup. loc. cit.* partim hic infra. *n. 7.* & in Resolutione sequentium quæstionum videbimus.

Vbi etiam 3. videbimus à F. Romano nec ostensum esse nec ostendi posse, potestatem de eiusmodi emortuorum Monasteriorum bonis disponendi in superiore esse necessariam, vel ad certos successores obligatã esse. 19

Vnde c. infertur contra F. Romanum, quod quia bona eiusmodi emortuorum Monasteriorum recidant in potestatem superioris, qui de iis disponat, ad eundem dicantur *analogicè* tanquam ad fiscum deferri, idq; e iux a significationem secundam fisci, ex allegata *ibidem* à Bart. *l. ult. n.* 2. *ff de colleg. illic.* ratione, sunt enim, inquiente, bona vacantia & sic debent ut fisco *l. 1. Cod. de bon vac. & l 1 ff. de iur. fis.* 20

Quam eandem doctrinam approbat Socin. *in c. dilecta n 95 de excess. prælat.* Vigesimo, inquiens, quæro, destructo Collegio quid agendum sit de bonis ipsius collegii &c. Dic latius secundum Bart *in d. l fin.* qui bus dam additis. quod quædam sint collegia, quæ possunt habere bona in communi & nihil in particulari, ut sunt collegia Religiosorum. Et hoc casu bona remanent apud superiorem, vel cui ipse concesserit Quasi bona vacantia, *ut in l. 1. Cod. de bon. vac. & in l 1 ff de iure fisci*, adeoque falsum est, non esse *analogicè* confiscabilia. 21

6. Patet, quod F. Romanus ostensurus ex Bart. sibi opposito, non dari fiscum *analogicè* in rebus Ecclesiasticis, declinet à proposito & respondeat, Bartolum & Panormitanum ibi loqui de collegio universali; quare ipse ad Bart addit vocem *universalis*, dicitque ita ipsum loqui *in l sicut. 9 in Decurionib ff quod cuiusque univers nom.* Cum tamen nec Bart *nec d l ult n. 22.* vocem *universalis* habeat, nec etiam simile quid *in d l sicut. § in decurionibus* contineatur, prout ex oculari eiusdem inspectione evidens est. Vt proinde hic F Romanus contra Bartolum bis lectori imponat. 22 **F. Romanus corrumpit locum Bartoli.**

Neque obstat quod *in d. l. ult. n.* 22. Bartolus, collegium Templariorum afferat, quia cum illud exempli dunt axat causa afferat, inde non restringitur regula, nec, quia ibi in Exemplo Templariorum latius accipit pro corpore toto Templariorum, inde sequitur, quod quando ipse nomine collegiorum pluralis numeri in ipsa sua responsione utitur, tunc illud non in propria & ordinaria sua significatione pro conventu aliquo ipsius Corporis Religiosi acceperit. Cum ipsum nomen *collegiorum* pluralis numeri longe aliud indicet, atque ex Socino *d loc. colligatur* Plures rationes Videri possunt in resolutione *q. 1. c. 1.* ubi contrariam F. Romani opinionem non subsistere ostẽdi, quare huc non repeto, cum ibi videri queant. 23

7. Similiter quando F. Romanus supponit in casu, quo collegium Religiosum dicitur per rerum naturam desiisse, requiri, ut omnes omnino de corpore isto Religioso in toto orbe terr[…] sint mortui, est figmentum, 24

nusquam

25 nusquam in jure probatum, prout similiter in *resolutione. q.* 1.c.1. ostensum fuit; Et refutatur à *Modestino Pistorio* cons. 47.n.65.66.67. Vol. 2. *ubi ait quando ecclesia, seu collegium destruitur auctoritate superioris, puta Papæ vel Episcopi loci, bona ipsius tanquam vacantia deferuntur fisco Papæ, ut supra est ostensum ex Bart.* in d.l.fin.de colleg.illici. & *Bald.* in d.l. monumenta Cod. de legat. *Sed hoc limitant. Andr de Isernia & Matth de Afflict.* in d.c fin. de capit: *Corradi, ut procedat in bonis, quæ merè & libere ecclesiæ sint vel collegii dissoluti, vel in feudis, quæ tenentur à fisco. sed si feudum tenetur ab alio, dicunt ipsi etiam bonis eccesiæ vel collegii publicatis, non ad fiscum, sed ad Dominum feudi, à quo feudum tenetur, redire.*

Die weil dan nun eben angezeigt/ das es im Rechten vor gleich geachtet/ das ein collegium dissolvirt würde auctoritate superioris; oder das sie alle abgehen oder sterben die de Collegio seindt per gloss. fin. l. sicut, Quod cuiusque univers. nom. *Bart.* in l 1.§.fin.de acquir.poss. So folget auch/ das es nach verledigung des Closters durch absterben oder außlauffen derselben München mit denselben Gütern eben die gestalt müsse gewinnen/ die es haben mag oder soll/ wan das Closter durch ordentlich Obrigkeit abgethaen würde *Hæc Pistor. d.* loco. id est,

Quoniam verò superius indicatum est, quod in jure æquiparentur, Collegium dissolvi auctoritate superioris, vel dissolvi morte omnium collegiatorum *per glo fin. l sicut. quod cuiusque univer. nom.* Bart. *in l* 1.§.*fin. de acquir. poss.* hinc sequitur, quod destituto Monasterio per mortem vel fugam omnium eadem sit constitutio bonorum, quam haberet destitutum authoritate superioris.

26 8. Quod F. Romanus fiscum Ecclesiasticum esse eiusmodi liberam dispositionem, qualem ipse describit, id sine ulla lege, textu, Dd. auctoritate asserit. Erubescimus autem sine lege loqui, §. *consideremus. auth. de Trient. & semiss. l. fin. Cod. de consul. l eum qui ff de donat.* Et refutatur *per not.* Bald *in l. constitui.* 1 *num.* 9. *Cod. de pænis jud. qui male jud.* prout in indice suo notat Alexand. Raudens. *in tract. de analogis* quin imo repugnat definitioni *Clement V. in Concilio Viennensi in Clement.* 2. *de hæret & ibi* Ioan. *Imol. num* 9. Gulielm. de Monte Lauduno. *num.* 3. Card. Zabarell. *in verb inquisitoribus. n.* 3 *q* 5. quærit, *quid sit Fiscus,* & respondet quod vocetur thesauraria seu bursa, ad quam applicantur prælaturæ bona, seu proventus alicuius prælati delinquentis, sicut res & bona Imperii dicũtur fiscus; non autem *propria* bona, quæ sunt Imperatoris seu prælati, *arg eorum, quæ leguntur & notantur inst. de usucapi.* § *pen.* Atque in hac significatione nullus nostrũ,

F. Romani descriptio fisci refellitur.

27 neque ullus Catholicorum docuit, quod bona Ecclesiæ morte ultimorum possessorum vacantia fisco *proprie* dicto addici vel confiscari possint. Repugnaret enim illud definitioni Pontificis *in d. Clem.* 2. *& ibi cit.* Dd. Angel. *in leg. sicut* §. *si quid. num.* 3. *in fin. ff. quod cuiusque univers. nom.*

quia

quia debet renovari Collegium Ioann. Andr. *in c. ſtatutum de elect.*

9. Quod vero F.Romanus *ſub allegat* 114. tradit, in iure Canonico neque de fiſco Papæ vel Epiſcopi ullum titulum reperiri, licet quandoque Eccleſia *fiſco* comparetur, inde non ſequitur, quod non detur fiſcus Papæ vel Epiſcopi, vel Eccleſiæ, quia non eſt neceſſe de omni re, quæ in jure Canonico traditur, proprium dari titulum: Neque inconveniens eſt, in analogicis & metaphoricis locutionibus, ut unum & idem diverſis nominibus appelletur, ſecundum diverſam ſimilitudinẽ. *Auguſtin.* de Ancon. *de poteſt Papa q.19. conſ.2. in reſponſ ad primum.* 28

Interim certum eſt, quod in jure Eccleſia non tantum fiſco comparetur, ſed etiam detur fiſcus Eccleſiæ, ut expreſſe definit Clemens. V *in Concilio Viennenſi*, & refertur *Clement.2. de hæret* ibi *Eccleſiarum bona ob clericorum delictum prædicti occaſione officii* (inquiſitionis) *Fiſco etiam Eccleſiæ applicare*, & ibi Card. *verb. inquiſitoribus. num 3. quæſt.5.* ubi definit fiſcum pro ut *infra & q.6* dicit pro fiſco Eccleſiaſtico dari gloſſ *ſing in c. quia diverſitatem verb. dominus de conceſſ. præb.* Vid. Ioan. Imol. *in d Clem. 2. n.9.* Anchar. *n 4 ſub fin.* Boniſac. Vitalin. *n.73.* ubi dicit, nota, quod Eccleſia habet fiſcum, ſicut Imperium *ut l 1. & per tot tit. ff & Cod de iure fiſci* unde ſi textus intelligatur de Eccleſia Romana per Excellentiam, procedit ſine ſcrupulo. Nam illa, ut videmus ad oculum, fiſcum habet non minus privilegiatum quàm imperialem. Barbol. *in d Clement 2. n.3.* ubi notat ſecundum Covarruviã *verba d. Clem.2.* non ad fiſcum prælatorum ſed Eccleſiæ Romanæ vel Cathedralis, referẽda eſſe, ipſe tamen illa cum declaratione accipienda dicit, eò quod bona Clerici habentis beneficium Eccleſiaſticum, applicanda ſint Eccleſiæ in qua beneficium obtinet, vel ſtipendia accipit, ex *communi Dd* ibi *citat.* Bona vero Clericorum patrimonialia propter hæreſin confiſcata applicari fiſco Eccleſiæ Epiſcopalis, ſi ipſe clericus non habeat ſtipẽdia ab aliqua Eccleſia. per Sylveſt. *in ſumma. verb. hæreticus §.1. n 13. verſ. ſi ſunt Clerici* & communis Dd. contra aliquos. Vid & Panorm *in cit. Clẽ. 2. n.14.* gloſſ *ibidem.* Gulielm. de monte Lauduno. *n.3.* ubi notat Eccleſiam *id eſt prælatos Eccleſiæ* fiſcum habere. Vivian. *ibid.* Innocentius quoque *in c. cum pro cauſa. de ſent. Excomm n.3. in fin.* iuxta Alberi. de Roſat. *in dictionar. verb. fiſcus* agnoſcit fiſcum Eccleſiæ, cui applicentur pœnæ ſacrilegii pecuniariæ *per.17. q. 4. c. quiſquis & c. ſequent.* &c. Quamvis nos de tali vero fiſco non agamus, cui ob delictum Clericorum bona veniunt applicanda. Ita enim ad primam ſignificationem pertinet, ut patet ex ejuſdem definitione paulò ante allata ſed de fiſco *analogico*, cui dicuntur bona Eccleſiæ, ob mortem ultimorum poſſeſſorum vacantia in uſum fidelium oblata eſſe, de quo ſimul meminerunt. Card. & Imol. *cit. loc.* 29 30 31

Denique quod ſpectat ad Innocent *in c. cum ſuper n.4 de cauſ poſſeſ. & propr.* à me citatum, haud dubie ex verbis allatis patet, quod idem mecum 32

sentiat. Nam cum fiscus dicatur etiam quælibet Ecclesia, & per Ecclesiá intelligatur prælatus Ecclesiæ secundum Guilelm. de Monte Laudun. *in d. Clē. 2. n 3.* & quidem universalis Ecclesiæ sine dubio sit pontifex M. ut nemo negare potest, qui illud Matth. *16. v. 18. 19.* amplexus fuerit, & *singularis Ecclesia prælatus*, ad quem morte omnium de collegio Religioso originaria ordinatio redit, sit Episcopus, ut notavimus ex Freder. de Sen. *cons 34.* ideo per fiscū etiam intelligetur Pontifex vel Episcopus, ac consequenter non est, quod F. Romanus hanc meam deductam rationem carpat, quin suam prodat vel in iurisprudentia vel etiam in logicis argumentandi imperitiam, qui nesciat, quid sit propositio aliqua deducta, quæ non *formaliter* sed tantum virtualiter in antecedenti continetur, prout F. Romanus ex ipsa definitione syllogismi scire poterat, si illius non fuisset oblitus.

33 Quando verò *hic iterum* per singularem Ecclesiam intelligit F. Romanus *parietes* Ecclesiæ remittendus est ad Bald *in Margarit. Innocentii, verb. mortuus* quod illud nimis sit grossi capitis asserere, Beneficia quoque regularia, ac titulos in Monasterio post mortem omnium de conventu nullo superstite non existere, jam sæpius dictum est, atque ex *textu in d. c. dilecto. de preb* doctum.

Alia, quæ F. Romanus allegavit, neq; ad rē præsentē, neq; pro ipso faciūt, sed quæ hactenus fuerunt refutata, recoquit, quæ eò spectant, ut bona Monasteriorū conventu destitutorum ostendantur nō vacare, & ab Ecclesia materiali possideri.

34 Innocentius *in c in literis de restitut spoliat.* à F Romano allegatus non habet, quod *Ecclesia materialis* seu Ecclesiæ parietes bona ejus possideant, nec gloss *in c. causa Carpensis de. V S.* ibi quicquam definit, sed solum varias refert sententias, inter quas eas unam, quæ est Moysis, aiŭ à Bald. refutata *d loc.* nec Abbas *in c dudum. 2. de Elect.* quicquam in toto illo commentario, quamvis sit trium maximorum foliorum, dicit, quod *parietes Ecclesia possident*, nihilque aliud *num. 19.* affert, quàm, quod Christus dicatur esse Dominus, unde Ecclesiastica bona dicuntur patrimonium Iesu Christi & not *in c. cum ex eo. inf eod. de elect lib 6.*

35 Præterea ipsum beneficium dicatur possidere particularia bona ipsius, ut notat Innocent *in c in literis de rest. spol.*

At cum in Ecclesia non numerata non dentur beneficia, nedum post mortem existentia, quomodo illa, quæ non sunt, dicentur possidere;

Num non entis erunt aliquæ qualiteres? aliqui effectus? Repugnabit hoc sæpe *cit. leg. eius qui in provincia ff si certi pet.*

36 Batt *in l sicut. § in decurionibus ff. quod cuiusque univers. nom sub num. 4.* recitat quidem illam Moysis sententiam, sed duram eam esse dicit, quare ipse cum Innocent o *in c. cum super de caus. possess & prop.* sentit Huius verò sententiam superius attulimus & contra F. Romanum defendimus.

Glo

Glo. *in d. l. sicut. §. in decurionibus. verb. nomen universitatis.* refert quidem eam esse Moysis sententiam. ed hoc durissimum est, inquit, dicere, & contra legem videtur, ut inf. *si quis test. lib. esse iuss fuerit l. 1. §. scævola* licet postea aliqua pro opinione Moysis alleget, quibus videatur prætendere ex vulgari usu loquendi tolerari posse. 37

Menoch. *in cit. remed. recup. possess. 13. n* 74. dicit, quod Ecclesia semper possideat, sed ne verbo quidem indigitat, quod per Ecclesiam intelligat *Ecclesiæ parietes & muros*, ut illi F. Romanus affingit. Noverat enim ipse, eam opinionem utpote absurdam à Baldo *in Margarit. Innocentii verb. mortuus.* Albert. de Rosat. *in d. l sicut §. in decurionibus, n. 9. sub fin. & ibid.* à Paulo Castrens. *n.* 8. reprobari. 38

Ex deductis relinquitur, quam multifariam F. Romanus à scopo, iure, auctoritatibus aberret, ac sæpius refutata, nudè duntaxat repetat, nihilque novi afferat, nisi quod semper aliena carpere intendat suorum ipse oblitus.

Eodem §. V.

Ostenditur ex Dd. authoritatibus, quod bona Monasteriorum Conventu destitutorum veluti vacantia ad superioris dispositionem pertineant.

Ostendebam, quod idem in terminis quæstionis nostræ doceret Ioannes Franciscus Ripa. *in l. quo minus n* 107 *ff de flumin.* Destructo, *inquiens*, Monasterio, ut nunc (pro dolor) evenit in Alemannia, propter hæresin Lutheranam, amittuntur iura Monasterii secundum Bald. *in proæmio. ff. column.* 1. & bona applicantur *superiori tanquam vacantia* secundum Panormit. *in c. recolentes de stat. Monach.* & sic *Papæ* secundum Gemin. *in c. 1. in verb. confirmatos, per illum textum in 4. 5. not. de reli. dom in 6.* Hactenus Ripa. 39

Cum eodem quoque facientem adduxi Navarrum *in tract. de spol. Cleric. §. 15. n 5. super ca. non liceat 12. q. 2.* Infertur, *inquiens*, omnium bonorum Ecclesiasticorum, & fructuũ eorum administrationem, quæ immediate aut mediate non est alii à Papa concessa, pertinere ad illum. Ex quo subinfertur Bona Ecclesiasticorum & fructuum eorum, quæ nunc reperiuntur in Anglia & Germania destituta Catholicis Administratoribus, pertinere ad sacrosanctam eius maiestatem (id est ad Papam) Quoniam certum est illa non deberi alicui nunc alii per concessionem eius immediatam aut mediatam. 40

F. Romanus *in asbesto sub. num. 57 dicit. Postremo etiam Ripam in patrocinium adhibent opponentes. sed quid Gutta ad fluvium; lapis ad montem, miles ad exercitum. Vna hirundo non facit ver. Ripas à fluviis absorberi nil novi est; dictum unius dictum nullius; præstat Magistra ratione erudiri quàm quibusvis auctoribus errare. Quin imo ad illius ipse mecum, ut ait,* 41 **Commenta Hayana.**

respondet, auctoritatem illam tantum probare, quantum leges quantum Canones ac rationes ab ipso productæ probant (Addit F. Romanus) *non plus Everard.* ab auctorit. num. 12. ubi *citat Archid.* in c. nolite timere. 11. quæst. 3. *per text,* ego solis. dist. 9. *Vti ego* quæst. 7. Astri Eclip. c. 2. n. 8 *tradam* & *ipse F. Romanus* cit. in margine *notat, Ripa hic sine lege loquitur.*

42 Deinde Adm. R. D. Prælatus ex Ordine Præmonitrasculi *in Recessu exceptionali sub n. 7. & in materia inhæsiva sub num. 9.* (cum quo fere coincidit F. Romanus. *allegat.* 378. nisi quod hic suas ubique ostendat amaritudines,) dicit, *tali quoque modo allegatur alibi Dominicus de S. Gemini,* in c. un. de statu. Monach. *ita enim* in recessu *citaverat, visa tamen mea oppositione errorem illum correxit* in dicta materia inhæsiva & *substituit* de rel. dom. in 6. num. 5. *ad hoc, ut Monasterium Ordinis exempti sub uno capite, cuius personæ casu mortua fuerint, dicatur ita esse extinctum, ut bona ipsius sint vacantia & in immediata dominatione sedis Apostolicæ. Cum tamen Geminian.* loco cit. *minime agat aut loquatur de Monasteriis per mortem aut casu dissolutis, sed de reprobatis, seu extinctis per superiorem, qui prohibebantur alios ad professionem admittere, ut ita deficerent in se ipsis, qui casus à nostro essentialiter & effectualiter diversus est.*

43 Præterea cum à S. Rota Rom. *in d. decis. Trevir. unionis* pro hac nostra sententia citaretur Bald. & *glo.* & *eiusmodi* citationem non directo D prælatus *auderet* oppugnare, eam quasi sub meis allegationibus *in Recessu exceptionali sub finem num.* 1 inter alia ita impugnat. *Vnde* inquiens *etiam videre licet, Alibi frustra allegari Bald. uti & gloss.* in l sicut ff. quod cuiusque univers. nom. *ad hoc, quod Monasterium non existens in immediata subjectione Pontificis, cum bonis & pertinentiis transierit in immediatam potestatem & dispositionem sedis Apostolicæ, exclusis immediatè superioribus eo ipso quod ab hæreticis violenter occupatum, & omnes personæ casu mortuæ fuissent, quod Baldus ne quidem somniavit & gloss. consensu iuris interpretum minime docuit, prout* inf. n. 5. patebit, *ubi pluribus circa glos.* d. l. sicut. occupatur, quemadmodum sup *in resolut quæst.* 1. *cap.* 1. vidimus.

44 *Discutiuntur.* Verum, ut respondeam F. Romano, quis est qui non videat, quod ego non solum *Ripam*, sed & *Navarrum* allegaverim, ut ita non possit huc, quod de uno asserit F. Romanus, applicari, sed illud Christi *in ore duorū vel triū testium stat omne verbum* Math 14. v. 16. quamvis hæc doctrina *in testibus*

45 potius obtineat, quàm in doctoribus. Ex his enim, si quis casum nusquam in jure expressū nec decisum rationabiliter & non contra iura manifesta decideret, haud dubie illi standum esset. Vt hic intraret ista regula, *ubi habemus casum decisum in terminis, non sunt admittendæ Dd. cavillationes Cravett. cons. Divino num* 21 per Bald. *cons.* 174 *casus in fin. lib.* 2. & decisionem

Ripa authoritas defenditur.

alicuius.

alicujus Doctoris in terminis habere & allegare, magnum est in praxi. Gomez.*in §.aque num* 14.*Inst.de act.* Felin.*in c cum ordinem de rescript c.* 1. *de praescript.* Welemb.*cons.*140.*num.*18.*part.*5.*& cons.*171.*numer.* 52. *part.*4. Decisiones enim, quæ sunt in terminis, sunt securiores, & ibi cessant omnia argumenta, ideoque in actu practico laborandum est, ut inveniamus in terminis decisionem. Welemb.*d.num.*52.*in d.part.*4.*& cons.*172.*num.*15 *eadem parte* 4.ubi addit, illud etiam in decisione Doctoris sine lege loquentis obtinere, qui enim extra forum & judicium contentiosum de casu aliquo amico non roganti respondent, non videntur pro affectu, sed pro veritate, quam sentiunt, respondere.*per not.*Petri Anton.Angusol.*cons.*9.*n.*3.

Undecum F. Romanus hic in terminis expressam decisionem *Francisci Ripa* pro nobis advertat, frustra eam conatur verbis suis extenuare, attento quod & Baldi & Geminiani auctoritatibus nitatur, atque à S. ROTA ROM. *in Trevirensis unionis* 29 *Maii* 1641.coram Eminentissimo Domino Verospio id temporis S.Rotæ Auditore, nunc S.R. E. Cardinale sit *Canonizata*, quæ postmodum ab eadem S. ROTA ROMANA in *Spirensis Monasterii* 20. *Iunii* 1644 coram R.P.D Othobono fuit comprobata. 46

Neque ullus textus juris aut ratio ex jure desumpta adduci possit, quæ contrarium evincat, ut ex solutione omnium argumentorum hactenus à F. Romano, aliisque tam extra, quam intra judicium propositorum evadit manifestum.

Quod vero ad locum Dominici de S.Geminiano, quem objicit D. Prælarus attinet, sciendum est, quod is non erat immediate à me, sed à Ripa *in d.l.quo minus num.*107.*de flum.* atque à S. ROTA ROM. *in d.decis. Trevir. unionis* allegatus; Deinde ex Dominico *in d.c.un §.confirmatos not.* 5. *juxta text.ibidem.de relig dom.in* 6. prout recitatur *in instrumento tract.* 1. *cap.* 5 *n.* 32.ejusmodi formatur argumentum; Bona destructi Collegii, aut ad homines ejusdem vel etiam alterius Collegii pertinent, aut ad superiorem devolventur. Atqui Bona Collegii destructi non pertinent ad homines ejusdem Collegii Gemin.*dict. loco.* quia vel illi suppressi sunt authoritate superioris, vel etiam per mortem omnium seu per rerum naturam esse desierunt, secundum Bald.*in l non ambigitur ff.de L L.* nec etiam ad alios quàm ad superiorem supremum, aut quibus ille concesserit.*d.§.confirmatos*, Igitur bona destructi Collegii ad superiorem supremum aut quibus ipse concesserit. devolventur, Quæ conclusio etiam probatur à Socin.*in c dilecta quæst* 20.*numer.* 95.*de excess.prælat.* 47 *Ibidem Geminiani.*

Neque obstat argumentum Domni Prælati ex Gemin.*in d c.un.§.confirmatos not.*4.desumptum; quia nos hoc loco non ex *not* 4 sed 5 argumentati sumus, prout paulo ante vidimus. Quamvis advertendum, quod *notabile* 4.*ad Eclips.quæst.*1.c.1.spectet, illiusque resolutionem confirmet, eò quòd juxta illud deficientibus personis collegialibus deficiat Collegium in seipso 48

vid. instrument. dict. num. 32. Unde deficientibus per mortem personis collegialibus deficiet etiam Collegium in seipso, perinde enim est, sive personæ deficiant authoritate superioris, sive per mortem aut rerum naturam. Bald. *in d l. non ambigitur numer.* 3. *ff. de LL.* Pistor. *conf.* 47. *num.* 66. & 67. *vol.* 2.

49 Alterum, quod Domin. Prælatus contra Baldum à Rota Rom. allegatum movet, quasi ejusmodi propositionem ex ipso Baldo formaverim, qualem ipse Dom. Prælatus supra enarravit, in eo vehementer fallitur; Neque enim propositio illa à me unquam vel *in astri Eclipsi.* vel etiam alibi nec à S. Rota Rom. *in d. decis. Trevir. union.* fuit formata, prout ex iisdem videre licebit.

Deinde Baldus à S. Rota Rom. *in d. decis Trevir. union* non generatim sed speciatim, *in l hereditas numer.* 7. & 8. *ff de hered. inst.* allegatur, ubi ait, *id, quod relinquitur Monasterio, relinquitur* DEO *immortali Unde licet destrueretur Monasterium*, SALTEM CAPERET ECCLESIA ROMANA, *quæ repræsentat* DEUM *ubique locorum*, & *videtur esse ubique. sicut dicitur in Fisco.* in l. 1. Cod. de quadrien. præscript. *Vid. Instrument. num.* 7. Cui adstipulatur Paulus Castrensis. *in d. l sicut* §. *in decursionibus num.* 8. & 11. *ff. quod cujusque univers. nom.* Ex iis, si iungatur Ripa. *sup. cit. loco*, colligitur, quod, Monasterii etiam per hæresin destructi, interveniente tamen morte omnium istius loci incolarum Collegarum Religiosorum bona pertineāt ad Papam, tanquam vices Dei gerentem, cui etiam illa à principio donata censentur, ut optime decidit S. Rota Romana, *in d decis. Trevir. unionis* 29. *Maii.* 1641. coram R. P. D. Verospio ex Baldo *cit. loco* non certe somniante sed perquam vigili

50 Neque Doctrina Baldi & Ripæ illam, quam D. Prælatus attulit, habet restrictionem, quasi illa non obtineret in destituto Monasterio immediate Papæ nō subjecto. Ratio est, quia ipsa Doctrina Baldi allegata est generalis, nec ejusmodi restrictionem aut distinctionem alibi agnovit. Adhæc illi restrictio Abbatis repugnat & implicite *Baldo contradicit*, quia cum Baldus dicat, Monasterii destructi bona *acquiri* Papæ *ubique locorum*; econtra vero positâ restrictione Abbatis, quod destructi Monasterii Exempti non immediate Papæ subjecti bona non caperet Ecclesia Romana, dicendum esset, non *ubique locorum* destructi Monasterii bona acquiri Papæ, adeoque Baldo contradiceretur, quod foret absurdum.

Ex deductis relinquitur, bona Monasterii Exempti sive mediate sive immediate Papæ subjecti, etiam per hæresin destructi, interveniente tamen morte omnium Collegarum Religiosorum incolarum capere Ecclesiam Romanam.

51 Sed duo adhuc à Dom. Prælato hic veniunt quærenda, quorum alterum est, quid per *potestatem*, in quam dicuntur bona Collegii Religiosi emortui tran-

transfire, intelligat, An *jurisdictionem*, vel *Dominium*? si *Prius*, non jam ad rem loquitur, Cum decisio Rotæ Rom. loquatur de jure proprio competente in bonis destructi Monasterii, seu de Dominio bonorum destructi Monasterii, ut tum ex cit. gloss *in l. sicut* § *in decurionibus ff quod cujusque universi nom.* tum ex ipsa quæstione controversa S. Rotæ Rom. judicio proposita ac decisa patet.

Quid per potestatem intelligatur inquiritur.

Sin *posterius*, jam graviter errat D. Prælatus, quod superioribus mediatis intra Ordinem, in quo stabilitas loci promittitur, tribuat Dominium in subjecti Monasterii etiam destructi bonis, nullo juris textu aut Dd. authoritate suffultus. Et apertè contrarium etiam in Ordine Præmonstratensi docet Text. *in c edoceri. de rescript.* ibique Dd. *not.* ut in S. Rotæ Rom. judicio fuit demonstratum.

52 Alterum quæsitum est, ut si quidem per *potestatem* D. Prælatus velit intelligi *jurisdictionem*, ipse per hoc, quod potestatem immediatam asserit superioribus Ordinum in Monasteria subjecta, velit eam Pontifici negare? si negabit Pontifici etiam in ejusmodi Monasteria immediatam potestatem, impingit contra Sacros Canones & quidem nominatim contra *c. dudum 14. vers nos igitur attendentes de preb. in 6. & ibi.* Canon. ubi Pontifex dicit, se potestatem, quam aliis communicat, simul sibi retinere & quidem eam *majorem*. Unde cum Pontifex & mediatis & immediatis intra Ordinem superioribus communicet potestatem, seu jurisdictionem in Monasteria subiecta, eam sibi quoque simul in eadem Monasteria dicendus est, & quidem ipsam maiorem retinere.

53 Neque his obstat, quod dicantur, Monasteria *mediate* Pontifici subiecta esse; quia intelliguntur *mediatè* subiecta esse, quoad ordinarium Pontificiæ jurisdictionis exercitium, non verò quoad ipsam potestatem seu jurisdictionem; sed hæc obiter attigisse sufficiat.

Unde relinquitur, Geminianum & Baldum à S. Rota Rom atque à nobis rectè fuisse citatos, adeoque ex ipsis ipsorumque fundamentis nostra deducta argumenta etiamnum consistere & solida perseverare.

§. VI.

Ostenditur ex F. Romano sibi contrario quod nostram ipse præmissam sententiam confirmet.

54 Consequenter colligebam, *Bona Emortuorum Monasteriorum seu Collegiorum Religiosorum pertinere ad superiorem Ecclesiæ*, idque ex sententia Dd tam antiquorum quàm recentiorum; imò ipsius Fr. Romani *quæst. 1. numer. 51 & alibi*, licet sibi contrarius *ibidem numer. 15. 52.* Bartol. aliosque citatos Dd *num. 53.* (pro quo erroneè, numerus 47. impressus erat, atque

ita

ita cessat F. Roman. *allegat.* 325.) & Ripam allatret, sed frustra & inaniter.

55 *Comment. Hayan.* F. Romanus *allegat.* 324 *&* 325. dicit *se diu inquisivisse in has contrarietates, sed non invenisse, neque num.* 45. *quæstionis ejusdem allatrare* Ripam, *cum citato* num. 45. Ripa *non meminerit quidem. Iam autem pro veritate denuo latrare jussus, me dicto suo numero* Ripa *malè insistentem* , *audacter allatrare. &c.*

56 *Discutitur.* Verum contrarietas F. Romani in eo consistit, quod *d. q. 1. num.* 51. ad auctoritatem Bart. *in l ult. num* 22 *ff de Colleg. illic.* dicentis, Bona dissolutorum Monasteriorum remanere *apud superiorem*, respondeat, ipsum cum Panorm. loqui de Collegio jure dissoluto, unde cum Monasteria, per mortem omnium dicantur etiam jure dissolvi, quemadmodum *in resolutione quæst.* 1. *c.* 1. demonstratum est, consequens est, bona dissoluti per mortem omnium Collegii ex Bartoli sententia ab ipso F. Romano *d. num.* 51. approbata remanere *apud superiorem.* Cujus contrarium ipse F. Romanus *d. q.* 1. *n* 15 *&* 52. asserit, quod bona non ad superiorem, sed ad illud Collegium, uti affingit ejusdem Ordinis, quod superior loco prioris instauraverit, pertineant.

57 Deinde, quod, ipse F Romanus, Bartolum *in cit. loco ult. num.* 22. aliosque Dd. *d. num.* 52. allatret, est plus quam manifestum, dum ibi dicit, atque in hoc sano sensu (quem tamen finxerat sibi F. Romanus) potest etiam explicari Bartolus locis supra citatis & alii cum dicunt, quod bona dissolutorum Collegiorum remaneant *apud superiorem* , sub intellige, inquit F. Romanus, ex suo, *velut in custodia*, juxta gloss. *d. c. præsenti. vèrb. custodiam & verb. reservari, de off. jud. ord in* 6. qui acceptionem iam supra refutavimus, atq; ex ipsomet Bartolo *cit. loco* refellimus, ubi is subiungit exemplum *de bonis Templariorum* ad superiorem delatis, quæ certe non *quoad custodiam* fuere delata. Ut proinde F. Romani restrictio, & glossa sit nimis violenta , vimque textui Bartoli inferat. Videatur P. Laymannus *part.* 2. *censur.* 8. §. 1. *& numer,* 54 P. Valentinus *dicta Theor.* 2. *quæst.* 1. *à numer.* 51. *usque ad num.* 55 *suo autem num.* 129. *& seqq.*

58 Ripam quomodo ipse allatret, superius vidimus, eius ipse meminit *q.* 1. *n.* 53 pro quo, errore Typographi impressus est *num.* 45. conaturque invitum in suam trahere opinionem, sed Frustra. Navarrum quoque Ripæ adstipulatorem

59 à me allatum, *d. q.* 1. *num.* 54. invadit, cui cum non posset adversari, eum in alienum sensum detorquet, quasi ille citaret authoritatem Clementis VIII. cum F. Romano facientem, & doceret, bona eiusmodi Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus, pertinere ad *sollicitudinem* , quam vocem F. Romanus interpolavit, & administrationem suæ sanctitatis, id est, (quemadmodum F. Romanus malè exponit) ut provideat ea restitui & Canonice mediate vel immediate provideri.

60 Ast ipsi bene respondet P. Valentinus *Theor.* 2 *quæst.* 1. *num.* 147. & P. Laymannus *in censur. part.* 2. *censur.* 8. §. 6. *vers. Navarri doctrinam* , quod omnia

omnia illa à F. Romano gratis assumuntur. Siquidem *Primò* Navarrus ante Clementis VIII. ad Pontificatum cooptationem aliquot annis decesserat. *Secundò* nec Navarrus dicit, bona Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus pertinere ad sollicitudinem, quæ vox est significationem administrationis Pontificiæ diminuens, sed simpliciter dicit *pertinere ad Sacrosanctam ejus Majestatem* & quidem subjuncta hac ratione, *quoniam certum est illa non deberi nunc alicui per concessionem ejus immediatam vel mediatam, cũ palam sit, carere illâ hæreticos, qui male possident.* Et subjungit. *Ex quo infertur felicis recordationis* Pium. V. (non Clementem VIII.) *rectè nuper quibusdam nobilibus Anglis indulsisse potestatem certis modis limitatã & oneratam, administrandi bona quædam Ecclesiastica per eos possessa, pertinentia jure antiquo ad Abbatiam prælato & conventu carentem, donec eos habere inciperet.* Hactenus Navarrus. Ex cujus subjecta ratione apparet, quod verba illa (bona Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus pertinent ad sacrosanctam ejus Pontificis Majestatem, quemadmodum in simili loquitur. *l. sciendum est.* 70. §. *verba hæc* (*u, ad quem ea res pertinet*) *ff de V. S.* sic intelliguntur (hic *analogicè tamen*) ut qui in Vniversum dominium vel jure Civili vel jure prætorio succedit, contineatur, adeoque de iis tanquam fidelis administrator & dispensator habeat disponere, prout etiam de iisdem in usum nobilium Anglorum libere disposuisse ibidem Navarrus testatur, de quibus videatur fusè Layman. & P. Valent. *cit. locis.*

Ex deductis patet, quomodo sententia nostra non solum à Bartolo, Ripa, Navarro, sed etiam ab ipsomet Pio. V. ejusque libera dispositione pro nobilibus Anglis de bonis ad Abbatiam Prælato & Conventu carentem facta valide confirmetur, ut proinde totus discursus *Asbesti Hayani de unico teste* in favillas abeat, & in cineres resolvatur. 61

Stante autem Dd. nostrorum conclusione, quod bona emortuorum Monasteriorum ad superiorem pertineant.

§. VII.

Quæritur Secundo, ad quem superiorem, & quâ ratione bona illa pertineant. 62

Respondebam, quod P. Laymannus *justæ suæ defensionis, quæst præambula in fundamento altero, & in respons. ad quintum argumentum* assereret, quod Monasteriorum emortuorum olim exemptorum bona pertineant ad *Papam*, non tanquam ad *Dominum* proprietarium, sed tanquam *ad administratorẽ*: non exemptorum verò Monasteriorum bona ad *loci Episcopum*. Rationem *prioris* asserebam; quia cum bona illa pertineant ad superiorem, ut paulo antè probavimus, & exemptorũ superior sit *Papa*; non exemptorum verò *Episcopus*, sequeretur, bona Exemptorum pertinere ad Papam, non Exemptorum ad Episcopum. Rationem *posterioris* constare ajebam ex eo, quod

mortuis omnibus de collegio incolis bona veniant restituenda iis, qui pro Ecclesiæ bono atque utilitate ab ipso superiore, ordinario jure substituantur, ut tradunt communiter DD. *in q.7. Astri Eclips.* Consequenter quod ea bona ad superiorem non tanquam proprietarium dominum spectent, alias enim jure ordinario ea sibi posset reservare aut retinere, sed tanquam ad *administratorem* pertineant.

63 *Commenta Hayana.* F. Romanus, *in horti paradox.8.n.18 & seqq & appendic. paradox.23 n.34 & seqq.* Varia hic ingerit, Nam in primis *paradox* 8. dicit, *quod ad quæstionem illam, ad quem pertineat dispositio Monasteriorum destitutorum è manibus infidelium recuperatorum, tot occurrant responsa, quot capita.* & in margine notat *quod novem dentur ea de re sententiæ diversæ; Alii enim dicunt, Imperatorem recuperando talia, non plus juris in illa sibi acquisivisse, quam sibi acquisiverit in bona fidelium procerum, quæ rebelles sibi appropriarant, ita* tres Consultores è Societ. *in Consilio Bergensi,* Astri fol.408. colum.2. *Alii contra,* Imperatorem *plus juris habere in hæc Monasteria. Ita* Paulus Layman. *just defens.* fol. 460. *qui & totam dispositionem tribuit Imperatori, cum* ibid. fol.492 *Ad Ecclesiarum supremum advocatum spectare* inquit, *ut provideat, cui ordini, vel alteri pio usui pro maiore* DEI *gloria, Ecclesiæque ejus augmento, Monasteria debeant applicari. Alii Cæsari Pontificem Romanum adjungunt docentes, esse in Mera facultate Imperatoris, utpote novi fundatoris, ut talia bona* ad quos voluerit usus, destinet *& applicet annuente Pontifice summo, ita* authores Consiliorum *apud* Valent. Mangion. *in Theoricis Astri* fol. 22. 30. & 36. 4. *Alii Papam Imperatoris lateri præponunt, Hinc cit. Laym.* fol. 368. 371. & 443. *Monasteria* inquit, *& bona eorum vacantia, Romanus Pontifex & Cæsar assignare & donare possunt, quibus ipsi volunt, Assentitur, P. Mangionius & placida disceptatio.* 5. *Alii Cæsari tergum vertentes dicunt, ad Pontificem, non ad Cæsarem pertinere Ecclesias transferre, dividere, &c. & sic Laym.* d. just. defens. fol. 52. 6. *qui rursum* fol. 466. *etiam Episcopos aliosque prælatos inferiores excludens,* ait, *Hujusmodi Monasteria extincta, sedi Apostolicæ specialiter reservata esse; Consentire dicor & ego* quæst.5 Eclips. c. un. num. 1. inquiens, *posse Pontificem talia Monasteria liberè aliis alterius ordinis Religiosis conferre, idque de potestate ordinaria?* 7. *alibi summo Pontifici Socios adiungunt Episcopos. Ita Laymannus* just. defens. fol. 6. 11. 12. 24. & 25. *asserens, quod mortuo Abbate cum toto Capitulo jus totum dispositionis recidat Principaliter ad Papam, etiamsi Monasterium, aut sacrum Collegium Exemptum non sit: Et suo modo ad Episcopum cum subordinatione ad Papam.* 8. *Alibi distinguunt inter Exempta, & non Exempta ajuntque, Monasteriorum olim Exemptorum bona, pertinere ad Papam, non tanquam ad Dominum proprietarium, sed tanquam ad administratorem; Non Exemptorum vero Monasteriorum bona ad loci Episcopum. Ita ego aiam* d. quæst. 4. c.2. num.

cap. 2. num. 7. *ex Layman. qui alibi ait Ordinationem huiusmodi Monasteriorum non Exemptorum pertinere ad Episcopos ; tamen cum dependentia à Pontifice Maximo. In quo vero hac dependentia consistat, nullibi exponit.* 9. *Alibi denique idem Layman, prætereundo talem dependentiam, docet esse receptam doctrinam, quod propter negligentiam collegii, vel mortem omnium de Collegio, jus providendi devolvatur ad superiorem, qui habet potestatem Confirmandi Electum sive Episcopus sit, sive alius prælatus* in qq. Canon. de prælat. Elect. cap. 9. num. 98. & in censura 38. Astri §. 3. *At vero inquit, ego longe uberiorem Episcopis & similibus prælatis potestatem tribui, si Monasteria exempta non sint; Videl. quod in casu isto extinctionis totius Collegii aut Monasterii provisionem & ordinationem facere possint iure proprio. similia habet* ibid. p. 1. loco. 1. post init. & in just. defens. Concludit F. Romanus. *Viden ergo Lector* inquiens, *ad quemvis obvium ventum ab his scriptoribus pallium aptari, qui in omnium transeuntes sententias, omnium colores videntur assumere.*

Illud præterea observandum dicit, quod P. Laymannus in iis ipsis sententiis sibi contrarietur suisque armis pereat appendic. Paradox. 23. num. 34. & seqq *In censuris* Astri loco. 1. §. 1. & censura 3. §. 1. *inquiat Layman se nunquam negasse, immò aperte affirmasse, quod omnibus è Monasterio, aliove Collegio Ecclesiastico, per mortem sublatis personis, Ordinatio Monasterii seu sacri Collegii ad proximum prælatum devolvatur qui habet potestatem confirmandi Electum, sive is sit Episcopus, sive alius prælatus. Eadem docuerat* in qq. Canon. de prælat. elect. c. 9. num. 98. *citatus ab ipso* in Aula Ecclesiastica n. 61.

His è diametro contraria scripsit alibi & quidem Censura 38. §. *at vero ego, ait, in nostro casu cum Conventuales omnes mortui sunt, nulla vel fingi potest eligendi potestas, quæ ab inferioribus ad superiorem videlicet Episcopum devolvatur. Ibidem pedem aliter figens, complanata fronte, Episcopos iterum blandè palpat. At vere ego* inquiens, *longe uberiorem Episcopis & similibus prælatis potestatem tribui, si Monasteria exempta non sint, Videlicet quod in isto casu extinctionis totius Collegii aut Monasterii provisionem & ordinationem facere possint iure proprio & non devoluto; subiungit F. Romanus. Nemo amicus idem & adulator. Alibi namque Layman hoc* Jus *proprium, rursus è manibus Episcoporum excutiens in abacum summi Pontificis transponit ; dum* fol. 466. justæ suæ defens. *ait*, quod hujusmodi Monasteria extincta sedi Apostolicæ specialiter reservata sint, *& alibi*, quod mortuo Abbate cum toto capitulo, jus totum dispositionis recidat principaliter ad Papam, etiamsi Monasterium, aut sacrum Collegium exemptum non sit. *Si proinde* Ius totum *recidit ad Papam, quid Episcopis, & similibus prælatis disponendum remanebit?* Rursus *ibidem fol.* 365. Hic autem versamur, *inquit*, in casu, cum Monasteriorum prælaturæ ac tituli Regulares extincti sunt toto conventu seu congre- 64

 gatione

gatione mortua: ut proinde adsit, per quem Canonica electio fieri possit, sed Ordinatio ac renovatio Monasterii devoluta sit ad Romanum Pontificem. *Indubium autem est, quod devolutio ad Romanum Pontificem facta omnibus inferioribus manus claudat: ubi ergo est illud jus sive proprium sive devolutum, Episcoporum & similium prælatorum, in Monasteriis non exemptis? vel si istud salvum est, quomodo jus totum dispositionis ad Romanum Pontificem devolutum esse dici potest? Alibi* fol. 444. ibidem, *tripodem è Culina Cæsaris quoque sperans inquiat*, quod Monasteria per mortem omnium destituta & bona eorum vacantia Romanus Pontifex & Cæsar assignare & donare possunt, Quibus ipsi volunt. *Denique* folio 155. *ibid.* in nostro casu, (*inquiat*) agitur de Monasteriis Vacantibus, quæ in Libera Pontificis, cum Cæsaris assensu, dispositione sunt, *nempe in favorabilibus paulo*

Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.

Ergone in libera potestate est Romani Pontificis & Cæsaris, ut Episcopis & similibus Prælatis jus proprium ipsorum turbent & auferant, non attento, quod S. Gregorius Papa 15. q. 2. cap. 10. dicat, mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo. *Sane antilogia & contrarietas in Doctore, arguit (quod omnium pessimum est) malignitatem & nequitiam quandam, ut ait. Anton. Maria Corat.* **li. 1.** de commun. opinion. tit. 5. n. 70 *Bos contra seipsum pulverem spargit.*

65 *Dispcutiuntur.* Verum F. Romanus longissimè à scopo aberrat. **Siquidem longè aliud** est, Respondere, *aliquid juris in rem aliquam* ***acquirere***, **& aliud**, ***rem aliquam*** *ad se jure Dominii directi sive etiam alti pertinere, vel etiam liberè de re aliqua disponere posse*, quo posteriori, non verò priori quæstio movebatur. Quod autem illa inter se differant, patet. Non enim cuicunque acquiritur jus in rem aliquam, is potest etiam de eadem re pro lubitu disponere, uti patet in re *hypotecæ* nexu alicui obligata, ad certum usum *Commodata*, precario & similibus, quæ omnia etiā tyronibus juris nota sunt. Quod verò asserit, in resolutione quæstionis præmissæ novem dari opiniones, cōmentū est. Neq; enim in terminis hæ diversæ sententiæ apud allegatos per F. Romanum Patres nostros reperiuntur; neque etiam ex iis, quæ F. Romanus affert, illæ deducūtur. Nam quando apud F. Romanū nostri tres Patres Societ. *P. Philippus Henrici. P. Lucas. P. Guilielmus Lammermayni*, quasi pro *prima sentētia* in causa Bergensis Monasterii *referuntur* dicere, *certū esse, quarto, Imperatorem recuperando armis Monasteria in circulo inferioris Saxoniæ*, Non plus juris *sibi acquisivisse, quā sibi acquisiverit per victoriā Pragensem in Bohemia Monasteria & Bona Ecclesiastica, videlicet Archiepiscopatus Pragensis, & in bona fideliū procerum, quæ rebelles sibi appropriarant, certè eo in responso non definiunt, ad quem Monasteriorum Abbate & conventu carentium dispositio pertineat*, sed aliud, *utrū aliquid juris Imperator in recuperata armis Monasteria obtineat*, quod nec *asserunt*, nec etiam *negant*, sed ab utroque abstrahentes dicunt, non plus juris **in illa, quàm in alia Monasteria alibi recuperata acquiri. Unde nemo certe**

absolutè

absolutè concluserit, quod Imperatori aliquid juris ibi tribuatur, nec etiam quod aliquid juris illi negetur, sed ex parte est responsio respectiva & conditionalis negativa, quæ nihil certi in re ipsa ponit, ut proinde quisque videat, quomodo F. Romanus etiam in rebus non minimi momenti à veritate aberret.

Deinde quando F. Romanus asserit, alios econtra docere, Imperatorem plus juris habere in hæc Monasteria recuperata, in eumque finem P. Laymannum *just. defens. fol.* 460. allegat, videtur ipse eum aut non legisse aut non intellexisse. Siquidem Laymannus *loco cit.* non *hanc suam* asserit *sententiam*, sed ut ipse loquitur, adversarius Disceptator ita agit omnia, ac si disceptatio sua absolute instituta sit contra Patres Societatis, tanquam eos, qui recuperata ab acatholicis Monasteria sibi tradenda esse, ostendere conentur, prout in progressu patebit. At quomodo hinc F. Romanus concludet, Laymannum hic definire, *Imperatorem plus juris habere in Monasteria recuperata!* Nullus profectò præter unicum F. Romanum inde simile quid concludet. 66

Adhæc quomodo F. Romanus ostendet, has duas propositiones, *Imperator plus juris in recuperata Monasteria acquirit. & Imperator non plus juris in unius quam alterius loci Monasteria recuperata acquirit*, esse propriè contrarias. 67

At F. Romanus urget, Laymanum *in just. defens. fol.* 492. tradere ea, quæ ipse retulit verba. Verum F. Romanus ea verba non bona fide, sed mutile atque in pravo sensu recitavit. Siquidem. P. Laymannus *d. loco* tradit, Monasteria extincta eorumque bona vacantia NB. *ad Ecclesiæ prælatos*, inprimis ad Rom. Pontificem & supremum eorum advocatum Cæsarem spectare, ut provideret, cui Ordini vel alteri pio usui pro Majore DEI gloria, Ecclesiæque eius augmento applicari debeant. 68

Vnde nemo concluserit, quod P. Laymannus hic *Imperatori plus juris in Monasteria armis recuperata* asserat; Cum ipse expresse dicat, illa Monasteria ad Ecclesiæ prælatos spectare. Certum autem est, quod Imperator non sit *Ecclesiæ Prælatus*, Cum sit plane sæcularis. Nihilominus quis negabit, ad Imperatorem maximè tanquam Ecclesiæ Advocatum spectare, ut prælati de commodis & idoneis personis Ecclesiæ & Monasterio recuperato provideant, Vid. Modestin. Pistor. *consf.* 43. *n.* 41. *vol.* 1. Et annon Imperatori ex lege Charitatis incumbit cura salutis proximi, ut subditis aliisque de fidelibus idoneis Ecclesiæ Ministris prospiciatur, annon *Mandavit Deus unicuique de proximo* suo, *Ecclesiast.* 17. v. 12. inde tamen nemo Imperatori vel proximo jus nedum plus juris in bona Ecclesiastica tribuerit. 69

Neque obstat, si quis replicaret, quod P. Laymannus *Pontifici jungat Imperatorem*, atque utrique eadem verba applicet; Nam sciendum est, quod *verba determinantia, quæ respiciunt plura diversa determinabilia, secundum cuiusque naturam atque in suo statu accipienda sint* & determinent *per c. ex literis*, 70

 ubi

ubi Card *de rescript.l.2.ubi* gloss. Ord. *in verb. manumitti de officio proconf.* gloss. *magna & ibi* Dd. *in l. Gallus* §.21.*ff. de liber & posthum.* Et annon Logicis *talia sunt prædicata qualia à suis subiectis & vicissim permittuntur*, ut mirum sit F. Romanum in eiusmodi claris orbi velle illudere.

71 Alios quoq; quasi pro *tertia* sententia affert F. Romanus, qui Cæsari Pontificem Romanum adjungant docentes esse in mera facultate Imperatoris, utpote novi fundatoris, ut talia bona, ad quos voluerit usus, destinet, & applicet annuente Pontifice summo. Ita authores cōsiliorum apud Valent, Mangion. in *Theori: Astri fol.* 22.30. *&* 36.

72 At prior Theologus, qui non est Societatis, ea quidem habet verba, quæ F. Romanus attulit, non tamen alter Theologus. Siquidem hic nusquam dicit, *quod in mera sit facultate Imperatoris, bona illa, ad quos voluerit usus, destinandi & applicandi.*

Deinde neuter Theologus definit, quod Imperator ex se & sua potestate habeat facultatem de Monasteriis & Ecclesiasticis bonis recuperatis disponendi, sed ex *summi Pontificis concessione*, quod est verissimum. Nā licet nulla laico sit tributa facultas de rebus Ecclesiæ disponendi, *text. in c. si Imperator* 96.*dist & ibi* Archid. Præpo. *c. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* Cornei: *conf.* 72. *colum. pen. & fin. vol.* 4. Sylvest. *in summ verb. immunitas il.* 1. *colum.* 12. *circa princi.* Archid. *in c. hoc consultissimo de reb. Eccles. non alien. in* 6. utpote jurisdictioni & dominio ipsius non subjectis; attamen quin accedente summi Pontificis licentia & consensu Imperator vel princeps laicus de iis disponere possit, nullus est, qui dubitet, *Vid.* Achill. de Grass. *decis.* 9. *de restit. spoliator.* Faciunt eo not. Ioan. Andr. *in d. c. hoc consultissimo n.* 3. *&* Franc. *ibid.* Archid *n.* 5. quia actus eiusmodi dispositionis, cum non sit actus sacri Ordinis, nec etiam jurisdictionis merè spiritualis nec sacrum supponat ordinem poterit etiam laico, adeoque principi alicui sæculari à summo Pontifice committi, per notat. Canonist. *in c. dilecta, de maior. & Obed.* Achill. de Grass. *d. loc.* Vnde qui obtinet beneficium Regulare ab Imperatore, titulum habet coloratum Achill *d. loco.*

73 Hoc vero in casu nostro Sanctissimus Dom. Noster Vrbanus Papa VIII. Imperatori Ferdinando II. *ad certos annos dedit* potestatem de bonis Ecclesiasticis & Monasteriis ex manu hæreticorum recuperatis liberè disponendi, ut constat ex variis Imperatoris literis;

74 Atq; imprimis ex eiusdem S. C. Majestatis ad Principem Sabellum Oratorem suum in Vrbe residentem 16. *Octob.* 1630. transmissis, in quibus ipsi demandatur Oratori, ut cū *sua Maiestas pro pio suo in Religionē & S Catholicam fidem studio Collegia aliquot unà cum Vniversitate & Novitiatu in Saxonia inferiori pro Patribus Societatis Jesu fundare & erigere intendat, in eumq; finem consignationem quorundam Monasteriorum Conventibus destitutorum Societatique applicandorum transmittat, cum sua sanctitate agat, quo sua sanctitas*

non

non suum consensum modò & applausum, sed & auxilium & opem VT FACIT, præbere & continuare non cesset; Tum Nuncio Apostolico apud Aulam suam Cæsaream Residenti generalem de negociis ad restitutionem bonoru Ecclesiasticorum pertinentibus tractandi & concludendi potestatem facere dignetur, ad qua ille incrementum Ecclesiæ fideliter uti sciat. Id enim valde oportunum & gratum suæ Maiestati futurum. Hæc ibi, Quibus conformiter accepta à sanctissimo D.N. Vrbano Papa VIII potestate Eminentissimus Dominus Aloysius Caraffa, id tẽporis Nuncius Apostolicus, nũc S.R.E. Cardinalis (uti ipse *in sua Germania Reformata § Reformatio Religionis sub fin. pag. mihi 197.*) refert, *providus Imperatori* (per Eminentissimũ D. Ioannẽ Baptistam Pallottum S. R. E. Cardinalem id temporis Viennæ Nuncium Apostolicum) *author fuit & suasor, ut cum antea bona Ecclesiastica à fisco passim hypothecarentur, postmodum in alios pios usus converterentur*, quorum *prius* Imperatori non permisisset, nec *posterius* suasisset; si non pariter suæ sanctitatis authoritas & facultas accessisset; præterquam quod alias suæ Eminentiæ ex officio incumberet, actus subditorum in foro conscientiæ, quos publice geri videt & novit, quibusque facile contradicere potest, ita dirigere, ut ab iis delictũ excludatur. Nam si illi hoc involverent, nec iis ipse contradiceret, reum se & participem illiusmodi delicti faceret, quod non est præsumendum, per not. Menoch. Tusch. *infra cit.* 75

Vnde ad excludendum, delictum actumque dispositionis istius Cæsareæ iustificandum, præsumitur etiam alias concessio superioris Pontificis aut dispensatio intervenisse, per not. Menoch. 4. *præsumpt. 161. n. 26.* Sanch. *lib. 8. de matrim. disp. 4. n. 25. 26. per l. merito ff. pro Soc.* Fac. *nota.* Tusch. *lit. D. conclus. 467. numer. 27. 28.* per not. Menoch. Sanch. Tusch. *dd. loc.*

Eandem facultatem à sua SanctitateSacræ Cæsareæ Majestati concessam 76 Eminentissimus ac Reverendissimus *D. Anselmus Casimirus* Archiepiscopus Moguntinus Sacri R. Imperii Princeps Elector in variis ad Imperatorem, & Illustrissimus D. Guilielmus Marchio Badensis in suis ad suam Sanctitatem 7. *Novemb. 1638.* datis literis agnoverunt; ut nulli hominum ea 77 de re liceat dubitare.

Num Imperatori ob factas impensas in recuperatione bonorum Ecclesiasticorum, in terris Imperii jus patronatus acquirat. Opinio affirmans.

Nonnemo fortè præterea urgebit, quod Theologi illi Sac. Cæs. Majest. *jus etiam patronatus* ob impensas in recuperatione Monasteriorum factas videant tribuere, idque ex sequentibus rationibus; tum quia Imperator condonando sumptus in recuperatione bonorum Ecclesiasticorũ factos, videtur Monasteriis, Ecclesiis dotem conferre. Siquidem pro iis sumptibus necessariis refundendis debuissent complures vendi agri, qui condonatione sumptuum ipsis manent, per ea, quæ tradit Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alien q. 19. numer. 12. & q. 32. numer 4. & 16.* Huc facit, quod si quis dotem, quæ perierat Ecclesiæ, reparet, patronatus ius obtineat, ut tradit ex Card. *in ca. 3. quæst. 3. de jur. patron.* Roch. *de jur. patron. in verb. construxit. numer.* 14. tum quia qui dirutam Ecclesiam reædificat, ita 78 ut

ut nova indigeat consecration, fit ejusdem patronus. *glos.1. in c. quoniam 3. de iure patron.* Rota. *decis. 178. part. 4. divers. & decis. 268. numer. 2. part. 2.* Joan. Honor *lib. 3. summ. decret c. 38. n 2 3. 4. 5.* & probat glos. ex eo, quod quando Ecclesia diruta est, devenit ad eum statum, quē initio habuit; proinde sicut initio ædificans Ecclesiam, consequitur jus patronatus, ita & qui dirutam reædificat, jus patronatus consequitur *arg. c. consuluit. 2. de judic.* Pari ratione Ecclesiam plane deperditam qui recuperat, videatur jus Patronatus consecuturus.

79 Neq; videtur obstare, quod Imperator tanquam patronus & advocatus

Obj. 1.

seu protector Ecclesiæ teneatur Ecclesiam in possessionibus suis defendere, *arg. c. filiis in fin. de jure patron.* Unde pro ejusmodi defensione nihil posset accipere. Ad quod enim quis jure tenetur, pro eo turpiter acciperet, si quid admitteret. *l. ult. ff. de cond. ob turp. Caus.* ac repetundarum lege teneretur. *ff. ad Leg. Jul. repetund.* Nam licet Imperator vi C. necessariorum Ec-

R.

80 clesiam teneatur defendere: attamen sumptibus Ecclesiæ *per not.* Paul. Citadin. *in tract. de jur. patron. part 6. art. 5. de onere iuris patronatus n. 2. & seq.* Nicol. Delphin. *in eod. tract. lib. 2. n 127.* ubi, quod nemo suis, sed Ecclesiæ expensis in causa *ipsius* Ecclesiæ militet *c. cum ex officii*; *de præscript. in fin. facit. l. tutor sive curator ff. de adminis. tutor. l. opera. 2. in fin. ff. de oper. libert.* ubi non solum libertis sed & cuilibet, qui debet operas præstare, pro iis deberi alimenta dicuntur, *d. l. tutor.*

81 Quando vero *in d. l. ult. ff. de condict. ob turp. caus.* judex *gratis* suum officium præstare jubetur, *in iis* nimirum actibus, in quibus judici *non est opus sumptus facere*, ut in danda audientia, decretis justæ suæ voluntatis partibus implorantibus gratis communicandis, sententiisque ferendis & pronuntiandis; alioqui si opus sit ut judex sumptus faciat, ut si ob ocularem inspectionem foris debeat proficisci atque expensas facere, vel si actuariis utatur, qui acta conscribant, aut ministris Executoribus, qui sententiam exequantur; his enim pro labore & opera scribendorum actorum, vel executionis salarium & merces solvenda erit, cujusmodi expensas non necesse est, ut judex, sed ut partes litigantes præstent, ne alioquin alicui officiuum suum incipiat esse damnosum; *Contra l. sed si quis ex signatoribus, ff. quemad. testam. aper. l. si servus communis §. quod vero ff. de furt. c. cum non deceat de Elect. in 6.* Ita à pari etiamsi Imperator in actibus cognitionis & definitionis causæ teneatur gratis officium suum impertiri; non tamen in actibus executionis, recuperationis, ubi opera militum conscribendo-

An & quando judex gratis suum officium tenetur impertiri.

82 rum opus erit.

Obj. 2.

Secundo nec videtur obstare, quod Imperator con donādo Ecclesiæ sumptus in Executione, Recuperatione bonorum Ecclesiasticorum, Benefactor duntaxat, non autem dotator censendus sit, eò quod ipsa Ecclesia pro Ministerio sacro, ex pia aliorum defunctorum voluntate dotē habeat. Benefactor

nefactor autem non acquirat jus patronatus *c. filiis*, *16. q. 6* cum proprie loquendo nec sit fundator, nec constructor, nec dotator, quibus & non aliis de jure jus patronatus conceditur.

Et videtur confirmari ex eo, quod Constantinus Magnus plurima Ecclesiæ Rom. & Papæ Sylvestro donaverit, ob quæ tamē nec ipse nec ipsius successores Ecclesiæ Rom. sunt patroni, ut decidit Abbas Pan. post Vincent. Philippum *in c. Venerabilem sup glos. in verbo carebit de elect. Vid.* Roch. *in d. tract. in verb. & dotavit. n.* 9. Rot. *Rom. decis.* 167. *n.* 2. *part.* 2 *in noviss.* 82

Nam hoc casu Imperator non tantum benefactor, sed dotator censendus esset, eò quod fundum & dotem captivitate hostium perditam atque amissam magno suo sumptu Ecclesiæ restituerit, Paria autem sunt fundum primò dare & captivitate amissum restituere, dotem primò constituere & amissam reparare, sicut & Ecclesiam, primum construere & destructam reparare. Cassador. *de jure patron decis.* 6. *numer* 7. Roch. Curt. *in d. tract. de jure patronat. per* §. 1. *auth ut nullus fabricet oratorii Domos prater voluntatem Episcopi &c. col.* 5. *vers si autem non suffic at*, ubi vetustissimam Ecclesiam cum consensu Episcopi reædificans, dicitur fundator vel ædificator ipsius Ecclesiæ, ideoque jus patronatus in illam acquirere, Angel. *per illum textum & est textus in ca. preterea*, *ca. nobis de jure patronat.* Facit *l.* 1. §. *omnium Cod. de veteri jure enucleando.* ubi qui non insubtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui prius invenit; sic in Executione qui reparat rem amissam, non minus laudabilis est eo, qui primum eam constituit. Vnde & reparanti tribuitur jus patronatus à Paulo de Citad. *in d. tract. p.* 3. *c.* 1. *de acquisitione juris patron. numer.* 41. atque ita non videtur obstare, Constitutio Adriani VI. irritantis omnia jura patronatus, quæ non ex fundatione, vel dotatione, vel privilegio competunt *c. Adrianus* 63. *dist.* 83 R.

Neque *tertio* obstare videtur, quod si Imperator nunc admitteretur patronus, jam post consecrationem Ecclesiæ admitteretur, servitusque imponeretur rei Sacræ, quod esse non debet *l. servitutes* § *fin. ff. de servitut. & l. Caveri ff. commun. præd.* jus enim patronatus est quædam servitus *gloss in c. pia mentis 16. quæst.* 7. *glos. & Dd. in ca. quoniam. de jure patron.* Bald. *in rub. eod. de usu fructu* & Dd. *cit.* à Rocho *in d. tract in verb & dotavit. n.* 3. cum jus patronatus sit Ecclesiæ onerosum. Menoch, *cons.* 90. *n.* 1. *per c. significavit, ubi* Dd. *de testibus.* Nam ut Menoch. *d. cons.* 90. *à n.* 24. *usque ad n.* 40 tradit, etiam post consecrationem potest ob dotem constitui patronus Ecclesiæ sufficienti dote destitutæ, licet secus sit, si sufficienter dotata esset. *Ratio* illius est, quia sine substantia rerum, Ecclesiæ deserviri non posset *c. si quis objecerit* 1 *quæst.* 3. Roch. *d. tract. in verb. & dotavit, numer.* 3. & dos spectet ad bene esse Ecclesiæ Menochi. *d. cons.* 90. *numer.* 40. Deinde sine 84 Obj. 3. R. 85

ita cessat F. Roman. *allegat.* 325.) & Ripam allatret, sed frustra & inaniter.

55 *Comment. Hayan.* F. Romanus *allegat.* 324 *&* 325. dicit *se diu inquisivisse in has contrarietates, sed non invenisse, neque* num. 45. *quæstionis ejusdem allatrare* Ripam, *cum citato* num. 45. Ripa *non meminerit quidem. Iam autem pro veritate denuo latrare jussus, me dicto suo numero* Ripa *malè insistentem* , *audacter allatrare. &c.*

56 *Discutitur.* Verum contrarietas F. Romani in eo consistit, quod *d. q. 1. num.* 51. ad auctoritatem Bart. *in l ult. num.* 22 *ff de Colleg. illic.* dicentis, Bona dissolutorum Monasteriorum remanere *apud superiorem*, respondeat, ipsum cum Panorm. loqui de Collegio jure dissoluto, unde cum Monasteria, per mortem omnium dicantur etiam jure dissolvi, quemadmodum *in resolutione quæst.* 1. *c.* 1. demonstratum est, consequens est, bona dissoluti per mortem omnium Collegii ex Bartoli sententia ab ipso F. Romano *d. num.* 51. approbata remanere *apud superiorem.* Cujus contrarium ipse F. Romanus *d q.* 1. *n* 15 *&* 52. asserit, quod bona non ad superiorem, sed ad illud Collegium, uti affingit ejusdem Ordinis, quod superior loco prioris instauraverit, pertineant.

57 Deinde, quod, ipse F Romanus, Bartolum *in cit. loco ult. num.* 22. aliosque Dd. *d. num.* 52. allatret, est plus quam manifestum, dum ibi dicit, atque in hoc sano sensu (quem tamen finxerat sibi F. Romanus) potest etiam explicari Bartolus locis supra citatis & alii eum dicunt, quod bona dissolutorum Collegiorum remaneant *apud superiorem* , sub intellige, inquit F. Romanus, ex suo, *velut in custodia*, juxta gloss. *d. c. præsenti. verb. custodiam & verb. reservari, de off. jud. ord in* 6. quā acceptionem iam supra refutavimus, atq; ex ipsomet Bartolo *cit. loco* refellimus, ubi is subiungit exemplum *de bonis Templariorum* ad superiorem delatis, quæ certe non *quoad custodiam* fuere delata. Ut proinde F. Romani restrictio, & glossa sit nimis violenta , vimque textui Bartoli inferat. Videatur P. Laymannus *part.* 2. *censur.* 8. §. 1. *& numer.* 54 P. Valentinus *dicta Theor.* 2. *quæst.* 1. *à numer.* 51. *usque ad num.* 55 *suo autem num.* 129 *& seqq.*

58 Ripam quomodo ipse allatret, superius vidimus, eius ipse meminit *q.* 1. *n.* 53 pro quo, errore Typographi impressus est *num.* 45. conaturque invitum in suam trahere opinionem, sed Frustra. Navarrum quoque Ripæ adstipulatorem à me allatum, *d. q.* 1. *num.* 54. invadit, cui cum non posset adversari, eum

59 in alienum sensum detorquet, quasi ille citaret authoritatem Clementis VIII. cum F. Romano facientem, & doceret, bona eiusmodi Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus, pertinere ad *sollicitudinem* , quam vocem F. Romanus interpolavit, & administrationem suæ sanctitatis, id est, (quemadmodum F. Romanus malè exponit) ut provideat ea restitui & Canonice mediate vel immediate provideri.

60 Ast ipsi bene respondet P. Valentinus *Theor.* 2 *quæst.* 1. *num.* 147. & P. Laymannus *in censur. part.* 2. *censur.* 8. §. 6. *vers. Navarri doctrinam* , quod

omnia

omnia illa à F. Romano gratis assumuntur. Siquidem *Primò* Navarrus ante Clementis VIII. ad Pontificatum cooptationem aliquot annis decesserat. *Secundò* nec Navarrus dicit, bona Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus pertinere ad sollicitudinem, quæ vox est significationem administrationis Pontificiæ diminuens, sed simpliciter dicit *pertinere ad Sacrosanctam ejus Majestatem* & quidem subjuncta hac ratione, *quoniam certum est illa non deberi nunc alicui per concessionem ejus immediatam vel mediatam, cũ palam sit, carere illâ hæreticos, qui male possident*. Et subjungit. *Ex quo infertur felicis recordationis* Pium. V. (non Clementem VIII.) rectè *nuper quibusdam nobilibus Anglis indulsisse potestatem certis modis limitatã & oneratam, administrandi bona quadam Ecclesiastica per eos possessa, pertinentia jure antiquo ad Abbatiam prælato & conventu carentem, donec eos habere inciperet*. Hactenus Navarrus. Ex cujus subjecta ratione apparet, quod verba illa (bona Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus pertinent ad sacrosanctam ejus Pontificis Majestatem, quemadmodum in simili loquitur. *l. sciendum est. 70. §. verba hæc. (is, ad quem ea res pertinet) ff de V. S.* sic intelliguntur (hic *analogice* tamen) ut qui in Universum dominium vel jure Civili vel jure prætorio succedit, contineatur, adeoque de iis tanquam fidelis administrator & dispensator habeat disponere, prout etiam de iisdem in usum nobilium Anglorum libere disposuisse ibidem Navarrus testatur, de quibus videatur fusè Layman. & P. Valent. *cit. locis*.

Ex deductis patet, quomodo sententia nostra non solum à Bartolo, Ripa, Navarro, sed etiam ab ipsomet Pio. V. ejusque libera dispositione pro nobilibus Anglis de bonis ad Abbatiam Prælato & Conventu carentem facta valide confirmetur, ut proinde totus discursus *Asbesti Hayani de unico teste* in favillas abeat, & in cineres resolvatur. 61

Stante autem Dd. nostrorum conclusione, quod bona emortuorum Monasteriorum ad superiorem pertineant.

§. VII.

Quæritur Secundo, ad quem superiorem, & quâ ratione bona illa pertineant. 62

Respondebam, quod P. Laymannus *justæ suæ defensionis, quæ est præambula in fundamento altero, & in respons. ad quintum argumentum* assereret, quod Monasteriorum emortuorum olim exemptorum bona pertineant ad *Papam*, non tanquam ad *Dominum* proprietarium, sed tanquam *ad administratorẽ*: non exemptorum verò Monasteriorum bona ad *loci Episcopum*. Rationem *prioris* asserebam; quia cum bona illa pertineant ad superiorem, ut paulo antè probavimus, & exemptorũ superior sit *Papa*; non exemptorum verò *Episcopus*, sequeretur, bona Exemptorum pertinere ad Papam, non Exemptorum ad Episcopum. Rationem *posterioris* constare ajebam ex eo, quod

mortuis omnibus de collegio incolis bona veniant restituenda iis, qui pro Ecclesiæ bono atque utilitate ab ipso superiore, ordinario jure substituantur, ut tradunt communiter DD. *in q.7. Astri Eclips.* Consequenter quod ea bona ad superiorem non tanquam proprietarium dominum spectent, alias enim jure ordinario ea sibi posset reservare aut retinere, sed tanquam ad *administratorem* pertineant.

63 *Commenta Hayana.* F. Romanus, *in horti paradox.8.n.18 & seqq & appendic. paradox.23 n.34 & seqq.* Varia hic ingerit, Nam in primis *paradox 8.* dicit, *quod ad quæstionē illam, ad quem pertineat dispositio Monasteriorum destitutorum è manibus infidelium recuperatorum, tot occurrant responsa, quot capita.* & in margine notat *quod novem dentur ea de re sententiæ diversæ; Alii enim dicunt, Imperatorem recuperando talia, non plus juris in illa sibi acquisivisse, quam sibi acquisiverit in bona fidelium procerum, quæ rebelles sibi appropriarant, ita* tres Consultores è Societ. *in Consilio Bergensi,* Astri fol.408. colum.2. *Alii contra,* Imperatorem *plus juris habere in hæc Monasteria. Ita* Paulus Layman. *just defens.*, fol. 460. *qui & totam dispositionem tribuit Imperatori, cum* ibid. fol.492 *Ad Ecclesiarum supremum advocatum spectare* inquit, *ut provideat, cui ordini, vel alteri pio usui pro maiore* DEI *gloria, Ecclesiæque ejus augmento, Monasteria debeant applicari. Alii Cæsari Pontificem Romanum adjungunt docentes, esse in Mera facultate Imperatoris, utpote novi fundatoris, ut talia bona* ad quos voluerit usus, destinet *& applicet annuente Pontifice summo, ita* authores Consiliorum *apud* Valent. Mangion. *in Theoricis Astri* fol. 22. 30. & 36. 4. *Alii Papam Imperatoris lateri præponunt, Hinc cit. Laym.* fol. 368. 371. & 443. *Monasteria* inquit, *& bona eo um vacantia, Romanus Pontifex & Cæsar assignare & donare possunt, quibus ipsi volunt. Assentitur, P. Mangionius & placida disceptatio.* 5. *Alii Cæsari tergum vertentes dicunt, ad Pontificem, non ad Cæsarem pertinere Ecclesias transferre, dividere, &c. & sic Laym.* d. just. defens. fol. 522. 6. *qui rursum* fol. 466. *etiam Episcopos aliosque prælatos inferiores excludens*, ait, *Hujusmodi Monasteria extincta, sedi Apostolicæ specialiter reservata esse; Consentire dicor & ego* quæst. 5. Eclips. c. un. num. 1. inquiens, *posse Pontificem talia Monasteria liberè aliis alterius ordinis Religiosis conferre, idque de potestate ordinaria?* 7. *alibi summo Pontifici Socios adiungunt Episcopos. Ita Laymannus* just. defens. fol. 6. 11. 12. 24. & 25. *asserens, quod mortuo Abbate cum toto Capitulo jus totum dispositionis recidat Principaliter ad Papam, etiamsi Monasterium, aut sacrum Collegium Exemptum non sit: Et suo modo ad Episcopum eum subordinatione ad Papam.* 8. *Alibi distinguunt inter Exempta, & non Exempta ajuntque, Monasteriorum olim Exemptorum bona, pertinere ad Papam, non tanquam ad Dominum proprietarium, sed tanquam ad administratorem; Non Exemptorum vero Monasteriorum bona ad loci Episcopum. Ita ego aiam* d. quæst. 4. c. 2. num.

cap. 2. num. 7. ex *Layman. qui alibi ait Ordinationem huiusmodi Monasteriorum non Exemptorum pertinere ad Episcopos; tamen cum dependentia à Pontifice Maximo. In quo vero hac dependentia consistat, nullibi exponit.* 9. *Alibi denique idem Layman, prætereundo talem dependentiam, docet esse receptam doctrinam, quod propter negligentiam collegii, vel mortem omnium de Collegio, jus providendi devolvatur ad superiorem, qui habet potestatem Confirmandi Electum sive Episcopus sit, sive alius prælatus* in qq. Canon. de prælat. Elect. cap. 9. num. 98. & in censura 38. Astri §. 3. *At vero inquit, ego longe uberiorem Episcopis & similibus prælatis potestatem tribui, si Monasteria exempta non sint; Videl. quod in casu isto extinctionis totius Collegii aut Monasterii provisionem & ordinationem facere possint iure proprio. similia habet* ibid. p. 1. loco. 1. post init. & in just. defens. Concludit F. Romanus. *Viden ergo Lector* inquiens, *ad quemvis obvium ventum ab his scriptoribus pallium aptari, qui in omnium transeuntes sententias, omnium colores videntur assumere.*

Illud præterea observandum dicit, quod P. Laymannus in iis ipsis sententiis sibi contrari tur suisque armis pereat appendic. Paradox. 23. num. 34. & seqq. *In censuris* Astri loco. 1. §. 1. & censura 3. §. 1. *inquiat Layman se nunquam negasse, immò aperte affirmasse, quod omnibus è Monasterio, aliove Collegio Ecclesiastico, per mortem sublatis personis, Ordinatio Monasterii seu sacri Collegii ad proximum prælatum devolvatur qui habet potestatem confirmandi Electum, sive is sit Episcopus, sive alius prælatus. Eadem docuerat* in qq. Canon. de prælat. elect. c. 9. num. 98. *citatus ab ipso* in Aula Ecclesiastica n. 61.

His è diametro contraria scripsit alibi & quidem Censura 38. §. *at vero ego, ait, in nostro casu cum Conventuales omnes mortui sunt, nulla vel fingi potest eligendi potestas, quæ ab inferioribus ad superiorem videlicet Episcopum devolvatur. Ibidem pedem aliter figens, complanata fronte, Episcopos iterum blandè palpat. At vere ego* inquiens, *longe uberiorem Episcopis & similibus prælatis potestatem tribui, si Monasteria exempta non sint, Videlicet quod in isto casu extinctionis totius Collegii aut Monasterii provisionem & ordinationem facere possint iure proprio & non deuoluto; subiungit F. Romanus. Nemo amicus idem & adulator. Alibi namque Layman hoc* Jus *proprium, rursus è manibus Episcoporum excutiens in abacum summi Pontificis transponit; dum* fol. 466. justæ suæ defens. *ait*, quod hujusmodi Monasteria extincta sedi Apostolicæ specialiter reservata sint, *& alibi*, quod mortuo Abbate cum toto capitulo, jus totum dispositionis recidat principaliter ad Papam, etiamsi Monasterium, aut sacrum Collegium exemptum non sit. *Si proinde* Ius totum *recidit ad Papam, quid Episcopis, & similibus prælatis disponendum remanebit?* Rursus *ibidem fol.* 365. Hic autem versamur, *inquit*, in casu, cum Monasteriorum prælaturæ ac tituli Regulares extincti sunt toto conventu seu congre- 64

gatione mortua: ut proinde adsit, per quem Canonica electio fieri possit, sed Ordinatio ac renovatio Monasterii devoluta sit ad Romanum Pontificem. *Indubium autem est, quod devolutio ad Romanum Pontificem facta omnibus inferioribus manus claudat: ubi ergo est illud jus sive proprium sive devolutum, Episcoporum & similium prælatorum, in Monasteriis non exemptis? vel si istud salvum est, quomodo jus totum dispositionis ad Romanum Pontificem devolutum esse dici potest? Alibi* fol. 444. ibidem, *tripodem è Culina Cæsaris quoque sperans inquiat*, quod Monasteria per mortem omnium destituta & bona eorum vacantia Romanus Pontifex & Cæsar assignare & donare possunt, Quibus ipsi volunt. *Denique* folio 155. *ibid.* in nostro casu, (*inquiat*) agitur de Monasteriis Vacantibus, quæ in Libera Pontificis, cum Cæsaris assensu, dispositione sunt, *nempe in favorabilibus paulo*

Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.

Ergone in libera potestate est Romani Pontificis & Cæsaris, ut Episcopis & similibus Prælatis jus proprium ipsorum turbent & auferant, non attento, quod S. Gregorius Papa 15. q. 2. cap. 10. *dicat*, mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo. ***Sane antilogia & contrarietas in Doctore, arguit (quod omnium pessimum est) malignitatem & nequitiam quandam, ut ait. Anton. Maria Corat.* li. 1.** de commun. opinion. tit. 5. n. 70 *Bos contra seipsum pulverem spargit.*

65 Verum F. Romanus longissimè à scopo aberrat. **Siquidem longè aliud** est, Respondere, *aliquid juris in rem aliquam acquirere*, & *aliud, rem aliquam ad se jure Dominii directi sive etiam alti pertinere, vel etiam liberè de re aliqua disponere posse*, quo posteriori, non verò priori quæstio movebatur. Quod autem illa inter se differant, patet. Non enim cuicunque acquiritur jus in rem aliquam, is potest etiam de eadem re pro lubitu disponere, uti patet in re *hypoteca* nexu alicui obligata, ad certum usum *Commodata*, precario & similibus, quæ omnia etiã tyronibus juris nota sunt. Quod verò asserit, in resolutione quæstionis præmissæ novem dari opiniones, cõmentũ est. Neq; enim in terminis hæ diversæ sententiæ apud allegatos per F. Romanum Patres nostros reperiuntur; neque etiam ex iis, quæ F. Romanus affert, illæ deducũtur. Nam quando apud F. Romanũ nostri tres Patres Societ. *P. Philippus Henrici. P. Lucas. P. Guilielmus Lammermayni*, quasi pro *prima sentẽtia* in causa Bergensis Monasterii *referuntur* dicere, *certũ esse, quarto, Imperatorem recuperando armis Monasteria in circulo inferioris Saxoniæ*, Non plus juris *sibi acquisivisse, quã sibi acquisiverit per victoriã Pragensem in Bohemia Monasteria & Bona Ecclesiastica, videlicet Archiepiscopatus Pragensis, & in bona fideliũ procerum, quæ rebelles sibi appropriarant, certè eo in responso non definiunt, ad quem Monasteriorum Abbate & conventu carentium dispositio pertineat*, sed aliud, *utrũ aliquid juris Imperator in recuperata armis Monasteria obtineat*, quod nec *asserunt*, nec etiam *negant*, sed ab utroque abstrahentes dicunt, non plus juris **in illa, quàm in alia Monasteria alibi recuperata acquiri.** Unde nemo certe

absolutè

Disputiuntur.

absolutè concluserit, quod Imperatori aliquid juris ibi tribuatur, nec etiam quod aliquid juris illi negetur, sed ex parte est responsio respectiva & conditionalis negativa, quæ nihil certi in re ipsa ponit, ut proinde quisque videat, quomodo F. Romanus etiam in rebus non minimi momenti à veritate aberret.

Deinde quando F. Romanus asserit, alios econtra docere, Imperatorem plus juris habere in hæc Monasteria recuperata, in eumque finem P. Laymannum *just. defens. fol.* 460. allegat, videtur ipse eum aut non legisse aut non intellexisse. Siquidem Laymannus *loco cit.* non *hanc suam* asserit *sententiam*, sed ut ipse loquitur, adversarius Disceptator ita agit omnia, ac si disceptatio sua absolute instituta sit contra Patres Societatis, tanquam eos, qui recuperata ab acatholicis Monasteria sibi tradenda esse, ostendere conentur, prout in progressu patebit. At quomodo hinc F. Romanus concludet, Laymannum hic definire, *Imperatorem plus juris habere in Monasteria recuperata!* Nullus profectò præter unicum F. Romanum inde simile quid concludet. 66

Adhac quomodo F. Romanus ostendet, has duas propositiones, *Imperator plus juris in recuperata Monasteria acquirit.* & *Imperator non plus juris in unius quam alterius loci Monasteria recuperata acquirit*, esse propriè contrarias. 67

At F. Romanus urget, Laymanum *in iust. defens fol.* 492. tradere ea, quæ ipse retulit verba. Verum F. Romanus ea verba non bona fide, sed mutile atque in pravo sensu recitavit. Siquidem P. Laymannus *d. loco* tradit, Monasteria extincta eorumque bona vacantia NB. *ad Ecclesiæ prælatos*, inprimis ad Rom. Pontificem & supremum eorum advocatum Cæsarem spectare, ut provideret, cui Ordini vel alteri pio usui pro Majore DEI gloria, Ecclesiæque eius augmento applicari debeant. 68

Vnde nemo concluserit, quod P. Laymannus hic *Imperatori plus juris in Monasteria armis recuperata* asserat; Cum ipse expresse dicat, illa Monasteria ad Ecclesiæ prælatos spectare. Certum autem est, quod Imperator non sit *Ecclesiæ Prælatus*, Cum sit plane sæcularis. Nihilominus quis negabit, ad Imperatorem maximè tanquam Ecclesiæ Advocatum spectare, ut prælati de commodis & idoneis personis Ecclesiæ & Monasterio recuperato provideant, Vid. Modestin. Pistor. *cons.* 43. *n.* 41. *vol.* 1. Et annon Imperatori ex lege Charitatis incumbit cura salutis proximi, ut subditis aliisque de fidelibus idoneis Ecclesiæ Ministris prospiciatur, annon *Mandavit Deus unicuique de proximo* suo, *Ecclesiast.* 17. *v.* 12. inde tamen nemo Imperatori vel proximo jus nedum plus juris in bona Ecclesiastica tribuerit. 69

Neque obstat, si quis replicaret, quod P. Laymannus *Pontifici jungat Imperatorem*, atque utrique eadem verba applicet; Nam sciendum est, quod *verba determinantia, quæ respiciunt plura diversa determinabilia, secundum cuiusque naturam atque in suo statu accipienda sint* & determinent *per c. ex literis*, 70

ubi Card *de rescript.l.2.ubi* gloss. Ord. *in verb.manumitti de officio proconf.* gloss. *magna & ibi* Dd. *in l.Gallus* §.21. *ff. de liber & posthum.* Et annon Logicis *talia sunt prædicata qualia à suis subiectis & vicissim permittuntur*, ut mirum sit F. Romanum in eiusmodi claris orbi velle illudere.

71 Alios quoq; quasi pro *tertia* sententia affert F. Romanus, qui Cæsari Pontificem Romanum adjungant docentes esse in mera facultate Imperatoris, utpote novi fundatoris, ut talia bona, ad quos voluerit usus, destinet, & applicet annuente Pontifice summo. Ita authores cōsiliorum apud Valent, Mangion, in *Theori: Astri fol.22.30. & 36.*

72 At prior Theologus, qui non est Societatis, ea quidem habet verba, quæ F. Romanus attulit, non tamen alter Theologus. Siquidem hic nusquam dicit, *quod in mera sit facultate Imperatoris, bona illa, ad quos voluerit usus, destinandi & applicandi.*

Deinde neuter Theologus definit, quod Imperator ex se & sua potestate habeat facultatem de Monasteriis & Ecclesiasticis bonis recuperatis disponendi, sed ex *summi Pontificis concessione*, quod est verissimum. Nā licet nulla laico sit tributa facultas de rebus Ecclesiæ disponendi, *text. in c. si Imperator 96. dist & ibi* Archid. Præpo. *c. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* Cornei: *cons. 72. colum. pen. & fin. vol. 4.* Sylvest. *in summ verb. immunitas il.1. colum. 12. circa princi.* Archid. *in c. hoc consultissimo de reb. Eccles. non alien. in 6.* utpote jurisdictioni & dominio ipsius non subjectis; attamen quin accedente summi, Pontificis licentia & consensu Imperator vel princeps laicus de iis disponere possit, nullus est, qui dubitet, *Vid.* Achill. de Grass. *decis. 9. de restit. spoliator.* Faciunt eo not. Ioan. Andr. *in d. c. hoc consultissimo n. 3. &* Franc. *ibid.* Archid *n. 5.* quia actus eiusmodi dispositionis, cum non sit actus sacri Ordinis, nec etiam jurisdictionis merè spiritualis nec sacrum supponat ordinem poterit etiam laico, adeoque principi alicui sæculari à summo Pontifice committi, per notat. Canonist. *in c. dilecta, de maior. & Obed.* Achill. de Grass. *d. loc.* Vnde qui obtinet beneficium Regulare ab Imperatore, titulum habet coloratum Achill *d. loco.*

73 Hoc vero in casu nostro Sanctissimus Dom. Noster Vrbanus Papa VIII. Imperatori Ferdinando II. *ad certos annos dedit* potestatem de bonis Ecclesiasticis & Monasteriis ex manu hæreticorum recuperatis liberè disponendi, ut constat ex variis Imperatoris literis;

74 Atq; imprimis ex eiusdem S.C. Majestatis ad Principem Sabellum Oratorem suum in Vrbe residentem 16. *Octob. 1630.* transmissis, in quibus ipsi demandatur Oratori, ut cū *sua Maiestas pro pio suo in Religionē & S Catholicam fidem studio Collegia aliquot unà cum Vniversitate & Novitiatu in Saxonia inferiori pro Patribus Societatis Iesu fundare & erigere intendat, in eumq; finem consignationem quorundam Monasteriorum Conventibus destitutorum Societatique applicandorum transmittat, cum sua sanctitate agat, quo sua sanctitas non*

non suum consensum modò & applausum, sed & auxilium & opem VT FACIT, *prabere & continuare non cesset; Tum Nuncio Apostolico apud Aulam suam Cæsaream Residenti generalem de negociis ad restitutionem bonoru Ecclesiasticorum pertinentibus tractandi & concludendi potestatem facere dignetur, ad qua ille in incrementum Ecclesiæ fideliter uti sciat. Id enim valde oportunum & gratum sua Maiestati futurum.* Hæc ibi, Quibus conformiter accepta à sanctissimo D.N. Vrbano Papa VIII potestate Eminentissimus Dominus Aloysius Caraffa, id tẽporis Nuncius Apostolicus, nũc S.R.E. Cardinalis (uti ipse *in sua Germania Reformata § Reformatio Religionis sub fin. pag. mihi* 197.) refert, *providus Imperatori* (per Eminentissimũ D. Ioannẽ Baptistam Pallottum S. R. E. Cardinalem id temporis Viennæ Nuncium Apostolicum) *author fuit & suasor, ut cum antea bona Ecclesiastica à fisco passim hypothecarentur, postmodum in alios pios usus converterentur*, quorum *prius* Imperatori non permisisset, nec *posterius* suasisset; si non pariter suæ sanctitatis authoritas & facultas accessisset; præterquam quod alias suæ Eminentiæ ex officio incumberet, actus subditorum in foro conscientiæ, quos publice geri videt & novit, quibusque facile contradicere potest, ita dirigere, ut ab iis delictũ excludatur. Nam si illi hoc involverent, nec iis ipse contradiceret, reum se & participem illiusmodi delicti faceret (quod non est præsumendum. per not. Menoch. Tusch. *infra cit.* 75

Vnde ad excludendum, delictum actumque dispositionis istius Cæsareæ justificandum, præsumitur etiam alias concessio superioris Pontificis aut dispensatio intervenisse, per not. Menoch. 4. *præsumpt.* 161. *n.* 26. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 4. *n.* 25. 26. *per l. merito ff. pro Soc.* Fac. *nota.* Tusch. *lit. D. conclus.* 367. *numer.* 27. 28. per not. Menoch. Sanch. Tusch. *dd. loc.*

Eandem facultatem à sua Sanctitate Sacræ Cæsareæ Majestati concessam 76 Eminentissimus ac Reverendissimus D. *Anselmus Casimirus* Archiepiscopus Moguntinus Sacri R. Imperii Princeps Elector in variis ad Imperatorem, & Illustrissimus D. Guilielmus Marchio Badensis in suis ad suam Sanctitatem 7. *Novemb.* 1638. datis literis agnoverunt; ut nulli hominum ea 77 de re liceat dubitare.

Num Imperatori ob facta impensa in recuperatione bonorum Ecclesiasticorum, in terris Imperii jus patronatus acquirat. Opinio affirmans.

Nonnemo fortè præterea urgebit, quod Theologi illi Sac. Cæs. Majest. *jus etiam patronatus* ob impensas in recuperatione Monasteriorum factas videant tribuere, idque ex sequentibus rationibus; tum quia Imperator condonando sumptus in recuperatione bonorum Ecclesiasticorũ factos, videtur Monasteriis, Ecclesiis dotem conferre. Siquidem pro iis sumptibus necessariis rẽfundendis debuissent complures vendi agri, qui condonatione sumptuum ipsis manent, per ea, quæ tradit Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alien q* 19. *numer.* 12. & *q.* 32. *numer* 4. & 16. Huc facit, quod si quis dotem, quæ perierat Ecclesiæ restituit, patronatus ius obtineat, ut tradit ex Card. *in ca.* 3. *quæst.* 3. *de jur. patron.* Roch. *de jur. patron. in verb. construxit. numer.* 14. tum quia qui dirutam Ecclesiam reædificat, ita 78 ut

nefactor autem non acquirat jus patronatus *c. filiis*, *16. q. 6* cum proprie loquendo nec sit fundator, nec constructor, nec dotator, quibus & non aliis de jure jus patronatus conceditur.

Et videtur confirmari ex eo, quod Constantinus Magnus plurima Ecclesiæ Rom. & Papæ Sylvestro donaverit, ob quæ tamē nec ipse nec ipsius successores Ecclesiæ Rom. sunt patroni, ut decidit Abbas Pan. post Vincent. Philippum *in c. Venerabilem sup glos. in verbo carebit de elect. Vid.* Roch. *in d. tract. in verb. & dotavit. n. 9.* Rot. *Rom. decis. 167. n. 2. part 2 in noviss.* 82

Nam hoc casu Imperator non tantum benefactor, sed dotator censendus esset, eò quod fundum & dotem captivitate hostium perditam atque amissam magno suo sumptu Ecclesiæ restituerit, Paria autem sunt fundum primò dare & captivitate amissum restituere, dotem primò constituere & amissam reparare, sicut & Ecclesiam, primum construere & destructam reparare. Cassador. *de jure patron decis. 6. numer 7.* Roch. Curt. *in d. tract. de jure patronat. per* §. 1. *auth ut nullus fabricet oratorii Domos prater voluntatem Episcopi &c. col. 5. vers si autem non suffic at*, ubi vetustissimam Ecclesiam cum consensu Episcopi reædificans, dicitur fundator vel ædificator ipsius Ecclesiæ, ideoque jus patronatus in illam acquirere, Angel. *per illum textum & est textus in ca. praterea, ca. nobis de jure patronat.* Facit *l. 1. §. omnium Cod. de veteri jure enucleando.* ubi qui non insubtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui prius invenit; sic in Executione qui reparat rem amissam, non minus laudabilis est eo, qui primum eam constituit. Vnde & reparanti tribuitur jus patronatus à Paulo de Citad. *in d. tract. p. 3. c. 1. de acquisitione juris patron. numer.* 41. atque ita non videtur obstare, Constitutio Adriani VI. irritantis omnia jura patronatus, quæ non ex fundatione, vel dotatione, vel privilegio competunt *c. Adrianus 63. dist.* 83 4.

Neque *tertio* obstare videtur, quod si Imperator nunc admitteretur patronus, jam post consecrationem Ecclesiæ admitteretur, servitusque imponeretur rei Sacræ, quod esse non debet *l. servitutes § fin. ff. de servitut. & l. Caveri ff. commun. prad.* jus enim patronatus est quædam servitus *gloss in c. pia mentis 16. quæst. 7. glos. & Dd. in ca. quoniam. de jure patron.* Bald. *in rub. eod. de usu fructu* & Dd. *cit.* à Rocho *in d. tract in verb & dotavit. n. 3.* cum jus patronatus sit Ecclesiæ onerosum. Menoch. *cons. 90. n. 1. per c. significavit, ubi Dd. de testibus.* Nam ut Menoch. *d. cons. 90. à n. 24. usque ad n.* 40 tradit, etiam post consecrationem potest ob dotem constitui patronus Ecclesiæ sufficienti dote destitutæ, licet secus sit, si sufficienter dotata esset. *Ratio* illius est, quia sine substantia rerum, Ecclesiæ deserviri non posset *c. si quis objecerit 1 quæst. 3.* Roch. *d. tract. in verb. & dotavit, numer. 3.* & dos spectet ad bene esse Ecclesiæ Menochi. *d. cons. 90. numer.* 40. Deinde sine 84 Obj. 3. 4. 85

causa legitime non posset rei sacræ imponi servitus *per gloss. in d. c. pia mentis*, & Ioan, Andr *in d.c.1.de iure patron.* Secus foret, si justa causa subesset. Nam propter hanc posset Episcopus bona Ecclesiæ alienare; Ergo multo magis servituti subijcere Roch. *in d. tract. in verb. pro eo, quod de diœcesani in fine.* Inter justas autem causas recenset *ibidem* Menoch. si quis multa vel plurima bona reædificationi vel culturæ impenderit, ut si agros incultos vel steriles sumptu magno effecerit cultiores & fertiliores; Cum propter hanc causam bona Ecclesiæ alias in feudum dari solita, sed mensæ Episcopi iterum unita possint denuo in feudum concedi. Abb. *in c. ut super. numer. 11. vers. Ego crederem, de reb. Eccles. non alien.* Vid. plura

86 apud Menoch. *d.cons. 90.numer.26.* quam tamen rationem non approbat Rota Rom. *in noviss.* decis. 306.*numer.5.ubi ait*, Ecclesia dotata non dicitur in reductione nemorum & terrarum Ecclesiæ incultarum ad culturam per *glos. in d. can. pia mentis*, 16. q. 7. Aliter quoque respondet Rochus *in d.*

87 *tract. verb. & dotavit num.4. ad gloss.* quod favore Ecclesiæ, cui ob defectum dotis deserviri non poterat, constitutio illa dotis retro trahatur & fingatur Ecclesiæ, ante consecrationem donata, adeoque ob fictionem, rei sacræ non videatur servitus imponi, ex sententia Ioan. Andr. *in c. 1. vers. fin. de jure patron.* & Card. *in rubr. eodem. quæst.6.* Abbas *in d.c. quoniam. eodem, & in cons. 59. Ex simili in ca. tanta, qui filii sint legitimi* ubi favore matrimonii filii ante contractum matrimonium finguntur post illud geniti; Ergo à pari dos post consecrationem Ecclesiæ collata, fingetur favore Ecclesiæ eam antecessisse; Vtraq; opinio cum sit favorabilis Ecclesiis, ut ita facilius homines ad illas dotandas inducantur, videtur amplectenda. *arg. l sicut personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* Rochus *d. numer.4 quæ* secundum proportionem multò magis in nostro casu videntur obtinere, ubi Ecclesiæ maximam partem sunt omnino profanatæ; Ut proinde ibi contrarium argumentum locum non inveniat.

88 Quæ licet speciose pluribus proponi possent; *nihilominus* in casu nostro *Opinio negans.* seclusa speciali Papæ concessione sentiendum est, neque Imperatori neque ulli principi armis Ecclesiam & Ecclesiastica bona etiam in summa necessitate defendenti, aut recuperanti ullum jus disponendi de bonis Ecclesiasticis acquiri, *per text. in c. si Imperator 96. dist. juncto. c. hoc consultissimo de reb.* "*Eccles. non alien. in 6.* Nam in priori can. *si imperator* dicitur; Ad *Sacerdotes* "enim DEUS voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, *non* ad "*sæculi potestates*, quas si fideles sunt, Ecclesiæ suis Sacerdotibus voluit esse "subjectas. Non sibi vindicet alienum jus & ministerium, quod alteri deputatum est; ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia constituta sunt & "contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est po"testatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à pontifici-

bus

bus & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis Clericos & Sa- „
cerdotes voluit ordinari, & discuti, recipique de errore remeantes; Impera- „
tores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis præsulibus, „
non præferre Hactenus textus. At præferrent, si ius patronatus per executiones suas in eiusmodi Bonis Ecclesiasticis consequi dicerentur, August. Berous. *in rubr. de jure patron, n.* 20. *& seqq.*

89 In posteriori verò textu *d. c. hoc consultissimo.* Imperatori vel principi ob arma in hostem Ecclesiæ in necessitate sumpta jus patronatus arrogan- „
tibus, excommunicatio intentatur. Et superiores Ecclesiastici, qui illis sine „
consensu suorum capitulorum & speciali licentia sedis Apostolicæ permit- „
tunt, censuram suspensionis incurrunt, *in c. hoc consultissimo, de reb. Eccl. s.* „
non alien. in 6. ibique gloss. Archidiacon. Ioann. Andr. Ancharan. Franc. Geminian. Vanckel. Vinian. notant, ut ita in Ecclesia Dei confusio, atque inordinatio evitetur, ne potestate disponendi de Ecclesiis, quarum dispositio ad summos Sacerdotes spectat, sibi principes arrogent; poterunt tamen, quorum causa agitur, ad modicum, non verò longum tempus fructus aliquos in compensam concedere *d. c. hoc consultissimo & ibi citati Canon. notant.*

90 Vnde patet, quod in jure hic casus cum aliis non æquiparetur; Et sanè *rectè*. Siquidem non Ecclesiastici læsi, spoliati, sed Ecclesiasticorum spoliatores, invasores ad sumptuum refusionē condemnandi sunt *l. properandum* *Ratio.* 13. §. 6. *C. de judic. l.* 5. *Cod. de fruct. & lit. expens.* (*ubi* victus victori in expensarū causa est condemnandus) ob quorum culpam & rebellionem armata opus fuit executione, ne alioqui contra omnem æquitatem alteri per alterum iniqua conditio inferretur, contra *l. non debet alteri* 84. *de R. I.* aut ne quis alterius odio prægravetur uti deciditur *in c. non debet de R. I. in 6.* sed ut econtra ipsi violatores, damnum, quod sua *culpa* sentiunt, sibi imputent *c. damnum* 86. *de R. I. in 6.* si præter sumptus etiam pœnam fisco solvere teneantur juxta pacem tam Religiosam, quàm profanam.

91 Ex quo consequenter corruunt solutiones ad argumenta opposita datæ, quod non Ecclesiastici, sed Ecclesiasticorum turbatores & Ecclesiarum invasores ad sumptus omnes refundendos teneantur. Itaque nihil hic Ecclesiasticis aliud, quàm tali casu necessaria defensio præstatur. Et 92 confirmatur ex eo, quia contra omnem justitiam foret, si quis princeps suis subditis permitteret impune in aliorum, maximè Ecclesiasticorum, patrimonia grassari, ut ea pro lubitu deriperent, & postea à læsis, miseris, & afflictis iisque non subditis Ecclesiasticis sumptus in recuperatione faciendos vellet repetere. Annon Magistratus est, subditos rebelles punire, eorumque audaciam compescere? Nam ut tradit S. Paulus *Rom.* 13. *Non sine causa Magistratus gladium portat, ut sit timori male agentibus.*

93 Forte nonnemo movebit, quod Dominus, in cujus territorio quis spoliatus est, ad damni reparationem teneatur, quando non statim delictum persecutus est, sed negligentiâ vel culpâ eius est toleratum *per Nov. 134. c. 4. vers. si enim propter hac.* Vbi cavet Iustinianus Imperator ut præses provinciæ si neglexerit vindicare crimina, in provincia sua commissa, obligatus sit ad resarciendum læsis damnum. Ratio petitur tum ex *c. non inferenda 23. quæst. 3.* ubi ita statuitur; *qui non repellit à socio injuriam si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit,* tum ex *tit. inst. de obligat. quæ quasi ex delict. nasc. & l. si quis absens §. si iudex litem cum §§. seqq. ff. de obligat. & act.* quod ex quasi delicto teneatur, cujus culpa vel negligentia alii nocetur. Atqui præses provinciæ & Dominus territorii potest, imò debet in sua provincia & territorio injuriam à Sociis propellere, & malis hominibus provinciam suam purgare. *l. 3. in fin. & l. 13 in princ. ff. de off. Præsid. Facit. l. 1. vers. Domus vero. Cod. de falsa monet.* Estque communis Dd. Vid. Gail. 2. *obs. 64. numer 6. & Græve. lib. 2. concl. pract 62. per tot. Bocer. de Regalib. c. 2. num. 154.* qui alias propositionem indefinitam ac communem Dd. etiam variis præjudiciis Cameralibus confirmatam impugnat *numer. 154. & seqq. Vid. ibid.*

94 Vnde si sub initium direptionis & invasionis hæreticorum aliqua quorumcunq; etiam officialium intercessisset culpa vel negligentia, secundum Dd. Dominus eorundem ad damni illati reparationem in conscientia tenebitur, minimè vero jus aliquod in iis bonis consequetur.

Alia ratio esset, si nemo subditorum Imperii Christiani, sed vel *Turca* vel *Persa* vel aliquis alius infidelis Christiani Cleri bona invasisset, tunc enim ob defensionem & recuperationem bonorum modicum quid Princeps recuperans à Clero consentiente capitulo recipere, aut ad modicum, non tamen ad longum tempus nisi accedente speciali Pontificis consensu fructus exinde percipere posset text *in d. c. hoc consultißimo de rebus Eccles. non alien in 6.* & ibi Canonistæ notant.

95 Atque in hoc sensu duos Theologos accipio, quod nimirum accedente summi Pontificis consensu velint Imperatorem posse jus in bonis Ecclesiæ recuperatis acquirere; sicuti Patroni, ex fundatione, ædificatione & dotatione, interveniente consensu Episcopi jus patronatus acquirere definiuntur, *in c. nobis fuit 25 de jure patron.*

96 Quicquid demum de jure isto patronatus sit, ex superioribus relinquitur, quod sua Sanctitas Imperatori facultatem de bonis Ecclesiasticis absolute disponendi ad tempus concesserit. Atque ita isti duo Theologi contra nos nihil sentiunt. Cum nos de potestate Ordinaria & primaria, illi vero de potestate delegata & Imperatori communicata agant, quæ non sunt contraria, sed sibi subordinata.

97 *Quarto,* quod refert F. Romanus *d. horti paradox. 8. n. 4. ab aliis* in quarta. quasi

quasi sententia], *Papam Imperatoris lateri preponi, nimirum à* Laym. fol. 368. 371. & 443. Mangion. & authore placidæ disceptationis, vel non videtur ipsos intellexisse vel subobscurius proponere. *Cum ii auctores* modo supra dicto intelligendi sint atque intelligi velint, ut Papa ordinaria, atque Imperator delegata utatur potestate in bonorum Ecclesiasticorum recuperatorum dispositione, ideoque non poterit illorum sententia, tanquam à priori diversa statui, cum talia sint & intelligantur prædicata, qualia permittuntur à subjectis. Cũ verò diversa hic dentur subjecta (Papa & Cæsar) diversatum naturarum, in ordine ad bona Ecclesiastica, diversa etiam requirent prædicata, ut modo diximus.

Quinto, quod asserit F. Romanus *ab aliis 5. tradi; Ad Pontificem, non ad Cæsarem pertinere, Ecclesias transferre, dividere atque pro eo so'um citat* Laym. *d. just. defens. fol.* 52. non cohæret, quia Laymannus non est alii pluralis numeri, neque etiam Laymannus in eo quicquam diversum à superioribus sentit. Siquidem ad Pontificem & non Imperatorem spectat *proprio iure* de bonis Ecclesiasticis recuperatis disponere *Clem. in plerisque de Elect.* Imperatori verò potestas disponendi est ex delegatione summi Pontificis concessa. 98

Sexto, ait F. Romanus, *quod P. Laymannus rursum fol. 466. etiam Episcopos aliosque prælatos inferiores excludens 6. doceat, huiusmodi Monasteria extincta sedi Apostolicæ specialiter reservata esse.* Cui ego contentiam *quæst. 5. Eclips. c. un. n. 1.* posse inquiens, Pontificem talia Monasteria Libere aliis alterius Ordinis Religiosis conferre, idque de potestate ordinaria. 99

Ast à te F. Romane quæro, ubi ego Episcopos aliosque prælatos inferiores excludam? Non certe dico, solum Pontificem posse, sed Pontificem posse, qui unum nominat hominem, non propterea alios negat homines esse. Neque vox *Libere*, qua ego utor, est Exclusiva Episcopi aliorumque, ad quos dispositio spectare posset. Procurator etiamsi cum libera sit potestate constitutus, non propterea ipse Dominum aliosve ab agendo excludit. Laymannus de Monasteriis exemptis intelligendus est. Igitur hic nihil diversum à prioribus est; solum diversum hic datur F. Romani figmentum, & novi errores. 100

Septimò quod dicit F. Romanus alibi inquiens, *summo Pontifici socios adiungunt Episcopos, unumque subiungit Laymannum in iust. defens. fol. 6. 11. 12. 24. & 25. asserentem, quod* mortuo Abbate cum toto capitulo, jus totum dispositionis recidat principaliter ad Papam, etiamsi Monasterium aut Sacrum Collegium exemptum non sit, & suo modo ad Episcopum cum subordinatione ad Papam. In eo non cohærenter loquitur F. Romanus, quia ipse F. Romanus asserit, quod alibi adjungant in plurali numero, Et solum subjicit Laymannum, Num forte volet dicere Laymannus adjungunt Papæ Socios? At quænam hæc foret constructio. Deinde 101

falsum est, quod P. Layman Papæ Episcopos adjungat socios, Cum Papæ soli Monasteriorum Exemptorum, non Exemptorum Principaliter Papæ, cum subordinatione verò Episcopis tribuat dispositionem, ut expresse ex *pagina* 6. patet, unde certe non potest inferri, quod P. Laymannus, Papæ Episcopos in dispositione socios adjungat, Cum solus Papa, non tantum de Exemptis, sed etiam non exemptis disponere possit, quia licet Episcopis dederit potestatem de iis disponendi, tamen *maiorem* sibi super iisdem reservavit potestatem, *c. dudum de prabend. in 6.* Rectè igitur P. Laymannus dixit, penes summum Pontificem *Principaliter* residere potestatem de Monasteriis emortuis disponendi.

102 Octavò quod dicit F. Romanus, *alibi nostros 8. distinguere inter exempta & non exempta, ita ut Monasteriorum olim Exemptorum bona ad Papam, non tanquam ad Dominum proprietarium, sed tanquam ad administratorem pertineant; Non Exemptorum vero Monasteriorum bona ad loci Episcopum*, uti ego *hac q. 4. c. 2. n. 7.* ex Layman. nimirum *quæst. præambula 1. fundamento 2. pag. 5. 6. in probatione 1. responsinis negativa pag. 12. & in responsione ad argumentum. 5 pag. 15. 16. tradidi*. Non est hæc nova sententia à prioribus discrepans, sed iis consentiens, ut contra F. Romani opinionem erroneam ostendi.

103 Quod verò F. Romanus addit, *P. Laymannum alibi docere, Ordinationem huiusmodi Monasteriorum non exemptorum pertinere ad Episcopum, tamen cum dependentia à Pontifice Max.* non explicando, in quo dependentia illa consistat, cum ipse locum non indigitet, ubi illud P. Laymannus doceat, hoc ipso ostendit, se in cassum laborare, quia P. Layman. locis cit. tradit, Monasteriorum istiusmodi non exemptorum Ordinationem pertinere ad Episcopum, tamen cum subordinatione ad Papam, *d. pag. 6. 12. &c.* Aliud vero est docere, Ordinationem hujus vel illius pertinere ad aliquem cum subordinatione ad alium tertium, & aliud ordinationem pertinere ad aliquem, cum dependentia ab aliquo. Cum *prior* modus loquendi significet, Episcopo respectu summi Pontificis ordinationem Monasterii istiusmodi non exempti non *privativè* competere, *id est*, ut Episcopo non soli illius Monasterii ordinatio competat, sed etiam summo Pontifici, qui Ordinarii Dispositionem prævertere potest, & si prævertat, etiam prævaleat. *d. c. dudum, de prabend. in 6. & ibi Canonistæ.* At *posterior* modus loquendi, quem F. Romanus P. Laymanno supposuit, involvit simultaneum concursum Pontificis & quasi influxum in ipsam Episcopi Ordinationem, ita ut illo concursu Pontificis non posito Episcopus non posset ordinare, quod patet falsum esse, ac F. Romani Commentum, quod ipse sibi soli reservet.

104

105 *Nonò* denique quod asserit F. Romanus. *eundem Laymannum 9. prætereundo talem dependentiam, docere esse receptam doctrinam quod propter negligentiam vel mortem omnium de collegio ius providendi devolvatur ad superiorem, qui*

habet

habet potestatem confirmandi electum, siue Episcopus sit sive prælatus alius in qq. Canon. de prælat. Elect. c. 9 num. 98. Et in Censur. 38. Astri. §. 3. ita loqui. *At vero ego longe uberiorem Episcopis & similibus prælatis potestatem tribui, si Monasteria Exempta non sint, videlicet, quod in casu isto extinctionis totius Collegii aut Monasterii Provisionem & Ordinationem facere possint* (NB.) *iure proprio & non devoluto, ac similia habere ibi* p. 1. loc. 1. post initium & in just. defens. NB.

106 Verum F. Romanus in hisce locis malè existimat novam à prioribus sententiam proponi. Nam res secus se habet; præterquam quòd primus locus *ex qq. Canon. de prælat. Elect.* perperam huc citetur, atque peius *cum Censur* 38. *Astri* § 3. confundatur, Cum omnium eligentium in Collegio Religioso mors non importet omnium originariorum vel incolarum conventualium mortem, neque idem significet, prout supra est ostensum. Nos verò hic non de omnium Eligentium, sed omnium conventualium originariorum vel incolarum morte agimus.

107 Deinde quando P. Laymannus *in Censur.* 38. *Astri* Ordinationem Monasteriorum non Exemptorum Episcopis aliisque Prælatis tribuit, sciendum est, quod ibi P. Laymannus indiscriminatim de omnibus Monasteriis Ordinum non Mendicantium sive ea ab alio superiore Monasterio depēdeant sive non, agat, ita ut si Monasterium aliquod certi loci emortuum ab alio tamen ejusdem Ordinis tanquam membrum sit dependens, habeat à Prælato superioris Monasterii ordinari juxta. *c. cum singula.* §. *probibemus. de præb. in* 6. De hujusmodi Monasteriis tanquam membrum ab alio superiore dependentibus non est mea, neque aliorum nostrorum ordinaria hîc disputatio, sed de Monasteriis ab alio tanquam membrum non dependentibus, in quibus. P. Laymannus mecum ac cum aliis sentit, quod illorum Monasteriorum non Exemptorum conventu *destitutorum* dispositio Episcopo & non aliis prælatis inferioribus; Exemptorum verò summo Pontifici competat, prout passim ostendi, ac S. Rota Rom. *in decis. Treuirens. union.* 29. *Maii* 1641. confirmavit. Itaque hic nihil novi à prioribus per P. Laymannum inculcatur, sed manet firma & constans omnium nostrum hæc conclusio, *quod Monasteriorum conventu destitutorum ab aliis independentium dispositio ad Pontificem, si exempta; sin minus, ad Episcopum loci etiam pertineant.* Ut sic F. Romani Paradoxum octavum in fumos abeat.

108 Sicut & quæ Idem de contrarietatibus P. Laymanni *in appendice paradox.* 23. *num.* 34. *& seqq.* proponit, Siquidem *in censur. Astri loco.* 1. §. 1. *& censur.* 3. §. 1. *& in qq. Canon. de prælat. Electi. c.* 9. *num.* 98. agit de omnibus eligentibus mortuis, non verò de omnibus conventualibus defunctis, de quibus *Laymannus defenditur à contrarietate.*

agit

agit, *in d. censur.* 38. § 1. *at vero.* 3. *in priori* etenim casu Electio devolvitur ad superiorem; cujus est confirmare, *in posteriori* autem casu, ubi omnes Conventuales Monasterii independentis emortui sunt, ordinatio Monasterii emortui independentis & non exempti jure proprio & non devoluto ad Episcopum pertinet, ut supra ostendimus & sic sibi P. Laymannus non est contrarius.

109 Neque ex eo, quod P. Laymannus jus totum dispositionis, adeoque etiam ordinationem Monasteriorum non exemptorum summo Pontifici *Principaliter* atque Episcopo *cum subordinatione* ad summum Pontificem spectare dicit, potest inferri, quod ipse neget, eorundem Monasteriorum Ordinationem Episcopo proprio jure competere; quia licet aliud sit, jus totum dispositionis, seu plenitudinem potestatis disponendi, de Monasteriis tam exemptis quam non exemptis ad Pontificem principaliter spectare, & aliud Ordinationem Monasteriorum non Exemptorum *jure proprio* Episcopo competere. attamen hæc duo sibi invicem non contrariantur, sed hoc illi est subordinatum, non secus quam Jurisdictio inferiorum Magistratuum subordinata est Universali Jurisdictioni Imperatoris, & tamen dicitur eadem proprio jure Magistratui competere.

110 Ut autem hac in re Lectori omnis scrupulus, si quis ingeneratus sit, eximatur, sciendum est, quod F. Romanus amphibolia aliqua hic delitescente videatur deludere voluisse. Nam interdum aliquid dicitur *jure proprio* competere, prout illud significat alicui esse speciale *in auth. de hæred. & falcid. cap* 1. *§. in ordinatam, verf. si vero aut non fuerit quispiam*, opponiturque ei, quod jure *Communi* aut Universali competit, uti dicitur legatum proprium *d. verf. si vero*, vel familiæ *jure proprio* competere, prout illa distinguitur à familia jure communi vel Universali gentis competente *l. pronunciatio* 195. *§. familiæ* 2. *ff. de V. S. Secundo* proprium esse dicitur quod uni soli convenit *institut. de patr. potestat. §.* 1. *ff. de iustit. & jure l. omnes populi.* ita ut sit exclusivum omnium aliorum, ita *propria* res dicitur alicujus, quæ sibi soli obligata est, *l. fœnerator*, & ibi glos. *de naut. fœnore, &c. Tertio* dicitur aliquid alicui *iure proprio* competere, prout opponitur *iuri devoluto*, uti in hac materia consideratur. *Quarto* dicitur quippiam alicui competere *jure proprio*, prout opponitur *alieno arg. cap.* 2. *de hæret. in* 6. *& ibi* Archidiaco. Ita Magistratus *proprio iure* exercet jurisdictionem; Ille verò, cui actus Iurisdictionis delegatur & mandatur, non *proprio iure* sed *alieno* eam dicitur exercere, *ff. de officio eius, cui Mand. est iurisd. l.* 1. § 1 *leg.* 3. *Quinto* potest etiam dici quidpiam alicui *proprio iure* competere ratione excellentiæ & eminentiæ, ita ut sit illi præcipuum, in quo nullus alius ei emineat

Iure proprio competere quid dicatur,

vel

vel similis ei detur per not. Rebuff *in l. frugem 77. ff. de V. S* Luc. de Penn. *in l. errat. in fin. Cod. de Castrensi pecul. lib. 12.* opponiturque ei quod *alicui* competit cum *subordinatione aliqua* ad superiorem. Unde Imperatori in Imperio quoad *temporalia*; Papæ quoad *spiritualia jure proprio* suprema jurisdictio competet, seu propria potestas *c. si Imperator 96. dist* &c. Vid Rebuffum *d. loco* & Alberic. de Rosat. *in dictionar. verbo proprium.*

111 Unde consequens est, quod quando P. Laymannus dicit, Monasteriorum non Exemptorum ordinationem Episcopis *jure proprio*, non devoluto competere, propterea jurisdictionis Episcopalis in dispositione ejusmodi Monasteriorum emortuorum subordinationem quoad Papã non excludat.

112 Nec ex eo, quod Papæ totum jus dispositionis seu plenitudinem potestatis, ac Cæsari delegatam aliquam à Papa potestatem de iisdem Monasteriis libere disponendi tribuat, Episcopis potestatem ordinariam disponendi neget; Neque si Pontifex ac Cæsar in dispositionibus Monasteriorum non Exemptorum emortuorum Episcopum præveniant, illi hujus jus proprium turbent & auferant, ut inepte F. Romanus *in d. paradox. 23. num 36 append.* contra constitutionem & definitionem Bonifacii Papæ VIII. *in d. c dudum de prab in 6* concludit, quia Pontifex iure suo utens nemini facit injuriam *l. nullus videtur dolo facere 55 ff. de R. I.*

113 Neque illi contrariatur, quod citat F Romanus *d. paradox 23 num 36. ex 15. quæst. 2. c. 10.* ex S. Gregorio, tum quia *caus. 15. quæst. 2.* non nisi unicum caput (illudque non ex S. Gregorio, sed ex Concilio Tarraconensi, ubi unicum hoc caput continetur) recitat.

114 Itaque F. Romanus falsò *d. 15. quæst. 2. c. 10.* citavit; tum quia citandum *c. 10. 25. quæst. 2.* ex S Gregorio nihil ad rem præsentem facit. Cum de statutis Maiorum auctoritate Apostolica approbatis non infringendis loquatur. Quod *vos*, inquiens *dicitis nostris temporibus debere servari, quæ à meis quoque prædecessoribus tradita atque custodita sunt. absit à me, ut* STATUTA MAIORUM *consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam. quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo.* Hactenus Pontifex Gregorius. NB.

115 Unde patet, quomodo F. Romanus nunc *æquivocatione juris*, sicut antè *amphibolia juris proprii* conetur lectorem decipere, atque in fraudem inducere, Pontifex loquitur de iuribus statutariis seu de *statutis*, secundum quæ agendum erat, nos autem de iure, prout dicit legitimam facultatem agendi, ordinandi, Ita F Romanus nihil ad rem, nedum in minimo P. Laymannum ullius contrarietatis vel antilogiæ redarguit, quin ipse turpiter in graves lapsus errores, suam in iure imperitiam ubique prodidit, quam silentio occulere præstitisset.

116 Ex deductis relinquitur, quod Pontifici tam in exempta, quàm in non exempta, Episcopis in non exempta Monasteria independentia Ordinum

non Mendicantium emortua potestas disponendi competat, quam tamen illis Antichristus mixtus est imminuturus; de quo Vincentius Ferrariensis Ordinis Prædicatorum (qui ante ducentos circiter annos mirabilem Prophetiarum interpretationem, *de fine mundi Venetiis anno 1527. impressam* scripsit) pluribus agit, ubi docet *tria* extremum diem judicii præcessura. 1. *Casum* seu ruinam vitæ spiritualis, 2. Ruinam dignitatis Ecclesiasticæ, & hanc non longe ab extremo die absfuturam. 3. Ruinam fidei Catholicæ. *Ruinam vitæ spiritualis* jam suo tempore sanctus ille deplorabat. *Ruinam vero dignitatis* Ecclesiasticæ per Antichristum mixtum (duos enim Antichristos ponit, alterum *mixtum*, alterum *Purum* prioris successorem) inducendam. Qualis vero hic futurus Antichristus mixtus, quæ insignia assumpturus, quantam congregationem Principum, Comitum, Baronum, aliorumque coacturus, qui tanquam Papa de omnibus dignitatibus dispositurus Ecclesiasticis, Idolumque sui conceptus sub pœna mortis observandum Erecturus, quod à multis Doctoribus sit comprobandum, item qualiter id publicandum, qualem ipse ascitutus Magnatem, unde is oriturus, ac venturus, ac quomodo sex principes idoli executores ac quales illi constituendi, quomodo itidem à sanctuario Dei, id est, Ecclesiasticis executionem illam incepturus, qualiter hi suis dignitatibus, honoribus, divitiis exuendi &c. quodque hic Antichristus mixtus, à pluribus cooptatus sibi usurpaturus sit potestatem Papalem, tandem ante verum Papam licet senem & ita canum, ut ne unum pilum non canum aleret, moriturus, quidque pontifex scribendo, plenarias indulgentias concedendo, ac demum severioribus mediis Excommunicationis utendo contra sit aucturus, &c. Poterunt ea omnia breviter apud S. Vincentium Ferrariensem *in d. tract.* legi.

Extremi diei signa præcedentia.

117. Sed redeundo ad nostram materiam, Confirmabam nostram responsionem auctoritate Bonacinæ, qui *in tract. de Claus. & pœnis violatoribus ipsius impositis quæst. 2. punct. 9 §. 4. difficult. 2 propos. 2. numer. 4.* ait; si obiter quæras ad quem pertineant bona Religionis, quæ à summo Pontifice deleta fuit, *aut cujus Religiosi omnes extincti fuerunt, nullo superstite*; Respondeo, dispensationem hujusmodi bonorum pertinere ad summum Pontificem, si loquamur de religione exempta: si vero loquamur de Religione non exempta, sed Episcopo subjecta, pertinent ad Episcopum, non tanquam Dominum illorum bonorum, sed tanquam dispensatorem bonorum vacantium; ita Sanchez. *lib 7. moral instit cap. 32. n. 58.* Azor. *1. parte lib. 12. c. 16 quæst. 10. & alii.*

§. VIII.

§. VIII.

Quomodo apud Bonac. Religio accipiatur, atque in eadentur alii exempti, alii non-Exempti Monachi.

Tradebam, notandum esse, quod istic apud Bonacinam *Religio*, non pro toto Ordine, sed pro aliquo illius Ordinis conventu sit accipienda, prout *sup. in resolu. quæst. 2. sect. 3. cap. 1.* visum est, *Ratio* est, quia vox aliqua *Generalis* non accipitur generaliter, quando per adjecta verba in eadem oratione specialia, maxime si differentiæ vel qualitatis vices subeant, restringitur Cravett. *cons. 983. numer. 46 & seqq. per l. sed & si adjiciatur ibique* Bartol. *ff. pro soci.* Cantiuncula, *in loc. à genere. per l. si de certa Cod. de transact. & ibi.* Dd. notant. Atqui hic apud Bonacinam vox Generalis *Religio*, per adjecta verba specialia differentiarum, videlicet *exempta*, & *non exempta*, vel Episcopo subjectæ &c. restringitur. Siquidem *Religio* Episcopo subjecta non potest dici Religiosi alicujus Ordinis esse Corpus universum. Cum corpus Religiosum universum etiam non exemptum non uni Episcopo, sed pluribus Episcopis notoriè subsit. Deinde descendendo ad nostrum casum *Religio* Sancti Benedicti, ut dicit corpus universum, non est omnino Exempta, sed partim exempta, partim non exempta, neque eadem sic universim accepta Episcopo subest, unde vox Religio apud Bonacinam non potest generaliter, ac consequenter non pro universo corpore Religioso accipi. 118

119 Accedit, quod casus foret *Metaphysicus* nec verosimilis, ut Monachi unius Ordinis per totum orbem dispersi simul extinguantur nullo superstite, ut proinde apud *Bonacinam* Monachi alicujus Religionis extincti nullo superstite generatim & universim pro Monachis unius Ordinis per totum orbem dispersis, non accipiantur. Ratio consequentiæ est, quia quando generali sermoni verisimilitudo resistit, tunc ipse non generaliter accipitur. Joan. Andr. *in Mercur.* Reg. *in generali de R. I. in 6. vers. Primus.* Atqui si apud Bonacin. Monachi alicujus Religionis extincti nullo superstite acciperentur *Generaliter* pro Monachis unius Ordinis per totum orbem dispersis, verisimilitudo resisteret, Siquidem non est verosimile, ut simul omnes nullo superstite extinguantur, nisi in uno casu rarissimo, de quo non solet Ordinariè responderi. *argum. l. 4. ff. de LL.* Præterea hic casus, quo omnes Religiosi alicujus Religionis extinguuntur nullo superstite, à Bonacina distinguitur à casu, quo Religio aliqua, per Pontificem deletur, ut arguit particula (Aut) *per l. hac verba 124. ff. de V. S. l. si is. 13. §. utrum ff. de rebus dubiis.* Redoan. *de reb. Ecclesiæ non alien. quæst. 18. numer. 9. 10. per c. 1. de rebus Ecclesiæ non alien.* 120

*in 6.*Ergo hic casus, quo Religiosi omnes alicuius Religionis, nullo superstite extincti fuerunt, non debet cum priori casu, quo Religio ponitur à Pontifice deleta, confundi.

121 Unde Colligitur, quod hic Bonacina duplicem proponat quæstionem, quarum *prior* est, ad quem pertineant bona Religionis, quæ à summo Pontifice deleta fuit, *posterior* ad quem pertineant Bona Religionis, cuius Religiosi omnes nullo superstite extincti fuerunt. Et *Respondet.* Bona religionis exemptæ spectare ad Papam, non Exemptæ ad Episcopum, non tanquam Dominum illorum bonorum (scilicet proprietatium) sed tanquam dispensatorem bonorum vacantium.

122 Consequenter, quando F. Romanus *in aula Asbesto n. 40. & sub allegat. 465* Religionem in *secundo casu* ubi Religiosi omnes vel per superioris auctoritatem vel per rerum naturam extincti sunt apud Bonacinam, non nisi de universo & toto Ordine intelligit, non verisimiliter sed absurde sentit, quod omnes & universi Religiosi unius Ordinis non exempti uni subsint Episcopo, prout hic à Pontifice summo distinguitur; ut proinde ex eiusmodi absurdo assumpto per contrarium non possit ita inferri, quod quando aliquis sed non omnes sunt per rerum naturam extincti; non etiam sint beneficia particularia extincta, nec bona particularium Ecclesiarum vacantia, ut inepte argumentatur F. Romanus, *in d. Asbesto n. 40.* præterquam, quod ex posito etiam F Romani assumpto per contrarium eiusmodi non possit fieri illatio, prout ostendo à simili. Si quis enim doceret, omnibus omnino hominis membris per rerum naturam emortuis tollitur etiam hominis vita; indeque à contrario, ut argumentatur F. Romanus, vellet inferre, non omnibus omnino hominis membris sed aliquibus emortuis, in iis etiam non-emortuis manebit cæterorum emortuorum vita humana, haud dubie ab omnibus rideretur. Et tamen huiusmodi argumentum tanquam *asbeston & inextinguibile* F Romanus iactitat. Ut proinde hinc videas, quàm malè, quamque perperam F. Romanus meam Doctrinam à contrario sensu huc ad propositum applicet. Quin potius recte argumentaturus ita argumentum formare debuisset. Quod iuris est in toto quoad totum, idem iuris est in parte quoád partem *l. quæ de tota ff. de rei vindicat.* nisi diversitas rationis ostendatur. *Dd. ibid.* Atqui id iuris est in toto Ordine extincto quoad totum Ordinem seu respectu sui ipsius, ut omnia quoque eius bona sint vacantia, Ergo idem iuris est in parte Ordinis, quo ad partem ipsius, ut omnia quoque bona eius partis sint vacantia. Conventus autem quilibet est pars quædam *Ordinis*, Atque hæc tanto fortius hic procedunt, quod hic in toto & parte Ordinis non detur diversitas rationis, sed æqualiter voto stabilitatis se ad locum adstringant ac per illud ad bona ius acquirant.

(123 and 124 margin numbers appear beside lines "ád partem…" and "idem iuris est in parte Ordinis…")

§. IX

§. IX.

Verbum Devolvi quomodo apud quosdam Dd.hic sit accipiendum.

Afferebam idem sentire Dd.quotquot mortuis omnibus de collegio tradunt provisionem illius *devolui* (accepto hoc verbo, prout *directum* est) ad Episcopum, si collegium non sit exemptum; sin exemptum ad Pontificem. Panorm. *in c nullus in Ecclesia n.10.de Elect.& in c.cum in cunctis §. Clerici sane.n.5.de Elect, & in Clem.quia Regulares n.3.7. de supplend. neglig. prælator.& in c,cum Ecclesia de Elect.sub.n.*8 9.14. Rebuff. *in praxi benef. de devolutionib n.*18. Bald. *in Margarita, in verb.mortuus* Dd *in clem.in plerisque de Elect.* Archidiacon. *in c. cum simus. 9.q* 3. Fredetic. de Senis *cons.* 34 *n.3.* 125

F.Romanus *Allegat.*465. 466. 467.468.469.470. 471.472.cum de Bonacinæ auctoritate refellenda desperet, omnes suos adversus Dd. auctoritates à me citatas, contendit nervos, ut si non convellere, saltem eludere possit; ideoque à quæstione nostra hac præsenti deflectens ad quæstionis *nostræ primæ caput.*4. dilabitur, retentis quidem nominibus Panormitani, Baldi, Frederici de Senis, sed suppositis iisdem aliis capitibus. Siquidem ego hic citaveram, Panormit. *in c.nullus in Ecclesia.n.10.* de Elect. cuius verba quidē recitat, F. Romanus *allegat.*115.& *seqq.* sed suo glossemate fœdata ac pro Panormitano *in c.cum in cunctis* § *Clericis sane.n.5 de Elect.* & *in Clem. quia Regulares n.3.7.de suppl neglig prælat.* F.Romanus *in d allegat. 465.&* 471. citat Panorm. *in c.cum super n.4.&* 18. *de causs. possess. & propr.* ac pro Baldo *in margarita verb mortuus* (cuius textum F.Romanus *allegat.120.& seqq.* non sicut aliorum ibidem *allegat.115 & seqq. usque ad* 123. Dd. verba sed suo glossemate auctitata, recitavit, audet referre, ne ex iisdem relatis confundatur) pro Baldo igitur inquam *in Margarita verb.mortuus* F.Romanus *allegat.*467. Baldum *in l si tibi §.in decurionibus ff quod cuiusque universit. nom.* ac demum pro Friderico de Senis *cons.*34. supponit *allegat.*470. Fridericum de Senis *cons.* 5. adeoque ipse F.Romanus longe alia capita, quàm ego, allegat; De hisce tamen sicut & de aliis *ibid.* à F.Romano *cit.* Dd. ego egi *in resolut.9.5.c.4§.5.* quo etiam proprie spectant, istic igitur videri poterunt. Neque enim eadem mihi libet toties cum F.Romano recoquere, qui hanc ipsam rem *sub allegat.*115 116,117.118.119.120.122.123. hisce supra numeratis *allegat.465. & seqq* nude & crasse repetit, ut sic duplici, imò triplici creta notando Cretenses imitari se ostendat, si notata per ipsum in *Aula volvolo n.65.& seqq* simul conferantur. 126 *Commenta.* 127 *Discutiuntur.* *F.Romanus supponit mihi alias suas allegationes.*

Quod verò inter alia & quidem in *margine* asserit F.Romanus, *me tripliciter imponere Dd.in una sententia & quidem primo quod sentiant, omnibus,* 128 *Commenta Hayana.*

bus Collegiatis in uno Monasterio vel Ecclesia mortuis eorum bona temporalia esse bona vacantia. Secundo, Eiusmodi bona esse devoluta ad Fiscum Ecclesiæ, ita vt de jure communi sit in libera potestate Papæ dare quibuscunque Ecclesiasticis visum fuerit expedire, ac Tertio, per mortem omnium de Collegio particulari, provisionem illius devolvi devolutione directa, sive jure proprio ad Episcopum, si collegium non sit Exemptum, sin Exemptum, ad Papam. Vt vel hinc appareat, Extremum judicii Diem à nobis haud procul abesse. Cuius initium præclara fundamenta jaciuntur &c. Subintret hodie aliquis & quia nec decimum decalogi præceptum Corrigere nec sacros Canones adversantes Vulcano publicè dedicare audet, nihil non agat ut eos ubique confundat, eorumque Commentatores in diversa raptos asserat dixisse, quæ nunquam animo conceperant.

129 *Et ibid. num.* 8. Dicit igitur F. Romanus, *nullum ex allegatis Dd asserere, quod Bona Monasterii Exempti ad Papam, non Exempti ad Episcopum spectent, si omnes de Collegio particulari sint mortui; sed aiunt tali eventu provisionem Ecclesiæ (destitutæ) devolvi ad immediatum superiorem. Quis autem ignorat inter provisionem Ecclesiæ & inter Bona Ecclesiæ, ingens esse discrimen, ita ut à Devolutione unius non liceat argumentari ad devolutionem alterius. Quodque plus est, dicit impossibile esse, ut per hos Dd. bona talis Ecclesiæ devoluta sint ad fiscum. Nam bona sic esse devoluta, seu spectare ad Episcopos & Papam, præsupponit Ecclesiam eiusque jura & privilegia extincta esse; quod autem extinctum est, est non ens. Quare cit. Dd eo ipso quod dicunt, Ius providendi ad immediatum superiorem devolvi, confitentur Ecclesiam eiusque iura collegialia, titulos & dignitates extincta non esse, adeoque bona temporalia eorundem, non ad Episcopos aut Papam, sed Ecclesiam Forma beneficiali*
130 *adhuc animatam pertinere, & ab ea Possideri. His insuper accedit, quod ipse dicat, me adhuc alio sensu citatos Dd male allegare, quasi docerent, mortuis omnibus de Collegio particulari provisionem illius solummodo devolvi ad Papam vel Episcopum. Tradunt enim potissimum adhuc tertium superiorem devolutionis, qui nec est Papa nec Episcopus; Demum ait se de hac impertinenti allegatione primum supra egisse* allegat. 115. & seqq. *Hæc F. Romanus.*

131 Qui optimè contra se pronunciat, quod impertinentes sint suæ allegationes. Ita enim esse res ipsa loquitur. Siquidem F. Romanus dicit, quod ego supra nominatos Dd. *triplici* ex capite *d. quæst.* 4. *num* 7. allegarim, quod quantum à vero absit, Benevolus lector ex propositæ meæ quæstionis & supra allatæ responsionis Collatione videre poterit, ut mirum sit, quâ conscientiâ homo religiosus doctis audeat imponere. Non ego hac *quæst.* disputavi, *utrum mortuis omnibus conventualibus ali-*

Discutiuntur.

cuius

cuius collegii Religiosi bona sint vacantia. cum de illa *in q.* 1. *c* 4. & quidem de bonis Monasterii vel Ecclesiasticis, non autem cum Epithero, absolutè temporalibus egerim, ut mihi hic F. Romanus valde impertite affingit.

Alterum, quoque caput *amphibologicè* sub terminis fallacibus (nimirum, *eiusmodi bona, ad fiscum* Ecclesiæ, *devoluta esse*, ita ut de iure Communi, sit in libera potestate Papæ dare, quibuscunque Ecclesiasticis visum fuerit expedire, cavillando in verb. (*Fiscus ecclesiæ*, libera, & quibuscunque supra allatis) proponit, quod in hac resolutione *q.* 4. *c.* 2. *num.* 1. *& seqq. maxime n.* 5. discussimus. 132

Similiter *Tertium* caput fallaciter recenset, quod nimirum per mortem omnium de collegio particulari provisio illius devolvatur, *devolutione directa* seu *propria* ad Episcopum, si collegium non sit exemptum, sin Exemptum, ad Papam, si devolutionem illam taxative factam intelligat. Nusquam enim ullus nostrum asseruit, quod provisio collegii alicuius *formalis* plane emortui nec exempti devolvatur devolutione directa ad solum Episcopum. 133

Adhæc cum præter Bonacin. Navar. *in tract. de Spol. Clericor.* §. 15. *nu.* 5. *super c. non liceat.* 12. *quæst* 2. Francisc. Ripam *in l quo minus nu.* 107. *ff. de fluminib.* expressè nobiscum facientes, prout supra vidimus, etiam Freder. de Senis *cons.* 34. *num.* 3. (cuius auctoritas magna est, ut magnæ scientiæ Rector appelletur & præcipuus Decretorum Doctor, teste Iasone *in l. legatum num*, 16 *ff de legat.* 1. similiter nobiscum sentientem nihilque horum, quæ hic ipsi F. Romanus affingit, tradentem citaverimus, ideo ipsius hic Verba superius citata iterum damus, ut F. Romani. *allegat.* 115. *usque ad* 123. *num.* 1. *& d. allegat.* 465. *& seqq. num.* 8. contrariam assertionem quasi nullus Dd. citatorum pro me faceret, sed omnes traderent, superiorem in tali casu providere iure devoluto, falsitatis arguamus.

Friderici de Senis autho ritas magna est.

Ita vero loquitur Fridericus de Senis *cit. loco.* hinc *est quod Monachis omnibus mortuis aut eligendi potestate privatis, potestas eligendi redibit ad suam originalem naturam, id est, ad Episcopum, quia Episcopus Ibi creabit Abbatem, ut dicit Compostella.* De Elect. ne pro defectu &c. Vide etiam apud F. Romanum *in aula volvolo sub. num.* 65. pro quo loco tam evidenti F Romanus *d. allegat.* 495. *& seqq.* substituit Frider. *cons.* 15. *num.* 18. quasi ego ex eodem hoc in loco argumentatus fuissem. At non sic F. Romane vigili illuditur orbi. De supposito loco Friderici de Senis ego *in resolutione. quæst.* 1. *cap.* 4. §. 7. egi, ubi videri poterit. 134

Quod spectat ad Panor. *in cap. nullus, num.* 10 *de elect.* (Cuius verba iterum suo glossemate F. Romanus *d. alleg.* 115. *& seqq. num.* 2. inficit) &c. Rebuff. de *devolution. num.* 18. Dd. *in Clem. in plerisque de Elect.* Archid. *in c. cum simus* 9. *quæst.* 3. illos citavimus ex hypothesi, si agerent de casu quo 135

omnes

omnes conventuales mortui essent, tunc apud illos verbum *devolvi* (quod variæ significationis & nunc directum nunc obliquum est) *per text. juncta gloss. l. 2 ff. de aliment. legat. l. si infanti Cod. de jure deliber.* videretur dicendum esse *directum*, ita ut iuxta Ripam Navar. Bonacin. Fridericum de Senis Conventus seu Monasterii materialis, cuius Collegium Religiosum est emortuum, provisio, dispositio ad Pontificem, si olim Exemptum fuerit, sin minus, ad Episcopum etiam pertineat.

136 Neque est necesse, ut Dd. ad verbum devolui adiiciant terminum artis (Devolutionis *directæ*) quod nimirum verbum illud tanquam *directum*, vel de devolutione directa accipiant, uti inepte *in allegat* 115. requirit F. Romanus, quemadmodum sæpius ostensum est, *Nomina Magistralia seu artis quādo sunt inventa ab authoribus ad beneplacitū, tūc disputatio de iisdem pertinacibus est relinquenda*, gloss. 1. in addition. ad rubr. de nov. oper. nunciat. gloss. in verbo vocabula in l. 2. Cod. de constit. pecun.

Non tamen de bonis Monasterii *nomine collegii formalis actualis*, vel

137 habitualis (*ut videtur somniando innuere F Romanus*) sed ut supra ex notatis apud Augustin. Bero *in c in literis n. 15 de restit spoliat.* & *c. ex literis n. 15. 16. 17. de probat.* inculcavimus) nomine Ecclesiæ *materialis*, cujus iuribus connexa perhibentur esse bona Ecclesiastica, fit hæc dispositio. Quamvis citati Panor. Rebuffus. Archid. & Dd. *in Clem in plerisque* loquantur de casu, quo omnes Electores seu Eligentes, non autem quo omnes conventuales alicuius Monasterii sunt emortui Hoc enim casu haud dubie nomine collegii *formalis actu vel habitu* subsistentis ordinatio & provisio de prælato fieri debet, multumque à dispositione bonorum Ecclesiasticorum differt,

138 ut ita ipsemet F. Romanus contra se *in d allegat.* 115. *n* 1. pronunciet, quemadmodum supra est deductum, ubi simul visum, quòd casu, quo omnes conventu ales essent emortui in aliquo Monasterio, quod ab alio existente dependeret ut membrum, ejus dispositio ad prælatum Monasterii istius superioris pertineret, atque de hoc casu accipienda sunt F. Romani *d allegat. 115. & seqq. n* 1 *sub finem* allata verba, quæ aliàs non sunt vera, sed hic noster nō est casus, ubi de Monasteriis ab aliis ut membrum non dependentibus agitur. Itaque quæ Priori casu à Laymanno aliisque de Prælatis inferioribus dicuntur, huc ad nostrum casum minimè veniunt applicanda.

139 Vnde F. Romani discursus *n* 8. omnino collabascit, nulliusque est momenti. Et Commentum Hayanum de titulis Beneficialibus in Monasterio emortuo habitualiter permanentibus, ut jam sæpius diximus, Expresso textui *in c. dilecto. de prabend.* contrariatur.

140 Atque ex hisce videre est, quam nos conformiter sacris Canonibus loquamur; F. verò Romanus directò iis contrarietur & Dd. auctoritatibus abutatur.

141 Quod Prætera F. Romanus ex discursibus hactenus male formatis peius infert

infert extremum judicii diem imminere certè nemo videt, quomodo inde huiusmodi quicquam inferri possit.

Denique quando Societati nostræ, à sua Sanctitate, ab Episcopis, loca 142
huiusmodi donantur, nihil contra Decalogum à donantibus vel donatariis accipientibus peccatur, ut potuisset ipse à S. Bernardo *Epist. 301. ad Sanctiam Sororem Imperatoris & Regis Hispaniæ* discere.

Ego vero P. Romano ex eodem S. Bernardo *Epist. 252. ad Abbatem de Præmonstrato*, Respondeo, *Audivi auditionē vestram & timui, Scribitis enim contra me amaritudines; Absit autem, ut tam rationabiliter quam terribiliter &c. Dominus Papa præcepit (dedit nobis) si vobis summum & sanctum Pontificem falsitatis (injuria) arguere libet, ignoscite nobis: quia nos tantæ sanctitati non credere & tantæ majestati non obedire nefas ducimus.*

Fortè nonnemo obiiciet, quod Papa sit & dicatur Dominus beneficiorum, Fachin. *lib. 2 consf. 2. n. 22.* Baldus *consf. 175. col fin. lib. 2.* Bellā *decif. 755* ita ut ad libitum de iis disponere possit, ut notat Barbosa *in cap. licet Ecclesiarum 2. de præbend. in 6. num. 2. & seqq.* per illum textum ubi dicitur ad *Pontificem Plenaria dispositio pertinere*, Cujusmodi verba perfectam & absolutam potestatem Pontificis circa beneficia significant, cui nihil desit, *arg. tex. in cap. si omnia 6 quæst. 1. & in l. si arborum. 16 ff de servitut urb.* vel etiam habet omnimodam potestatem. Franciscus Monaldus. *consf. 16. num. 19. vol. 2.* 143 *An Pontifex sit Dominus beneficiorum Ecclesiasticorum. Opinio Affirmans*

At quisquis de re aliqua plenariam habet potestatem, dominus dicitur, *l. in re mandata Cod. mandati.* Accedit, quod beneficia Ecclesiastica, sint inducta & constituta à jure positivo. *ex. cap Ecclesias. 13. quæst 1.* Selva de Beneficiis *p. 1 quæst. 4.* Azot. *instit. mor. part. 2 lib 9 cap. 1. q. 1.* Ea autem quæ sunt à jure positivo constituta, sicut & ipsorum beneficiorum constitutiones juris positivi, potest Pontifex ad lubitum tollere, per *c posuit, de concess præb.* Abbas *in cap. post translationem num. 26 de renunciat. & in c. literas, num. 15. de restitut spoliat.* Navarrus, *in manuali cap. 12. num* 75. Vnde consequens est, &c. Beneficia ad lubitum eo modo à Pontifice tolli posse. 144

Et Confirmatur ex eo, quod bona Ecclesiæ à libera dispositione Pontificis veluti Domini dependeant *per text in Clem 1. in fin. ubi libera dispositio. ut lite pendente*, quæ verba significant potestatem omnibus vinculis solutam, ex doctrina Bart. *in leg. 1. C. de SS. Eccles* & Exemptam ab aliquo impedimento, iuxta doctrinam glos. *verb libere in Clem. dudum de sepult. in c. cuncta per mundum 9 quæst. 3* Layman. *in just. defens. refutation. cap. 3. memb. 24. annot. altera*, Atqui beneficia Ecclesiastica sunt bona Ecclesiæ, interque ea computantur, *iuxta resolution. in reg. Beneficium, de Reg. jur. in 6.* 145

Confirmatur. 2. quia Christus Dominus suam potestatem, quam habet 146
hic in terris, Petro & successoribus tradidit, ut ea uterentur, quemadmodum

patet ex illo Math.*16.v.18.19.& ego* dico, quia tu es Petrus & supra hanc Petram ædificabo Ecclesiã meã & c. *& quodcunq; ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis &* quodcunque *solveris super terram, erit & solutum in cælis*, Vnde Petrus reliquique successores Vicarii Christi in terris appellantur, qui vices DEI gerant. Card. *in Clem.1.n.3.Geminian in c.1.n.36 de constit. in 6.* Concili. Trid. *sess.6 cap.1. de reform.* Vid. intra *in tract.4.lib. 2.sect.6.* §.14.

147 Atqui nemini dubium esse potest, quin Christus Dominus potestatem disponendi & Dominium habeat in rebus Ecclesiæ, juxta illud *Apocal 11.* ibi, *princeps Regũ terræ. & c.19 habet in femore*, id est in humanitate scriptum, *Rex Regum & Dominus Dominantium*, *Act. 10. dicitur* de Christo; hic est *omnium Dominus.1.*Corinth 15 *omnia subiecta sunt ei.* textus optimus *in c.qui Christi 12 q 2.& in can cum secundum ibi*, de Patrimonio Christi, *de præbendis*, Et *in c.cum ex eo 34.de Elect in 6* eo quod res & Bona Ecclesiæ censeantur Christo singulariter dedicata, donata esse. Bald. *in l.hæreditas. num.* 8. *ff. de hæred. instit.* possitque libere de rebus Ecclesiæ disponere.

148 Igitur Christus & Pontifici dederit potestatem disponendi & Dominium verum Ecclesiæ adeoque pontifex eam potestatem de ijsdem rebus liberè disponendi acceperit; cõsequẽter poterit etiã, ut aiunt Canonistæ, in beneficiatis quicquid voluerit, privare, mutare, extinguere &c. prout in specie tradũt Simonetta *de reservat. benef.q 2.n 6* Gigas *de pension q.10 n.6.* Decius *in c quæ in Ecclesiarum n 111.de constit.c ult num* 8 *de confirmation. utili.* ac plures alii relati à Pinell *in rubr.de rescind.vendit part.1.c 2 num.29.* Gabriel. *de citationib* concl.1 *num 25.* Corn. *cons.90 num 9.vol.4.* Laym. *iust defens. refutat.cap.3 memb 4 annot.1.* Et plus potest in beneficialibus Pontifex, quàm Imperator in rebus Imperii.

Ex quibus omnibus efficitur, quod Pontifex sit Dominus rerum ac beneficiorum Ecclesiasticorum quia aliàs ipse non posset de ijs disponere.

Nihilominus, quia multi Theologi aliique complures docent, Papam non esse Dominum absolutum beneficiorum. S. Thomas. 2. 2 *q* 100. *art 1 & quæst.63.art.2.* Emanuel Suarez *lit.B num 20.* Navar *de Spoliis.§ 3.* Sot. *de iust. & iur lib.:.quæst 6.art 2.* Selv. *de benefic p 2.quæst.1. num 26.* Pineil. *in rubr. Cod de rescind vendit p.1.cap.2 num 30.* Coras *de benef part. 1 cap.1 num.* Gambar, *de officio leg. lib.10. num. 185. & seq* Sarmient. *lib.1 select. interpret. cap 8. num. 25.* Salzed Lopez. ad Bernard. *Diaz regul. 209. amplat 5* idque D. Pauli auctoritate.1.Cor.4.*v.1.* loquentis *sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum* DEI. Rursum.1.Cor.9 vers.17. *dispensatio mihi credita est.*2. Corinth.6. & ult. ibi: *secundum potestatem mihi traduam.* Quo facit & illud Luc. 12 *vers. quis putas est fidelis dispensator.* Vnde dicit Barbos *in d. cap licet*

149 *Contraria opinio negans.*

Ecce

Ecclesiarum 2 num.9 de prabend.in 6. hanc sententiam non carere proba bilitate, primam tamen receptiorem esse.

F.Romanus *in aulaeis suis n 116.dicit, quod omnes iudicarunt esse ab eminabilem propositionem, quod Papa dicatur Dominus, & non dispensator Beneficiorum. Et quod propositio talis inventa sit à magistris mendacibus, qui cum tanto animarum dispendio, assentatione pessima summos pontifices captabant idque in Concil Trid* sess.24 *in die S.Martini agente Archi Episcopo Braccarensi Fr. Bartholomæo de Martyribus, uti constaret* ex historia eiusdem S. Archi Episcopi Braccarensis. 150 *Commentū Hayanum & iudicium F.Romani De potestate & dominio Pontificis.*

Verum cum F.Romanus non probata afferat ideo hæc suo loco relinquimus. Et si tale quid ab omnibus patribus in Concil. Trid. conclusum atque approbatum fuisset, haud dubiè etiam concilio Trid fuisset insertum, Vnde cum illi nihil simile insertum, si quidem propositum fuit, reperiatur, sequitur saltem à maiori parte Concilii fuisse rejectum. 151 *Disentiuntur.*

Vnde sacra Rota Rom. iuris scientissima æquitatisque amantissima, Priorem etiam tenet sententiam apud Mohedan.*decis.4 sub num.3.4 de restit spol.* Bellamer.*decis 755.* 152

Hinc ego existimo utramque opinionem consideratis utrimque fundamentis optimè ita Conciliari, si dicatur, quod Pontifex respectu Christi sit Dominus, nō tamen absolutus, ita enim Christus Dominus est sed Dominus ministerialis beneficiorū.*cap.nullus primas 9.q.3.* Respectu vero inferiorum prælatorum absolutus & independens, ita tamen ut de iis bonis in utilitatem non suam, sed Christi fidelium & Ecclesiæ dispenset, sitque administrator non simplex, sed cum libera in utilitatem Ecclesiæ similiter Catholicæ, habeatque maiorem in Ecclesiasticis, quàm Imperator in temporalibus bonis imperii potestatem. Decius *in cap qua in Ecclesiarum num.26. de Constit.* Navarr.*in tract de spol.Clericor.*§.18 *ad 4.* Ratio Differentiæ est, quia res temporales subditorum imperii sunt propriæ, non item Ecclesiasticæ Ecclesiasticorum, sed à Collatione superiorum dependent. *Vid. Laym in just defens.refut.cap.2.memb.2.annot.*1.§.*ratio huius.* Atque ita rectissimè utriusque sententiæ Dd. conciliantur. Faciunt & notata Augustini de Ancona, *de potest.Papa quæst.*101. *Considerat.7. in corpore & ad primum* ubi ait, *Ad primum ergo Dicendum est, quod haberet rerum proprietatem & Dominium non in Proprium lucrum, sed in aliorum utilitatis subsidium, quod non derogat perfectioni status. sicut enim Papa non potest negare se vicem Christi non tenere sic non potest negare se rerum dominium non habere. Hactenus Augustinus de Ancona.* 153 *Vtraque opinio Dd. præmissa de Dominio Pontificis conciliatur.* 154

§. X.

F. *Romanus in responsione sua ad Navarrum pro nobis facit, imò sibi contrariatur.*

155 Ostendebam hisce meis supra deductis non contrariam sed potius conformem esse F. Romani *q. 1 n. 54.* responsionem, quæ ab ipso ad Navarri *à me citati* auctoritatem afferebantur, quod nimirum eiusmodi bona pertineant ad sollicitudinem & administrationem suæ sanctitatis, cui tamen ipse *q. 3 n. 5. § sed insuper adhuc vrgentioribus.* sibi contrarius contradiceret, quod F. Romanus non tantum tacitè sed etiã expressè invitus *sub allegat. 326. & seqq. n. 7.* fateri debuit & verum agnovit, ut paulo post etiam videbitur.

§. XI.

F. Romanus impugnatur ex Concordatorum Nationis Germanicæ verbis.

156 Aiebam F. Romanum. *q 3. n 5. d. § sed insuper adhuc urgentioribus.* velle provisionem tam exemptorum, quàm non exemptorum quomodocunque vacantium non ad Papam, sed ad inferiores ordinarios, quibus providere incumbit, etiam iure specialis transactionis devolutam censeri, idque ex *subiectis Concordatorum verbis colligi.* verba sunt hæc; *Item placet, quod in Monasteriis immediate subiectis sedi Apostolicæ, fiant Electiones. &c. Cæteris verò dignitatibus & Beneficiis quibuscunque sæcularibus & regularibus vacaturis &c. iure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet &c* Consequenter Pontificem Ordinariis hoc jus dispositionis activæ, nisi in casu gravissimæ & needum demonstratæ necessitatis auferre non posse, eo quod fatente P. Laymanno *fol. 185.* (ubi tamen nihil habet, sed *pag. 282*) Pontifex Concordatis Germaniæ circa Beneficia ordinariè derogare non possit, Cum sint de iure naturali, quod tamen *ibid.* Layman non dicit, ac gentium, idque recte; quia, ut inquit Rebuffus. *tract. de nominat. q. 18. n. 6. contractus* ligant etiam Papam & principes, imò Deum ipsum ut *text. &* ibi Barbosa, post alios, *in c. 1. de Probati.*

157 Addebam, quod forte ista contrarietas à F. Romano. *d. q. 1. n 54. & q. 3. num. 5.* propter intercedentem rerum multitudinem non fuerit animadversa, sed urgebam, quare tunc *hac eadem sua q. 3. n. 4.* immediate ante, *nu. 5. præcedente § plenitudo præterea*, approbet Glossam *in c. 2. de præb in 6.* quæ sic habet, *Nota primo, quod Papa habet plenam dispositionem beneficiorum, in quacunque parte Orbis sitorum. Nam ipse vocatus fuit in plenitudinem*

tudinem potestatis, ut ipse concurrat cum aliis Prælatis; ideo inter ipsos est locus præventioni.

Si instetur, quod F Romanus *d q 1. num. 54 & d q 3. n 4.* de Papa asserat illud obtinere, si præcisè stetur jure communi. *At q. 3 n. 5. neget* illud ipsi jure speciali Concordatorum competere. 158 Obi.

Contra respondebam. Hoc jure speciali nihil Pontifici derogari, quin potius ostendi, provisionem in Monasteriis exemptis, si quando devolvitur, ad Pontificem devolvi. Nam cujus est Electionem Confirmare, ad illum casu negligentiæ &c devolvitur provisio, ut tradit F. Romanus *q. 1. n. 6.* ex Panormit. *in c nullus in Ecclesia n. 10. de Elect.* 159 Resp.

Atqui ex recitatis Concordatorum verbis, in Monasteriis exemptis Electos confirmare est summi Pontificis. Igitur & ad illum casu negligentiæ &c. devolvetur provisio Monasteriorum exemptorum. Quæ conclusio directè contradicit F. Romani assertioni supra allatæ.

Deinde in resolutione *quæst. 6.* fusè ostendimus, Concordata Germaniæ hocce in casu nostro; ubi Pontifex in utilitatem Ecclesiæ de Monasteriis Conventu destitutis disposuit, eaque aliis alterius Ordinis Religiosis associavit, locum non obtinere; tum quia pacta utilitati publicæ adversantia sunt nulla, ut not. Joan. Andr. Host Anton. *in c. 1. de pact.* tum quia concordatorum verba huic casui minime possunt applicari. Ut proinde cui eorum verba non conveniunt, nec ipsa concordata applicari possint, *per l. 4. §. toties. de damn. infecto l quod constitutum de mil. test.* plura Vide infra *in resolut. quæst. 6. c. 2. §. 22.* 160

Nihilominus videamus hîc argumentum F. Romani, quod ex hoc jure speciali Concordatorum format. 161

In Monasteriis Exemptis secundum dicta concordata fient Electiones, Ergo provisio Monasteriorum etiam non Exemptorum, casu quo nulli sunt Eligentes, devoluta est non ad Papam, sed ad inferiores ordinarios, Ergo Pontifex non potest inferioribus auferre jus providendi &c. Præclaræ consequentiæ! quis non videt conclusiones omnino à præmisso antecedente separatas ac *diversas* esse. A separatis autem non fit bona illatio &c.

F. Roman. Allegat. *326. 327 328. 329.* propter Astrû. & *allegatione* 330. propter concordata, mea verba more suo truncatim refert & inprimis omittit citationem Astri *quæst. 3. n 5. § sed insuper.* à me factam, ac pro ea substituit, *q. 3 n. 5. § ex quibus.* Deinde ipsa verba concordatorum, prout ab eodem *in § sed insuper* allegata fuerunt, prætermittit, ut tanto liberius quicquid vellet, supponeret, nihil tamen proficit omni sua suppositione, ut jam videbimus. 162 Commenta Hayana. F. Romanus supponit alia.

Dicit autem primo, *me ipsi imponere, quod docuerit, provisionem tam Exemptorum quam non exemptorum Monasteriorum devolutam esse non ad Papam sed ad Ordinarios, idque ex verbis concordatorum concludi. Quod ipse*

nunquam generatim sed cum addito Exemptorum mediatorũ asseruit Verba ipsius d.q.3.n.5 §.*ex quibus ista fuere Ex quibus Concordatis cum manifestũ fiat, provisionem Monasteriorum Germaniæ tam Exemptorum mediatorum, quam non exemptorum, quomodocunque vacantium, non ad Papam sed ad inferiores Ordinarios, quibus providere incumbit etiam jure transactionis specialis devolutam censeri, sequitur quod Pontifex Ordinariis hoc jus dispositionis* activæ, *& consequenter Ordinibus antiquis jus dispositionis* passivæ *cum altero illo activo veluti suo correlativo necessario conjunctum, juri in casu gravissimæ & necdum demonstratæ necessitatis auferre non possit, in qua sententia referenda ego vocem* Mediatorum *ab ipso expresse positam tacendo suppresserim, ut locum facerem impugnationi contra ipsum animosius suscipiendæ.* Secundo *imponam concordatis & ipsi, quasi pro eodem habuerit esse exemptum & esse Sedi Apostolicæ immediatè subjectum, cum tamen hæc ambo plurimum inter se differant & Concordata reservent confirmationem summo Pontifici, non in omnibus Monasteriis exemptis, sed in immediatè duntaxat Apostolicæ sedi subjectis. 3. imponam ac si Pontifici Maximo negasset devolutionem providendi in Monasteriis immediatè sibi subjectis, quod falsum est. 4. Affingam ipsi ineptissimam argumentationem supra recitatam, quæ insulsa est.*

163 *Ipsius* talis erat; *Secundum Concordata Dignitatibus & Beneficiis quibuscunque regularibus vacaturis & Apostolicæ sedi immediatè non subjectis, jure ordinario providendum est per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet.*

Atqui Prælaturæ per mortem omnium destitutæ tam non exemptæ quam exemptæ mediatæ, sunt Dignitates & Beneficia vacantia, Sedi Apostolicæ immediatè non subjecta, Ergo Prælaturis per mortem omnium destitutis tam non Exemptis quàm *exemptis* mediatis secundum Concordata jure ordinario *providendum est per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet. Jam autem in Astri* quæst.1 numer. 6 ex Pan. *Rebuffo, Paulo Laymanno aliisque Doctoribus fusè Demonstratum fuit, provisionem hujusmodi Monasteriorum jure devoluto spectare ad eum, qui aliàs habet potestatem confirmandi Electum sive sit Episcopus sive alius Prælatus Ergo.*

164 *Deinde dicit, ut videam in Astro* quæst.1.numer.6.& quæst.3. numer. 5 in fin.§.sed insuper, *magnum illud ad marginem majusculis expressum NB.positum ad Concordata Germaniæ, non juxta Monasteria Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, sed juxta cætera Beneficia regularia quæcunque vacatura.*

165 Denique sub initium *notare se dicit ex verbis Concordatorum Germaniæ & doctrina Astri* quæst. 3. num 5.§.sed insuper & seqq. *Monasteria esse in varia differentia, Monasteria* inquiens *Germaniæ* quædam enim *Sedi Apostolicæ sunt immediatè subjecta & horum Abbates Electi, Confirmationem à summo*

summo Pontifice accipiunt, ut sunt Fuldense, Campidonense, S. Galli, Melicense & alia; Quædam *sunt Apostolicæ sedi non immediatè subjecta. Et ista rursum sunt* duplicis *generis. Alia enim subsunt locorum Episcopis, ut Cremifanense, Wingartense, Ochsenhusanum. B. V. Scotorum Viennæ, Garstense, Sancti Petri Salisburgi, aliaque plurima: atque hæc vulgo nuncupantur non exempta, licet eorundem monachi per S. Gregorium Magnum (ut in Astro docuit) à jugo & jurisdictione Episcoporum totaliter sunt Exempti & suo Abbati tanquam suo Ordinario per omnia & in omnibus subjecti. Alia denique non subsunt Episcopis veluti Cisterciensia, Præmonstratensia, Carthusianorum, Prædicatorum &c. & hæc vocantur Exempta Mediata, quia immediatè nec subsunt Episcopis, nec summo Pontifici, sed Confirmationem plerumque à sui Ordinis superioribus accipiunt qui & Ordinariam Episcopalem in eosdem exercent jurisdictionem. Qualem etiam in sibi subjectos habent Provinciales Franciscanorum, Minorum, Observantium & Capuccinorum, adde Carmelitarum, Jesuitarum.* 166

167 *Verum ad antiquos & non Mendicantes Ordines redeundo, tria ex prædictis colliguntur esse genera Monasteriorum;* Primùm *quæ immediate subjecta sunt Apostolicæ Sedi & in his casu negligentiæ, vel per mortem omnium nunquam in Astro suo negavit, devolutionem Providendi ad summum Pontificem fieri, imò expressè concessit docendo, quod ad eum devolvatur provisio, cujus est alias Electum confirmare Astri* quæst. 1. numer. 6. & quæst. 3. numer. 5. *§. ex quibus ubi hæc formalia posuerat. Porro quamvis Concordatis non sit repugnaturum si Papa jus* PROVIDENDI, *vel confirmandi, quod ipse habet in Monasteriis immediate sibi subjectis à se abdicet &c.* Alterum *genus* Monasteriorum *est immediate subjectum Episcopis, & horum provisio, seu ordinatio per negligentiam vel mortem omnium de Collegio jure communi devolvitur ad Episcopum, qui non potest aliter conferre, quàm natura Beneficii & fundatio Monasterii requirat.*

Tertium *genus est eorum quæ ab Episcopis sunt Exempta & tamen Apostolicæ Sedi immediate non subjiciuntur, adeoque medium tenent locum & cum utrisque extremis quidpiam participant cum* primis *quidem, quod ab Episcoporum jurisdictione sint Exempta, cum* alteris *quod Apostolicæ Sedi non sint immediatè subjecta.* Hæc ipse.

168 Verùm F. Romanus hîc in omnia alia abit, atque à nostra hypothesi, ubi quæstio est de Monasteriis *ab aliis ut membrum non dependentibus, in quibus stabilitas loci promittitur*, ad alterius generis Monasteria deflectit, ut quæstione *ab hypothesi*, ad *Thesim* aliquam universalem revocatâ latius vagari ac quasi de omnibus speciebus Monasteriorum, agerem, cum umbris depugnare posset. Non ita à via exerrandum est, ubi quæso dantur hisce in locis, de quibus agimus, in Ordine D. *[illegible]*

dine

dine S. Benedicti Monachorum nigrorum Monasteria Exempta mediata? & quænam illa nominatim designa; Cum verò horum locorum Monasteria Benedictina nigrorum Monachorum, de quibus contra F. Romanum agimus, exempta, sint etiam immediate Sedi Apostolicæ subjecta; ideo F. Romanus frustra recurrit ad alia Monasteria aliorum Ordinum mediate exempta; unde *duæ* F. Romani imposturæ corruunt. Quamvis & illud sit notandum, quod hic non agamus de provisione Monasteriorum *formalium* sed materialium, quæ sive mediate sive immediate exempta sint, non ad Episcopum neque ad alios inferiores Prælatos, quibus loci stabilitas promittitur, pertinent.

169 *Tertia* impostura Hayana per se collabascit; quia ego non dicebam, quod ipse devolutionem providendi in Monasteriis *formalibus*, nimirum immediate Sedi Apostolicæ subjectis, prout falsò mihi imponit F. Romanus, sed provisionem negaret, quam ex verbis concordatorum, *in d. §. sed insuper* à se citatis astruebat. Item *placet nobis quod &c. in Monasteriis immediate subjectis Sedi Apostolicæ, fiant* ELECTIONES *&c. & si Canonicæ fuerint, eas confirmabimus*; Vides Benevole lector, ut F. Romanus pro provisione supponat devolutionem provisionis, quæ certe nec literis nec significatione, nec ullo sensu conveniunt. Ut tamen cuivis constet, quid in concordatis

170 circa Monasteria disponatur, hæc ibidem sancita reperiuntur, *per nostræ diligentiæ studium ad quarumlibet Ecclesiarum* MONASTERIORUM REGIMINA, *ac alia Beneficia Ecclesiastica viri assumantur idonei*, *item placet nobis*, *quod in Metropolitanis & Cathedralibus etiam immediate non subjectis Ecclesiis & Monasteriis immediatè subjectis Sedi Apostolicæ fiant Electiones Canonicæ, quæ ad dictam sedem deferantur, quas etiam ad tempus constitutionis fælicis recordationis Nicolai Papæ* III. *quæ incipit cupientes. expectabimus, & elapso dicto tempore si non præsentatæ, vel si præsentatæ minus Canonicæ fuerint providebimus, & si Canonicæ fuerint, eas cōfirmabimus, nisi ex rationabili & evidenti causa, ac de dictorum fratrum Consilio de digniori & utiliori persona duxerimus providendum, proviso, quod confirmati prædicti & per nos provisi Metropolitanis suis, & aliis præstent debita juramenta & alia, ad quæ de jure tenentur & in Monasteriis dictæ sedi immediate non subjectis, & aliis regularibus beneficiis, super quibus pro confirmatione vel provisione ad dictam sedem non consuevit haberi recursus, electi seu illi, quibus providendum est pro confirmatione & provisione hujusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur, ipsaque Regularia beneficia sub expectativis gratiis non cadant. Ubi autem pro Monasteriis ad dictam curiam venire seu mittere consueverint non aliter confirmabimus, vel providebimus, quam superiùs de Cathedralibus Ecclesiis est expressum. Et de Monasteriis Monialium non disponemus nisi sint exempta, & tunc per commissionem ad partes. De cæteris verò dignitatibus, & beneficiis quibuscunque sæcularibus & regularibus vacaturis ultra*

reserva-

reservationes prædictas (majoribus Dignitatibus post Pontificales in cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Ecclesiis exceptis) de quibus jure ordinario providetur per illos inferiores , ad quos alias pertinet. Placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reservationem, gratiam expectativam , aut quamvis aliam dispositionem , sub quacunque verborum forma per Nos vel authoritate nostra factam, vel faciendam, non impediemus nos , quo minus de illis, cùm vacabunt de Februarii, Aprilis, Iunii, Augusti, Octobris & Decembris mensibus libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio , provisio præsentatio, Electio, seu quavis alia dispositio pertinebat , reservatione aliave quavis dispositione, authoritate nostrâ factis vel faciendis non obstantibus quibuscunque.

Hactenus Concordata Germaniæ, ex quibus F. Romanus multipliciter corrigendus. Siquidè dicta Concordata Nationis Germanicæ sunt inita, ne fierēt provisiones *de beneficiis vacaturis*, priusquā reipsa vacarēt, adeoq; ut prævētiones & gratiæ Expectativæ, quæ dabantur de Beneficiis vacaturis, qua vacaturis, tollerentur; tum ut ne fierent à Papa reservationes beneficiorum vacan ium his concordatis contrariæ. Georgius Branden. *q. 1. super Concordata German.* Christin *decis. 358. vol. 1.* Minimè autem per Concordata tolluntur præventiones Beneficiorum vacantium *notabili. 1. ex responso juris* apud Branden *de Concordatis Germaniæ.* 171

Deinde pro concordatorum verbis ab ipso F. Romano *d. quæst. 3. n. 5. §. sed insuper* allatis ipse nunc sua propria *in §. ex quibus* allegata obtrudit. Certe F. Romani verba non sunt verba concordatorum , ab ipsomet *in d. §. sed insuper* allatorum, neque cum iisdem sensu conveniunt , ut proinde argumentum ex F. Romani verbis obtrusum, non sit ex verbis concordatorum desumptum. Neque concordata meminerunt Monasteriorum mediatè exemptorum. 172

. *Tertio* argumentum à me propositum , erat desumptum ex verbis concordatorum, nimirum in *Monasteriis formalibus* immediate Sedi Apostolicæ subjectis , seu in hac nostra materia absolutè exemptis fient Electiones. Quæ verba constituunt *antecedens*, cui antecedenti subjungebam conclusionem F. Romani , ut quivis absurdum F Romani argumentandi modum videret. At ipse pro antecedente ex verbis concordatorum desumpto, supponit aliud *antecedens* ex suo cerebro desumptum , quod mihi nec ulli nostrûm instar concordatorum est, sed concordatis affictum , quæ nullo modo agunt de *Devolutione.* Ita F. Romanus in aëre nephelococcygia extruere videtur. 173

Quarto substitutum nunc argumentum à F. Romano nihilo secius valet. Quia *major* non est universaliter ex concordatis vera , prout ex supra recitatis verbis concordatorum patet. Siquidem illa propositio , per par- 174

ticulā *de cæteris* & relativam *de quibus jure Ordinario provideri solet per inferiores*, restringitur, atque ab eadem propositione excipiuntur *Monasteria formalia* non tantum immediatè Sedi Apostolicæ subjecta, sed etiam, quæ Sedi Apostolicæ non sunt immediate subjecta, si pro iis ad Curiam Romanam recurri solet, tum etiam indefinite Monasteria Monialium exempta, quin in hisce cæteris propositio restringitur ad vacationem in certis mensibus alternativis supra memoratis. Ex quibus videre est, quam debilis & infirma sit F. Romani propositio, ut quæ à Concordatorum temperamento discedat, adeoque hectica laborare incipiat.

175 *Minor* quoque F. Romani per mortem omnium conventualium destruitur & concidit; quia Abbatia, præpositura ac prioratus, si careant curâ, & conventu, non vocantur nec sunt proprie *dignitates*. Rot. Rom. *decis.9. Aquensis* Monasterii 31 *Maii* 1568. Coram Eminentiss. D. Cardinale Lancellotto Seniore, apud Tamburin. *de jure Abbat. tom.3 numer.3.4.5.6.7. ex Imol in clem.1. numer.5. de rescript. & ibi* Card *numer.* 3. *Etsi principalis numer.21. de rescript. & ibi.* Vitalin. *numer* 14. Ripa *in c. decernimus numer.* 3.30. *de Judic.* Bald. *in c pastoralis in princip numer.7. de offi. delegat.* Frederic. *consf.135. post* Hostiens. *not.* Abbas *in c nisi essent. numer. 6. in fine de præbend.* & potest conferri minori quatuor decim annorum. Vitalin. *in Clem. 1.§ cæterum, numer 4 cum seqq de statu Regular.* Frederic. *cons.49 numer. 1.2.* Concordata autem & jura loquentia de Abbatiis, Prælaturis &c. semper intelliguntur de Abbatiis habentibus conventum, propter quem vocantur dignitates per *supra deducta*, licet generaliter loquantur, non tamen propterea quippiam statuunt, quòd naturæ & substantiæ dignitatis Abbatialis, Prælaturæ, contrarietur. Vid. *dict. decis* Rot. Rom. *numer 9.* unde si Prælaturæ non habeant conventum, non potest quis ad earum regimen assumi, ut proinde cessante causa finali cesset etiam dispositio *extravag. ad regimen de præb in d concordatis relata per not.* Andreæ ab Exea, *in c. cum omnes de constitut numer.128. c. cum cessante de appellation.* Tituli quoque Monachales cum ipsis Monachis extincti sint. *c. dilecto de præb.* conventusque non ad sit, sed obierit. Ex hujusmodi igitur F. Romani propositione *Majore* seu capite infirmo, *Minore,* seu ventre destructo quid boni digeri potuit, quod in conclusionis F. Romani nutrimentum cedat? Cruda manet Massa, ad quam digerendam medica Panorm. Rebuff Pauli Laymanni aliorumque Dd. manus implorata nihil proficit.

176 Quod ad magnum F. Romani NB. attinet, transferat illud ipse quo libet, neque hoc usquam impugno, dūmodo notet Bene, quod particula (*cætera*) sit ibi Exclusiva priorum *arg. Auth de Mandat princip.*18. §. *oportet. not. in l. nonsolum §. quæritur. verb. cæteras ff de procurat.* & postea adhuc magis restringatur per particulas has, *de quibus* &c. pro ut jam monui.

Reliqua

Reliqua de Monasteriis *immediatè* vel mediatè exemptis ex supra dedu- 177
ctis veniunt vel intelligenda vel corrigenda, Dummodo servetur, quod in Ordine Cisterciensi quidem sit subordinatio quædam, sed *secundum* quid, non verò omnimoda quoad personarum & bonorum liberam translationem propter *stabilitatis promissionem* prout in *resolut. q. 1. c. 4. & quæst. 2.* videre est. Ex quibus omnibus relinquitur, quod F. ROMANUS, frustra & perperam concordata Germaniæ contra nos ad præsentem casum adduxerit, præterquam quod pacta conventa utilitati publicæ adversantia minime censeantur valida, prout in *resolutione q. 6. c. 2. n. 22. & seqq.* ostendetur.

§. XII.

Per Apostol[illegible]rovisionem non aufertur Ordinariis jus providendi.

Respondebam, posito etiam, *quod antecedens & conclusio* prima pro 178
F. ROMANO *supra numer.* 11. allata agant de eodem Collegio Religioso existente, nihilomagis ipsa *conclusio* ex illo *antecedente* sequeretur, sed potius ejus contradictoria, nimirum casu, quo non sunt eligentes legitimi, provisio in Collegio Religioso exempto devolveretur non ad Episcopos ordinarios, sed ad summum Pontificem, Cum hujus sit in illo Collegio Electiones factas confirmare *ex d. Concordatis Germaniæ juncto* Panorm. *in c. nullus in Ecclesia numer.* 10. *de Elect.* Unde nonnisi ineptissimè à F. ROMANO infertur *altera* illa conclusio, *Ergo Pontifex non potest inferioribus auferre jus providendi in ejusmodi Collegio, sicuti nec in aliis Collegiis Exemptis, quorum provisio cura dubium ad Ordinarios devolvitur, si devolvatur.* Rationem addebam, quia in Collegio quoque non immediate exempto neglecta 179
vel impedita Electio devolvitur etiam ex concordatis Germaniæ non ad ordinarium, ut jam ostendi, sed ad summum Pontificem, ideoque ad hunc, non ad illum spectat jus providendi, consequenter si casu negligentiæ vel impedimenti Pontifex Collegio Religioso Exempto de Prælato provideat, non apparet, quomodo ordinario vel aliis inferioribus, qui nullum habent jus providendi, illud auferat: Num vero quippiam alicui quod nec habet nec ad ipsum pertinet, potest quis auferre?

F. Romanus allegat. 124. cupit nosse, in quo apice *concordatorum continea* 180 Comment. Hayan.
tur, quod in Collegio non exempto neglecta vel impedita Electio, devolvatur etiam ex concordatis Germaniæ non ad ordinarium, sed ad summum Pontificem, ideoque ad hunc, non ad illum spectet jus providendi, cum id non modo Concordatis, sed juri communi *è Diametro adversetur.*

At F. Romanus debebat ibidem notare totum illum §. meum esse 181

ad concordata & præcedentia relativum, quemadmodum verba illa, ut ostendi, arguebant. Ex iis autem poterat Colligere, istic vel errorem Typographicum intervenisse, vel aliquid subintelligendum esse, sicut verè error Typographicus intervenerat, omissâ post hæc verba, (*in d. Collegio non*) voce (immediate,) ut proinde sensus illius ex ipsis concordatis plenè restitutus, nihil juri contrarium, sed conforme contineat, hoc modo, ut quia nimir. in Collegio quoque non immediate exempto neglecta vel impedita Electio, pro qua solet etiam ad curiam Romanam recurri, devolvatúr ex concordatis Germaniæ, non ad Ordinarium, sed ad summum Pontificem, prout ex supra recitatis concordatorum verbis constat, ut proinde hic nulla alia declaratione & ostensione sit opus.

§. XIII.

Pontifex ob plenitudinem potestatis potest cum Ordinariis citra injustitiam concurrere.

182 Ajebam posito, minime tamen concesso, quod in Collegio Religioso mediatè exempto provisio devoluta ex concordatis Germaniæ, spectaret ad Ordinarios inferiores, & Pontifex illi Collegio de Prælato provideret, non propterea ipse jus providendi ejusmodi Collegio Ordinariis inferioribus auferret. Cum non obstantibus concordatis Pontifex, ob plenitudinem potestatis (quæ apud ipsum remanet Maior c. *dudum* 14. § *nos igitur attendentes & ibi*. Can. *de præb. in* 6.) posset etiam in mensibus Ordinariorum conferre Monasteria, per notata F. Romani *in d. Respons.* 4. ideoque nec propterea illis quippiam juris auferret, ut male assumebat F. Romanus *inf. cit loc.* cum suo tantum uteretur jure Pontifex, adeoque nemini faceret injuriam, *l nullus videtur dolo facere 55 ff de R I.* Nam concordata tantum tollunt reservationes iis contrarias & gratias expectativas, nec impediunt, quo minus Papa cum ordinariis etiam in illorum mensibus concurrat Chokier *in reg. 8. Cancellariæ* Gloss. 11. *num. 16. n. 18.* Gonzal *in eandem regul.*
183 8. Gloss. 25. *numer.* 15. *& seqq.* ubi decisionibus Rotæ id confirmat; Adde Rebuff. *ad concord. in rubr. de collationib. § si quis vero verb ad alium superiorem, ubi* ita judicatum astruit. Branden *in Concord German. notab. 1. n. 5. ubi* idem in terminis docet, Cassador *decis. 1. de pact.* Simonett. *de reservat. q.* 2. & ita tenuit Rota *in casu Metensis Canonicatus &c.* Igitur &c. *Præjudiciis confirmatur*

184 Unde licet provisio vel electio devoluta, ad ordinarios inferiores, non tamen solos spectaret. Siquidem cum ipsis Pontifex ob plenitudinem potestatis concurrere posset, ut modo probatum est. Igitur. &c. Taceo, quod pacta conventa utilitati publicæ adversantia minime valeant *l. jurisgentium* 7. § *ait prætor. &c. ff de pact Host.* Andr. Ant. de Butr. *in c. 1. inf. eod. Vid. inf. in resolut. q. 6. c. 2. n. 22 &c.*

At F.

At F. Romanus allegat. 492. in margine notat, *quod alternativa mensium provisio in Monasteriis non habeat locum.* traditque in textu, *quod ne semel in astro dixerit, in mensibus Ordinariorum alternativis Monasteria seu prælaturas Regularium conferri ab ordinariis, nedum à Pontifice; cum Alternativa mensium provisio in Monasteriis Germania locum non habeat. Quis enim unquam monstrum illud Monasterii vidit, cui dato casu vacationis alternativis mensibus per concordata Germaniæ de prælato provideatur à Papa & ordinariis? Si causæ mea confidam, proferam alacriter ipsius verba, ut Lectori quoque constet facta allegationis dexteritas* &c. Hactenus *F. Romanus.* 185 *Commenta Hayana.*

Qui nullibi melius nec propius ad rē, quā hic proposuit, locutus est, totūq; suū fundamentū antea jactum hic ipse penitus evertit. Siquidem ipse suum fundamentum ex concordatorum Germaniæ dispositione §. *de Cæteris vero dignitatibus & beneficiis quibuscunque sæcularibus & regularibus vacaturis* supra *n.* 11. allata, quæ est alternativà *mensium*, petit. Vnde sic contra F. Romanum concludo, Aut F. Romanus hanc alternativam mensium dispositionem *in d. §. cæteris vero*, Concordatorum Germaniæ in hoc nostro casu concedit habere locum aut non concedit; Si concedit habere locum, Ergo concedit iam dari Monstrum monasterii, cui dato casu, alternativis mensibus per concordata Germaniæ provideatur à Papa & Ordinariis, quia ipsa dispositio *in d. §. de cæteris*, est alternativa; sin verò non concedit dispositionem *d. § de cæteris vero dignitatibus*, hic locum habere, sed hoc Monstrosum esse fatetur, qua ratione *ex d §. de cæteris vero dignitatibus, Concordatorum* velet ipse ullum pro hoc præsenti casu inde argumentum producere. 186 *Discutitur.*

An ex nihilo aliquid *colliget, aut concludet*, vel super nihilo ædificabit? 187
an nescit *F. Romanus*, cui non conueniunt dispositionis verba, illi nec ipsa dispositio competat. *l. 4 §. Toties. de dam. infect. l. quod constitutū. de milit. testam.* Annon vitiatur dispositio ex omissione modi & formæ præscriptæ. Vid. Petr. Ancharan. *in c. canonum statuta de consuetudine n.* 332. & quidem hic in concordatis dicitur forma alternativæ præscripta. Adhæc An nescit quando dispositioni alicui quid additur vel detra- 188
hitur, fiat nova dispositio. *l. 1. § si quis simpliciter ff de V O.* Vnde *quando* F. Romanus nobis à dispositione Concordatorum *in d. §. de cæteris vero dignitatibus &c.* vult alternativam mensium detrahere, ipse novam *in d. §. de cæteris.* dispositionem concordatorum inducit, & sibi fingit, eamque à se confictam, sanctè dicit, iure naturali & gentium colendam, & servandam esse, cui ne Pontifex contravenire possit? *F. Romano* autem liceat pro lubitu, quæ volet, addere, vel subtrahere. En vestigia tuæ sapientiæ *F. Romane* vidisti, quibus non est animus diutius inhærere.

§.§. XIV. XV.

Supra allegati §§. Concordatorum Germaniæ ulterius discutiuntur atque ostenduntur, hoc in casu nostro locum non habere.

Ex supra deductis relinquitur quod concordata Germaniæ tum quoad
189 *Extrav. ad regimen de præb. tum quoad d. §. de cæteris vero dignitatibus*, huc ubi nec conventus ullus nec alternativa mensium ob vacationem ordinatio datur; impertinenter, imo teste ipsomet *F. Romano* in sup. *cit. Allegat.* 492. plane Monstrosè allegetur, ut proinde ex aliis deductis maneat, bona Monasterii emortui Exempti ad Pontificem, non exempti ad Ordinarios, non tamen tanquam proprietarios sed administratores pertinere, ut de iis in Ecclesiæ disponant utilitatem.

RESOLVTIO

CAP. III. q. 4.

In quo Respondetur F. Romani Argumentis supra c. 1. allatis.

§. I.

Bona Monasteriorum Conventu destitutorum non cedunt fisco propriè dicto, licet vacent superiori. & quomodo res dicantur alicujus vel nullius esse.

Principio notabam, quod ea, quæ à *F. Romano* essent in contrarium *sup. c. 1. allata* ex deductis *in cap.* 2. facile resolverentur, nihilominus speciatim ad singula respondendo

Aiebam *Primum* Concedendum esse, bona nimirum emortuorum Monasteriorum non cedere *fisco*, ut hic significat ærarium Principis, cui bona temporalia vacantia incorporari solent; Nec contrarium uspiam asseruisse P. Laymannum, quemadmodum *hic cap.* 2. expressè fuit inculcatum.

1 Ad novum *F. Romani argumentum in propylæo n. 6. & seqq.* formatum, quod attinet, *major* ea indiget declaratione, pro qua.

2 Notandum *Primo* quando res dicuntur esse *alicuius vel nullius*, considerantur non quales eæ naturâ suâ sunt, sed juridice sub hac qualitate & modo, quatenus in iis jus aliquod habemus vel non habemus, vel quatenus sunt in bonis nostris, seu quod idem est, quatenus in Patrimonio nostro *per l. 1. ff. de usuf.* vel extra illud, sunt; Et hæ, quæ sunt *extra illud* vel sunt tales absolutè *actu* scili. & *potentia*, ut quà tales seu in statu suo consideratæ, alicuius privati nec sint, nec fieri possint; veluti sunt res *divini juris*, quæ quoad proprietatem & usum non sunt *actu* neque potentiâ in nostro privato patrimonio, sed usui & Ministerio Dei serviunt; vel *extra patrimonium* nostrum secundum quid & quadantenus & hoc rursus vel *actu* tantum, quò pertinent feræ

feræ bestiæ; vel si nō actu sint extra patrimoniū nostrū, tūc vel sunt tales *proprietate*, ita ut *usus* sit tantum privatorum, & hic vel laxior & *communior*, vel indeterminatus, quo pertinent res *Communes in specie* dictæ, vel *restrictior* seu determinatus, & hic magis amplus, vel est populi, quo pertinent *res publicæ* in specie dictæ, vel alicuius *civitatis*, uti sunt res universitatis aut alicujus privati ut in rebus feudalibus respectu vasalli vel *usu* tantum, utpatet in rebus feudalibus respectu domini directi. Bacchov. *in not ad paratitl Wesemb ff. de rerum divisione sub princ. & in notis ad* Treutl. *vol. 2. disp. 20. The. 1. lit a* Schneid. Angel. Aretinus, Ioannes Platea *in §. nullius inst de rer. divis.*

Notandum 2. quod jura & res Ecclesiæ aliæ sint & maneant communes toti Ecclesiæ quo ad Dominium *& proprietatem*, aliæ etiam *fiant privatorū* Ecclesiasticorū per not. Anton. de Butrio, *in c. cum Marcus Ferrariensis de constit. princ.* Videlicet, quoad Dominium utile *c. si tibi absenti de prab in 6. & ibi* Canonistæ; nō tamen proprietas fit de eorundem patrimonio privato, talia sunt beneficia Ecclesiastica, præbendæ, *x. de preb. & in 6. & in Clem. & extravag.* Beroj. *in rubr. de reb. Ecclesiæ non alien n. 18. &c.* 3

Notandum *Tertio*, quod Beneficia Ecclesiastica licet sint & censeantur *juris divini*; tamen si alicui non sint collata; vel in ijs aliquis non Canonice institutus reperiatur, verè & proprie dicantur *vacantia* superiori. Angelus Aretin. *in d. §.* nullius *n. 2* Bald. *in l 1 ff. de rer divis. not in c. 1 de R I in 6.* gloss. *in extravag. ne sed. vacante. verb. vacantiū*; nec proprie vacantia fisco; Ita enim sunt propria Principis, in eiusque transeunt Patrimonium *l. 1. & ult. Cod. de bon vacantibus.* 4

Atque hinc *Major* distinguenda est, Res quà tales, quæ in nullius bonis seu Patrimonio actu & potentia sunt, non possunt per mortem omnium Ecclesiasticorum alicuius certi loci, quibus collata fuerant & c. aut alio modo, fieri propriè bona vacantia *fisco conceditur*; non possunt fieri vacantia superiori, ut aliis conferat vel in iis alios instituat, *Negatur*, per notat. *in d notab 3* Deinde *Minor* F. Romani, quod talia sint omnia bona Ecclesiastica quæ quoad proprietatē in nullius bonis seu patrimonio actu & potentia sint, seu quæ nec actu nec potentia sint in alicuius privati patrimonio, non est universaliter vera; Nā inprimis contrarium constat de bonis Ecclesiæ feudalibus, seu in feudū concessis, imò in feudū ab Ecclesia acceptis *hæc certè* non omnia sunt Deo proprie consecrata, neque in titulum erecta, quia plurima postmodum pro dotis duntaxat augmento accesserant, quæ similiter propriè nō sunt cōsecrata Deo, quemadmodum F. Romanus ex primis *institutionum* Elementis *in § sacra, de rer. divis* scire aut discere potuisset. 5 *Ad argumentum F. Romani. Resp.* 6

Adhæc, annon Beneficia Ecclesiastica sunt bona Ecclesiastica, & tamen hæc fiunt privati alicuius Ecclesiastici. *cap. si tibi absenti. de preb in 6.* Annon bona Ecclesiastica alicuius Ecclesiæ sunt in eiusdem Ecclesiæ vel Cleri vel Collegii Patrimonio; teste Augustin. Beroj. *in rubr. de reb. Eccles. nō alien.* 7

alien. n. 18. Huc refer Dd. quotquot supra attulimus, tradentes, bona ad singularem Ecclesiam spectare vel pertinere.

8 8 Denique bona Ecclesiastica quando per mortem omnium de Ecclesia particulari vel Monasterio vacant, annon possunt alicuius alterius Collegii Ecclesiastici fieri in eiusque esse patrimonio? Certe si *F Romani argumentum* quicquam valeret, Concluderet contra ipsum F. Romanũ, quod bona Ecclesiastica alicuius particularis Ecclesiæ regularis vel Monasterii non possent fieri alicuius alterius Collegii, vel Ecclesiæ Regularis, licet ejusdem esset Regulæ vel Ordinis, nec in eius patrimonium transire. Vbi iam patrimonium S. Benedicti, de quo F. Romanum *in appendice Resolutionis q.* 1. audivimus, si res Ecclesiasticæ in nullius omnino bonis esse possunt, Viden F Romane, quando non tritâ Canonum viâ incedis, quas pedicas induas.

9 Non tamen hæretici verborum nundinatores existiment aliud quippiam hic indicari, quam rei veritas exigit, dico & repeto, quod bona Ecclesiastica maxime in *titulum spiritualem erecta quà talia*, in nullius privati aut profani aut sæcularis hominis cuiuscunque dignitatis aut qualitatis vel etjam personæ propriæ vel fictæ Profanæ patrimonio sine sacrilegio esse queant, quodque bona Ecclesiastica maxime in titulum erecta post mortem omnium Ecclesiasticorum cuiuscunque loci nec profano fisco addici, nec alicui alii privato aut profano aut sæculari homini, qualis etiam prædicans est, aut aliqua dignitate fulgens, possint à sæculari Magistratu sine sacrilegio conferri, per ea, quæ superius, *in resolut. q.* 1. *c.* 4. *& q* 2. sunt deducta.

10 Præterea contra F. Romanum notandum est, quod detur proprie Fiscus Ecclesiæ *Clem.* 2. *de hæret.* Et quæro ego à F. Romano, cui bona Templariorum à Clemente. V. extinctorum cesserint, annon Fisco Ecclesiæ? Annon propter enorme aliquod delictum alicuius Ecclesiæ particularis eius bona possint fisco Ecclesiæ addici?

11 Insuper quod in Bonis Ecclesiasticis non detur successio sanguinis *c.* 1. *de preb.* quodque Bona *vacantia fisco*, & Bona *vacantia superiori*, ut ea aliis conferat, non conveniant univocè; inde tamen non sequitur, quod bona per mortem omnium originariorũ vel incolarum alicuius loci Ecclesiastici ab alio extero ut membrum non dependentis non verè vacẽt, quia aliud est, Bona vacare, & aliud *vacare fisco* seu in ordine ad fiscum, ut per se patet.

12 Neque usquam ex principiis Layman neque ex meis probauit vel probabit F. Romanus, quod Bona Ecclesiastica alicuius Collegii Religiosi originarii ab alio extero ut membrũ independentis, per mortẽ omniũ collegialium originariorũ & incolarũ nõ sint vere vacantia nec spectent ad liberã dispositionẽ superioris Ecclesiastici. Cũ contrarium doceant omnes Canonistæ, quod summus pontifex omnimode liberã; Episcopus vero in certo genere liberã habeat de eiusmodi bonis vacãtibus potestatẽ. Ita ut utriusq; potestas sit libera à coactione & necessitate juris & quidẽ summi pontificis potestas & quoad omnẽ indifferẽtiã seu quoad õnes species oppositas & quoad Exer-

citium

citiū, seu quoad omnimodā libertatē contrarietatis & contradictionis, Episcopi vero potestas quoad certas species etiam in genere moris secundum quid oppositas & quoad Exercitium sit libera, libereque exerceatur. Quo facit quod libertas definiatur naturalis facultas ejus quod cuique facere licet, nisi illi quid vi, *id est*, coactione aut jure (necessitate juris) prohibeatur. *instit. de jure personar.* sed *hæc ex seqq. qq Resolutione* patebunt.

Atque hinc patet falsum esse, quod bona ea successori non per liberam, sed per necessariam collationem debeantur, neque propterea dicimus, quod bona ea sint proprie confiscabilia, quemadmodum termino *fisci* æquivoco F. Romanus cum in finem abutitur, ac receptissimæ Canonistarum sententiæ, *in c. licet Ecclesiarum 2. de prælend. in 6.* contradicit. 13

Denique ad alterius F. Romani argumenti *Maiorem* Respondendum est distinguendo, bona, quæ domino & possessore immediatè vero non carent, non sunt verè vacantia, *conceditur*; Bona, quæ Domino & possessore immediate ficto non carent, non sunt verè vacantia, *negatur*; non censentur fictè vacantia, *transeat*. 14 *Alteri F. Romani argumento resp.*

Hinc ad *Minorem*: Atqui Bona temporalia Ecclesiastica post mortem omnium Originariorum & incolarum de Collegio particulari sunt talia bona, quæ immediatè Domino & possessore non careant, *negatur*, quæ immediate ficto Domino vel possessore non careant, itidem *negatur assumptum*, quia gratis supponitur, quod detur hic immediate fictus Dominus, cum fictio imitetur veritatem & quoad actum *Possibilem* in genere, non in specie vel in individuo, de quo agitur, *ut in l. adoptio ff. de adoptionib.* Bonifacius Vitalin. *in Clem. quod circa n. 4. de Elect.* Si autem in genere accipiatur fictus Dominus, tunc iterum subdistinguendum est; si bona temporalia intelligantur sejuncta à jure Vniversitatis Ecclesiæ, *transeat*, sin vero ut connexa cum jure Vniversitatis Ecclesiæ, ita ut principaliter ipsa Ecclesia seu ejus Vniversitatis jus consideretur, tunc ipsum non tantum non verus sed nec fictus Dominus & possessor erit, quia nihil seipsum possidere suique ipsius Dominium habere intelligitur Beroi: *in c. in literis. nu. 13. de rest. spol c. ex literis. num. 16. de probat.* cum ne homo quidem sit Dominus membrorum suorum *l. liberi ff. ad L. Aquil.* 15 16

Neque in contrarium quicquam *probant loca* à F. Romano allegata, prout suis locis vidimus *&* *bona illa* aliis à superiore vere conferre possunt. Non possunt autem aliis conferri, nisi vere vacantia, ut ipsa luce meridiana clarius est.

Unde *F. Romani* Conclusio, quod Bona Ecclesiastica & Monasteria per mortem omnium Originariorum & Incolarum de Collegio particulari non sint vere vacantia, negatur, adeoque vera nostra manet conclusio, quod bona etiam spectent ad liberam superioris dispositionem, in Ecclesiæ tamen utilitatem.

§ II.

F.Romanus pro nobis facit, quando Ecclesiam paticularem dicit esse fiscum nim. Analogicum.

17 Respondebam ad *secundum* supra *c. 1.* propositum argumentum F.Romani, acceptando datam ab ipso F.Romano *q.1.n.52.* significationem vocis *Fisci.* quod per eam intelligatur *Ecclesia Particularis*, per quam respectu Monasteriorum non exemptorum tam formalium, quàm Materialium ab aliis alienigenis seu exteris, ut membrum non dependentium *Synecdochice* intelligitur ipsius caput, Episcopus; respectu vero Monasteriorum Exemptorum formalium immediatorum aut mediatorum ad curiam Romanam, pro Confirmatione prælati recurrentium, vel respectu Monasteriorum materialium Exemptorum seu mediatorum sive immediatorum, est universalis Ecclesia, vel *Synecdochice* ipsius caput summus Pontifex, ad quos sub data *hoc cap.2* distinctione Bona illorum Monasteriorum emortuorum vacantia deferuntur.

18 Quod si vero *F.Romanus* per particularem Ecclesiam, vel Collegium *ipsius habituale*, vel *muros Ecclesiæ* intelligat, non rectè accipere docuimus *in resolut.q.1.c.4 & q.2.&* passim alibi.

§. III.

Bona Monasteriorum Conventu destitutorum apud superiorem, non tantum velut custodem, sed ut Administratorem manent, ubi Canon. 35. Synodi VI. examinatur.

19 Respondebam ad *Tertium sup cit c.1.* argumentũ quod bona emortuorũ Monasteriorum apud superiorem remaneant non tantum velut in custodia, sed etiam, quoad administrationem & dispensationem, ut significabam F Romanum ipsum *q.1.n 54.* concedere.

20 *F.Romanus allegat.331.* dicit *verbis ipsius inspectis, quid* cit.num. *concesserit, appariturum*, sed illa verba hic, non prout in astro syncerè sed interpolatè & glossemate suo in alienos sensus detorto, & quidem cum additione nova recitantur, ut ex eorundem collatione patebit, Nam ista in *astro* ita recitata fuere. *Praterea* Navarrus *&c. neque negat alios esse substituendos in locum demortuorum, sed vult solummodo dicere, bona hujusmodi Ecclesiastica destituta Catholicis administratoribus pertinere* ad sollicitudinem & administrationem suæ Sanctitatis, *id est, ut provideat ea restitui & Canonice mediate vel immediate provideri*, pro quibus *in hac allegat.331.* ipse substituit. *Praterea, inquiens, Navarrus non negat alios* NB. Primam interpositionem F. Romani sequenti parenthesi inclusam (*data temporum oportunitate*) *esse substituendos in locum demortuorum, sed vult solummodo dicere*, NB. secundam ejusdem interpolationem, (*nondum apparente spe restitutionis*) *bona hujusmodi Ecclesiastica, destituta Catholicis administratoribus, pertinere ad sollicitudinem & administrationem suæ sanctitatis*

Commenta Hayana & eorundem impostura.

NB.

ditatù id est,quod bene notari jubet,*ut provideat ea restitui & Canonice mediate vel immediate provideri.* At ego bene notandam censeo hic additionem novam à F.Romano factam,nimirum,*Prospicere,ut Monasteria juxta Fundationem restituantur & iisdem Canonice provideatur,(quod) non est dispensare (& quidem liberè,ut ego volo) bona Monasteriorum.*Cæteros furfures *F. Romano relinquimus.*

21 Verum quicquid sit de interpolationibus, F. Romanus hic à janua aberrat,malumq; agit custodem. Quæstio erat,utrum bona Monasteriorum apud superiorem remanerent velut in custodia.Ego illud ex Navar. *cit loco.*per ipsum F.Romanum approbato negabam ; quia Navarrus eorundē bonorum Monasterii administrationem , ut eidem Canonice provideat, non verò solum custodiam concedebat;F.Romanus *q.1.n.52.*affirmans,solam custodiam, ad Navarri auctoritatem à me in cōtrarium allegatam respondere debebat sed non respondet, alioq; dilabitur, cum videat se per assertam custodiam non posse evadere. relictis Navarri verbis. ad verbum *provideat*, à se usurpatum, deflectit, quod tamen juxta modò recitata Navarri verba in propriâ significatione. prout in canonibus *c.cum de beneficiis de præb.in 6.*atque Canonistis accipi solet.Archid.*in c.cum nullus.de Elect.in 6.* Abba. *in c. dudum de præsumpt.*Compostell.*in c.Capitulum S.Crucis de rescrip.* Specul.*de rescript.§.ratione quoq; formæ. vers.nunc dicamus.* accipiendum erat, ipse nunc in aliena significatione *æquivoce* pro *prospicere* accipit , quæ certe significatio Navarro non congruit; sed menti ipsius directò contrariatur, ut proinde F.Romanus nihil habeat , quod ad Navarri auctoritatem Respondeat, nisi verba ipsius contra mentem scribentis & propriam eorundem significationem per *æquivocam* aliorum verborum suppositionem adeoque falsi fictionem alio detorqueat.Quæ pro F. Romano sufficiant.

Discutiuntur.

22 Ad Sextæ *Synodi Canon.35.*Respondebam;illum impertinenter huc allegatum,non probare contrarium , quippe qui agat de Ecclesia tantum vacante,seu cujus Clerus adhuc vivit,Episcopus autem mortuus est, uti hæc ostendunt verba,*Res sint sub custodia Cleri Ecclesiæ defuncti Episcopi.*

23 Quod si verba ultima illius canonis urgeantur,quibus (in casu,quo Clerici in Ecclesia non fuerint) prohibetur Metropolitano Episcopi sibi subjecti ne res Ecclesiæ illius invadat , ut habet inscriptio *in c. non licet.il. 3.12. q.2.*& jubetur eas successori,qui illic ordinabitur, reddere.

24 Respondi 1.verba illa (si Clerici in Ecclesia non fuerint) non significare idē,quod si Clerici omnes fuerint mortui. Cum clerici propter pericula & hostiles incursiones vel alias ob causas possint ab Ecclesia abesse.

25 Respondebam *Secundo*,posito etiam, quod per ea verba intelligerentur *Clerici omnes mortui*, adhuc tamen populus superesset, cui dandus Episcopus. Bald. *in proœm.ff. col.2. num. 5 al. 10.* Rebuffus *in praxi Benef.de form. literar.dimissor.n.15.*quia Episcopus non *tantum clerum* seu Cleri conventum

sed & *curam populi* tanquam adæquatum terminum respicit *per not. decis.* Rot. Rom. *9. apud Tamburinum tom. 3. de iur. abbat.* Vnde non mirum, quod etiam cleri conventu extincto, populi autem cura superstite, non dicatur Episcopatus extinctus, ut notat Rota Rom. *d. decis. 9. & Dd. in Clem. in plerisque de Electi.* cui res sint per superiorem pro cura populi custodiendæ nec in alios usus disponendæ vel convertendæ. At in nostro casu ubi Prælatus cum cura & conventu Monastico adeoque ipsa prælatura extincta est Rot. Rom. *decis 6. & decis. 9. apud Tamburin. d. tract.* non est necesse, ut superior eas res custodiat, sed ut eas in utilitatem Ecclesiæ in alios ejusdem usus pios Canonice convertat, ac conferat. Quod si subinde prælatus aliquis Religiosus etiam populum, quem respicit, habeat, illum tamen illiusque curam non per se, sed per accidens planè respicit, adeoque cura populi respectu prælati religiosi, quà talis in Ordine, ubi stabilitas loci promittitur, non venit consideranda.

§. IV.

Ostenditur ex sola Voce passiva nihil juris in re vel ad rem concludi posse. Et utrum Monachi hodie Episcopatuum sint capaces.

26 Respondebam in quarto & ultimo argumento F. Romanum aberrare. Nam *Primo* docet Collegis hujus Monasterii extinctis penes alios exteros seu alienigenas aliorum Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachos esse *jus vocis Passivæ.* At hoc supra *q. 3.* refutavimus. Cum vivo adhuc hujus Monasterii Conventu Originario jus illud cæteris non competierit, licet ipsius *Electionis passivæ* essent capaces. Et quis unquam asseveraverit, quia olim etiam in regulares cadebat passiva Electio ad Episcopatus, seu quia ipsi ad hos poterant postulari; ideo ipsos habuisse jus Electionis passivæ.

27 Deinde posito &c. quod ubi est capacitas Electionis passivæ, sit etiam jus vocis passivæ, jam pejus errat F. Romanus, docendo, quod ubi est jus *vocis passivæ*, sede vacante in Ecclesiasticis, ibi sit etiam verum rei Dominium &c. Nam secundum F. Romanum olim sede Episcopali vacante, penes Regulares, fuit jus vocis passivæ, cum olim essent capaces Electionis passivæ, Et tamen quis affirmaverit, quod Regulares etiam conjunctim sumpti, verum Episcopatus illius Dominium habuerint, quod foret absurdum.

28 Adhæc F. Romanus videtur suæ oblitus doctrinæ, qua *quæst. 1. num. 59.* per electionem activam actu interpositam & confirmationem subsecutam, prius dominium acquiri asserit, ut jam etiam ante Electionem activam actu interpositam & confirmationem subsecutam, vere dominium illis attribuat.

F. Romanus sibi contrarius.

F. Roma

Comment. Hayan.

F. Romanus *allegat.* 331. 332. *& allegat.* 475. 1. petit *sibi demonstrari, qua quæstione, quo numero quove folio alleget, quod secundum ipsum olim sede Episcopali vacãte penes Regulares fuerit jus vocis passivæ cũ olim fuissent capaces Electionis passivæ, Additque Monachos vigore sacrorum Canonum hodie ad Episcopatus eligi posse nec habere necesse postulari. Rota* decis. 28. de præbend. in nov.

Deinde dicit, quod q. 1. n 49. *nihil simile affirmarit, alibi vero* n. 59 *eiusdem quæstionis, dixerit, Canonice Electum, virtute talis Electionis, seu ordinationis, constitui verum Dominum sive administratorem plenarium rerum Dominii. quo mortuo quæritur* inquiens, *penes quem remaneat Dominium bonorum Monasterii?* Respondent Dd. *quod penes Collegium seu Conventum Pastore viduatum, adeoque ante sequentem electionem. Quænam igitur hic verborum ipsius contradictio? cum verum vero non contradicat. De meo illo prius, ne per somnium quidem cogitarit.* Hæc allegat. 331. & 332. 29

Allegatione vero 475. conqueritur quod *ego non integrè ipsius sententiam protulerim. Verba ipsius hæc erant,* ubi verò est jus vocis passivæ sede vacante in Ecclesiasticis, ibi est verum rei Dominium, non quasi singuli habentes Electionem passivam, sicut veri domini, sed quia in omnibus simul & conjunctim sumptis residet immediatius Dominium. *Videam igitur ipsum de immediatiore Dominio locutum esse. Vacante proinde Episcopatu jus vocis passivæ residet primitus in singulis Canonicis cathedralibus illius Ecclesiæ, penes quos etiam retinetur Dominium immediatius bonorum Episcopatus.* 30

Vnde & ex illis unus eligendus est in Episcopum, si reperiatur idoneus, alias fieret illis injuria, si extraneus invitis obtruderetur. Abb. in c. ne pro defectu. *num* 7. de Elect. 16. dist. c. nullus invitis. 18. *q.* 2. c. quam sit. *Quod si vero personam idoneam inter se non invenerint, vel etiam omnes vnanimiter juri suo cedentes, aliquem Monachum elegerint (sicut olim S. R. E. Cardinales fecerunt in Electione Cælestini V. & aliorum) tunc dimissis illis, penes quos residebat immediatius dominium, fit transitus ad illos, qui in altiori Dominio universalis Ecclesiæ, cum eisdem Canonicis conveniunt, cuius Ecclesiæ universalis pars & membrum est etiam ille taliter Electus. Qua in re absurditatem non deprehendam, cum ex vero nemo colligat absurdum.* 31

Tum *ibid. n.* 2. subijcit, *quod in superioribus,* allegat. 332. *in aurem mihi suggesserit, Monachos etiam hodie in Episcopos Canonicè, & quidem de jure communi Eligi posse, Rota* decis. 18. circa medium de præbend. in nov. *quod de Patribus Societatis Iesu dici non potest; Cum S. Ignatius institutor ipsis ferreum obicem, ad eiusmodi dignitates interiecerit; qua in re, non suæ modo Societati, sed universæ Ecclesiæ præclarissimè consuluisse Sanctissimus fundator censendus est.* 32

Denique *ibid. n.* 3. circa nomen Fratris plurima effundit, existimatque inter alia *nomen hoc appellativum etiam nostris Patribus Convenire &c.* quæ ego *in tract.* 4. *lib.* 2. *sect.* 2. eò quod hinc sint aliena, speciatim prosequor, ubi videri poterunt. *Discutiuntur.* 33

Cæte-

Cæterum, quod allegationes F. Romani reliquas attinet, in iis ipse à quæstionis limine iterum aberrat. Certè ego responso meo ipsius F. Romani verba ad longum integrè & nō mutilè, ut falso mihi imponit, supra *hac q. 4. c. 1. n. 4.* præmiseram, atq; hic responderā redarguendo eas absurditatis, ex hoc adducto simili, quod si is, cui vox passiva competit, etiam esset verus Dominus, sive administrator plenarius rerum Dominii, ut asserit F. Romanus *d. quæst. 1. n. 59.* tunc idem eadem ratione de Episcopatu vacante, ad quem etiam olim Monachis vox passiva competiisset (eo quod illius capaces fuissent) secundum hoc principium F. Romani asseri posset; quod etiam cæteri Monachi, essent veri Domini sive plenarii rerum ipsius Episcopatus Administratores; Hoc autem foret aburdum; Quando igitur ipsum ego à simili redarguo absurditatis, nemo dicet, me idem, quod alter sentit, asserere, prout perperam astruit F. Romanus.

Deinde quando ego dico secundum F Romanum illud, quod modo retuli, sequi, tunc non dico, me referre illius verba, ut male interpretatur F. Romanus, sed solum me ad ea, quæ ante dixerat F. Romanus, reflectere, potuisset ipse ex iis, quæ notat Barbosa *in dict. secundum n. q. 4. 6.* discere.

34 Hujusmodi absurdum ut F. Romanus à se amoliatur, 1. fingit à me ipsius verba non integrè allata esse, quod patet falsum esse ex *supradictis d. q. 4. c. 1. n. 4.* Deinde quærit ipse effugium in voce *immediatius* Dominium, ut nimirum vacante Episcopatu, *immediatius Dominium* resideat penes Capitulum, ideoque illud non possit esse penes Monachos, qui postulentur vel eligantur.

Effugium F. Romani.

At F. Romanus hoc responso se magis involvit, sibiq; aperte contradicit, 35 quia *in d. q. 1. n. 59* dicit, ubi est jus vocis Passivæ s. de vacante in Ecclesiasticis, ibi est verum rei Dominium, & quidem penes illos conjunctim residet *immediatius* Dominium. Atqui non tantum apud capitulares, sed etiam apud Monachos, ut ex eodem F Romano subsumo, est jus vocis Passivæ sede vacante in Ecclesiasticis, ut non tantum postulari sed & eligi habeant. Ergo nec tantum apud Capitulares, sed & apud Monachos est verum rei & Episcopatus *Dominium*, & quidem penes ipsos residet *immediatius Dominium*, quæ propositio priori F. Romani responsioni directò contradicit. Videat F. Romanus quomodo sese expediat, præterquam quod totus ipsius discursus huc sit impertinens.

Refellitur.

F. Romanus in fundamentis sibi contradicit.

36 Neque verum est quod si quis in gremio alicujus Ecclesiæ esset aptus regimini, mox sit Eligibilis & citra injuriam non possit præteriri Quid enim si alibi prælaturam, Episcopatum habeat, eritne eligibilis? quid si non habeat ordines requisitos, non certe poterit eligi, ut mox ostendam.

37 Quod adjungit, Monachos etiam *hodie* ex jure Communi ad Episcopatum vacantem non postulari, sed eligi, similiter principio F. Romani, quod

quod nimirum Regularia Beneficia Regularibus, sæcularia sæcularibus sint conferenda, repugnat; quando Episcopatus in Ecclesia sæculari vacans erit. Lepidum sane est quod huic Canoni non contraveniri putet F. Romanus, si Monachus professus postulatus ad Episcopatum non regularem alterius Ordinis & generis illum admittat, At si clericus Regularis aliquod ex suppositione ipsius F. Romani, Beneficium Regulare alterius Ordinis Conventus mortui admitteret, mox Canoni contraveniatur.

Deniq; quod Monachi ad Episcopatum sæcularem etiam hodie eligantur, nec opus sit, ut postulentur, nullo jure Canonico stabilitur, sed ei maxime contrariatur. 38

Neque pro F. Romano quicquam decidit Rot. Rom. *decis. 48. de præb. in nov.* ab ipso allata, siquidem hæc ibi conclusio formatur, *collatio facta de paraciali Ecclesia consueta clericis sæcularibus assignari. Monacho etiam de licentia abbatis absque dispensatione, ipso jure non valet.* Postea ibidem subjungitur, *pro conclusione nostra quidam dicit & probat, quod Monachus est mundo mortuus licet* 39
Deo *vivat.* 16. q. 1. c. Monachus & c. placuit c. grave, *sed per assumptionem ad paracialem Ecclesiam resuscitatur. ista resuscitatio est Miraculosa. Ergo ut resurgat & actus civiles exerceat, opus est dispensatione superioris. Dicit etiam quod ista dispensatio non debet fieri sine causa utilitatis vel necessitatis. Opponit* Host. *quod de jure Communi assumitur in Episcopum & mortuus tunc resurgit. Respondet, iste habetur mortuus ad actus regulares & non obstat, quod lex communis habilitat & resuscitat. tamen dici potest secundum Hostiensem, quod conclusio habet locum, & quod dispensatio fienda est.*

Hactenus decisio Rotæ, unde apparet, quod F. Romanus prætermissa conclusione *objectionem*, quam moverat *Hostiensis*, arripiat, ut Monachus sibi de jure communi despondeat Episcopatum. At F. Romani objectio non est conclusio sed conclusioni contraria. Deinde, si ut Monachus fiat Episcopus, non tantum licentia requiritur Abbatis, sed etiam superioris dispensatione opus est, Ergo jus commune erit in contrarium; quia alioqui quod jus commune alicui per se concedit, ad illud obtinendum non est opus dispensatione. & ubi opus est dispensatione in persona ad prælaturam assumenda, ibi est *postulatio*. Vnde *postulatio* definiri solet eius, qui eligi jure communi nequit, concors capituli in prælatum petitio, nimirum ut cum postulato dispensetur in impedimento qualitatis seu requisiti Ordinis vel ætatis vel natalium defectus. Vnde cum sint irregulares, prius à Papa ut eos habilitet, solenniter postulandi, similiter ob impedimentum status religionis vel dignitatis, ut si Episcopus uni Episcopatui sit astrictus; adeoque non possit transire ad alium, nisi à Papa, ut eos vinculi impedimento amoto, ad prælaturam habilitet, postulentur; quæ postulatio vocatur solennis; alioqui quando Monachus, ex uno Monasterio ad alterius Monasterii prælaturam assumitur; tunc solum

40 41 42 43

Postulatio ad Prælaturam ubi detur. *Quid.* *Quotuplex.*

ſolum opus eſt licentia ſui ſuperioris, à quo ſimpliciter petitur, vocaturque *poſtulatio ſimplex*. Unde pro prioribus caſibus hi verſus recitari ſolent.

Poſtulo Pontifices, non Sacros, atque Minores,
Exemptos, Laicos, male natos, Religioſos.

44 Deinde, quod non niſi *mediante diſpenſatione* ſuperioris obtinendum eſt, illud de jure cenſetur impoſſibile, propter difficultatem, quæ in diſpenſatione obtinenda ſolet intervenire.

Solennis poſtulatio in quibus locū habeat.

Hinc non video, quomodo Religioſus merè contemplativus ſine diſ-
45 penſatione queat obtinere Epiſcopatum; attenta declaratione Card. *in c.* 10. *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de Reformat.* quæ ita ſe habet, *Regulares ſunt incapaces Beneficii ſimplicis, etiamſi eſſet Canonicatus Regularis, non autem Beneficii curati juxta diſpoſitionem.* c. quod DEI timorem, de ſtatu Monachorum, *Licet NON HODIE; cum obſtet Concilium Lateranenſe* ad concordat. *Vid. not. c.* 18. *ſeſſ.* 24.

46 Forte Reſpondebit, qui *Epiſcopatum deſiderat, bonum opus* deſiderat. 1. *Tim* 3. *v.* 1. quis autem id Monacho invidebit. Verum ſi Religioſus aliquis merè cōtemplativus Epiſcopatum conſideratum ut merum honorem deſideraverit, non opus bonū deſiderabit; ſin ut officium & labores Epiſcopales; opus quidem bonum deſiderabit, ſed erit ſupremi Capitis Eccleſiæ Summi Pontificis deſignare & conſtituere, cui vel quali conferendus ſit Epiſcopatus. Vnde ſolet dici, appetenda eſt quidem Prælatura non ut præſis, ſed ut profis. L. Zecch *de rep. Eccleſ. de Prælat. in gener. cap.* 1. *n.* 5. Suaderem ego cum S. Paulo 1. *Cor.* 6. *v.* 20. Religioſis maximè contemplativis, ut ipſi in ſua vocatione Religioſa, qua vocati ſunt, permaneant.

Obj. R.

47 Deinde quando F. Romanus ſupradicto loco Societatem noſtram impetit, quæro ego ab ipſo; Annon inſtruere juventutem, docere rudem populum, homines peccatores à peccatorum vinculis abſolvere &c. etiam ſint bona opera, quibus in Eccleſia Catholica, ſua ſint conſtituta vel conſtitui ſoleant ſtipendia, ut bovi trituranti non alligetur os 1. *Cor.* 9. 9. Quid ſi eiuſmodi operariis Eccleſiaſtici Prælati in laborum ſtipendia velint aliqua Monaſteria Conventibus deſtituta (quæ F. Romanus nunc beneficia Regularia, *in asbeſto n.* 11. *& ſeqq* nunc proprietatem *allegat.* 195. *n* 2. 3. *allegat.* 287. vocat) affigere, annon poterunt? ſi negabit F. Romanus, certè abſurdus erit rerum æſtimator, qui uni Monacho integrum concedit Epiſcopatum, & pluribus operariis Religioſis in vinea & Eccleſia Dei laborantibus aliquod neget Monaſterium Conventu deſtitutum!

48 Quod addit in Societate noſtra *renunciationem omnium bonorum tam inquam extra Societatem, quæ fit per peculiaria quædam vota* Profeſſorum, oriri ex terreo obice; in eo vehementer fallitur. Siquidem ea ex ardenti humilitatis ſtudio & ſincero erga Ieſum Dominum & authorem ſuum amore,

ipſum

ipsum non honorem, sed abjectionem sui in omnibus quærentem imitandi proficiscitur; neque propterea Societas nostra impeditur, quò minus inter barbaras gentes nationesque infideles, ubi necessitas postulaverit, nec commodè resisti queat, quamvis alioquin ad hoc *non obligetur*, per- & admittere possit, ut aliqui è Societate nostra, maximè si sint professi voto simplici ad honores in- vel extra Societatem nostram non ambiendos, vel oblatos non admittendos obstricti, (qua etiam quomodocunq; à Societate exclusi vel Canonicè translati *juxta Constitutionem Urbani Papæ VIII. Cum sicut accipimus 30. in appendice Bullarii Cherubini, al. 140. dat. Romæ 21 Maii An. 1635.* manent obligati) non tamen ex arbitrio suo sponte, sed ex imperio superiorum Pontificis, R.P.N. Generalis &c. demandantium compulsi & coacti, Patriarchatus, Episcopatus, aliosve honorũ titulos, ubi non sunt tã honores, quã verè bonũ opus, quale Apostolus 1. *Tim* 3. 1. describit, seu ut *non tam præsint, quam prosint*, suscipiant, quo casu ipsi ex alio voto simplici ad audiendum R.P.N. Generalis aut eius substituti consiliũ, si illud melius ad majorẽ Dei gloriam esse cognoverint, simul sunt obstricti *juxta Constit. Societatis part. 10. §. 6 lit. A. &c.* Atque ita S. P. Noster Ignatius ad frequentem Regis Lusitani instantiam Ioannem Nunnium Æthiopiæ Patriarchã, S. Franciscũ Xaverium Indiarum Apostolum & Nuncium Apostolicum seu Legatum Missum aliosq; Episcopos Iaponiæ &c. licet ex se invitos & renitentes pro imperio suo, accedente voluntate Apostolica, sine ulla tamen obligatione Societatis id oneris admittendi designari & creari Canonicè voluit; qui etiã singuli votorum suorũ memores nonnisi ex superiorũ imperio prælationẽ illam extra Societatem admisere, & ad audiendum adm. R.P.N. Generalis eiusve substituti cõsilium, & ubi id melius in Domino judicaverint, acceptandum parati fuerunt, uti *ad d. part.* 10. Constit. Societ. *§. 6. lit. A.* notatur, & alias ex Historia Societatis *part.* 1. *lib.* 14. *n.* 112 *usq. ad n.* 116. videre est. Quæ hic adduco, ut F. Romanus intelligat, quàm sit in Societatis instituto peregrinus & hospes non discernens jura & facultates universitatis à singulorum eiusdem Universitatis obligatione, prout tamen ipsi ex *institutionum juris titulo de rerum divisione & acquir. ipsarum dom. lib. 2. tit 1. § universitatis 6.* notum esse deberet.

a

1 *Zecch. de Rep. Eccles.*

49

50

Cæterũ ex supra deductis manifestũ evadit, quam multipliciter F. Romanus in facti veritate aberret atq; à jure deficiat, negando Pontifici, Episcopis, quod ordinariæ suæ potestati Monasteria Conventibus ob mortem omnium incolarum Religiosorum destituta, atque ab aliis ut membrum proprietatis non dependentia subjaceãt; Econtra verò quam rectè ex juribus sit demonstratum, quod bona Monasteriorum ita destitutorum, si sint exempta, ad Pontificem; si minus, ad Episcopum, non tamen velut Domnos proprietarios, sed uti Ministeriales & Administratores vel Dispensatores pertineant, ac revertantur.

RESOLVTIO
QVÆSTIONIS V.

In qua disquirebatur, quibus Monasteriorum emortuorum bona superior poßit conferre?

HActenus videramus, quod bona emortuorum Monasteriorum pertinerent ad superioris dispensationem, nunc porrò videndum, quibus ea bona sint conferenda & dispensanda.

§ I.

De Virginibus Anglicanis.

Notaueram autem, quod F. Romanus & P. Laimannus in eo, *quod eiusmodi bona non cederent superioris patrimonio*, conuenirent, discreparent autem
1 in hoc *quibus ea bona sint conferenda*. Siquidem F. Romanus *q.1.n.20.& multis seqq.* asserebat atque etiamnum in *aula. tit. ligata libertas à n. 74. usque ad*
2 *n 94. allegat.* 408. *usq; ad allegat.* 439. *atque alibi* asserit, cæteris eiusdem Ordinis Religiosis non Iesuitissis extinctorum collegiorum bona necessario esse à superioribus conferenda.

Opinio F. Romani.

Contra negant P. Laymannus *in iusta sua defensione & censur. part.2. censur.* 4.
3 §. 4. *& censur.* 38. P. Valentin. Mangion. *theor. q.1. ad n.12.19. & seq* iis necessario conferenda; sed asserunt, ea posse etiam aliis alterius Ordinis Religiosis conferri *Laym. part.1 loc 4. part.2. censur.* 26. 27. 28. 29. *&c.* P. Valenti. *theor. q.*
4 2. *&c.* de assertis Iesuitissis verò nihil volunt audire, & meritò.

Cõtraria P. Laymanni.

Ego P. Laymanni ac P. Valentini sententiam *quæst. 5. cap. un. astri Eclips.* explicatam & deductam in eiusdem resolutione contra F. Romanum confirmo, contraria F. Romani argumenta rationesque in dua-
5 rum *seqq. quæstionum resolutione* dissoluturus.

Resolutio.

F. Romanus *allegat.* 41. *& sub allegat.* 224. *tit. Molossus* hæc ex q. 3. *Astri n.* 1.
6 *fol.* 147. dicit *se retulisse verba Laymanni dicentis*, esse declaratam intentionem suæ Sanctitatis, ut ex restitutorum Monasteriorũ bonis aliqua applicentur communibus Vtriusq; Sexus puerorum Scholis, ũ Catholicis ac piis Ludimagistris, qui illos innumeros (*ut alter Causidicus nominabat*) Pueros & Puellas doceant. *Subjunxisseq; se hæc verba Nos* (*scilicet F Romanus*) *prætermissis aliis non satis assequimur* mentem horum Authorum (*scilicet pro Societate scribentium*) An Puellæ (*quod Credibile est*) *peculiares & separatos alumnatus, & quos vel quales* Ludimagistros, *qui studiosè exercitiis præsideãt, subituræ sint: neq; enim*
7 *fas est opinari, viros præsertim religiosos hanc in se provinciam suscepturos cum etiã Clerici non debeant docere ullas mulieres, etiã illustres nobilitate, nec illas instituere, ut legere, scribere vel canere discant ex* Concil. II. Mediolanen. tit. quæ ad Missã decret. 39. *Lal. Zecch. de republ.* Ecclesiast. de Cleric. v. 3. n. 48. Mulieres verè, *quæ id muneris constanter & doctè obeant per Germaniã nullas videat*, nisi fortè Virgines Iesuitissas *dictas, in hunc finem à Pontifice destinatas esse quis arguerit ut*

Commentu Hayana.

Scholas

Scholas ea sibi similiũ regant (prout jã alicubi capereãt) ac literas profiteãtur exculꝛ tiores. Hucusq; verba *Astri, in quibus hac, nisi forte quis auguretur non significant Societatem agere de fundatione Virginum Iesuitissarum. Unde ipse* F. Romanus, ait, *se hoc loco* duas *perperam à me factas allegationes computare potuisse.* unã, *quod nõ sine calumnia de calumnia accusaverim Astrum*, alteram *quod* Scioppium Innocentem *in jus vocaverim, sed unica se contentum fore &c.* Atque *sub allegat.* 479.*tit.sepult. concupisc subn.*11. ex assertis literis P. Theodori Lenneps adfert, *quod & ipsa Societas Virginitatem castissimam vovet & colit, Virgines educat, Monasteria Monialium fovet, erigit ac propagat, quorum multa sepulta jacerent, ni Patres Societatis obstitissent*, Additq; *quod Societas Virginitatem colat & foveat, tam verum est quàm falsum quod eam voveat Quod autem Virgines educet fortuna tribuendum, non Societati qua selectum invenit non requisit. Quod denique Monasteria monialium erigat ac propaget; novum est, flores isti nondum apparuerunt in terra nostra, Vepres apparuerant, sed eradicata ab Vrbano VIII. Mille servata Monasteria si Theodorus numeravit, Arithmeticum laudat sed veretur ne Rhetorem inveniat aut poetam.* Hæc ibi. 8 9 10

Idem ad manduconem reversus *allegat.* 121. multis præviis sannis tandẽ subijcit, *nec est*, inquiens, *quod Scioppium ceu manduconem Ordinis S. Benedicti vehementius impetam, qui aliquamdiu ad instãtiam Aug. Imperatoris Ferdinandi II. micas de mensa Monachorum cadentes edebat. Illos potius Ordinis nostri manducones allatrem, qui micis, imò mensis & marsupiis non contenti primo suo seculo tot jam integra Monasteria devorarunt vt si sic etiam porrò perrexerint, brevi nihil ipsis sit superfuturum, licet vero factum haud ignoret, in Societate esse, qui publicè scribere ausi fuerint memoratum Scioppium etiam offella Benedictina auctoratũ vel conductum, Astrum in ex tinctum aliaque contra Iesuitas evulgasse, tamen ut iis aliisque constet, ad cujus instantiam & qua de causa idem aliquamdiu inter Benedictinos VVeingartenses in Suevia moratus fuerit, ipsiusmet Cæsaris Ferdinandi II. literas ad Georgium & Franciscum Abbates VVeingartenses datas ibidem adjungit. quas nuper ex eodem Monasterio ad se transmiserat R. P. Gabriel Buzelinus hoc ad se præmisso Epistolio sed responsorio. Reverende admodum in Christo P. Romane &c.* 11

Vnde colligebatur, quod F-Romanus de opposita ipsius Astri Eclipsi, in qua culina VVeingartensi deliciæ affingerentur quibus Gaspar Scioppius *à Ferdinando II. atque à Serenissimo Ferdinando Archiduce Reverendissimo Georgio P.M. Abbati recommendatus pasceretur, cum tamen ipse frugaliter vivat, conductum promissumque hospitium habuerit, longè prius, quam alienatio hac animorum inter Iesuitas & antiquos Ordines intercederet.* (Pergit idem Buzelinus.) Actionem perduellionis *tantum abest ut approbarint nostri, ut nec quidem legerint. Attestaturque Sanctæ* R. P. *Gregorius noster Monasterii Bibliothecarius seriò sibi imperatum à Reverendissimo p. m. Francisco Abbate nostro, ne uspiam exemplar prostare sineret. Verum bene clausum cum iis libris, quorum lectio non omnibus conduceret, cautissimè asservaret &c.* VVingarten 6. *Ian. An.* 1640. 12

Actionis perduellionis auctor est Scioppius.

Huic

13 Huic epistolio subiicit F. Romanus copias quarundam assertarum literarum, quibus *Praga 26. Sept An.* 1610. Serenissimus Ferdinandus Archidux Austriæ &c. Georgio Abbati Weingartensi Scioppium commendat, *ut pro Catholicæ Religionis pluribus in locis inclinantis subsidio libros quosdã continuaret, quo tempore tamen non advenit. sed ut ipse suis* August. 21. Ian. 1611. datis *testatur Augustæ permansit, donec librum adversus Angliæ Regem absolveret, tum quod copiam librorum Lutheri, Calvini ac similium, quibus sibi ad institutum suum opus esset. Weingarti nequaquam esset habiturus.*

Deinde rogat D. Abbatem Weingartensem Caspar Scioppius, *ut eum esse se existimet, qui nihil magis in votis habeat, quam summam illam Reverendissimæ D. suæ hospitalitatem & beneficentiam, si sic res ferat, prompta fidelique studiorum vicissitudine remunerari.* Hæc Gaspar Scioppius ad D. Abbatem Weingartensem *21. Ianuarii Anno* 1611 *apud F. Rom. pag.* 143.

14 *Elapsis interim prope septendecim annis mortuo quoque Abbate Georgio ad successorem Franciscum ex Aula literæ* (aliæ) *emanarint, quibus Imperator Ferdinandus II. Gasparem Scioppium Abbati Francisco 22. Sept. An. 1628. commendat, ut in eo Monasterio veluti jam ætate provectior susciperetur, & ibidem suis sumptibus sustentaretur, accessusque ad Bibliothecam Cœnobii pro studiorum suorum continuatione ipsi concederetur &c.*

Discutiuntur. Iesuitissæ non sunt Instituti Societatis Iesu capaces.

15 Hactenus F. Romanus, qui plura hic conglobat & miscet. Inprimis quod Virgines Anglicanas attinet, quas vulgus sine legitimâ authoritate *Iesuitissas* nuncupat, eas quidem ipse Societati nostræ obtrudit, sed frustra. Siquidem Societas nostra est *congregatio Clericorum Presbyterorum*, cujus institutum est ita proprium *virorum*, ut non possit fœminis accommodari, quemadmodum rectè annotavit Suar. *tom. 4. de Religion. tract. 10. lib. 9. c. 8. sub n. 16* Cum

16 ordinetur non ad contemplandum solum, nec *præcipuè* nec *per se primo* ad

NB. vitæ austeritatem, neq; ad psallendum, neq; ad labores manuum, nec denique ad alios fines, qui viris & fœminis, sicuti in aliis Ordinibus *(S. Benedicti, S. Bernardi, S. Norberti, S. Augustini &c.)* possint esse communes, sed ad spiritualia ministeria (addo ego à Clericis presbyteris exerceri solita & proximis impendenda, eos concionibus excitando & Sacramentorum administrationibus confortando, quæ à fœminis præstari nec debent, nec possunt 1. *Cor. 14. 34. l. 2. ff. de R. I.* Ad quem tamen finem Societas nostra habet regulam & vivendi modũ accommodatum, ac propterea non tantũ non commodè, sed omnino non poterunt institui Monasteria vel Collegia fœminarum, quæ sub Regula Societatis Sacerdotium & presbyterium requirentis vivant.

Nec à Pontifice approbata.

Vnde necesse fuisset, ut ipsæ Virgines, si congregationẽ aliquã instituere voluissent, diversũ omnino à Societate nostra constituerent, diversumq; à

17 nobis vivẽdi modũ adsciscerent; præterquã quod necessariũ fuisset, ut illarũ cõgregatio à summo Ecclesiæ capite approbaretur; alioquin enim futura esset

esset illicita *per c.ne nimia.de rel.dom* Card.*cōs.39.Incip.in aliquibus locis.* Felin. *in c.Ecclesia S.Mariæ de constit.c.un.de Rel.dom.in 6 cap.3 Concil.Lateranens sub Innocentio* III.ac Conciliabulum potius habendum, quàm aliquod Collegium legitimum, per not.Dd.*in l.1. & l.ult.ff.de Colleg.illic, &c.*

Atqui Virgines illæ, de quibus F.Romanus loquitur, Congregationem aliquam sine ulla summi Pontificis authoritate & approbatione, tum Societate nostra exemplo S.P.Nostri *part. 1.histor.Societ.Iesu li.7. n.13* contradicente iniverant, ac nomen *Iesuitissarum* sibi usurparant, quin & munia aliqua Societatis docendo in scholis, puellarum tamen, sibi assumpserant, de quibus meritò conquesta est Societas, ac, ut rectè advertit Eugenius Lavanda *in notis suis ad Astrum inextinctum, in pag.147.§.eodem citato loco*, ne essent Iesuitissæ, quæ sibi ipsis hoc nomen & institutum arrogarent vel acceptarent, cavit Pontifex Urbanus VIII. *Idibus Ianuarii Anni* 1631.eam Congregationem potius sectam veluti vepres excrescentes in agro militantis Ecclesiæ, & plantas eidem noxias dissipavit atque extinxit. 18

Quinimo si Virgines eæ fuissent, uti non fuerunt, legitimè admissæ, ac deinde, vel ob improbos mores, vel aliis justis de causis extinctæ, nū idcirco nomini *Iesuitarum* probrum fecissent? Non magis credit Eugenius Lavanda *cit. loc.* quam aut *Humiliati* Benedictinorum; aut *Templarii* Cistertiensium; aut *Fratricelli* Franciscanorum instituto. Has autem Virgines dum F. Romanus licet sub dubius pro mente P. Laymanni explicanda supponit, hoc ipso ingenerat suspicionem, quasi P. Laymannus S. Patris Nostri Fundatoris intentionis atque instituti nostri oblitus de Virginibus illis ageret, quod sane & ipsi P. Laymanno probrosum foret, imo non minimum Societatis bonum nomen læderet. Alicui verò, cujus quis mentem non perspectam habet aut non vere cognitam, aliquod probrosum obiiciens, vel etiam quod illius, uti hic, Societatis famam læderet, minime venit excusandus; quod malam suam de aliquo suspicionem aliis absque ullo fundamento patefecerit. Siquidem præter Virgines meritò reprobatas *Vrsulinæ* in Ecclesia Catholica pro puellis docendis approbatæ reperiuntur, & multæ aliæ Virgines voto simplici castitatis obstrictæ, quæ suam in erudiendis puellis utilem impendunt operam, ut hic quotidiana loquitur & docet experientia. Ut propterea de viris puellarum in literis instructioni aut Virginibus Iesuitistis præficiendis ineptum cum scandalo & Catholicorum & hæreticorum discursum formare, aliisque aliam opinionem non bonam ingenerare F. Romanus nec potuerit nec ullatenus debuerit. 19 20

Quinimo de aliquo malè suspicans vel dubitans etiam cum sufficienti fundamento, non potest suam opinionem aliis manifestare, ut ex Solonio 2.2.*q* 60.*art.3.ad fin.Clave regia lib.12.cap.3.n.* 20. Bonacin.*de restit.in particular.disp 2.q.7.punct.1. n.9.* patet, quia obiiciens alicui aliquid probrosū etiam dubitanter in aliorum animis suspicionem opinioni & existimationi 21

 bonæ

bonæ contrariam ingenerat, adeoque alterius famam lædit, quod est peccatum detractionis justitiæ repugnans.

22 *Ad assertas literas P. Lennep.n.* Atque hinc etiam simul patescit, quàm frivolè sine ullo fundamento F. Romanus contra P. Theodorum Lennep argutetur, cuius tamen eas literas esse non probavit; *Et esto* probaret ipsius esse istas literas, inde nihil tamē contra P. *Lennep* concludere posset. Siquidē ipse pater non definit, Virgines illas extinctas præficiēdas, Cū possint esse vel Vrsulinæ vel aliæ Deo dicatæ Virgines, quæ puellas in literis instruerēt, Quin etiam religiosorū statui nō repugnat puellas in pietate instruere. Annon S. Paulus etiam puellas in pietate & moribus instruxit 1. *Cor.* 7.1. *Tim* 3. 21. Philip 4.8. Iacob. 3 v. 17. Deinde ipse pater Theodorus vocem æquivocam (*erigere*) non accipit in illa significatione, quam illi F. Romanus affingit pro ædificatione Monasterii, sed pro collapsi *restauratione* & excitatione, ut potuisset F. Romanus ex verbo præmisso, videlicet *fovet*, & subsequenti *propagat*

23 colligere.

Quot vero & quam multa Monasteria in toto terrarum orbe Societas in pristinum statum resuscitarit, neque ego determinare, neque F. Romanus negare poterimus, sed numerum Deo habemus commendare.

§ II.

De voto Castitatis in Societate emittendo.

24 *De voto Castitatis in Societate.* Deinde *quod in* Societate *Virginitatem* voveri F. Romanus existimet, tam verum quam fallum esse quod eam voveat, *æquivocatione* lectorem deludit, Nam in *Virginitate* duo cōsiderari possunt, primum *formale* illius virtutis, nimirum integritas mentis & corporis ab omni libidine atque ab omnibus Venereis 2. *materiale* ipsum subjectum incorruptum, ut cum S. Thoma *in* 2.2.*q.152.art.1.* docent Theologi.

25 *Castitas in Societate perfectior servanda est.* *Formale* Virginitatis nim. Angelicam puritatem mentis & corporis seu affectum & usum à Venereis purum & amare & colere debent, qui Societatem ingrediuntur *constit. part.6. cap.1. §. 1.* quia vovent Castitatem secundum Constitutiones Societatis Iesu. Ea vero *Castitas* ibi describitur puritas mentis & corporis ab omni affectu & usu à Venereis, adeoq; non tantum castitatem prout versatur circa abstinentiam à Venerea cōmistione, sed & pudicitiam, puritatem animæ, quæ præcipue circa signa Venereorum, ut sunt tactus, oscula &c. impudica cavenda versatur, licet alios religiosos castitatem Virginalem, prout distinguitur à conjugali vel etiam pudicitia, velit Caramuel *in Theol. Regulari, disp.66.n* 981. vovere, formaliter & directo castitatē, prout dicit abstinentiam à Venerea cōmistione & usu, indirectò autem & objective tantum pudicitiam promittere. Unde secundum illos intentio fornicandi V. C. formaliter est contra pudicitiam, objective vero contra castitatem , ut sic qui habet talem intentionem licet de facto non forni-

fornicetur sed velit fornicari, iste de facto nō perdat Castitatē sed velit perdere, ac proinde ille actus secundum illos nō sit Sacrilegium formaliter sed materialiter, hoc est non sit intrinsece Sacrilegium, sed extrinsece & objective nim. intentio committendi Sacrilegium, Caram. *in d. Theol. Regular. disp. 66 concl. 2 n. 984.* itaque ipse Castitatem accipit pro abstinentia non affectus sed tantum à certo usu Venereo, adeoque non integre & perfecte accipit Castitatem, prout ea in Societate accipi solet.

Hinc patet, quod Societas *Virgines formaliter* educet, non *fortunæ, sed voto* Societatis cooperantique gratiæ divinæ tribuendum sit. Quin etiam quod Virgines dentur materiales non fortunæ, sed *naturæ* asscribit S. Thomas. 2. 2. Vt proinde F. Romanus hic multipliciter aberret. 26

§. III.

De Scioppio.

Tertio quod Scioppiū attinet, non dixi ego, quod *esset Ordinis S Benedicti* 27 *mando*, qui cupedias culinæ Weingartensis sectaretur & gulam, quemadmodum F. Romanus & assertus Gabriel Buzelinus perperam acceperunt; manduconem cum mandone confundentes Mādo enim, ut testis est *Lucillius & Varro* pro Gulæ dedito accipitur. Vid. Nonius Marcellinus *de propriet. serm. pag. (mihi)* 17. qualem ipsum non appellavi sed manduconem à manduco neutrius generis, quod teste Varrone *lib. 6* significat obsonium, utrum autem Scioppius suis vel alienis sumptibus illic Weingarti fuerit alitus non ego determinavi, nec usquam asserui, quod ipse ab Ordinis istius religiosis sit eo fine cōductus, ut Societatem nostram scriptis suis laceraret, quamvis Scioppius *in allatis* per F. Romanum *litteris* promittat D. Abbati Weingartensi, se hospitalitatem & beneficentiam, si sic res ferat, promptā fideliq; studiorum vicissitudine remuneraturū. quā videtur *in actione perduellionis* fideliter præstitisse, ubi eadem fere quæ F. Romanus *in suo Astro &* Horto cōplectitur pro rusit, licet eam R. D. Abbas Weingartensis curarit obsignari, ne sine delectu ab omnibus legeretur. Vt ita selectioribus gravissimas contra Societatem nostram jactatas calumnias Vulcano secundum jura destinādas. *l. un. C. de libell famos.* legēdas dederit Ita primo hic certi sumus, quod Scioppius libellū istū famosum *Actionis perduellionis* à *Sacra* Cardinalium Congregatione & Inquisitione Hispanica damnatū cōceperit. 2. quod idē à selectioribus Religiosis Ordinis *S.* Benedicti fuerit lectus. Vt proinde *P. Forerus* rectissime, nec minus ego in *Scioppii* Calumniarū anthorem & structorē citra ullam Imperatoris injuriā (neq; enim hic unquā libellos famosos hominis etiam à se commendati & cōmendatione abutentis approbabit) invecti fuerimus, quē aliquoties auctoritate Apostolica condēnatū, nihilominus noster F. Romanus tāquā innocentē sine ulla ratione

De Scioppio.

Māduco & Mando differunt.

28 *Actio perduellionis.*

29

contra

contra definitionem Apostolicam & apertam veritatem albo calculo ab-
30 solvendum dicit. 3. F. Romanus Abbatem Weingartensem hic accusat, quod libellos famosos à sede Apostolica condemnatos non lacerarit, aut combusserit, sed retinuerit, *contra d.l.un.C. de libell.fam.&c.*

§. IV.

De Calumnia F. Romani Societati impacta.

31 Denique nec silendum est, quod F. Romanus in Societatem quoq; nostram invehitur, quasi primo suo sæculo tot jam integra Monasteria Ordinis sui devorarit, quæ grandis est calumnia. Paucula quæ Societati nostræ auctoritate Apostolica concessa sunt, ab aliis erant *ut membrum* proprietatis independentia & jam pridem emortua. Ut proinde nō videam *qua ratione* F. Romanus cum Societate nostra ullatenus queat expostulare, nisi ipsos summos Pontifices aliosque Episcopos gratiarum fontes & largitores, dispensatores *malæ dispensationis* accusare velit, quod quantopere à Catholico, nedum religioso viro alienum esse debeat, nemo est, qui nō agnoscat. Et respondeo ego illi cum S. Bernardo, quod *Epistola* 301. Sanctiæ sorori Imperatoris & Regis Hispaniæ in hæc verba rescripsit.

32 *Quod factum est de receptione Tholdanos Monasterii, sciatis per me non esse factum utpote absentem, ignorantem & quid fieret. Factum autem per nostros non nego: consilio tamen multorum Religiosorum Episcopi conniventia &* ASSENSU *nobilis quoque Dominæ, quæ locum illum in propria possessione fundavit, petitione & voluntate, publice ut accepimus & nihil in abscondito factum.* EXISTIMABANT *autem* SE LIBERE POSSE SUSCIPERE LOCUM, QUEM IN DEI LIBERTATE ET SINE ALTERIUS ECCLESIÆ SUB-
NB. IECTIONE FUNDATUM, *ipsa quæ fundaverat asserebat: & privilegia (ut aiunt) præ manibus erant. Cæterum quia Carracenes fratres factam sibi in hoc iniuriam (ut scribitis) conqueruntur (audiat F. Romanus) nec audientes Salamonem, qui ait* Noli prohibere eum, qui bene vult facere, si potes & ipse be-
Proverb. 3. nefac: *nobis in* TAM SANCTO OPERE *contradicunt & quoniam servos*
2. Tim. 2. *Dei nō oportet litigare; consilii nobis fuit ad vestrum potissimū Consilium causam remittere, ut vestra auctoritate & operâ* OMNIS INEPTA ET INIUSTA *(ut aiunt)* CALUMNIA CONQUIESCAT, *&* ORDO IN DOMO DEI RECEPTUS AD EIUS GLORIAM ET VESTRAM IPSIUS SALUTEM DEINCEPS IN PACE PERMANEAT. *Nam & F. Nivardus, qui multum gratulatur de vobis, satis in hoc de vobis confidere monuit, tum propter vestram erga nos specialem devotionem, tum etiam propter bonam, quam audivit à vobis de hoc ipso promissionem. Si autem vestris (quod non credimus) salutaribus monitis aut Consiliis* CONTRADICTORES ILLI ACQUIESCERE NOLUNT : *tunc duorum judicio Episcoporum, ad quos duo illa loca* IURE PAROECIALI *pertinere noscuntur, omnis inter eos controversia termi-*

terminetur. Quodque ab eis judicatum sive constitutum concorditer fuerit, vestrum erit ratum habere & de catero firmiter manutenere NB. Si timetis deū, non patiemini impediri tantum bonum nec bonam illam mulierem frustrari a desiderio suo, nec fratres illos suæ devotionis privari fructu: nec Deū deniq; tā accepto sibi REFORMATI ORDINIS *sacrificio defraudari. Obsecramus vos & pro novella vestra plātatione (illos loquor de Spina) ut eis viscera misericordia exhibeatis, quatenus vestro beneficio sustentati in servitio Dei & suo Ordine perseverent.*

Hactenus S. Bernardus, quem si F. Romanus identidem legeret, sanctius & religiosius de aliis alterius Ordinis religiosis sentiret, nec tantum bonum à sede Apostolica laudatum, sententiisque Rotalibus comprobatum, contra omne fas iniuriam interpretaretur.

Sed nos P. Laymanni fundamenta, ac quid ad ea notet F. Romanus audiamus.

RESOLVTIO

CAP. VNICI. Q. 5.

In quo P. Laymanni sententia quod Pontifex bona emortuorum Monasteriorum aliis alterius Ordinis religiosis, Seminariis &c. conferre queat, propugnatur.

§. I.

Dispositio bonorum Monasterii Conventu ob mortem omnium destituti atq; ab alio ut membrum proprietatis independentis Superiori libera est, ut cui vult, non obstantibus in contrarium adductis, conferre & associare possit.

1 Asserebam, quod prima & fundamentalis ratio P. Laymanni ex eo desumeretur, quod Ordo vel Vnio seu Congregatio aliqua religiosa ad emortua monasteria, de quibus controversia à F. Romano est suscepta, nō habeat jus spemque juridicam, ob quam superior ea teneatur ejusdē Ordinis vel cōgregationis Religiosis conferre, neq; etiā aliunde superior impediatur, quo minus ea Monasteria possit aliis alterius Ordinis Religiosis conferre, ut ex contrariorū resolutione patebit. Atq; alias exinde cōstat, quod Monasteria Cōventibus ob mortem omnium incolarum destituta possint minoribus quatuordecim annorum conferri. Rot. Rom. *decis. 9. n. 7.* apud Tambur *tom. 3. de jure Abbat.* ex Vitalin. *in Clem. 1. §. caterum. n 4. cum seqq. de stat. Regular.* Frider. *cons 49. n 1. 2.* Atqui Minores quatuordecim annorum notoriè non sunt Religiosi ejusdem Ordinis, imo nec esse possunt, *Cum* in illa ætate professionem Religiosam validè emittere nequeant *c. ad nostram. c significatum de regular. c. in quacunq; sess. 25. Concil. Trid de Regular.* imò ex hoc jure novissimo *Concilii* Trid. ne quidem *ante 16. annū* expletum valide profitentur, ut proinde contraria F. Romani assertio Canonicæ sententiæ à S. Rota Rom. approbatæ & receptæ adversetur; nostra verò confirmetur, relinquaturque ex

turq; ex eo, quod superior Monasteria Conventibus destituta non teneatur ejusdem Ordinis, sed possit ea etiam aliis alterius Ordinis Religiosis conferre; cum possit ipsa quoque non Religiosis legitimè conferre.

2 Idem confirmabam ex F. Romano, *qui q. 1. Astri n. 16.* vult gloss *in c. inter quatuor. de rel dom. in verb. per regulares* de hoc etiam nostro casu, quo omnes sũt mortui, agere, Ita vero glo. ait. *in Ecclesia regulari non potest Episcopus ponere Canonicos saeculares* ut hic patet *& 19 q 3. qua semel & 18 q. 2 pervenit & sup. de reb. Eccles. non al. c. possessiones. sup. de stat. Mon ea. qua.* Sed homines districtioris vitæ sunt ibi ponẽdi vel alterius religionis. Vnde si hæc glos.

3 de nostro casu agit, sequitur ex F. Romano, q superior in Monasteriis emortuis nõ necessariò habeat substituere alios eiusdẽ Ordinis religiosos, sed liberũ sit illi istic collocare generatim homines districtioris vitæ vel alterius religionis. Accedit q particula disiunctiva (*vel*) alternativã constituat propositionẽ & dispositionẽ, Everard. *in loc. à natu. alteru.* Barbos. *de diction. usufreq. in dict. vel. 415. n. 1. 2. 3.* In alternativa autẽ circa beneficia aut officia huic vel illi cõcedenda libera est superioris electio, ut cui velit & expediat, ea cõferre possit *per not.* Everard. *d loc. n. 7. v 5. fallit per text in l. 2. C. de Castrens. & Minist. lib. 12.* quem text fere ad hoc notant Gal. Bald Angel. *in l. pen. ff de constit princ.* Bald. *in l. Lucio ff. de legat. 2. & in l. qui duos ff. de legat. 1. & ibi* Ioan. *de Imol.* & Alex.

4 *Commenta Hayana.* F. Roman. *allegat 473. & 474.* tradit. inquiens, *Quid glo. dicuerit, mox videbimus. Ad* Astrũ *quod attinet, male id à me allegari.* Nã *tota* cit. q. 1. n. 16. *nũquã ipse expressit pro glossa casu, quo õnes mortui sunt, sed allegans* c. inter quatuor. *citavit glossam & Abb dicentes, quod quaerebatur à Domino Papa;* Vtrũ Ecclesiæ regulares possint fieri sæculares, *abstrahendo à Monasteriis ordinatis & morte omnium destitutis. Qui autem abstrahit à speciebus, non agit de speciebus.*

5 Ac recitatis meis verbis suprà allatis subiicit quod hic sit meus *Achilles, quo ego rationem meam fundamentalem firmem, &c quo tamẽ nihil evincã; licet uni glossae innitar, quã mutilè i sinistro sensu allegem seqq. ex ea omissis;* infra ne Cler. vel Monach. c. relatum. dum tamen haberi possint, *alias ponerentur saeculares, ut hic dicitur, qua necessitas legem non habet.* Supra de

6 Consuet. c. quanto. *Glossa proinde, allegando pro se* dictum c. relatum, *regulatur sensum dicti sui iuxta textum capitis illius, qui textus expresse continet, posse fratres alterius Ordinis introduci, si non possit praescriptum Monasterium in suo Ordine reformari. Consequenter à contrario, si illud potest in suo Ordine reformari non debebunt alii introduci quocirca dicit gloss. & Abb.* ibid. in rubr. Nota *quod Ecclesia* DEBET SEMPER *reformari per homines* EIUSDEM

Particula vel, vis. RELIGIONIS. postea in margine notat, *quod Coniunctio VEL aliquando facit propositionem alternativam arbitrariam; aliquando conditionatam ut si*

ut si una conditio non possit adimpleri, altera de necessitate impleatur, *Et sic illud VEL propter subauditam Conditionem decretalis, ad quam à Glos. fit remissio, non constituit propositionem & dispositionem alternativam arbitrariam seu liberam, sed conditionatam, si monasterium videlicet in Ordine suo non possit reformari. Quia Doctorum dicta & asserta intelligi debent secundum legem quam allegant Everard.* in loc. à rat. leg. strictæ, *ut aiam ego* q. 7. Astri Eclipſ. c. 2. n. 1. *Qui ex ipso etiam* c. inter quatuor, *istud hic colligere potuisse. Glossa enim commentans in* istud cap. inter quatuor *vult exponi taliter, ut textui non resistat. Textus autem est* si regulares defuerint, propter eorum defectum &c. *& secundum hunc textum homines districtioris vitæ sunt ibi ponendi; VEL si tales defuerint aut Monasterium non possit in Ordine suo reformari, tūc necessitas, quæ legem nō habet admittet alterius Ordinis religiosos; & in horum defectum clericos sæculares glo.* ubi supr. cum textu allegat. & *Dd.* ibid. & in d. c. relatum. *Quæ de re pluribus actum* allegat. 450. n. 7. & seqq. & ego in resolut. q. 2. Astri Eclipſ. Sect. 3. c. 2. n. 4. q. 8. c. 3. §. 18. 20. & q. 7. c. 2. §. 2. discussi.

Demum in asserto *paradox. hort* 18. *n.* 18. eadem repetit, quæ ad *q.* 4. *c.* 2. *§.* 5. 6. 7. fuere proposita atque illuc spectabant, quæ hic impertinenter referrentur, quare illic videri poterunt etiam refutata. 7

Ex his verò allegatis & *quidem alleg* 473. 474. palam est confessio F. Romani, quod ad rem nostram hactenus nihil attulerit, quodque glo. *in d. c. inter quatuor* & ipse text. à casu mortis omnium abstrahant, adeoq; de casu nostro non agant. Neque etiam à genere ad speciem unam certam *affirmative* inferri possit. Vt proinde F. Romanus *d. c. inter quatuor*, ex sententiis præambulis & aliis suis argumentis habeat necessario expungere. 8 *Discutiuntur.*

Deinde falsum est, quod hæc glossa *in d. c inter quatuor. sit* meus Achilles, quo meam firmem rationem fundamentalem, uti expresse ex ipsamet ratione fundamentali licet videre. Ego enim supposita intentione adversarii, (quæ imprimis, si verba ipsa eam non sufficienter exprimant, spectanda est) *referentis d. c. inter quatuor* inter alias sententias & argumenta, quibus conatur ostendere, mortuis omnibus alicuius Monasterii Monachis; seu Monasterii loco morte omnium destituto, de aliis eiusdem Ordinis Monachis necessariò providendum esse; in contrarium d. glossam *in cit. c inter quatuor* pro Confirmatione aliqua, non pro absoluto firmamento meæ rationis afferebam. Num forte F. Romano *firmari & confirmari* est unum & idem. Ita videtur omnino sentire, ut ostendit ipsa ab illo allegata ratio & pro verbo *confirmari* à me allata, verbi *firmari* substitutio ac suppositio. Ita F. Romanus non fideliter allegat. 9

Adhæc cū ego de seminariis, quibus & jura Canon. *de Magistris* & Cōciliū

Tridentinum *sess.23.c 18 de Reform.* sa vere leguntur, agam,& ipsum Breve Vrbani VIII.ad Illustrissimum Nuncium Apostolicum Martinũ Alferium, *incip Etsi Romanum Pontificem dat.Romæ die 10. Aug. An 1637* à F. Romano *allegat.461.pag.315*.allatũ,quo Breve ejusdẽ põtificis *Anni 1631 12. April.* pro Comitatu Nassovio-Hadamariẽsi cõfirmatur,de seminario puerorũ Ecclesiastico loquatur, F.Romanus autẽ id,non secus ac si de *Seminario puerorũ* absolute ageretur,recitet,quis eũ à fallacia excusabit,eo quod vox *puerorũ* ita absolutè posita,significationem seminarii puerorum Ecclesiastici alienet, seu alienum à priori sensum ingeneret, neque à Pontific, neque à me, ullo ve nostrũ intentum , ad jura & Brevia Apostolica me referendo, quorum ego acquiesco definitioni. Et tantæ Majestati non credere nec obedire cum S.Bernardo *Epist.252*.nefas esse duco.

Quod spectat ad glossam *in d.c.inter quatuor*,integrã eam citavi,quatenus huc spectat,ut ex verborũ meorum cũ citatis à F. Romano collatione facta videre est.Nam quod subiungitur *c.relatũ 1 ne Cler.vel Monach.* dũ tamen haberi possint,aliàs ponerentur seculares,ut hic dicitur, quia necessitas legẽ

11 non habet *sup de Consuet.c.quanto*.Nihil ad præsentẽ casum pertinent,quia ut ipsemet F.Romanus *allegat.491.n.1*.cõtra se pronũciat, alius casus est *d.c.* *inter quatuor*&alius *d.c.relatũ*.nec licet ab uno argumentari ad alterũ quoad argumẽti substantiã(de qua nos hic agimus)licet ibidẽ F.Romanus addat bene licere quoad paritatẽ servandorũ graduũ instituendæ translationis, de quo jam supra *q.3 c.3.n 19 & infra q 7*.agemus.Et nihilominus F.Romanus è textu *d.c.relatum* argumentatur ad textum *d.c.inter quatuor*.itaque F. Romanus à diversis affirmative concludit,contra regulas Logicorum & ICtorũ

Ad glo.in d.c.inter quatuor Resp.

12 Vid.Everard *in loc.à separatis*.Deinde *d.c. relatum* loquitur de Monachis sæculariter viventibus reformandis,nos autem loquimur de Originatiis cõventualibus alicuius loci defunctis. Vnde si F. Romanus vult ex d.textu *c relatum* contra me argumentari,debet hoc modo formare antecedens. Monachi sæculariter viventes debent per religiosos sui Ordinis reformari, vel si

Ad c.relatũ, ne Cler.vel Mon.Resp.

13 in suo Ordine non possunt reformari,in illud monasterium sunt fratres alterius Ordinis inducendi,ut habet textus *d.c.relatum*.sed qualem inde contra me inferet conclusionem. An hanc? Ergo monachi etiam Originarii Conventuales mortui debent per religiosos eiusdem Ordinis reformari &c. *Absurda foret ex isto antecedente illatio.* quia ad Antecedens illud quod locum *Maioris* in syllogismo obtinere debebit,si affirmatur *Minor*, Atqui Conventuales mortui in aliquo Monasterio sunt Monachi sæculariter viventes &c.quis nõ videt eam absurdissimam esse,& nihilominus ita F. Romanus ex d.textu si quippiam ad rem afferre volet,subsumere debebit. Hæc argumentandi absurditas ne advertatur, F.Romanus pro *Monachis sæculariter viventibus substituit absolutè monasterium*,ut sub æquivocatione *Monasterii* & significationis

14 verbi *reformari* lectorem in errorem inducat. Verũ textus loquitur de præscripto *Monasterio* reformando,at quodnam est hoc? *Monachi sæculariter viventes*

ventes, Ita præscriptum Monasterium hic non *Materialiter* sed *formaliter* vel si non capit F. Romanus terminos Philosophicos *metonymice* pro ipsis Monasterii Collegis & Monachis accipitur, prout ex ipso textu *d. c. relatum* apparet. Vnde in inscriptione *d. c inter quatuor.* quod Ecclesia debet semper reformari per homines ejusdem religionis, *Ecclesia* accipitur *formaliter* non *materialiter*, ut rubrum nigro, inscriptio textui conveniat. De hac inscriptione fusius actum *est supra quæst 3 c. 3. § 19 &c.* 15 *Particula vel vis.*

Quod vero F. Romanus hic notat in margine, particulam (*vel*) aliquando facere propositionem conditionatam, ut si una conditio non possit, impleri, altera de necessitate impleatur, est figmentum Hajanum sine ullo textu atque auctoritate assertum. Particula (Vel) proprie *disjunctiva* est, ubique disjunctive accipitur, quin & *augmentative* supposito proprio illius textus casu, quo nim. *Monachi sæculariter viventes per alios sui Ordinis religiosos* reformandi, ut similem cum aliis vitam suscipientes similem sentiant in legibus disciplinam *c. recolentes de statu Monach* & ne alioqui in bove & asino contra jura aretur. *&c. c. cum causam 27. de elect.* aut vestis ex lino lanaque contexa induatur *d. c cum causam, c. 10. concil. Trid. sess. 14. de reform. &c. 21. sess. 25. de Regular. eod.* si istic haberi possint, Vel In Defectum eorum ejiciantur & alii substituantur *d. c. relatum & ibi* Canon. atque ita *d. c. relatum* agit de Monasterio, quod suum conventum habet; Concilium verò Trid. *d. c. 21. sess 25. de Regular.* agens de Monasteriis collapsis restituendis, reformandis, expresse supponit ibi, quod ea suos Conventus habeant. &c. 16 *Episcopus quando & quo casu Monasteria his vel illis conferre possit.*

Unde supposito hoc sensu, non est *Episcopo* quidem absolutè liberum, Monasterium aliquod in disciplina collapsum aliis alterius Ordinis Religiosis dare, nisi prius reformationem iterato tentaverit, quo casu poterit etiam ipsum Monasterium, quod Conventum suum habet, per alios alterius Ordinis Religiosos reformare, ut sic genti fructum facienti conferatur. Videatur *Epistola Decretalis Innocentii* III *ad Ambianen Episcopum data & constitutio* Alexandri III. *in c. relatum. ne Cler vel Monach. appendicis Concil Lateran.* & nos *infra q. 7. c 2. §. 2.* pluribus videbimus. 17

Sin vero supponatur *glossa* de Conventualibus omnibus copulativè defunctis loqui, tunc cessante ratione legis ne videlicet *diversæ professionis religiosi in eodem loco collocentur, ac ne in bove & asino aretur*, cessabit & ipsa dispositio legis, in reformatione certos gradus observandos determinantis, adeoque poterunt ibi districtiores homines religiosi ex eadem vel altera religione poni, cùm nulla hic subsit legis istius necessitas, quæ in unam vel alteram partem necessario determinet, consequenter propositionis glossæ disjunctivæ alterutra libera manebit, itaque supposito nostro casu præsenti, mortis omnium Conventualium particula (vel) alternativam constituet propositionem per *sup.* deducta, ex qua liberum sit Episcopo alterutram propositionis illius partem amplecti; Cum in alternativis sufficiat alteram partem adimpleri *per l. Generaliter C. de instit. & substit.* Tttt 3 Quod

jectiva, quia nec donantem nec donatarium informat. Adeoque *inter sacrum & saxum haret hæc Philosophia. Ita F.* Romanus.

Sed vehementer fallitur & expresse contra Aristotelem *lib. 1. c. 1. de morib.* loquitur qui sic ait; διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά. Differentia videtur aliqua esse finium. Alii enim sunt operationes, alii sunt opera quædam &c. in quem locum videantur & Theodori Swingeri Scholia, in verb. ἐνέργεια, πρᾶξις ubi notatur differentia inter moralium actionum & artium Mechanicarum fines esse, illarum sit ἐνέργεια sive operatio, harum τὸ ἔργον opus aliquod extrinsecum. 22 Discutitur

An nescit F. Romanus *duplicem* in moralibus dari finem, *cujus* intrinsecũ & formalem, seu ipsam *actionem*; & extrinsecũ seu *objectivum*, qui per actionem attingitur, si nescit, adeat Conimbricensium Commentarios *in lib. Ethicorum Arist. disp. 2. q. 2 art. 2. ad 2.* ubi videbit, *duplicem* dari finem, nẽpe *objectivum* & *formalem*; *objectivus* est res quæ possidetur, *formalis* est actio, quâ possidetur. Demonstrantq; illud exemplo beatitudinis *formalis* & *objectiva* hominis, Ad argumentum *inquientes* igitur dicendum, *cognitionem intuitivam* divinæ naturæ sive beatificam visionem esse finem *formalem*, Deũ vero circa quem versatur, esse finem *objectivum*. Nihil autem obstare, quominus eadem actio dicatur finis *formalis*, & tamen sit propter finem objectivum, quatenus per eam finis objectivus immediate attingitur. Quomodo se habet istic beatifica visio, ita apud nos munifica in honorem Dei promovendum facta donatio. &c. 23

Si volet, adeat & Tarquinium Gallutium *lib. 1. Moralium Aristotelis cap. 6. q. 2.* ubi ait, ponendum erit *primò* inter tam multas variasque divisiones finis, quas Philosophi tradunt unã esse, quæ illum in *formalem* & *objectivũ* partiatur. Cum enim interdum finis non quidem res effecta, sed ipsa sit operatio ut dicitur ab Aristotele *in hoc libro 1. Ethicor. cap. 1.* operatio vero immanens præsertim & veluti forma quædam hærens in agente præter actum ipsum postulet etiam objectum in quo versetur, parit necessario finem alterum, quo postremo definitur & terminatur objectivè. 24

Hujusmodi nimirum est contemplatio, quæ quanquam hominis est, verũtamen & Deum eo modo, quo potest tanquam metam extremam attingit. In hanc videlicet sententiam Theologi distinguunt & designant in hominis fine, visionem & Deum visum, eamque dicunt esse *finem formalem* sive *finem quo*, sive *finis adeptionem*; Deum autem *finem objectivum*, sive *finem qui*. Legendus est Div. Thom. *1. 2. quæst. 1. art. 8. & q. 2 art. 7. & q. 11. art. 3* ubi monet hos fines non tam esse duos quàm unum, quia neque objectum attingi potest nisi per actum, neque actus proferri ac produci potest, nisi tendens in objectum. Itaque motus agentis ad utrumque tanquam ad unum perfectum expletumque suis partibus finem contendit. Attamen quia diversæ res sunt, possunt inter se conferri, & earum una in alteram dirigi

26

ac destinari. Unde & ego consequenter tradidi, finem *adequatum* esse donationē bonorũ ac rerum ad honorē Dei promovēdũ facta, licet ipsa donatio secundum se, & honor Dei intentus differant, tamen quia per donationē illam intenditur & honor Dei, hinc utrumque pro fine adæquato conjunxi.

25 Deinde contra F. Romanum idem Gallucius *loc. cit.* notat, quod *bonum separatum* intentum V. C. Deus possit aliquem informare *triplici* modo, dũ animo comprehendit bonum tanquam essentialiter impartitum omnibus bonis, sive tanquam omnium particularium bonorum essentiam. 2. tanquam eorum exemplar ut ita dicam formale 3. tanquam rerum omnium finem, cujus gratiâ cætera sint & agant. &c.

26 Atque hinc patet, quam jejunè F. Romanus de Philosophico *fine cujus gratia* quid sit vel intenditur tanquam finis qui, vel quo seu formalis objectivus discurrat, quomodoque mecum de illo & Theologi & Philosophi, eorumque antesignani D. Thomas & Aristoteles unanimiter sentiant & loquantur, ut proinde F. Romanus, qui à sæculo hucusque proprio suo testimonio id non audivit, nõ videatur multum ex Theologia & Philosophia audivisse adeoque ad Licæum remittendus, dummodo tamen ob provectiorem ætatem ad doctrinam capessendam non sit inhabilis per not. Alber. de Rosat. *in dictionario suo verb. senex & senectus* Neviz. *in sylu. nuptial lib. 12. c. 9. per l præcipiunt 37. de Ædil. Edict.* ubi veteratores difficile dicuntur reformari.

Eodem §. II.

Ostenditur, quod in fundatione nunc finis cujus, nunc finis cui principaliter intendatur. Et quid circa fundationem possint Pontifex & Episcopus, deficiente fine cui.

27 Subjiciebam, quod licet in pia fundatione authore Bonacin. *in tract. de contract. disp. 3. q. 17. punct. 8 §. 2. propos. 1. num. 2.* uterque finis, scilicet *pietas causæ & pietas personæ*, requiratur ex Bald. *in l. 1. C. de SS. Eccles.* tamen in fundatione pia potest nunc intendi *magis principaliter* finis cujus seu ipsa donatio vel legatum rerum ad cultum divinum promovendum factum, scilicet quando fundator familiæ quidem alicui religiosæ, sed pro illo duntaxat loco, vel etiam simpliciter aliquid legat, maxime ea ratione, ut ex donatione & legato in illo loco Dei obsequium & cultus eo amplius promoveatur, & pro salute fundatoris suorumque oretur.

28 Nunc verò magis principaliter potest intendi ipse *finis cui* seu Collegium religiosũ vel illius personæ *per not* Bart. *in l. pater. 38. §. Tusculanus ff de legat.* 3. ut si testator legatum extra familiam istam religiosam expressè prohiberet ullo unquam tempore transferri, per not. Grassi. *§. fideicommissum q. 19. &c.*

Priore

Priore casu deficiente causa finali *cui*, id est, deficiētibus & extinctis illius loci personis religiosis legat relictum, etiam aliis alterius Ordinis religiosis applicari potest; Rebuff *in prax. benef. de Collationib. 1. § Volumus* «
in verbo & conformitatem, ubi ait, deficientibus *Monachis nigris* possunt «
conferri beneficia illius Ordinis Monachis albis vel Canonicis, quia isti in «
jure æquiparantur. *c. quod Dei timorem de stat. Mon.* gloss. *in c. cum singu-* «
la §. fin de preb. in 6. Idem confirmat Honorius 3. *summ. Decretal. de relig.* «
domib. c. 36. numer. 9. SI LOCA *inquiens*, PIA vel hospitalia ad cer- «
tarum personatum genus suscipiendum fuerint instituta, nec IBI similes re- «
periantur fructus, illorũ in aliũ usum piũ, qui illorũ institutioni proximior sit, «
aut pro loco aut tēmpore utilior, cōvertit Episcopus adhibitis duobus de ca- «
pitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsũ deligendis, NISI ALITER FOR- «
TE etiam in hunc casum in eorum fundatione & institutione fuerit expressum, ut expresse statuit *Concil. Trident. c. admonet in princ. & §. quod si hospitalia sess. 25. de reform.* quo casu quod ordinatum fuerit, observari curabit Episcopus, aut si id non possit, ipse, prout supra, utiliter providebit. Concil. Trid. *d. loc.* posteriori vero casu ubi deficeret illic loci causa *finalis cui*, seu deficerent personæ illius loci religiosæ, tunc aliis eiusdem Ordinis religiosis legatum relictum per superiorem ordinarie veniet restituendum ex d. Concil. Trid *per not.* Gloss. *§. fideicommissum q.* 19. Pett. Anton. de Petra *de potest prinv. cap 32. princ. num.* 1. 10. *& seqq.* nisi aliud exigeret necessitas vel utilitas suaderet Concil. Trid. *d. loc. & per not.* Bart. *in d. l. pater* 38. §. *Tusculanus ff. de legat.* 3. Petr. de Pet. *d. loc. numer.* 12. ibi, quod immutabile est sine causa; Ergo cum causa suberit, erit mutabile. *Clem. quia contingit. de rel dom.* Concil. Aquisgran. 2. quod sub Gregorio IV. & Ludovico Imperatore habitum *est c* 18.

F. Romanus *allegat.* 125. 126. 127. 128. 196. *Gloss.* asserit *quasi ego perperam allegassem* Rebuff. d. loc. eumque ipse sed more suo adjecto tosse male falsificat. *Rebuffi verba hac sunt*, Deficientibus tamen monachis nigris (interpolat & male explicat hic F. Romanus dicendo, id est extinctis & nullis amplius exsistentibus *c inter quatuor. de rel. dom.*) possunt conferri beneficia ILLIUS ORDINIS Monachis albis vel Canonicis, Additque F. Romanus *quod ego duo verba*, illius loci pro illius Ordinis *intruserim, ut Rebuffum violenter in meas partes pertraherem.* 29 *Commentũ Hayanum.*

30 *Discutitur.* *At hoc patet, apertè falsum esse, quia ego recitando verba* Rebuffi. pro verbis illius Ordinis non substitui nec intrusi verba illius loci. Ita F. Romanus *duplex* hic crimen falsi committit, primum interpolando & determinando verba Rebuffi in alienum sensum, deinde contra manifestam veritatem, affingendo mihi suppositionem & intrusionem. Inprimis non dicit Rebuff. *d. loc.* deficientibus Monachis nigris totius Ordinis *collective*, sed illius Ordinis demonstrativè & distributivè, cujusmodi particula (illius) superveniens

denotat adhuc supervenientes, ut notat Porcius *conf.8.n.33.* Unde non supponit Rebuff. quod Monachi nigri omnes in toto orbe debeant extincti esse, ut eorum Monasteria Monachis albis conferantur.

Et posito, quod Monachi omnes essent extincti, hinc si argumentum F. Romani quicquam valeret, non possent ea Monasteria Monachis albis dari, sed essent intra illum Ordinem Monialibus danda, quæ magis sint Privilegiatæ, quam viri Monachi *per not.* Dec. *in c.in præsentia n.53. al.36 de probat.* Hæc autem repugnant menti Rebuffi, Ergo & illa, quæ F. Romanus adducit. Accedit, quod Monachorum nigrorum unumquodque Monasterium per se sine ordine ab alio regatur. Vid. Bonifac. Vitalin. *in Clem, ne in agro §. adhac n.25. de stat. Monach.*

31 *Comment. Hayan.* Deinde F Romanus *d. allegat.196* dicit, *quod ego malè citem Honorium* in cap.30. de relig. dom. suæ summ. decretal. *cum ille titulus non nisi novē capita complectatur, id quod superius* in alleg.126. *non adverterit, saltē honoris Honorii pepercissem.* Idē repetit in alleg.126. additq; alleg.127. conc. *Trid. c.* adm. 8. §. quod si hospitalia sess.24. de reform. citari, *quasi loquerentur de Monasteriis in aliū usū piū transferendis; Cū tamē expressè loquantur* SOLUM *de hospitalibus (quæ per se non sunt Ecclesiastica beneficia, ut sunt prælatura &c. Garcias de benef. part.1. cap.3.) verba ipsiusmet* Concilii *Trident.* citat. loc. unde *exscripsit*

Malè pro suscipiendū. *Honorius, sic habent. Quod si Hospitalia hæc* AD CERTUM *peregrinorum aut infirmorum aut aliarum personarum genus suspiciendum fuerint instituta*, NEC IN LOCO UBI *sunt dicta hospitalia similes personæ aut perpaucæ reperiantur, mandat sancta Synodus, ut fructus illorum in alium usum pium, qui eorum institutioni proximior sit* AC PRO LOCO ET TEMPORE UTILIOR CONVERTANTUR, *prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis* MAGIS EXPEDIRE *visum fuerit*, NISI ALITER FORTE ETIAM IN HUNC EVENTUM IN EORUM FUNDATIONE AUT INSTITUTIONE FUERIT EXPRESSUM, *quo casu quod ordinatum fuit, observari curet Episcopus. Hucusque Concil. & Honor. de quo textu plura* allegat. 496. *Si jam subsumere ego velim, Monasteria esse talia hospitalia, negabitur* Minor. *omnisque inde facta illatio tanquam à disparibus facta Exstinguere enim Monasteria eorumque beneficia & statum Ecclesiasticum mutare, solius est Maximi Pontificis, ut inquit* Abbas *: Vnde & Paulus Laymannus* Astrē Censur 38. §. at vero. *fatetur, nullum reperiri decretum in toto corpore juris Canonici, quo detur potestas Episcopo constituendi alterius Ordinis regulares in Monasterio per mortem omnium destituto non exempto. Cui si prædictus* Concilii *textus favisset, illum proculdubio pro se allegasset. Væ autem modo peregrinis, infirmis, senibus, pauperibus, orphanis & viduis, quorum hospita-*

hospitalibus ego jam etiam insidias, ad majorem ut prætendo Dei gloriam struere incipiam.

Verum F. Romanus 1. *circa Honorii* citationem duntaxat cavillatur, quia cum ponatur una litera, eaque satis dubia, essetne *c. vel t.* potuisset facilè intelligere esse t seu titulum, quem titulum cum sufficienter expressissem, isque notorius esset, non est de eo ulterius dubitandum vel disceptandum. 32 *Discutitur*

33 Deinde quod spectat *ad Honorii locum citatum*, ipse Fr. Romanus fraudulenter omittit *prima Honorii verba*, *quæ ego fideliter citavi.* Dicit enim Honorius Si Loca Pia Vel Hospitalia &c. itaque Honorius *ibidem* de aliis quoque locis piis loquitur, ut patet *etiam ex oppositione* ad præcedentia, siquidem ibi dicitur, Eadem ratione apud administratores Cæterorum Piorum Locorum, ut ea, quæ largitione fidelium ad certum usum sunt destinata, ad illum, & non ad alium usum convertant. *clem. quia contingit. de rel. dom.* gloss. 1. *in c. 3. de appellat. & ibi* Cano. *l* 1. *ff. de admin. rer. ad civit. pertin. & ibi* Dd. itidem istic loca pia & hospitalia sub disjunctione hac allegantur, Si Loca Pia vel hospitalia, prout ex *sup.* recitatis verbis videre est. Ex quibus relinquitur, quod Honorius *cit loc.* non solum de hospitalibus, ut contra veritatem asserebat hic F. Romanus, sed de cæteris quoque Locis Piis agat, ex ipso Concilio Trident. *d. c. admonet* 8. prout infra *in resolut. quæst.* 7 *c.* 2. ostendetur. Unde ego subsumo.

34 Atqui Monasteria Monachorum nigrorum sunt Loca Pia; Si negabit hanc *Minorem* Fr. Romanus, contra summorum *Pontificum decreta*, *Concilia, imo contra* suum Ordinem loquetur. Videant autem DD. Prælati *qualem* suæ causæ patronum adsciscant, qui Ordinis Monasteria è locorum piorum catalago eliminet.

35 Neque ullum pro sua erronea opinione F. Romanus *ex d. Concil. Trid. c. admonet*, invenit quia *cit. cap. admonet* loquitur quidem *præcipue* de hospitalibus; attamen & de aliis quoque locis piis, ut infra videbitur; neque ea per particulam taxativam *solum*, ut perperā F. Romanus somniabat, excludit, sed per d. particulam *præcipuè* (qua expresse utitur *d. cap admonet*) includit. Cum hujus particulæ *præcipuè* propria vis sit & natura, etiā majores & magis dubitabiles casus includere, teste Barb. *in dictione præcipue.* 274. *per tot. maxime n.* 3. ubi cit. Bartholo. Perett. *in comm ad extrav. ambitiosæ de reb. Eccl. non alie. num* 2. *l.* 1. *ff. de testib.* Ever. *in top. in loc. à dict. implic.* ubi etiā notat, argumētūā *contrario* sumi nō posse, ubi invenitur dictio implicativa. Quin imo ipsemet F. Romanus *in Asbesto sub n* 56. pro monasteriis *hoc caput admonet Conc. Trid sess.* 25 *de refo.* pro se citat, quare & mihi eodem fine citare non licebit?

36 Neq; est quod contra me auxilium P. Laymanni *censur.* 38. imploret, quia licet putet & arbitretur, nullum in toto juris Canonici corpore decretum reperiri, ex quo quæstio isthæc satis decidi queat, *utrum Episcopus in casu isto Monasterii extinctis exemptum non sit, constituere possit alterius*

Ordinis regulares;attamen non propterea negat ex Concil. Trid. *d.c.* 8. *seß.* 24.*de reform.* decidi posse, quod ipsi tunc non occurrit; quin etiam posito quod ipsi simul Concilium Tridentinum occurrisset, attamen tunc ipse intelligendus esset, quod non *formaliter* quæstionem illam decisam invenerit, licet aliàs in hac decisione generali, *quod loca pia à personis per mortem omnium aut alias destituta non exempta pertineant ad dispositionem Episcopi*, etiam hanc quæstionem nostram, *utrũ Monasteria non exempta morte omnium destituta pertineant ad Episcopi dispositionem*, virtualiter contineri, intelligeret, hoc enim nec uspiam negavit nec negare potuit, ut proinde F. Romanus ad ipsum frustra provocet.

37 Quando autem F. Romanus contra casum, quo nullæ istic reperiuntur personæ, quæ in hospitalibus recipiantur; nec aliter in fundatione aut institutione in hunc casum sit provisum, quod possit ea Episcopus in alios usus pios proximiores &c. convertere, *insidias hospitalibus strui clamat*, tunc ipse contra Concilium Trid. loquitur & clamat.

38 *Commentũ Hayan.* Denique quod *allegat.* 128. dicit *se, quando ego dico* (*legatum relictum cum causa esse mutabile,*) *d. assertum non impugnare sed allegationem* Concil. Aquisgran. 2. sub Gregorio IV. Pontifice & Ludovico Imperatore habiti. *Verba Concilii sint.* Monasteria divinis solummodo cultibus dicata non debere sæcularibus dari, & Canonica prodit auctoritas & ipsorum destructio locorum, sed quia id exigit Reip. necessitas; saltem collapsa loca erigi debent, & Clerici locis, in quibus fuerunt, restitui: quousque opportunitas id permittat emendari plenius. *Ex his ego discam Monasteria diruta vel desolata ab Ecclesia pro extinctis habita nunquam fuisse, sed ea antiquum statum vicino pede sequi; cujusmodi de populo arbore tradunt &c.*

39 *Discutitur.* Verum Fr. Romanus nihil ad rem 1. quia Concilium Aquisgran. Monasteria *materialia*, non autem *formalia* cultibus divinis dicata destructione agnoscit non extincta. Idem & ego *quæst.* 1. & 2. *Astri Eclips.* asserui. Igitur F. Romanus contra me nihil. 2. Ex causa permittit d. Concilium Aquisgran. in Monasteriis Clericos sæculares poni, Ergo ex causa potest status Ecclesiæ mutari, quod ego hic asserebam, adeoque illud Concilium à me ad rem præsentem est allatum. Et Fr. Romani allegatio non est ad, sed præter rem.

§. III.

In fundatione potius finis cujus ordinariè intenditur.

40 Notabam, Ordinariè à fundatoribus *magis principaliter* intendi ipsum *finem cujus quàm cui*, prout infra *q.* 7. *Astri Eclips. in respons. ad* 5. *fundamentum* videbitur & notat Bart. *in d. l. pater.* 38. §. *Tusculanus per l. annua* § *à Titio*

§ *à Titio.1.ff de annuis legat.& c.1 ne sed vac.*ibi *ne plus favisse personæ quam Ecclesiæ videremur.*Vnde à pari nec testator, nec fundator &c. plus favisse personæ quam Ecclesiæ præsumendus sit, argumento ducto *à lege disponente ad voluntatem disponentem testatoris,*quod in jure forte est & efficax Everard.*in loc. à lege ad testatorem,n.1.per l si ita fuerit servis duobus §. fin.vers conditionem & ibi* Bart. Alber. de Rosat.& Benedict. de Plumbin. *not ff. de manum testam.*

Addebam tum demum *finem cui* intentum, seu *contemplatione personarum* legatum videri relictum, quando illud Ecclesiæ est nulla causa expressa relictum. Mantic.*lib.8 .Conject ult.vol.tit 6.n.23.*Ordinarie vero in omnibus legatis piis relictis causam reperiri adjectam,nim.*ut istic honor divinus promoveatur,*& pro salute fundatoris ipsiusque familiæ oretur&c Vnde illa legata pia ordinarie non contemplatione personarum facta præsumuntur, adeoque in iis præcipuè non *finis cui,*sed *cujus* intentus est. 41

Accedit quod Rota Rom.*decis 233.n.3.*& seqq *part.1.in recentiss.* tradat,quod *legati pii causa finalis censeatur amor Dei &* salus animæ seu commodum testatoris,*non vero commodum legatarii,*& sic cæteræ causæ omnes habeantur impulsivæ Abb *in c.verum n.1.vers.si autem modus.de condit.appos.* Bart.*in l.2 §.Titio.*num.1.& ibi Al ex.*in addit non præsumitur finalis ff. de donat.*Ruin *cons.137.n.10.lib.3* Tiraq *cessante causa lim.1.n.57.* Illa enim *finalis* dicitur,quæ est obligatoria & cohæret legato Rot.*ibid.*atque ex quâ testator fuit motus ad disponendum Rot.Rom.*decis.207.num. 2. d part 1. in recentiss.*Angel de Perus.*cons.124.num.4.ante med.vers.circa quod considero* Mantic.*d lib.6.conject.ult.vol tit.14.n.14 vers & causa respiciens commodum,* prout in legato Pio testator movetur ex religione erga Deum,eamque respicit Rot.Rom.*d decis.233.n.3* ex Bartol.*in repet.l. 1. n. 10. C. de SS. Eccles.*quo fit ut legatum debeatur, etiamsi conditio apposita cessaverit.&c. 42

§. IV.

Pontifex potest Monasteria certæ familiæ etiam cum prohibitione alienationis extra familiam fundata,ex causa vel necessitatis vel utilitatis publicæ Christianæ,alteri familiæ Religiosæ conferre, etiamsi præcipuè finis cui, fuisset intentus.

Quod si tamen in fundatione fuisset intentus *finis cui,* quærebam *1.* an Pontifex Monasteria certæ familiæ fundata cum prohibitione, ne extra familiam illam unquam transferrentur, possit ea deficientibus per mortem huius loci incolis religiosis dare aliis alterius Ordinis religiosis. 43

44 Respondebam, Pontificem ex causa necessitatis vel utilitatis publicæ Christianæ id posse Bonac. *de contract disp.3 q.17 Punct.8.§.9.* glo. & Dd. Communiter *in Clem. quia contingit de rel dom* Zal. *conf.16 lib. 1.* Præpos. *in c 1. dist.10.* Barbos. *in c licet de præb. in 6.* Anton. de Burgos *in c. qua in Ecclesiarum n 274 & seqq de Constit.* Beroi. *in c. cum venissent. n. 29. de judic.* Ioan. Crot. *in c. cum dilectus n 14 de jure patron.* Anton. de Butr. *in d c. qua in Ecclesiarum n.245 246.275.285 de constit.* contra Abb. *in cap fin de Confirm util. per cap.2. de præb. & Clem.V. ut lit. pendent.* quia alias si sine causa posset quis beneficio privari, nemo vellet ad illud intitulari vel ordinari.

Non igitur obstat, quod Pontifex maiorem habeat potestatem in beneficiis clericorum, quàm Imperator in sæcularium bonis, quod hi, non illi sint rerum suarum Domini Abb *in d.c fin.* quia Pontifex conferendo beneficium videtur cum beneficiato quasi contrahere, adeoque non sine causa ab huiusmodi contractu resilire poterit. *Beroj. in c. cum venissent n. 75. de Iud. Crot. in d c. cum dilectus.*

45 Quod vero cum causa possit, patet ex Concil. Aquisgran. *sup. cit. loc.* Ratio est, quia hæc donatio & translatio non excedit ipsius Pontificis potestatem, eiusque potestatis plenitudinem, nec rationabilis defuncti voluntas reluctatur. Nam publicæ utilitati & necessitati privatorum commoda & voluntates cedunt seseque accommodant, quod publica commoda privatis sint præferenda *l.1.C. de primipil. l 12 Cactionis §. Labeo ff. pro Socio c. bonæ 1. de postul. prælat.* Vid. Rom. *conf.345.* Andr. de Ifernia *in usib. feud. in cap. quæ sunt regalia num.16 & de Capitulis Corradi num.32 & 34. ibique addit. marginal.* Abb. *in cap illa quotidiana de elect.* Felin *in c. cum inter n.7. de except.* Alber. de Rosat. *in repert.* Paris. *conf 6. num 10.51.52. vol.2. & conf. 10 num.200.201. eod vol. conf.24 num 12. vol.4.* Curt. Sen. *conf.20.* Collectar. *in c. venerabilem quis fil. sint legitimi & ibi* Præpos §. *quod autem modo. num. 146. & seq.* Fel. *in c causam quæ. de rescript.* Beroj. *in d.c. cum venissent num. 25. de jud.*

Atqui posito, non concesso, quòd à testatore vel à fundatore huius loci institutis monachis incolis cæteri exteri aliorũ locorũ monachi substituantur

46 vel etiã institutio sit facta intuitu & contẽplatione alicuius totius Religionis seu Ordinis religiosi, adhuc tamen tota ea religio vel religiosus Ordo respectu universalis Ecclesiæ eiusq; necessitatis vel utilitatis habetur tanquã persona aliqua privata, imaginata *arg l. nihil interest. 15. ff ad Sc. Maced. & text in l. Eũ qui vectigal. ff de V. S.* ubi civitas respectu superioris aut maioris cõmunitatis habetur tãquã privata. Igitur posito casu ꝙ à testatore vel fũdatore Monachis incolis institutis mortuis cæteri exteri sint substituti, vel institutio sit facta cõtẽplatione totius religionis, hęc tamẽ in casu necessitatis vel utilitatis publicæ Ecclesiæ universalis cedere debebit. Huc facit ꝙ nemo pri-

vatus

facere possit, quo minus leges in suo testamento locum habeant *l. nemo potest. 55. ff. de legat.* 1. Leges autem Canonicæ propter necessitatem vel utilitatem publicam Ecclesiæ permittunt hujusmodi legatorum conversionem in alios usus pios *d. c 18. Concil Aquisgran II. d. Clem. quia contingit de rel. dom.*

Quin eodem facit declaratio Cardinalium, quæ Monasteria Monialium docet authoritate Papæ causâ legitimâ intercedente uniri posse apud Zerol. *prax. Episcop. verb. unio ad 7. dubio. 5. Vid. ibid & remissiones lit. S. ad Concil. Trid. sess 21. de reform. c. 5.* 47

F. Romanus *allegat, 134 & 135. ait, quod non bona fide tam Zerola,* quam Declaratio Cardinalium citetur. *Nam utrique loquuntur de Vnione Monasteriorum Monialium INTER SE facienda, quando nimirum unum Monasterium ALTERI MONASTERIO SIMILI, non autem alteri Ordini vel seminario unitur, quæ duo totis cœlorum polis inter se differunt.* Ac subjungendo asserit, *se dare verba Zerolæ d* dub. 5. sed cave Lector, quia ab eodem suo Glossemate falsificantur, Ipse F. Romanus, verba hoc modo recitat. *An Episcopus possit unire Monasterium Monialium.* (addit *F. Romanus hic textum falsificando NB.* SVBINTELLIGE ALTERI MONIALIVM) *cum subsit causa? Sacra Congregatio* declaratione 221. *negative censuit, nisi authoritate summi Pontificis.* 48 Comment. Hayan.

Deinde recitat *Zerol.* part 2. verb. Vnione dub. 4. unio inquientem, Monasteriorum Monialium quomodo sit facienda? Respondetur ex sacræ Congregationis declaratione 191. in meis in hæc verba; VNIO MONASTERIORUM *monialium est facienda cum subest aliqua causa legitima, accedente ad id authoritate* Papæ Tum *d. p. 2. verb. Translatio* ita loquentem *Translatio Monasterii Monialium, cui imminet scandalum, est facienda ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis, nec reditus Monasterii translati sunt applicandi seminario,* sed uniendi Monasterio, in quod translatum fuit, licet aliunde non possit provideri *d. tto seminario.* Sacra Congregatio *declarat.* 106 *in meis.* & ita censeri debet in Monasterio virorum translato, ubi per Bullam Pii V non possunt commorari duodecim Regulares Hucusque Zerol. 49 50

Subjicit F. Romanus has Cardinalium declarationes loqui de unione Monasteriorum Monialium inter sese facienda, inde patere, quod hoc modo declarent *caput. 5 sess. 24.* de Regular. Concil. Trid. ubi *sic disponitur; Quia monasteria sanctimonialium extra mœnia urbis vel oppidi constituta, malorū hominū prædæ & aliis facinoribus, sine ulla sæpe custodia sunt exposita,* CURENT EPISCOPI *& alii superiores, si ita videbitur expedire: ut sanctimoniales ex iis ad nova vel antiqua monasteria intra urbes vel oppida frequentia reducātur. Videātur sup dicta declarationes eodē c* 5. subjūctæ n. 9. 10. 11. 12. & 13 51

ex editio-

& editione Coloniensi *sumptib. Antonii Hierathi sub signo Gryphi* Anno 1621 fol. 548. Hæc ipse

At respondetur, quod primæ duæ declarationes apud Zerolam nó lo-
52 quantur de unione monasteriorum monialium homogeneâ inter se facien-
Discutiun- dâ, quemadmodum F. Romanus illis falso affinxit; quare illas ego juxta
tur. Gregorium Tholosanum *de instit Rei beneficiar. c. 20. n. 14. causa* 10 & Gonzal. *in Reg. 8. cancellar glo. 5. §. 7. num. 47. 48. 49 item num. 65. & seqq.* de unione heterogeneâ, seu de unione monasteriorum monialium seminario vel Collegio pro juventutis institutione faciendâ, eò quod expresa in *ultima Declaratione* seminarii fiat mentio, & in istis unionibus requiratur causa, & summi pontificis authoritas, quæ non requireretur, si duo monasteria monialium inter se ex causa unirentur; tunc enim sufficeret Episcopi authoritas. *per cap. sicut unire. de Excess. Prælat. ibique* Can. *cap. 5. sess. 25. Conc. Trid. de reform.* Deinde alia est Declaratio Cardinalium, in qua agitur de translatione monialium ad aliud monasterium propter vitanda pericula, quam nec ego nec ullus nostrum pro hac nostra propositione citavimus.

53 Neque obstat, quod *prima dua Declarationes* Cardinalium apud Zerolam utantur verbo pluralis numeri *monasteriorum monialium*; quia nomina pluralis numeri non collectivè sed distributivè in jure accipi solent *ex sepe cit.* Anchar. *in cap. ult. num. 4. de Capell. monach. & ibi* Host. Ioan Andr. Butr. Card. Zabarell. ut sit sensus *& hoc, & illud, & istud monasterium monialium uniri poterit*, videlicet secundum Tholosanum & Gonzal. *sup. cit. loc.* seminario &c Cum illæ *dua prima Declarationes* subiiciantur *sess. 21. cap 5 de Reform. Conc. Trid* ubi etiam de heterogeneis agitur unionibus; Vnde perperam à F. Romano *ad cap. 5 sess. 29. (pro qua malè cita-*
54 *verat sess. 24. ut palã est) Cõcil Trid de Reform.* licet eò spectet ultima ex Zerola Declaratio *Cardinalium de translatione Monialium* allegata. Neque in contrarium curanda est editio Coloniensis Hieratica, Cum authoritate Apostolicâ non sit confirmata, & pluribus aliis erroribus subiaceat; ut proinde ex illa editione nihil solidi argui, illudque replicari possit, quod de compilatione appendicis Conc. Lateranensis fuit supra obmotum.

55 Atque hinc relinquitur, quod rectè à me Cardinalium Declarationes & Zerola fuerint allegati, quodque per F. Romanum Declarationes Cardinalium in Concilium *Trid.* non ut ipse asserebat, elucidentur, sed ex Sole ad tenebras obscurissimi ingenij F. Romani violenter detrudantur.

§. V.

§. V.

Quærebam 2. Qua potestate Pontifex ejusmodi Monasteria aliis alterius Ordinis religiosis conferre posset.

Et. *Respondebam*, id Ordinariâ suâ potestate posse. *Probabam*. 1. quia quando Pontifex de jure communi mutat ultimas testatorum voluntates, ex quibus necdum est jus in re seu dominium aliis in testamento institutis aut substitutis acquisitum juxta Dd. omnes in *Clem. quia contingit. de rel. dom.* & ibi glo. *verb salva sedis Apostolicæ auctoritate*, & ipsum F. Romanum *quæst. 3. num. 5. §. quocirca*. seu quando in translatione alicujus rei alicui non aufert jus plene acquisitum seu dominium, sed tãtum aliquod jus ad rem, tunc in mutatione & translatione, ordinaria tantum utitur potestate. Petr. de Petr. *de potest. princ. c. 30. num. 1. & seqq.* Faciunt eò tradita à Card. Lugo *tom. 2. de jure & just disp. 24. sect. 13. num. 312.* August. Beroi. *in c. cum tu nu. 1. de usuris.* 56

Atqui in casu, quo mortuis hujus loci Monachis incolis cæteri exteri aliorum Monasteriorum Monachi fideicommissarii necdum sunt reipsa substituti, in emortuo monasterio Pontifex monasterium emortuum familiæ certæ fundatum, ex causa transferens in alios alterius Ordinis religiosos, non aufert substitutis illud jus plenè quæsitum seu dominium, sed tantum ex causa jus aliquod ad rem; cum per substitutionem actualem prius illud dominium substitutis sit acquirendum, *ut sup. in resolutione q. 2.* demonstratum est. 57

Igitur casu, quo mortuis hujus monasterii monachis cæteri exteri aliorum Monasteriorum, fideicommissarii necdum sunt reipsa substituti, Pontifex emortuum Monasterium certæ familiæ fundatum transfert ex causa in alios alterius Ordinis religiosos, Ordinaria utitur potestate.

Confirmabam ex Angel. de Perusio *in l. si testamenta C. de testam.* ubi ait, *Papa non potest per suas litteras in alium usum convertere pia legata de potestate Ordinaria nisi justa causa subsit.* Ergo à contrario, quando justa suberit causa, Pontifex de potestate Ordinaria poterit pia legata in alium usum Ecclesiæ utiliorem convertere. 58

Probabam 2. ex *Clem. 2. quia contingit de rel. dom.* ubi glo. *in verb. salva quidẽ sedis Apostolicæ auctoritate*, vult eãdẽ, quâ juxta *c. quod translatione de off. legat.* (pro quo erronee impressum *c. quia translationem de off delegat.* & sic cessat *allegat.* 130.) fiunt uniones Episcopatuum potestate, legatum pium ad alium usum pium ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ à Pontifice converti. Atqui uniones Episcopatuum fiunt Ordinaria Pontificis potestate *c. sicut unire. de excess. prælat.* ubi ponitur particula ITA, quæ arguit *paritatem* in genere suo *Garc. de benef. part. 12. cap. 2. numer. 62.* Igitur 59

legatum vel donatio facta in unum usum pium poterit potestate Pontificis Ordinaria in alium usum pium ob Ecclesiæ utilitatem vel necessitatem converti, cui tanquam bono publico privata legantis vel donantis prohibitio posthabebitur.

60 *Comment. Hayan.* F. Romanus ordine inverso nim. *allegat.* 334. *&* 335. *& allegat.* 129. *alleg.* 214. 224. hanc doctrinã variis modis oppugnat. Imprimis *allegat.* 334. *&* 335. dicit, *quod ego ipsum non bene citarim, quasi ibi docuisset summũ Pontificem Ordinaria tantùm uti potestate, quando in translationibus Monasteriorum mutat ultimas testatorum voluntates, ex quibus necdum est jus in re seu dominium aliis in testamento institutis aut substitutis acquisitũ, juxta Dd omnes, quod ipsi & Dd. omnibus hoc loco imponatur. Neque enim verũ est*, inquit, *quod omnes Dd. ita sentiant, cum plures & meliores sint in contrarium. quin nec apud ipsum F. Romanum cit.* loc. *talis doctrina reperitur, imò contraria, quando ex Petr. Anton. de Petr.* tract. de potest. princ. c. 8. num. 20. *banc sententiam expresse exscripsit.* Non potest princeps de potestate Ordinariâ alterare ultimas voluntates. Et. q. 3. n. 3. §. circa, *adhuc fusius: ubi ex Emanuele Rodriquez.* tom. 2. qq. regular. q. 129. nu. 9. *hanc sententiam attulit*, solus Papa potest ultimam testatoris voluntatem alterare, ut dicitur in jure, quod non facit potestate Ordinaria, sed de plenitudine potestatis; quæ commutatio fieri non potest nisi adsit justa causa. *Quibus locis nec Rodericius nec Petra distinguit inter jus acquisitum ad rem vel in re, quia utrumq; de jure gentiũ est hæredi vel legatario acquisitũ: Vbi autẽ lex vel* Dd. *non distinguunt, ibi nec nos. Videantur* allegat. 129. 131. *de quibus paulo post.* 338. de qua in q. 6. c. 1. n. 14. & 398. de qua quæst. 6. c. 2. num. 19. *Tacere se dicit F. Romanus, nullum destitutum monasterium à me posse digito monstrari, in quo religiosus Ordo jam olim non obtinuerit jus in re. Reliqua ibidem apud F. Romanum relata nugatoria sunt relatu indigna.*

61 *Allegat. vero 129 perhibet, quod ego Petrum Anton.* de Petr. lib. de potest. princ. c. 30. nu. 1. & seqq. *ajam docuisse, quando princeps in translatione alicuius rei, alicui non aufert jus plene acquisitum seu dominium, sed tantum aliquod jus ad rem tunc in transmutatione & translatione,* Ordinaria *tantum uti potestate. Verba autem Petræ* cit. n. 1. sint hæc. Decimo limitatur sup. dicta conclusio respectu juris plene nondum & perfecte quæsiti, illud enim per principem tolli potest Sine causa, *ubi Petrus hic non facit mentionem de principis potestate Ordinaria vel absoluta. 2. mala est Petræ ad Monasteria facta applicatio, quandoquidem religiosi S. Benedicti ex prima fundatione* jus habent *plene quæsitum in Monasteriis sibi fundatis, non secus ac habent in feudis ex prima investitura* OMNES DESCENDENTES PRIMI ACQVIRENTIS. *3. inepte fiat hac allegatio à me. Nam Petra* cit. num. 1. & seqq. *refert non suam, sed aliorum sententiam & obiectionem, à quibus ipse postea recedit,* num. 10. & seqq. *concludendo* contrarium: sic est inquiens, quod istud jus adeundi sive delatum sit ex causa testati sive ex causa intestati, semper dicitur quæsitum de jure Gentium,

tium, ergo sine causa auferri posse non *videtur*. Et quod istud jus delatæ hæreditatis licet non sit omnino & perfectè quæsitum, tamen sit considerabile in hac materia, patet à fortiori per ea, quæ dicemus in d. 7. exemplo, eò quod jus fuit quæsitum ex testamento, quod est de jure gentium. *Et n. 25. ait* jus in spe (*sive ad rem*) tolli posse per Principem de potestate absoluta. *Ergo à contrario non de Ordinaria juxta me* qu. 5. Astri Eclipſ. c. un. n. 2. in fin. *Rursum Petra* n. 28. *ibidem asserit*, Principem de plenitudine potestatis, nedum posse præjudicare juri alicui quæsito sed etiam id facere posse, sine citatione ipsius. *Quibus ex verbis ego cognoscere potuissem*, Petram *non agnoscere in ullo Principe plenitudinem potestatis legitimam, veluti, quæ neque legi humanæ positivæ neque naturali, neq. divinæ se conformet, ut clarius* explicare se dicit F. Romanus *allegat.* 398. quam vide *in resolut. quæst. 6. c. 2 n. 19. Reliqua quæ ibidem de ficu ex arido saxo fructum ferente subiiciuntur*, quomodo huc applicari queant, nullus est, qui videat. *Potestatis plenitudo qualis apud F. Romanū intelligatur.*

Porrò *allegat.* 214. dicit, quod *allegem Angelum, cuius verba formalia sint hæc.* Legata ad certos pios usus Papa non potest per suas literas in alterum usum convertere. Et est verum de potestate Ordinaria, salvo ubi justa causa subsit, puta quia usus deputatus non potest perfici vel non commodè. Ex potestate verò absoluta potest, *intellige, adiicit ibidem F Romanus, etiam absque ulla causa. Unde apparet potestatem Pontificiam Ordinariam & absolutam aliter accipi in sententia Angeli, quam ego accipiam in* Astri Eclipsi, *ut videre est* allegat. 133. de qua ego agam paulo post sub *hoc eod.* §. 5.) d. allegat. 334. (quam hic paulò antè recitavi) *& allegat.* 389. (de qua in resolut. qu 6 c. 2. nu. 19. videbitur) *adeoque ut concludit F. Romanus, impertinens est allegatio Angeli, qui cum Covarruvia illam duntaxat nominat & agnoscit potestatem absolutam in Principe, quæ sine justa causa procedit, adeoque nec humano nec naturali, nec divino jure vult alligari, quam Rebuffus & alii* Tyrannicam & diabolicam *nominant, qualem ego summo Pontifici utique non attribuam. Proinde hæc allegatio Angeli ab Angelo bono non videtur mihi inspirata fuisse.* &c. Hæc ibi. 62

Demum *allegat* 214. dicit, *quod ego allegem Garziam* de beneficiis part. 12. c. 2. n. 60. *quasi doceret particulam ITA arguere paritatem in genere suo De hac particula statuâ taciturnior ib est Garzias. Cujus hæc duntaxat verba decisiva ibidem inveniuntur.* Ad quartum dicendum est, solum Papam posse unire Episcopatus. *Nimio complexu parum ego stringam* &c. Hactenus F. Romanus. 63

Qui in principio lectorem fallacia *compositionis* eorum decipit, quæ ego in sensu *diviso* proposueram; Nim. 1. quod *sint sex de jure communi mutare possit ultimas testatorum voluntates, ex quibus necdum est ius in re seu dominium aliis in testamento institutis vel substitutis acquisitum.* 2. quod mutatio ejusmodi ultimarum voluntatum fiat ordinaria & non absoluta Pontificis potestate. Pro *priori* propositione vel membro allegaram F. Romanum *d. q.* 2. *n.* 5 5. Quocirca, ubi dicit ex Navarr. Zabarell. & aliorum nonnullorū (do- *Discutiuntur.* 64

denotat adhuc supervenientes,ut notat Porcius *conf.8.n.33*. Unde non supponit Rebuff. quod Monachi nigri omnes in toto orbe debeant extincti esse,ut eorum Monasteria Monachis albis conferantur.

Et posito,quod Monachi omnes essent extincti, hinc si argumentum F. Romani quicquam valeret,non possent ea Monasteria Monachis albis dari, sed essent intra illum Ordinem Monialibus danda,quæ magis sint Privilegiatæ,quam viri Monachi *per not*. Dec. *in c.in præsentia n.53. al.36 de probat.* Hæc autem repugnant menti Rebuffi,Ergo & illa, quæ F. Romanus adducit. Accedit, quod Monachorum nigrorum unumquodque Monasterium per se sine ordine ab alio regatur. Vid.Bonifac. Vitalin. *in Clem,ne in agro §.adhac n.25.de stat.Monach.*

31 *Comment. Hayan.* Deinde F Romanus *d.allegat.*196 dicit,*quod ego malè citem Honorium* in cap.30. de relig.dom.suæ summ.decretal.*cum ille titulus non nisi novē capita complectatur,id quod superius* in alleg.126 *non adverterit,saltē honoris Honorii pepercissem.* Idē repetit in alleg.126.additq; alleg.127.*conc.Trid.c.*adm.8.§. quod si hospitalia sess.24.de reform.citari,*quasi loquerentur deMonasteriis in aliū usū piū transferendis; Cū tamē expresse loquantur* SOLUM *de hospitalibus (quæ per se non sunt Ecclesiastica beneficia,ut sunt prælatura &c. Garcias de benef part.1.cap.3.)verba ipsiusmet* Concilii *Trident.*citat.loc.unde *exscripsit*

Malè pro suscipiendū. *Honorius ,sic habent. Quod si Hospitalia hac* AD CERTUM *peregrinorum aut infirmorum aut aliarum personarum genus suspiciendum fuerint instituta* , NEC IN LOCO UBI *sunt dicta hospitalia similes personæ aut perpauca reperiantur, mandat sancta Synodus, ut fructus illorum in alium usum pium,qui eorum institutioni proximior sit* AC PRO LOCO ET TEMPORE UTILIOR CONVERTANTUR, *prout Ordinario cum duobus deCapitulo,qui rerum usu peritiores sint,per ipsum deligendis* MAGIS EXPEDIRE *visum fuerit* , NISI ALITER FORTE ETIAM IN HUNC EVENTUM IN EORUM FUNDATIONE AUT INSTITUTIONE FUERIT EXPRESSUM, *quo casu quod ordinatum fuit, observari curet Episcopus. Hucusque Concil. & Honor.de quo textu plura* allegat.496. *Si jam subsumere ego velim, Monasteria esse talia hospitalia, negabitur* Minor. *omnisque inde facta illatio tanquam à disparibus facta Exstinguere enim Monasteria eorumque beneficia & statum Ecclesiasticum mutare , solius est Maximi Pontificis, ut inquit* Abbas : *Vnde & Paulus Laymannus Astri* Censur 38. §. at vero. *fatetur* , *nullum reperiri decretum in toto corpore juris Canonici , quo detur potestas Episcopo constituendi alterius Ordinis regulares in Monasterio per mortem omnium destituto non exempto. Cui si prædictus Concilii textus favisset,illum procul dubio pro se allegasset. Væ autem modo peregrinis,infirmis.senibus,pauperibus,orphanis & viduis,quorum hospita-*

hospitalibus ego jam etiam insidias, ad majorem ut prætendo Dei gloriam struere incipiam.

Verum F. Romanus 1. *circa Honorii* citationem duntaxat cavillatur, quia cum ponatur una litera, eaque satis dubia, essetne *c. vel t.* potuisset facilè intelligere esse t seu titulum, quem titulum cum sufficienter expressissem, isque notorius esset, non est de eo ulterius dubitandum vel disceptandum. 32 *Discutitur*
Deinde quod spectat *ad Honorii locum citatum*, ipse Fr. Romanus fraudulenter omittit *prima Honorii verba*, *quæ ego fideliter citavi.* Dicit enim Honorius Si Loca Pia Vel Hospitalia &c. itaque Honorius *ibidem* de aliis quoque locis piis loquitur, ut patet *etiam ex oppositione* ad præcedentia, siquidem ibi dicitur, Eadem ratione apud administratores Cæterorum Piorum Locorum, ut ea, quæ largitione fidelium ad certum usum sunt destinata, ad illum, & non ad alium usum convertant. *clem. quia contingit. de rel. dom.* gloss. 1. *in c.* 3. *de appellat. & ibi* Cano. *l* 1. *ff. de admin. rer. ad civit. pertin. & ibi* Dd. itidem istic loca pia & hospitalia sub disjunctione hac allegantur; Si Loca Pia vel hospitalia, prout ex *sup.* recitatis verbis videre est. Ex quibus relinquitur, quod Honorius *cit loc.* non solum de hospitalibus, ut contra veritatem asserebat hic F. Romanus, sed de cæteris quoque Locis Piis agat, ex ipso Concilio Trident. *d. c. admonet* 8. prout infra *in resolut. quæst.* 7 *c.* 2. ostendetur. Unde ego subsumo. 33
Atqui Monasteria Monachorum nigrorum sunt Loca Pia; Si negabit hanc *Minorem* Fr. Romanus, contra summorum *Pontificum decreta*, *Concilia. imò contra* suum Ordinem loquetur. Videant autem DD. Prælati *qualem suæ causæ patronum adsciscant*, qui Ordinis Monasteria è locorum piorum catalago eliminet. 34

Neque ullum pro sua erronea opinione F. Romanus *ex d. Concil. Trid. c. admonet*, invenit quia *cit. cap. admonet* loquitur quidem *præcipue* de hospitalibus; attamen & de aliis quoque locis piis, ut infra videbitur; neque ea per particulam taxativam *solum*, ut perperā F. Romanus somniabat, excludit, sed per d. particulam *præcipuè* (qua expresse utitur *d. cap admonet*) includit. Cum hujus particulæ *præcipuè* propria vis sit & natura, etiā majores & magis dubitabiles casus includere, teste Barb. *in dictione præcipue.* 274. *per tot. maxime n.* 3. ubi cit. Bartholo. Perett. *in comm ad extrav. ambitiosæ de reb. Eccl. non alie. num* 2. *l.* 1. *ff. de testib.* Ever. *in top. in loc. à dict implic.* ubi etiā notat, argumētū *à contrario* sumi nō posse, ubi invenitur dictio implicativa. Quin imo ipsemet F. Romanus *in Asbesto sub n* 56. pro monasteriis *hoc caput admonet Conc. Trid sess.* 25 *de refo.* pro se citat, quare & mihi eodem fine citare non licebit? 35

Neq; est quod contra me auxilium P. Laymanni *censur.* 38. imploret. quia licet putet & arbitretur, nullum in toto juris Canonici corpore decretum reperiri, ex quo quæstio isthæc satis decidi queat, *utrum Episcopus in casu isto Monasterii extincti si exemptum non sit*, *constituere possit alterius* 36

§ *à Titio.* 1. *ff de annuis legat. & c.* 1 *ne sed vac.* ibi *ne plus favisse persona quam Ecclesia videremur.* Vnde *à pari* nec testator, nec fundator &c. plus favisse personæ quam Ecclesiæ præsumendus sit, argumento ducto *à lege disponente ad voluntatem disponentem testatoris,* quod in jure forte est & efficax Everard. *in loc. à lege ad testatorem, n.* 1. *per l si ita fuerit servis duobus §. fin. vers conditionem & ibi* Bart. Alber. de Rosat. & Benedict. de Plumbin. *not ff. de manum testam.*

Addebam tum demum *finem cui* intentum, seu *contemplatione personarum* legatum videri relictum, quando illud Ecclesiæ est nulla causa expressa relictum. Mantic. *lib.* 8. *Conject ult. vol tit* 6. *n.* 23. Ordinarie vero in omnibus legatis piis relictis causam reperiri adjectam, nim. *ut istic honor divinus promoveatur,* & pro salute fundatoris ipsiusque familiæ oretur &c Vnde illa legata pia ordinarie non contemplatione personarum facta præsumuntur, adeoque in iis præcipuè non *finis cui,* sed *cujus* intentus est. 41

Accedit quod Rota Rom. *decis* 233. n. 3. & seqq *part.* 1. *in recentiss.* tradat, quod *legati pii causa finalis censeatur amor Dei & salus animæ seu commodum testatoris, non vero commodum legatarii,* & sic cæteræ causæ omnes habeantur impulsivæ Abb *in c. verum n.* 1. *vers. si autem modus, de condit. appos.* Bart. *in l.* 2. §. *Titio.* num. 1. & ibi Alex. *in addit non præsumitur finalis ff. de donat.* Ruin *cons.* 137. *n.* 10. *lib.* 3 Tiraq *cessante causa lim.* 1. *n.* 57. Illa enim *finalis* dicitur, quæ est obligatoria & cohæret legato Rot. *ibid.* atque ex quâ testator fuit motus ad disponendum Rot. Rom. *decis.* 207. *num.* 2. *d part* 1. *in recentiss.* Angel de Perus. *cons.* 124. *num.* 4. *ante med. vers. circa quod considero* Mantic. *d lib.* 6. *conject. ult. vol tit.* 14. *n.* 14. *vers & causa respiciens commodum,* prout in legato Pio testator movetur ex religione erga Deum, eamque respicit Rot. Rom. *d decis.* 233. *n.* 3 ex Bartol. *in repet. l.* 1. *n.* 10. *C. de SS. Eccles.* quo fit ut legatum debeatur, etiamsi conditio apposita cessaverit. &c. 42

§. IV.

Pontifex potest Monasteria certæ familiæ etiam cum prohibitione alienationis extra familiam fundata ex causa vel necessitatis vel utilitatis publicæ Christianæ alteri familiæ Religiosæ conferre, etiamsi præcipuè finis cui, fuisset intentus.

Quod si tamen in fundatione fuisset intentus *finis cui,* quærebam 1. an Pontifex Monasteria certæ familiæ fundata cum prohibitione, ne extra familiam illam unquam transferrentur, possit ea deficientibus per mortem hujus loci incolis religiosis dare aliis alterius Ordinis religiosis. 43

 Respon-

44 Respondebam, Pontificem ex causa necessitatis vel utilitatis publicæ Christianæ id posse Bonac. *de contract disp.3 q.17 Punct.*8.§.9 glo. & Dd. Communiter *in Clem. quia contingit de rel dom* Zal.*cons.16 lib.* 1. Præpos. *in c* 1.*dist.*10. Barbos.*in c licet de præb.in 6.* Anton.de Burgos *in c.qua in Ecclesiarum n* 274 *& seqq de Constit.* Beroi.*in c.cum venissent.n.* 29. *de judic.* Ioan.Crot.*in c.cum dilectus n* 14 *de jure patron.* Anton.de Butr. *in d c. quæ in Ecclesiarum n.*245 246.275.285 *de constit.*contra Abb.*in cap fin de Confirm util. per cap.2. de præb. & Clem.V. ut lit.pendent.* quia alias si sine causa posset quis beneficio privari, nemo vellet ad illud intitulari vel ordinari.

Non igitur obstat, quod Pontifex maiorem habeat potestatem in beneficiis clericorum, quàm Imperator in sæcularium bonis, quod hi, non illi sint rerum suarum Domini Abb *in d.c fin.* quia Pontifex conferendo beneficium videtur cum beneficiato quasi contrahere, adeoque non sine causa ab huiusmodi contractu resilire poterit. *Beroj. in c.cum venissent n.* 75.*de Iud. Crot. in d c.cum dilectus.*

45 Quod vero cum causa possit, patet ex Concil. Aquisgran. *sup.cit.loc.* Ratio est, quia hæc donatio & translatio non excedit ipsius Pontificis potestatem, eiusque potestatis plenitudinem, nec rationabilis defuncti voluntas reluctatur. Nam publicæ utilitati & necessitati privatorum commoda & voluntates cedunt seseque accommodant, quod publica commoda privatis sint præferenda *l.*1.C.*de primipil. l* 12 *Factionis §. Labeo ff pro Socio c. bonæ* 1. *de postul. prælat.* Vid. Rom. *cons.*345. Andr.de Isernia *in usib. feud.in cap. quæ sunt regalia num.*16 *& de Capitulis Corradi num.*32 *&* 34.*ibique addit. marginal.* Abb. *in cap illa quotidiana de elect.* Felin *in c.cum inter n.*7. *de except.* Alber.de Rosat.*in repert.* Paris.*cons* 6.*num* 10.51.52. *vol.*2.*& cons.* 10 *num.*200.201.*eod vol.cons.*24 *num* 12.*vol.*4. Curt.Sen.*cons.*20. Collectar. *in c.venerabilem quifil.sint legitimi & ibi* Præpos §.*quod autem modo.num.* 146.*& seq.* Fel.*in c causam quæ.de rescript.* Beroj. *in d.c.cum venissent num.* 25.*de jud.*

Atqui posito, non concesso, quòd à testatore vel à fundatore huius loci institutis monachis incolis cæteri exteri aliorũ locorũ monachi substituantur

46 vel etiã institutio sit facta intuitu & contẽplatione alicuius totius Religionis seu Ordinis religiosi, adhuc tamen tota ea religio vel religiosus Ordo respectu universalis Ecclesiæ eiusq; necessitatis vel utilitatis habetur tanquã persona aliqua privata, imaginata *arg l. nihil interest.* 15.*ff ad Sc. Maced. & text in l. Eũ qui vectigal.ff de V S.* ubi civitas respectu superioris aut maioris cõmunitatis habetur tãquã privata. Igitur posito casu q̃ à testatore vel fũdatore Monachis incolis institutis mortuis cæteri exteri sint substituti, vel institutio sit facta cõtẽplatione totius religionis, hęc tamẽ in casu necessitatis vel utilitatis publicæ Ecclesiæ universalis cedere debebit. Huc facit q̃ nemo privatus

facere possit, quo minus leges in suo testamento locum habeant *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1.* Leges autem Canonicæ propter necessitatem vel utilitatem publicam Ecclesiæ permittunt hujusmodi legatorum conversionem in alios usus pios *d. c. 18. Concil Aquisgran II. d. Clem. quia contingit de rel. dom.*

Quin eodem facit declaratio Cardinalium, quæ Monasteria Monialium docet authoritate Papæ causâ legitimâ intercedente uniri posse apud Zerol. *prax. Episcop. verb. unio ad 7. dubio. 5. Vid. ibid & remissiones lit. S. ad Concil. Trid. sess 21. de reform. c. 5.* 47

F. Romanus *allegat, 134 & 135. ait, quod non bona fide tam Zerola,* 48 Comment. Heyan.
quam Declaratio Cardinalium citetur. *Nam utrique loquuntur de Unione Monasteriorum Monialium INTER SE facienda, quando nimirum unum Monasterium ALTERI MONASTERIO SIMILI, non autem alteri Ordini vel seminario unitur, quæ duo totis cœlorum polis inter se differunt.* Ac subjungendo asserit, *se dare verba Zerolæ d* dub. 5. sed cave Lector, quia ab eodem suo Glossemate falsificantur, Ipse F. Romanus, verba hoc modo recitat. *An Episcopus possit unire Monasterium Monialium.* (addit *F. Romanus hic textum falsificando NB.* SUBINTELLIGE ALTERI MONIALIUM) *cum subsit causa? Sacra Congregatio* declaratione 221. *negative censuit. nisi authoritate summi Pontificis.*

Deinde recitat *Zerol.* part 2. verb. Vnione dub. 4. unio inquientem, Monasteriorum Monialium quomodo sit facienda? Respondetur ex sacræ Congregationis declaratione 191. in meis in hæc verba, VNIO MONASTERIORUM *monialium est facienda cum subest aliqua causa legitima, accedente ad id authoritate* Papæ Tum *d. p. 2. verb. Translatio* ita loquentem *Translatio Monasterii Monialium, cui imminet scandalum, est facienda ad aliud Monasterium, ejusdem Ordinis, nec reditus Monasterii translati sunt applicandi seminario,* sed uniendi Monasterio, in quod translatum fuit, licet aliunde non possit provideri *dicto seminario.* Sacra Congregatio *declarat. 106 in meis.* & ita censeri debet in Monasterio virorum translato, ubi per Bullam Pii V non possunt commorari duodecim Regulares Hucusque Zerol. 49 50

Subjicit F. Romanus has Cardinalium declarationes loqui de unione Monasteriorum Monialium inter se facienda, inde patere, quod hoc modo declarent *caput. 5 sess. 24* de Regular. Concil. Trid. ubi *sic disponitur; Quia monasteria sanctimonialium extra mœnia urbis vel oppidi constituta, maloru hominu prædæ & aliis facinoribus, sine ulla sæpe custodia sunt exposita,* CURENT EPISCOPI *& alii superiores, si ita videbitur expedire: ut sanctimoniales ex iis ad nova vel antiqua monasteria intra urbes vel oppida frequentia reducătur. Videătur sup dictæ declarationes eodē c* 5. subjūctæ n. 9. 10. 11. 12. & 13 ex editio- 51

& editione Coloniensi *sumptib. Antonii Hierathi sub signo Gryphi* Anno 1621 fol.548.Hæc ipse

At respondetur,quod primæ duæ declarationes apud Zerolam nō lo-
52 quantur de unione monasteriorum monialium homogeneâ inter se facien-
Dissentiuntur. dâ,quemadmodum F.Romanus illis falso affinxit ; quare illas ego juxta Gregorium Tholosanum *de instit Rei beneficiar.c.20.n.14.causa* 10 & Gonzal.*in Reg.8.cancellar glo.5.§.7.num.47.48.49 item num.65.& seqq.* de unione heterogeneâ, seu de unione monasteriorum monialium seminario vel Collegio pro juventutis institutione faciendâ,eò quod expressa in *ultima Declaratione* seminarii fiat mentio,& in istis unionibus requiratur causa,& summi pontificis authoritas, quæ non requireretur , si duo monasteria monialium inter se ex causa unirentur ; tunc enim sufficeret Episcopi authoritas. *per cap.sicut unire. de Excess. Prælat. ibique* Can. *cap. 5.sess.25.Conc.Trid.de reform.* Deinde alia est Declaratio Cardinalium,in qua agitur de translatione monialium ad aliud monasterium propter vitanda pericula,quam nec ego nec ullus nostrum pro hac nostra propositione citavimus.

53 Neque obstat,quod *primæ duæ Declarationes* Cardinalium apud Zerolam utantur verbo pluralis numeri *monasteriorum monialium* ; quia nomina pluralis numeri non collectivè sed distributivè in jure accipi solent *ex sæpe cit.* Anchar. *in cap.ult.num. 4. de Capell.monach. & ibi* Host. Ioan Andr.Butr.Card.Zabarell.ut sit sensus *& hoc,& illud, & istud monasterium monialium uniri poterit*,videlicet secundum Tholosanum & Gonzal.*sup.cit.loc.* seminario &c Cum illæ *duæ primæ Declarationes* subiiciantur *sess.21.cap 5 de Reform. Conc.Trid* ubi etiam de heterogeneis agitur unionibus;Vnde perperam à F.Romano *ad cap.5 sess.29.(pro qua malè citaverat sess. 24.ut palā est)* Cōcil. *Trid de Reform.*licet eò spectet ultima ex Ze-
54 rola Declaratio *Cardinalium de translatione Monialium* allegata.Neque in contrarium curanda est editio Coloniensis Hieratica , Cum authoritate Apostolicâ non sit confirmata,& pluribus aliis erroribus subiaceat; ut proinde ex illa editione nihil solidi argui, illudque replicari possit, quod de compilatione appendicis Conc.Lateranensis fuit supra obmotum.

55 Atque hinc relinquitur, quod rectè à me Cardinalium Declarationes & Zerola fuerint allegati, quodque per F. Romanum Declarationes Cardinalium in Concilium *Trid.* non ut ipse asserebat , elucidentur, sed ex Sole ad tenebras obscurissimi ingenij F. Romani violenter detrudantur.

§.V.

§. V.

Quærebam 2. Qua potestate Pontifex ejusmodi Monasteria aliis alterius Ordinis religiosis conferre posset.

Et. *Respondebam*, id Ordinariâ suâ potestate posse. *Probabam.* 1. quia quando Pontifex de jure communi mutat ultimas testatorum voluntates, ex quibus necdum est jus in re seu dominium aliis in testamento institutis aut substitutis acquisitum juxta Dd. omnes in *Clem. quia contingit. de rel. dom.* & ibi glo. *verb salva sedis Apostolicæ auctoritate*, & ipsum F. Romanum *quæst. 3. num. 5. §. quocirca*, seu quando in translatione alicujus rei alicui non aufert jus plene acquisitum seu dominium, sed tātum aliquod jus ad rem, tunc in mutatione & translatione, ordinaria tantum utitur potestate. Petr. de Petr. *de potest. princ. c. 30. num. 1. & seqq.* Faciunt eò tradita à Card. Lugo *tom. 2. de jure & just disp. 24. sect. 13. num. 312.* August. Beroi. *in c. cum tu nu. 1. de usuris.* 56

Atqui in casu, quo mortuis hujus loci Monachis incolis cæteri exteri aliorum Monasteriorum Monachi fideicommissarii necdum sunt reipsa substituti, in emortuo monasterio Pontifex monasterium emortuum familiæ certæ fundatum, ex causa transferens in alios alterius Ordinis religiosos, non aufert substitutis illud jus plenè quæsitum seu dominium, sed tantum ex causa jus aliquod ad rem; cum per substitutionem actualem prius illud dominium substitutis sit acquirendum, *ut sup. in resolutione q. 2.* demonstratum est. 57

Igitur casu, quo mortuis hujus monasterii monachis cæteri exteri aliorum Monasteriorum, fideicommissarii necdum sunt reipsa substituti, Pontifex emortuum Monasterium certæ familiæ fundatum transfert ex causa in alios alterius Ordinis religiosos, Ordinaria utitur potestate.

Confirmabam ex Angel. de Perusio *in l. si testamenta C. de testam.* ubi ait, *Papa non potest per suas litteras in alium usum convertere pia legata de potestate Ordinaria nisi justa causa subsit.* Ergo à contrario, quando justa suberit causa, Pontifex de potestate Ordinaria poterit pia legata in alium usum Ecclesiæ utiliorem convertere. 58

Probabam 2 ex *Clem. 2. quia contingit de rel. dom.* ubi glo. *in verb. salva quidē sedis Apostolicæ auctoritate*, vult eādē, quâ juxta *c. quod translatione de off. legat.* (pro quo erronce impressum *c. quia translationem de off delegat.* & sic cessat *allegat.* 130.) fiunt uniones Episcopatuum potestate, legatum pium ad alium usum pium ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ à Pontifice converti. Atqui uniones Episcopatuum fiunt Ordinaria Pontificis potestate *c. sicut unire. de excess. prælat.* ubi ponitur particula ITA, quæ arguit *paritatem* in genere suo *Garc. de benef. part. 12. cap. 2. numer. 62.* Igitur 59

legatum vel donatio facta in unum usum pium poterit potestate Pontificis Ordinaria in alium usum pium ob Ecclesiæ utilitatem vel necessitatem converti, cui tanquam bono publico privata legantis vel donantis prohibitio posthabebitur.

60 *Comment. Hayan.* F. Romanus ordine inverso nim. *allegat.* 334. *&* 335. *& allegat.* 129 *alleg.* 214. 224. hanc doctrinã variis modis oppugnat. Imprimis *allegat* 334. *&* 335. dicit, *quod ego ipsum non bene citarim, quasi ibi docuisset summũ Pontificem Ordinaria tantùm uti potestate, quando in translationibus Monasteriorum mutat ultimas testatorum voluntates, ex quibus necdum est jus in re seu dominium aliis in testamento institutis aut substitutis acquisitũ, juxta Dd omnes, quod ipsi & Dd. omnibus hoc loco imponatur. Neque enim verũ est,* inquit, *quod omnes Dd. ita sentiant, Cum plures & meliores sint in contrarium. quin nec apud ipsum F. Romanum cit.* loc. *talis doctrina reperitur, imo contraria, quando ex Petr. Anton. de Petr.* tract. de potest. princ. c. 8. num. 20. *banc sententiam expresse exscripsit.* Non potest princeps de potestate Ordinariâ alterare ultimas voluntates. Et. q. 3. n. 3. §. circa, *adhuc fusius: ubi ex Emanuele Rodriquez.* tom. 2. qq. regular. q. 129. nu. 9. *banc sententiam attulit,* solus Papa potest ultimam testatoris voluntatem alterare, ut dicitur in jure, quod non facit potestate Ordinaria, sed de plenitudine potestatis; quæ commutatio fieri non potest nisi adsit justa causa. *Quibus locis nec Rodericius nec Petra distinguit inter jus acquisitum ad rem vel in re, quia utrumq; de jure gentiũ est heredi vel legatario acquisitũ: Vbi autẽ lex vel* Dd. *non distinguunt, ibi nec nos. Videantur* allegat. 129. 131. *de quibus paulo post.* 338. de qua in q. 6. c. 1. n. 14. & 398. de qua quæst. 6. c. 2. num. 19. *Tacere se dicit F. Romanus, nullum destiturum monasterium à me posse digito monstrari, in quo religiosus Ordo jam olim non obtinuerit jus in re. Reliqua ibidem apud F. Romanum relata nugatoria sunt relatu indigna.*

61 *Allegat. vero* 129 *perhibet, quod ego Petrum Anton.* de Petr. lib. de potest. princ. c. 30. nu. 1. & seqq. *ajam docuisse, quando princeps in translatione alicuius rei, alicui non aufert jus plene acquisitum seu dominium, sed tantum aliquod jus ad rem, tunc in transmutatione & translatione,* Ordinaria *tantum uti potestate. Verba autem Petræ* cit. n. 1. sint hæc. Decimo limitatur sup. dicta conclusio respectu juris plene nondum & perfecte quæsiti, illud enim per principem tolli potest Sine causa, *ubi Petrus hic non facit mentionem de principis potestate Ordinaria vel absoluta. 2. mala est Petræ ad Monasteria facta applicatio, quandoquidem religiosi S. Benedicti ex prima fundatione* jus habent *plene quæsitum in Monasteriis sibi fundatis, non secus ac habent in feudis ex prima investitura* OMNES DESCENDENTES PRIMI ACQVIRENTIS. *3. inepte fiat hæc allegatio à me. Nam Petra* cit. num. 1. & seqq. *refert non suam, sed aliorum sententiam & obiectionem, à quibus ipse postea recedit,* num. 10. & seqq. *concludendo* contrarium: sic est inquiens, quod istud jus adeundi sive delatum sit ex causa testati sive ex causa intestati, semper dicitur quæsitum de jure Gentium,

tium, ergo sine causa auferri posse non *videtur*. Et quod istud jus delatæ hæreditatis licet non sit omnino & perfectè quæsitum, tamen sit considerabile in hac materia, patet à fortiori per ea, quæ dicemus in d. 7. exemplo, eò quod jus fuit quæsitum ex testamento, quod est de jure gentium. *Et n. 25. ait* jus in spe (*sive ad rem*) tolli posse per Principem de potestate absoluta. *Ergo à contrario non de Ordinaria juxta me* qu. 5. Astri Eclips. c.un. n.2. in fin. *Rursum Petra* n.28. *ibidem asserit*, Principem de plenitudine potestatis, nedum posse præjudicare juri alicui quæsito sed etiam id facere posse, sine citatione ipsius. *Quibus ex verbis ego cognoscere potuissem.* Petram *non agnoscere in ullo Principe plenitudinem potestatis legitimam, veluti, quæ neque legi humanæ positivæ neque naturali, neq. divinæ se conformet*, *ut clarius* explicare se dicit F. Romanus *allegat.* 398. quam vide *in resolut. quæst. 6. c. 2 n. 19. Reliqua quæ ibidem de ficu ex arido saxo fructum ferente subiiciuntur*, quomodo huc applicari queant, nullus est, qui videat. *Potestatis plenitudo qualis apud F. Romanũ intelligatur.*

62 Porrò *allegat.* 214. dicit, quod *allegem Angelum, cuius verba formalia sint hæc.* Legata ad certos pios usus Papa non potest per suas literas in alterum usum convertere. Et est verum de potestate Ordinaria, salvo ubi justa causa subsit, puta quia usus deputatus non potest perfici vel non commodè. Ex potestate verò absoluta potest, *intellige, adiicit ibidem F Romanus, etiam absque ulla causa. Vnde apparet potestatem Pontificiam Ordinariam & absolutam aliter accipi in sententia Angeli, quam ego accipiam in* Astri Eclipsi, *ut videre est* allegat. 133. de qua ego agam paulo post sub *hoc eod.* §. 5.) d. allegat. 334. (quam hic paulò antè recitavi) *& allegat.* 389. (de qua in resolut. qu 6 c. 2. nu. 19. videbitur) *adeoque ut concludit F. Romanus, impertinens est allegatio Angeli, qui cum Covarruvia illam duntaxat nominat & agnoscit potestatem absolutam in Principe, quæ sine justa causa procedit, adeoque nec humano nec naturali, nec divino jure vult alligari, quam Rebuffus & alii* Tyrannicam & diabolicam *nominant, qualem ego summo Pontifici utique non attribuam. Proinde hæc allegatio Angeli ab Angelo bono non videtur mihi inspirata fuisse.* &c. Hæc ibi.

63 Demum *allegat* 214. dicit, *quod ego allegem Garziam* de beneficiis part. 12. c. 2. n. 60. *quasi doceret particulam ITA arguere paritatem in genere suo De hac particula statuâ taciturnior ib est Garzias. Cujus hæc duntaxat verba decisiva ibidem inveniuntur.* Ad quartum dicendum est, solum Papam posse unire Episcopatus. *Nimio complexu parum ego stringam* &c. Hactenus F. Romanus.

Qui in principio lectorem fallacia *compositionis* eorum decipit, quæ ego in sensu *diviso* proposueram; Nim. 1. quod *Pontifex de jure communi mutare possit ultimas testatorum voluntates, ex quibus necdum est ius in re seu dominium aliis in testamento institutis vel substitutis acquisitum.* 2. quod mutatio ejusmodi ultimarum voluntatum fiat ordinaria & non absoluta Pontificis potestate. Pro *priori* propositione vel membro allegaram F Romanum *d. q. 2. n. 5* §. Quocirca, ubi dicit ex Navarr. Zabarell. & aliorum nonnullorũ (do- *Discutiuntur.* 64

centium *dominium ejusmodi bonorum pertinere ad Ecclesiam universalem; Prælatos autem & Congregationes particulares esse meros administratores vel usufructuarios*) opinione, sequi summum Pontificem pro libitu suo posse bona Ecclesiastica uni congregationi auferre & validè dare alteri, etiam nulla supposita causa rationabili: quia cum puri administratores & usufructuarii non habeant jus rei seu dominium directum, nihil rei ipsis auferri potest.

65 *Ex alia* verò sententia & communi Dd. à se approbata, (*quod cætus Ecclesiasticorum cujusque Ecclesia habeat verum dominium bonorum suæ Ecclesiæ, sicuti & Conventus Monachorum bonorum Monasterii*) sequi, quod licet Privilegium sit solius Papæ sive Principis aliquem suo jure privare, *9. quæst. 3. c. nunc vero & 1 quæst. 1. c. per principalem* ut ait Archid. *16. qu. 1. c. cum pro utilitate* tamen ut ibidem pluribus declarat sine causa non possit alium suo jure privare. Vnde *à contrario* inferretur, quod Papa & Princeps cum causa possint aliũ suo jure privare. Idq; in *d. Clem. quia contingit*, asserunt communiter Dd. *ib.* glo. *in verb. sedis Apostolicæ*. Barbos. *num. 12. 13.* Anchar. *n. 2. per l. legatam. ff. de administr. rer. ad civit. pertinent.* Vivian. Bonif. de Vitalin. *num. 17.* Abb. *num. 3.* Ioan. de Imol. *num. 2* Card. Zabarell. *in princ. num. 4.* prout apud eosdem videre est; neque enim omnia verba à me transcribi possunt, nisi aliquot volumina consarcinare vellem. Sufficit mihi communia indigitasse, ubi ab omnibus videri & legi possint.

66 Hinc patet 1. talem doctrinam apud F. Romanum *cit. à me loco* reperiri 2. F. Romani assertum, quasi communiter Dd. teneant contrarium, esse falsum.

67 3. Objectum à F. Romano Petr. Anton. de Petr. *cit. tract. c. 8. n. 20.* quod Princeps non possit de potestate Ordinariâ alterare ultimas voluntates, impertinenter ad propositionem meam 1. allegari.

68 Quod si verò contra alteram propositionem à F. Romano allegetur, iterum nihil contra me facit; quia ego non dico, *absolutè* (prout hic allegatur Petrus de Petra) quod Pontifex de Ordinaria potestate possit ultimas testatorum voluntates mutare, sed limitatè, nim. quod Pontifex, *cum justa* subest *causa*, possit alterare ultimas testatorum voluntates, & quidem quando aliis needum plene & perfectè jus est quæsitum, adeoque quando jus ad rem duntaxat habent. Ita enim Petrus Anton. de Petra *in tract. de potest. princip. cap. 30. num. 1.* ait *Decimo limitatur supradicta Conclusio* (NB. Sequentia verba à F. Romano omissa) *respectu juris Plene nondum & perfectè quæsiti; illud enim per principem tolli potest sine causa.* Et subjungit ibid. Petr. *Quæ in re aliqua etiam possunt exempla constitui, Et primum de Privilegiis & dispositionibus Principum 2. de jure adeundi, quod post mortem testatoris vel ejus, de cujus bonis agitur, delatum est ad hæredem ex testamento, quod de potestate absoluta ante aditam hæreditatem possit tolli per principem sine causa.* Secundum ibi allegata Dd. à quorum tamen sententia ipse

n. 9 &

n.9.& 10.& seqq. abit. 3. exemplum *n.20.* adducit de agnato proximo repudiante & pænitente antequam alii agnati adeant. 4. exemplum ponit de jure ex electione ante acceptationem orto, quod possit revocari *numer. 21.&c.*

Ex quibus patet, quam malâ fide agat F. Romanus 1. quod pro limitatione principali à Petro *cit. loc.* allata substituerit & supposuerit mihi secundum exemplum ibidem propositum, & quidem primam eius opinionem; cum ego nec exemplum, multo minus *primam* opinionem allegarim, nec unquam probarim. Videtur autem illud supposuisse, quia cum non haberet quod ad rem responderet, aliò confugit, quod ibi, non verò à me pro exemplo proponebatur & refutabatur. Ita F. Romanus cum umbris pugnat. 69

An nescit F. Romanus aliud esse exceptionem, aliud exceptionis exemplum & quidem controversum, utrum spectet ad exceptionem.

2. Quod assertum F. Romani quasi Petra hic inter jus ad rem seu non plene & perfecte & jus plenè vel in re quæsitum non distingueret, plane 70 sit falsum ipsiusque Petræ textui *à me citato* repugnet.

3. Quod licet Petrus in *in ipsa limitatione* non directè & *formaliter* & expresse potestatis Ordinariæ Pontificis, *indirectò* tamen & *Virtualiter* meminerit, absolutam Pontificis potestatem hic tradens eam esse, qua sine causa jus alteri non plenè nec perfectè quæsitum auferre possit, unde cum absoluta Pontificis potestas & eiusdem ordinaria, qua cum vel sine causa aufer- 71 re possit, sibi invicẽ opponantur, insuper oppositorum opposita sit consequentia, *l. & si contra de vulgar. l. pen. C. de solut. l. fin. §. final. ff. de legat.* 3. sequitur, quod secundum Petram absolutæ potestati pontificis opposita potestas ordinaria sit ea, qua cum causa possit pontifex alicui jus non plenè nec perfectè quæsitũ auferre. In quo ego cum Petro Antonio de Petra cõvenio, illudque hic trado cum Angel. *in l. si testamenti C. de testam.* ubi ita potestatẽ Pontificis ordinariã ab absoluta distinguit, quod hæc etiam *sine causa*; illa *cum causa* possit legata ad unos pios usus in alterum usum convertere. Nam licet dicat, quod Pontifex *ordinaria potestate* absolutè id nequeat, tamẽ excipiendo ab illa regula dicit, quod possit, scilicet ordinaria potestate, ubi justa causa subest. Nam exceptio debet esse de regula, cujus est Exceptio. Barbos, *Axiom. exceptio 85. n. 6. per l. nam quod Liquide §. fin. ff. de pen. legat.* proinde cum hæc Exceptio, quod Pontifex legata pia in alium usum convertere possit, ubi justa causa subest, excipiatur per particulã *Salvo*, à regula ista ordinariæ potestatis, quod nec possit ordinaria potestate absolutè id facere, sequitur, quod etiam exceptio de Ordinaria loquatur potestate. Quod vero particula *(salvo)* contineat & dicat exceptionem, patet ex traditis per Barbos. in Clausula *salvo quod* 141. *n.* 1. Signorol. Homod. *cons.* 75. *n.* 8. *vers. sed advocatus.* Anchar. *cons.* 27. *n.* 5. *&* 6.

72 F Romanus autem more suo ab *ordinaria potestate*, de quâ hîc quæritur, ad absolutam delabitur, prout ea à Petro *loc. cit.* describitur, eamque tanquam juri divino ac naturali contrariam, *tyrannicam ac diabolicam* exclamat. Sed bonus F. Romanus non videtur Petrum intellexisse.

73 Quin, posito non concesso, quod in descriptione *potestatis absolutæ* errasset, nihil ea contra me faceret; neque enim hic de *potestatis absolutæ* definitione disputat, ut proinde frustra exadversum allegetur.

74 Quod verò contra opponit ex Emanuele Rodriq. *tom. 2. qq regular. q. 126 n. 9.* patet similiter, illud nihil contra nos facere, quia ipse, ut palam est, potestatem ordinariam opponit *plenitudini potestatis*, ideoque longe aliter, quam ego cum Dd. potestatem ordinariam, accipiat; quia ego *plenitudinem* potestatis dico aliam *Ordinariam* esse juri conformem, prout mecum definit Sanchez *lib. 4. moral. consf. cap. 2. dub. 1. concl. 2. n. 5.* de qua etiam Zasius. *lib. 1. cons. 16. n. 15.*

Ad Rodriq. R.

75 Utendo verò illa potestate sua & jure scripto, non potest censeri ullum læsisse, nec vlli facere injuriam; Et nisi Papa hoc posset, multa capitula juris Canonici *Clem. 1. ut lit. penden. in fin. c. 1. de præb. in 6. c. ad audientiam. c. ex parte 1. cap. ex parte 2. cap. ex multiplici, c. dilecti c. nuper. de decim c. dudum de privil.* & alia quæ passim habentur, quibus religiosis privilegia exemptionis à jurisdictione Ordinariorum approbantur, forent iniqua, quod quidem dicere non tam nefandum esset, quàm hæreticum, vt colligitur

Potestas Pontificis Ordinaria quæ.

76 ex gloss. *in c. nemo. 19. q. 3. Zas. dic. loc.* aliam autem dico potestatē esse *extraordinariam*, & jus positivum transcendentem, seu ut Andr. de Isernia *in usib. feud. tit. quæ sint regalia §. Regalia sunt armand. in addit. 2. verb. vectigalia numer. 16.* ait, quam præter juris Ordinem exercet. de qua *infra*. Saltem hic noto, quod *plenitudo potestatis* qua Religiosi Ordines à jurisdictione Ordinariorum eximuntur, à nemine hactenus cum ratione, fuerit *absoluta* appellata.

Quæ extraordinaria.

77 Rodericus verò potestatem *Ordinariam* accipit, prout ea competit etiam aliis Episcopis superioribus vel inferioribus, per not. Erasmi Chokier *de jurisd. Ord. in exempt. part 1. q. 1 n. 9. 10.* Atque ita ego potestatem Ordinariam non accipio, prout ea inferioribus etiam, sed prout ea soli summo Pontifici competit, ab eaque exercetur secundum pelenitudinem potestatis *d. Clem. quia contingit de relig. dom & c. 6. q. 2. c. decreto. c. ad honorem. de auth. & usu pallii. not* Bald. *in l. rescripto col. 2. C. de precib. Imp. offer. & in rub. proam. decretal.*

78 Prætereo commentum, quod F Romanus dominium bonorum emortui Monasterii Ordini asserat, cum jam sæpius refutatum sit. *Vid. q. 2. Astr. Eclips. eiusque resolutionem*; quin etiam mirum est, quod ipse F. Romanus cū fundamentum à successione Sanguinis in feudalibus bonis petitū huc ad Monasteria applicari nō posse supra voluerit sustinere, sed impugnaverit,

rit, nunc eodem utatur. An ut ordine disturbato omnia confundat, vel alia de causa, parum refert. Saltem notandum est, quod ego hoc ipso argumento ipsius spem *in resolut. q* 3. everterim. Nam sicuti ex *ex prima investitura omnes descendentes sanguinis* primi *acquirentis*, non autem collaterales ad feudalia bona jus habent; ita ex *prima institutione* omnes primorum institutorum & acquirentium *descendentes per spiritualem generationem*, ad hujus Monasterii, in quo stabilitas loci promittitur, bona jus habent, non autẽ illius Monasterii quasi collaterales & fratres cæterorũ Monasteriorum ciusdem Ordinis, quod hi ab illis per spiritualiem generationem non descendant. 79

Vnde patet quam multifariam F. Romanus à janua aberret, ac in aere ingenti verborum strepitu sibi chimæras nusquam comparentes fingat ac refingat.

Denique quod ad Garziam *part. 12. cap. 2. n. 620.* (pro quo erronee impressus est *numer. 60.*) attinet, licet is non ipsam regulam meam, tamen ejus exemplum induhitatum retulit *ex c. sicut unire. de excess. prælat.* quod in *actu exercito* & reipsa exprimit regulam à me allegatam, prout particulæ (*sicut & ita*) arguunt, quæ dicunt *paritatem in eodem genere.* Videantur Everard. *in loc à par. maximè sub numer.* 3. & Andreas Gamma *lib. 2. dialectica legalis in loco à simili.* Gozadin. *cons. 8. n.* 18. 80 *Ad Garz.* 81

Vnde patet, quod similitudo & paritas *in d. c. sicut unire*, à potentia aliquid, nim. Vnionem faciendi in eodem genere desumatur Consequenter quando F. Romanus omnia alia recenset, ostendit ipse, se in jure eiusque regulis & verborum significationibus parum versatum, imo imperitum esse. Quare ne diutius eius ineptiis inhæream, ad alia progredior.

Hoc eodem §. 5.

Præmissa doctrina ex Decretali Innocentii III. Covarr. & F. Romano ipsomet confirmatur, & titulus Sanctissimi *Pontifici tribui solitus contra F. Romanum defenditur.*

Subjungebam Confirmationem ex *Epistola decretali S.* Innocentii Papæ III. ad *Massilienses & Agathon. Episcopos data pag.* (*mihi*) 429. atque ex Covarr. 2. *Resol 6. n. 8* tum ex ipsomet F. Romano *q. 7 n. 31.* petitam hoc inde proposito argumento.

Iure concessa potestas, *Ordinaria* dicitur Covarr. F. Roman. *d. loc.* Atqui potestas qua legatum uni usui pio destinatum, in alium usum pium, interveniente causa à summo Pontifice convertitur, est jure concessa *in d. Clem. quia contingit, & cit. decretali Innocentii Pontificis.* Igitur potestas, qua legatum uni usui pio destinatum in alium usum 82

pium

pium interveniente causa à summo Pontifice convertitur, dicetur *Ordinaria*, consequenter potestas, qua legatum aliquod usui Benedictinorum destinatum in alium usum pium Ecclesiæ pro hoc tempore utiliorem interveniente justa causa à summo Pontifice convertetur, erit ordinaria.

83 Deinde idem ex eo *confirmabam* quod Pontifex ordinaria sua seu ei jure competente potestate possit ex justa causa ultimas testatorum voluntates mutare, etiamsi aliis ex iis dominium esset acquisitum, uti expresse sentit Francisc. Sarmient. *lib.1. select. ar. interpret. c.8. n.24. vers. Ex his intelliges per d. Clem quia contingit.*

Ergo multo magis poterit Pontifex ordinaria sua potestate ex justa causa variantibus circumstantiis ultimas testatorum voluntates in iis, in quibus needum dominium est acquisitum, in alios usus pios idque in utilitatem Ecclesiæ convertere.

84 *Commenta Hayan.* F. Romanus hic iterum *allegat.* 131.132.133. in multis aberrat, principio autem nihil respondet ad rem sed aliò divagatur, atq; *allegat.* 131. dicit *quod ego Innocentium III. Pont Max. plurimarum decretalium conditorem bis sub nomine Sancti allegem, utique majoris authoritatis mihi conciliandæ causa, quem tamen sicuti constat in reformandis depravatis fidelium moribus & gubernanda Ecclesia Catholica Zelosissimum Pontificem fuisse; ita non meminit ipse eundem hactenus canonizatum fuisse præterquam à me. Qui quo ducendus sim, quod nondum Canonizatum contra summorum Pontificum decreta Sanctum proclamare præsumpserim, docel or ex Curia Romana, ubi me præ foribus expectat, Ioannes Eusebius Nierenbergensis Hispanus pariter è Societ. Iesu, qui in vita S. Ignatii Hispanice impressa Madriti & Cæsaraugustæ anno.* 1631 *Canisium, Fabrum, Oviedam, Anchietam, Azebedum, Gault. erez aliosque nostræ Societatis optimos & multa virtute conspicuos viros passim Sanctos vocat, quæ omnia ipsimet Sanctæ Inquisitionis tribunali examinanda relinquit.*

85 *Discutiuntur.* Itane verò F. Romane? scribo ego literã S. Ergo dico, Sanctus; Annon in Pontifice per S. potest signari summus, supremus Pontifex vel Sanctissimus vel etiam Sacratissimus. Annon inscribitur Imperator. S. C. M. id est, Sacra Cæsarea Majestas? Ecquis tibi revelavit, quod ego litera S. Sanctum denotem? Quin posito, quod ego per literam S. Sanctum denotarim, Num propterea tibi reus peragar? sed quo titulo? Num omnes S. E. R. *Cardinales S. Rotæ* Auditores Apostolicos abbreviatores &c. quod suæ sanctitatis nomini præmittant literam S: qua Sanctum aut Sanctissimum Domnum nostrum designant, in inquisitione aliqua criminis reos perages, quasi summum Pontificem contra Bullam aliquam Apostolicam in Sanctorum numerum retulerint & Canonizarint? *Defenditur titulus Pontificis Sanctissimi.* Num tibi omnes Romanæ curiæ judices, qui libellos supplices, in quibus S. P. *Sanctissime pater* scriptum legitur, ad inquisitionẽ sunt trahendi? Næ tuo judicio, dignus es, qui inquisitioni sistaris, quod F. Bartholomæum de Martyribus Archi-Episcopum

Braca-

Bracarensem à sede Apostolica nequaquam canonizatum litera S. notatũ sine ulla prævia protestatione *in andais n. 116. pag. 553.* quia ipsius sanctitatem designas, ut adjuncta tua ibid. *verba* insinuant, itaque ipsum in Sanctorum album inscribis ac canonizas. *Ecquis vero tibi revelavit*, quod ego literula S. Sanctum intelligam, qui & authoritate publicâ Sedis Apostolicæ canonizatus, & in sanctorum numerum seu album sit relatus; 86
Non omnes, qui privatim aliquem nomine *Sancti* dignum judicant, etiam dicunt illum publica authoritate Sedis Apostolicæ sanctum pronunciatum & canonizatum esse. Annon Alphonsus Ciaconius in *vitis & gestis summorum Pontificum Romæ Anno* 1601. *etiam cum privilegio summi Pontificis Clementis VIII. 13. Decemb. Anno* 1597. *dato* impressus de hoc ipso summmo Pontifice Innocentio III. ita inter alia scribit. *Ipsius Innocentii III. vita sic posteris probata fuit, sic denique ab eo gesta omnibus placuerunt, ut bonum nihil plane unquam fuerit mutatum, fuit denique is Pontifex in quovis vitæ genere probatissimus, dignusq; qui inter Sanctos Pontifices referatur.* Num tibi Ciaconius, num Clemens Papa ad inquisitionem deferendi videbuntur. Certe non videris Constitutionem *S. D. N. Vrbani Papæ VIII. 5. Ian. Anni.* 1641. legisse, nedum intellexisse, quâ *Sanctissimus* declararat, ut non admittantur elogia Sancti, vel beati absolutè, & quæ cadunt super personam, bene tamẽ ea, quæ cadunt supra mores & opinionem cum protestatione in principio, quod iis nulla adhibenda sit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes authorem.

87 *Ioannes Nirenbergius defenditur.*

Atq; hinc etiam nullo negocio dissolvitur, quod contra *nostrum P. Ioannem Nirenbergium* obijcis, ubi quæso illos tuo etiam judicio conspicuos virtutibus viros dicis auctoritate publica Ecclesiæ vel Sedis Apostolicæ esse *Sanctos* declaratos, quos ipse nonnisi sua fide virtutibus illustres & Sanctos existimavit.

Erudiendus hic erit F. Romanus, qui summoPontifici titulum *Sancti* negat, & stupendus est stupor illius, ut cum Raynaudo in OnomasticoPontificis loquar, & nonnullorum, quos obiter perstringit Bozius *lib. 20. de signis Ecclesiæ c. 5.* negantium olim Pontificem Romanum hoc titulo fuisse decoratum. Cum nihil frequentius occurrat in quibusvis antiquorum sive Patrum sive Conciliorum ad Romanos Pontifices *Epistolis*, quam is *titulus*. Summus Pontifex vocatur *Sãctus* à sanctitate muneris quod gerit, Ex quo fit, ut quantumvis improbus sit, qui succedit S. Petro in eo munere, tamen non excidat veri & legitimi Pontificis gradu, si cætera non desint. Vid. ea de re Egbert. *serm. 10. adversf. Catharos.* Ignatius Bravius *lib. de Etymologia nominis* Papa *c. 13.* idem esse ait, quod vulgo dicitur *Pater Sanctus*, ac quod olim dicebatur *Pater patratus*, quia *patrare* verbum antiquum idem sonat ac *sancire*, 89
ut notant Fenestella *lib. de Sacerdot. Rom. c. 10.* & Wolfgang. Lazius *lib. 3. comment. Reip. Rom. c. 15.* Sicut ergo *caput Facialium*, quorum erat fæderibus

sanciendis dare operam Pater *patratus* sive *pater sanctus* appellatur, ita nunc apud Christianos, qui invigilat in fœdera ac pacem Christianorum *Pater Sanctus* appellatur, quasi inter nos *pater patratus*, cui quod & anteriora & futura spectanda sint, teste Plutarcho in *problematis*.

90 Alii ab Ethnicis hanc denominationem *Patris sancti* accipiunt, ita ut idem sonet quod *Patrem sanctum & sacrum* atque *nullatenus violandum* & quodammodo divinum. Ita apud Vopiscum Florianus Imperator *Pater Sanctus* appellatus, indeq; ortum, quod Marcianus *IC. L. 8 ff. de rer. divis. Sancta* ait dicta, quæ ab injuria hominũ defensa atq; munita sunt, quæ ad Deum attinent, unde perfugium tutum præstant omnibus, ita ut inde abripi aliquem, vel ibi injuriam pati nefas habeatur. Inde Theophilus *IC. in l. sanctum est. ff. de rer. divis. sanctum* pro honorando & veneratione digno accipit, quæ omnia nullo negocio Romano Pontifici accommodare licet. Sed illud maximè, quod recitat Pausanias *in Laconicis* de ara Augusti loquens, ubi Cognomen *Augusti* idem plane sonare dicit, quod Græcorum lingua Σέβαςος id est *Sanctus* ac ipsa quasi numinis cuiusdam Majestate colendus.

91 Annon qui conversatione sua proba alios ædificant, aut peculiariter cultui divino hîc in terris dedicati sunt, etiam in Sacris scripturis *Sancti* appellantur Levit. *21. 6. ideo Sancti erunt Deo suo Num. 15. 40. sintque Sancti Deo suo Esdr. 8. 28. dixi eis vos sancti Domini & vasa Sancta* Psal. 15. vers. 3. *Sanctis qui sunt in terra eius mirificavit omnes voluntates meas in eis.* Marci 6. 20. *Herodes enim metuebat Ioannem sciens eum virum iustum, &* Sanctum Act. 9. 13. *Audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit* Sanctis *tuis in Ierusalem*, & *ibid. vers.* 41. *& cum Dei vocatis*, Sanctis, *gratia vobis & pax.* & Rom. 12. 13. *necessitatibus* Sanctorum *communicantes.* Rom. 15. 25 *nunc igitur proficiscatur in Ierusalem ministrare* Sanctis. 1 *Cor.* 1. 2. *Sanctificatis in Christo Iesu vocatis* Sanctis *cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi.* 1. Cor. 16. 1. *de collectis autem, quæ fiunt in* Sanctis *sicut ordinavi Ecclesiis gratiæ, ita & vos facite* Ephes. 3. 8. *mihi* Sanctorum *minimo data est gratia hæc, in Gentibus evangelizare.* Philipp. 4 21. *Salutate omnem* Sanctum *in Christo Iesu v. 22. salutant vos omnes* Sancti, *maximè autem qui de Cæsaris domo sunt.* 1. Tim. 5. 10. *si* Sanctorum *pedes lavit.* 1. Petri. 1. 15. *in omni conversatione* Sancti *sitis.* Apoc. 13. 10. *hæc est patientia, & fides* Sanctorum. Apoc. 20. 6 *beatus, &* Sanctus, *qui habet partem in resurrectione prima.*

92 Annon Angelicus Doctor D. Thomas de Aquino Sanctum Bonaventuram invisurus cum intelligeret, ipsum Patriarchæ sui Seraphici S. *Francisci* Assisinatis vitam conscribere, dixit. *sinite sanctum sancti vitam conscribere.*

Num

Num F. Romanus cum Deo ipso eiusque sanctis Moyse, Esdra, Davide, Petro, Paulo, Ioanne, Luca, Marco, Thoma Aquinate judicio volet contendere, eosque ad inquisitionem vocare? Impia sanè hæc foret cogitatio. Sed quid ego pluribus F. Romani nugis nihil ad rem nostram pertinentibus immoror? Interim vides benevole lector, quam F. Romanus ubique exerret, atque undique occasionem cavillandi traducendique quærat. 93

Nunc etiam videamus, quid tandem F. Romanus ad propositum meum *hoc n.5.* syllogismum ordine inverso respondeat. 94

Allegat. 133. ad meam *Majorem*, quod jure concessa potestas sit & dicatur Ordinaria Covarr. *3. Resol. 6. numer. 8.* F. Romanus *quæst. 7. numer.* 31. præter verba amara respondet *confitendo*, *quod ipse* quæst. 7. numer. 31. *adduxerit pro Abbatibus illud dictum Panorm.* in c. in singulis numer. 3. de stat. Monach. *Iurisdictio, quæ datur à lege (seu à Canone ut loquitur Innoc.* in ca. cum Ecclesiarum de off. Ord.) *est ordinaria per legem, cum Pan. & aliis intelligendo positivam humanam. Quod dictum solummodo locum habet in iis personis, quæ legi seu Canoni subjectæ sunt; hæ enim jurisdictionem à lege accipiunt: Princeps autem, qui legis conditor est, legi non subditur, nec à lege, quam condidit, jurisdictionem accipit.* *Comment. Hayan.*

Hic jam ego inspecto obiter Covarruvia eandem regulam ad summum Principem seu Pontificem extendam, dicendo. Iure concessa potestas Ordinaria dicitur. Covarr. *d.l. Atqui potestas, qua legatum ad unum usum pium à Pontifice in alium pium utiliorem convertitur, est jure concessa, Igitur &c. Vbi vel hunc terminum* jure concessa *aliter accipiam in* Majori *& aliter in* Minori; *& sic erunt in syllogismo quatuor termini: vel accipiam in* Minori *sicut in* Majori, *adeoque in sensu citati Covarruviæ, extendendo significationem nominis* juris, *non solum* ad jus positivum, *ut nos F. Romanus facimus, sed etiam ad jus naturale ac divinum. Quo fundamento semel posito non remanebit in summo Pontifice potestas absoluta, sed plenitudo potestatis* NISI TYRANNICA, *id quod est contra me ipsum. Nam quicquid facit Papa legitime secundum Covarruviam, id facit per potestatem sibi concessam à lege seu jure humano vel divino, vel naturali, adeoque secundum istos quicquid facit, legitimè facit ex potestate ordinaria. Sed ipsummet Covarruviam audire* nos jubet.

Nam quod Princeps inquit *etiam derogando legibus humanis jure naturali, divino & humano facere valet, id ad ordinariam Principis potestatem pertinet, Iure siquidẽ concessa potestas ordinaria dicitur, non absoluta, cum nihil absolutum cuiquã etiam principi iure sit permissum. Quod autem* Princeps *agere jure nequit humano, divino, nec naturali, id non ad potestatem* Principis, *quæ ex jure deducatur,* 95

sed ad Tyrannidem, quæ ex injuria oritur, pertinet. Hæc ille, *quem in hac sententia erronee labi affirmat Petr. Anton. de Petr.* de jure quæsito tollend. ca. 1. numer. 9. *licet eundem presso pede sequatur alibi. Videt ergo lector juxta Covarr. & me ipsi consentientem non dari legitimam potestatem absolutam in principe, adeoque contra communem & meam propriam sententiam falsam & absurdam esse distinctionem potestatis in Ordinariam & absolutam, quam tamen Layman. cum aliis defendit* in justa defens. ante fol. 1. *secundo* inquiens

NB. *accipitur plenitudo potestatis, ut idem sit, quod potestas absoluta seu* LIBERA A LEGE POSITIVA, *cum princeps legi non subjectus, sed supra legem. Egregie proin meum Antecessorem Laymannum defendam &c. Egregie etiam scilicet Pontificis maximi tuear auctoritatem, affirmando (consequenter) ipsum errare &c. quando se quippiam concedere vel decernere pronunciat ex potestate absoluta seu plenitudine potestatis Papalis &c. Videantur ad rem præsentem* allegat. 129. 334. (de quibus hic supra *ac præcipue* 398. (de qua inf. *q. 6. c. 2. n.* 19. ego ago.)

96 Atque ibidem subjungit, *Dices, inquiens, saltem quod ego non deliquerim, verè allegando Covarruviam. Resp. ipse me vere deliquisse 1. dictum illud Abbatis in astro relatum à suo legitimo sensu ad sensum Covarruviæ & meum allegando, torquendo & pervertendo. 2. peccasse, quod Covarruviam erronee labentem secutus fuerim, & juxta claudum claudicare didicerim, quæ in re tam parum sim ex cusabilis quam parum protoplastus replicando &c. plura alia relatu sunt indigna, nugarum plena.*

97 Iterum Allegat. 132. asserit, *me astruere per* Clement. quia contingit. de relig. dom. *adeoque per legem positivam humanam, jure concessam potestatem esse summo Pontifici, legatum ad unum usum pium interveniniente causa convertendi in alium pium Ecclesiæ utiliorem. Quæ allegatio si vera est, sequitur, ante Clementem V. (cujus ille Canon est) nullum ex summis Pontificibus illam potestatem habuisse jure concessam, mutandi pia legata &c. sed &c. Possuntne leges positivæ humanæ (quanquam ibi respectu summi Pontificis hac de re nulla est lex sed reservatio solum) aliquid concedere Papæ, quod ante non habebat? Annon ipse Conditor est Sacrorum Canonum? quomodo igitur Canon ille quippiam suo Conditori concedere potest, cum quidquid habeat, habeat ab ipsomet suo Conditore? Fortè in Schola mea Canones ante suos Conditores extiterunt & Christus ante prophetas, ut olim etiam Paulus simplex Anachoreta opinabatur. Potestatem mutandi ultimas voluntates in causis piis, ex causa, certe Papa à nullo jure scripto humano accepit, quia qui sibi Regulas præscriberet, hominem nunquam habuit.*

98 Hactenus F. Romanus, qui si unquam, hic certè ineptit, & quid mirum, ex sacco, cui inclusus est, quærit effugium, ad latera *Minoris* pullat, *Discutiuntur.*

istic

istic orificium *Majoris* reperturus, ut evadat, sed frustra. Ne tamen contra verbosum contendam verbis,

Sciendum est, quod *Iurisdictio Ordinaria* possit considerari vel *in Ordine ad adeptionem* vel ad *Executionem*. Augustinus de Ancon. *de potest. Papæ qu.1. quæstiunc* 23. Alteranus *in summ.* lib.6.in tit.38.*Considerat.3.priori modo* Iurisdictio *Ordinaria* opponitur Iurisdictioni *delegatæ* & definitur ea esse, quæ à lege animata vel inanimata alicui concessa, id est, tributa est, ut eam proprio, id est, suo jure exerceat, uti Pontifici per legem *Evangelicam & divinam*, Imperatori vel Regi per *legem Regiam*, quâ populus omnem suam potestatem, quæ ipsi ut Vniversitati competebat, in Principem contulit, *l.1 ff. de constit. princ.* atque ab horum Ordinationibus cæteri Magistratus inferiores, nim. à Pontifice Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique Prælati inferiores in dignitate constituti; ab Imperatore Electores, Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles, cęteriq; præsides Magistratus Provinciales, Municipales in Imperio &c. suā participant jurisdictionem, quam proprio jure exercent. Pan. in *c. cū contingit. de for. cōpet.* Marcus Anton. Marscott. *in repet. c. ut animarum §. statuto Episcopi n. 69. de constit. in 6.* Stephan Aufrer. *in Clem ut clericorū. n. 26. & seqq. de off. ordinar.* Quintus Hædvus *in repet. c. novit de Iudic. ubi passim.* Hippolit. Riminald. *in c. quæ in Ecclesiarum. de Constit num. 106. in repet. c. si pro debilitate. de off. delegat num 10. per c. Venerabilem. qui fil. sint legit. c. Pastoralis c. fin. de off. delegL & quia ff. de Iurisd omnium Iud.* Covarr. *lib.3. resol.6 n.8.* August. Beroi. *in c. licet causam. n.2 & seqq. de probat.* Marta *de tribunal. urbis c.1 n.13. & seqq.* Alteran. *in sum l. b 6. tit.38.* Pan. *in c. in singulis n.3. de stat. Monach.* ubi præterea notandum est, quod Pontifex illis non *cumulative* cōcedat Potestatem, quia alias ipse haberet collegam vel parem, quod repugnat; nec etiam retinet, quasi per modum gradus; quia sic poneretur habere quasi priorem præsidentem ac potiorem se, sed per *viam complexionis & plenitudinis potestatis*, quia Papa est totum aliquod continens omnia, ita verè Marta *de tribunal urbis. c.1. n.17.*

Iurisdictio consideratur vel in Ordine ad adeptionem, vel executionem.

99 *Pontifex inferioribus non cumulative cōcedit iurisdictionem, sed per viam complexionis & plenitudinis potestatis.*

Atque in hac Consideratione nullus est Catholicus, qui non agnoscat potestatem Pontificis ex lege *divina & Evangelica* proficisci, nullusque est, qui non agnoscat legem Evangelicam & divinam (non dico scriptam) priorem fuisse ipso summo Pontifice, Christi in terris Vicario constituto, nec est ullus, qui dicat Pontifici dari potestatem à lege Evangelica & divina absolutam & liberam, ut proinde plurimum in suo discursu ineptiat & aberret F. Romanus, cujusmodi conceptus aliis vendat. 100

Altero modo Iurisdictio *Ordinaria* si consideretur in Ordine ad *Executionem* & *modū utendi*, similiter describi potest esse ea, quæ quoad usū & exercitium Ordinario jure seu lege concessa: id est, permissa est, Ita enim verbū *concedere*, accipi docet Rebuff. *in l. princeps bona concedendo 21. ff de V.S.* vel lege declaratur seu ostenditur concessa esse, quemadmodum idem verbum 101

quod Pontifici ea à *d. Clem. quia contingit.* jurisdictio primum tributa sit aut eam prius adipiscatur jurisdictionem, ut falso somniat F. Romanus.

114 Neque ex posita mea *acceptione* jurisdictionis Ordinariæ sequitur, quod ante *d. Clem.* Pontifex non fuerit usus potestate Ordinaria, ut perperam assumit F. Romanus, quia etiam ante illam Pontifex legatum ad unum usum pium in alium utiliorem ex causa transferendo conformiter juri sine ulla juris sui immutatione operabatur, neque contrarium unquam poterit ostendi.

115 Neque *Minor* hæc enervatur, si dicat *in d. Clem. quia contingit.* Pontifici reservari conversionem legati pii in alium usum pium utiliorem &c. Quia hæc *reservatio* fit in ordine ad potestatem Pontificis ea in re exercendam, ideoque nihil de potestate Pontificis Ordinarii decedit, sicuti quando inferior Ordinarius alicui delegat vel mandat jurisdictionem quoad certarum rerum Universitatem, unâ sibi alterave reservata, non propterea dicitur *Ordinariam* dimittere *potestatem*, atque in illo casu reservato exercere potestatem absolutam, ut proinde mera hic iterum appareant F. Romani figmenta.

Reservatio in d. Clem. quia contingit, nihil derogat potestati Pontificis sed eam confirmat.

116 Ex quibus omnibus videre est, quam imperitus, impertinens quamque ineptus F. Romani fuerit discursus, indignus cui inhæreatur. Manet autem verus meus syllogismus, quod potestas Ordinario Magistratui iure vel lege positivâ quoad usum concessa sive permissa, sive declarata esse concessa, dicatur Ordinaria esse. Atqui potestas convertendi ex causa legatum pium in alium usum pium utiliorem, Pontifici tanquam Ordinario Magistratui *d. lege* etiam *positiva in clement. quia contingit* quoad usum est concessa seu permissa seu declarata concessa. Igitur &c. vel clarius sic; quam potestatem Ordinarius Magistratus conformiter iuri etiam positivo exercet, ea potestas est illi Magistratui Ordinaria. Atqui potestatem convertendi legatum pium in alium usum pium ex causa utiliorem, Pontifex Ordinarius Magistratus conformiter etiam juri positivo *in d. Clement. quia contingit*, exercet. Ergo ea potestas convertendi legatum pium in alium usum pium ex causa utiliorem, est illi magistratui Pontifici Ordinaria.

§. VI. & seqq.

Ostenditur, quod etiam Episcopus ex aliquorum sententia legata pia necdum executioni data possit in alium usum pium convertere.

117 Confirmabam idem ex Imola *in l. 1. col. 5. verbo ad municipium ff. ad L. Falcidiam* & Sarmiento *sup. d. loc.* Beroi. *co* *f. 21. num. 16. vol. 2.* Antoni. Petr. de Petra *de potest. princ. c. 24. n. 73. & 74.* quod etiam Episcopus pium legatum si ibi ad destinatum usum impleri non possit, vel pro usu destinato non sufficiat, possit in alium usum pium convertere *per l. legatum ff. de usufr. legat.*

legat. ac l.legatam de adminiſtr.rer.ad civitat.pertinent;quia nunc adeſt juſta cauſa Commutationis.ita Iohannes de Dicaſtillo *de juſt & jure.lib.2.tract.19.diſp 3 dub.8.n.73 ex* Tuſch.*Tom.2.Concl* 273 *& Tom* 8.*Concl* 147. *Covar in cum tua de teſtam n.7 &* 9.Molin *diſp* 149. Sylveſt. *verb legatum* 4 *n.11.*Roderiq.*tom.1.qq Regular q 27.art.*5.Angel *verb.legatum n.* 2 *&* 13.Beja.4 *part. caſ.*22.Vaſq.*de teſtam.c.8.§.5.nu.*104 Sa.*verb.legatum num.1.2.& 3.& verb.teſtamentum num.33.* Lugo *tom.2. de iuſt & jur. diſp.24. ſect.* 13 *num.* 306. ubi dicit à Sanchez, in Epiſcopo requiri conſenſum hæredum & legatarii;addit tamen Sanchez ſi partes inter ſe non concordent in hac commutatione,arbitrio judicis concordandum eſſe; *contra* ab aliis non requiri conſenſum legatarii,ſed Epiſcopi & Executorũ,tradit Molin.*diſp.*149.Aſt dicit, ſe non videre ad quid conſenſus legatarii requiratur.

Franciſcus Amicus *de juſt & jur.diſp.19 ſect.3 n* 51.tradit ex Sa.*verb.teſtamentum n 12.*quod poſſit Epiſcopus cum conſenſu teſtamenti Executorum in *maiorem* utilitatem convertere,quod à teſtatore in *minorem* utilitatem erat relictum *ex Can.in c.cum tua de teſtam* Malder *in 2.2.tract 1.de juſt & jur.de teſtam.dub.*11.quem ad verbum deſcripſit *Wiggers in 2.2.de iuſt.& iur.tract.5 c.3. dub 6.*& ſequitur.

Certè in eiuſmodi converſione & commutatione legati Epiſcopus non *abſoluta* ſed *ordinaria* duntaxat utitur poteſtate;ergo multo minus Pontifex Princeps ſupremus in converſione legati pii *abſoluta*,ſed *ordinaria* duntaxat utetur poteſtate,eò quod Pontifex *maiorem & pleniorem* poteſtatem , imò ipſam plenitudinem poteſtatis habeat,à qua Epiſcopus ſuam, quantam habet,debet obtinere poteſtatem.per ſup.*not.* 118

§. VII.

F.Romani reſponſio ad clauſulam hanc, (ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate in Clem.quia contingit.de Rel dom.)comprehenſam data evertitur.

Oſtendebam,quod ſuperioribus non ſatisfaceret F. Romanus *q.3.n.* 119 *Reſponſio*
4 §.*ſed obiicies & quaſt.7 num* 5.§.11 *.eodem modo*, inquiens, quod verba *F. Romani*
d.Clement.quia contingit;ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate , *non diſpoſitio ſit,ſed tantum reſervatio generalis*;quæ reſervatio non eſt lex,cum id referat, quod eſt ſupra legem,& ſic Papa mutando voluntatem ultimam, exerceret actum conformem ſuæ reſervationi,non vero legi poſitivæ ſeu Canoni.

Nam licet reſervatio ſpecialis aut Generalis plurium beneficiorum unius provinciæ non ex juris communis diſpoſitione conſurgens, non ſit lex;attamen reſervatio Generalis *ex diſpoſitione iuris communis introducta*, *Evertitur.*

pium interveniente causa à summo Pontifice convertitur, dicetur *Ordinaria*, consequenter potestas, qua legatum aliquod usui Benedictinorum destinatum in alium usum pium Ecclesiæ pro hoc tempore utiliorem interveniente justa causa à summo Pontifice convertetur, erit ordinaria.

83 Deinde idem ex eo *confirmabam* quod Pontifex ordinaria sua seu ei jure competente potestate possit ex justa causa ultimas testatorum voluntates mutare, etiamsi aliis ex iis dominium esset acquisitum, uti expresse sentit Francisc. Sarmient. *lib.1.selectar.interpret.c.8.n.24.vers. Ex his intelliges per d. Clem quia contingit.*

Ergo multo magis poterit Pontifex ordinaria sua potestate ex justa causa variantibus circumstantiis ultimas testatorum voluntates in iis, in quibus necdum dominium est acquisitum, in alios usus pios idque in utilitatem Ecclesiæ convertere.

84 *Commenta Hayan.* F. Romanus hic iterum *allegat.* 131.132.133. in multis aberrat, principio autem nihil respondet ad rem sed aliò divagatur, atq; *allegat.*131. dicit *quod ego Innocentium III. Pont Max. plurimarum decretalium conditorem bis sub nomine Sancti allegem, utique majoris authoritatis mihi conciliandæ causa, quem tamen sicuti constat in reformandis depravatis fidelium moribus & gubernanda Ecclesia Catholica Zelosissimum Pontificem fuisse; ita non meminit ipse eundem hactenus canonizatum fuisse præterquam à me. Qui quo ducendus sim, quod nondum Canonizatum contra summorum Pontificum decreta Sanctum proclamare præsumpserim, docebor ex Curia Romana, ubi me præ foribus expectat, Ioannes Eusebius Nierenbergensis Hispanus pariter è Societ. Iesu, qui in vita S. Ignatii Hispanice impressa Madriti & Cæsaraugustæ anno.* 1631 *Canisium, Fabrum, Oviedam, Anchietam, Azebedum, Gaultierez aliosque nostræ Societatis optimos & multa virtute conspicuos viros passim Sanctos vocat, quæ omnia ipsimet Sanctæ Inquisitionis tribunali examinanda relinquit.*

85 *Discutiuntur.* Itane verò F. Romane? scribo ego literā *S.* Ergo dico, Sanctus; Annon in Pontifice per *S.* potest signari summus, supremus Pontifex vel Sanctissimus vel etiam Sacratissimus. Annon inscribitur Imperator, *S.* C. M. id est, *Sacra* Cæsarea Majestas? Ecquis tibi revelavit, quod ego litera *S.* Sanctum denotem? Quin posito, quod ego per literam *S.* Sanctum denotarim, Num propterea tibi reus peragar? Sed quo titulo? Num omnes *S.E.R. Cardinales S. Rotæ* Auditores Apostolicos abbreviatores &c. quod suæ Sanctitatis nomini præmittant literam *S:* qua Sanctum aut Sanctissimum Domnum nostrum designant, in inquisitione aliqua criminis reos perages, quasi summum Pontificem contra Bullam aliquam Apostolicam in Sanctorum numerum retulerint & Canonizarint? Num tibi omnes Romanæ curiæ judices, qui libellos supplices, in quibus *S. P. Sanctissime pater* scriptum legitur, ad inquisitionē sunt trahendi? Næ tuo judicio, dignus es, qui inquisitioni sistaris, quod F. Bartholomæum de Martyribus Archi-Episcopum

Defenditur titulus Pontificis Sanctissimi.

Braca-

Bracarensem à sede Apostolica nequaquam canonizatum litera S. notatū sine ulla prævia protestatione *in aulais n. 116. pag. 553.* quia ipsius sanctitatem designas,ut adjuncta tua ibid.*verba* insinuant, itaque ipsum in Sanctorum album inscribis ac canonizas. *Ecquis vero tibi revelavit*, quod ego literula S. Sanctum intelligam, qui & authoritate publicâ Sedis Apostolicæ canonizatus, & in sanctorum numerum seu album sit relatus; Non omnes, qui privatim aliquem nomine *Sancti* dignum judicant, 86
etiam dicunt illum publica authoritate Sedis Apostolicæ sanctum pronunciatum & canonizatum esse. Annon Alphonsus Ciaconius in *vitis & gestis summorum Pontificum Romæ Anno* 1601. *etiam cum privilegio summi Pontificis Clementis VIII. 13. Decemb. Anno* 1599. *dato* impressus de hoc ipso summmo Pontifice Innocentio III. ita inter alia scribit. *Ipsius Innocentii III. vita sic posteris probata fuit, sic denique ab eo gesta omnibus placuerunt, ut horum nihil plane unquam fuerit mutatum, fuit denique is Pontifex in quovis vitæ genere probatissimus, dignusq; qui inter Sanctos Pontifices referatur.* Num tibi Ciaconius,num Clemens Papa ad inquisitionem deferendi videbuntur. Certe non videris Constitutionem *S.D.N.Vrbani Papæ VIII.5. Ian. Anni.* 1641. legisse,nedum intellexisse,quâ *Sanctissimus* declararat,ut non admittantur elogia Sancti, vel beati absolutè, & quæ cadunt super personam,bene tamē ea,quæ cadunt supra mores & opinionem cum protestatione in principio,quod iis nulla adhibenda sit authoritas ab Ecclesia Romana,sed fides tantum sit penes authorem.

87 *Ioannes Nirenbergius defenditur.*

Atq; hinc etiam nullo negocio dissolvitur,quod contra *nostrum P. Ioannem Nirenbergium* objicis, ubi quæso illos tuo etiam judicio conspicuos virtutibus viros dicis auctoritate publica Ecclesiæ vel Sedis Apostolicæ esse *Sanctos* declaratos, quos ipse nonnisi sua fide virtutibus illustres & Sanctos existimavit.

Erudiendus hic erit F.Romanus,qui summoPontifici titulum *Sancti* negat,& stupendus est stupor illius, ut cum Raynaudo in OnomasticoPontificis loquar,& nonnullorum,quos obiter perstringit Bozius *lib.20.de signis Ecclesiæ c.5.* negantium olim Pontificem Romanum hoc titulo fuisse decoratum. Cum nihil frequentius occurrat in quibusvis antiquorum sive Patrum sive Conciliorum ad Romanos Pontifices *Epistolis*, quam is *titulus*. 88
Summus Pontifex vocatur *Sāctus* à sanctitate muneris quod gerit, Ex quo fit,ut quantumvis improbus sit,qui succedit S.Petro in eo munere, tamen non excidat veri & legitimi Pontificis gradu, si cætera non desint. Vid. ea de re Egbert.*serm.10.advers. Catharos.* Ignatius Bravius *lib. de Etymologia nominis* Papa *c.13.* idem esse ait,quod vulgo dicitur *Pater Sanctus*,ac quod olim dicebatur *Pater patratus*,quia *patrare* verbum antiquum idem sonat ac *sancire*, 89
ut notant Fenestella *lib. de Sacerdot. Rom. c.* 10. & Wolfgang. Lazius *lib. 3. comment. Reip. Rom.c.15.* Sicut ergo *caput Facialium*, quorum erat fœderibus

sanciendis dare operam Pater *patratus* sive *pater sanctus* appellatur, ita nunc apud Christianos, qui invigilat in fœdera ac pacem Christianorum *Pater Sanctus* appellatur, quasi inter nos *pater patratus*, cui quod & anteriora & futura spectanda sint, teste Plutarcho in *problematis*.

90 Alii ab Ethnicis hanc denominationem *Patris sancti* accipiunt, ita ut idem sonet quod *Patrem sanctum & sacrum* atque *nullatenus violandum* & quodammodo divinum. Ita apud Vopiscum Florianus Imperator *Pater Sanctus* appellatus, indeq; ortum, quod Marcianus *IC. L. 8 ff. de rer. divis.* *Sancta* ait dicta, quæ ab injuria hominū defensa atq; munita sunt, quæ ad Deum attinent, unde perfugium tutum præstant omnibus, ita ut inde abripi aliquem, vel ibi injuriam pati nefas habeatur. Inde Theophilus *IC. in l. sanctum est. ff. de rer. divis. sanctum* pro honorando & veneratione digno accipit, quæ omnia nullo negocio Romano Pontifici accommodare licet. Sed illud maximè, quod recitat Pausanias *in Lacon cis* de ara Augusti loquens; ubi Cognomen *Augusti* idem plane sonare dicit, quod Græcorum lingua Σέβαςος id est *Sanctus* ac ipsa quasi numinis cuiusdam Majestate colendus.

91 Annon qui conversatione sua proba alios ædificant, aut peculiariter cultui divino hîc in terris dedicati sunt, etiam in Sacris scripturis *Sancti* appellantur Levit. 21. 6. *ideo Sancti erunt Deo suo Num.* 15. 40. *sintque Sancti Deo suo Esdr.* 8. 28. *dixi eis vos sancti Domini & vasa Sancta* Psal. 15. *vers.* 3. *Sanctis qui sunt in terra eius mirificavit omnes voluntates meas in eis.* Marci 6 20. *Herodes enim metuebat Ioannem sciens eum virum iustum, &* Sanctum Act. 9. 13. *Audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit* Sanctis *tuis in Ierusalem,* & *ibid. vers.* 41. *& cum Dei vocatis,* Sanctis, *gratia vobis & pax.* & Rom. 12. 13. *necessitatibus* Sanctorum *communicantes.* Rom. 15. 25 *nunc igitur proficiscatur in Ierusalem ministrare* Sanctis. 1 Cor. 1. 2. *Sanctificatis in Christo Iesu vocatis* Sanctis *cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi.* 1. Cor. 16. 1. *de collectis autem, quæ fiunt in* Sanctis *sicut ordinavi Ecclesiis gratiæ, ita & vos facite* Ephes. 3. 8. *mihi* Sanctorum *minimo data est gratia hæc, in Gentibus evangelizare.* Philipp. 4 21. *Salutate omnem* Sanctum *in Christo Iesu v.* 22. *salutant vos omnes* Sancti, *maximè autem qui de Cæsaris domo sunt.* 1. Tim. 5. 10. *si* Sanctorum *pedes lavit.* 1. Petri. 1. 15. *in omni conversatione* Sancti *sitis.* Apoc. 13. 10. *hæc est patientia & fides* Sanctorum. Apoc. 20. 6 *beatus, &* Sanctus, *qui habet partem in resurrectione prima.*

92 Annon Angelicus Doctor D. Thomas de Aquino Sanctum Bonaventuram invisurus cum intelligeret, ipsum Patriarchæ sui Seraphici *S. Francisci* Assisinatis vitam conscribere, dixit. *sinite sanctum sancti vitam conscribere.*

Num

Num F. Romanus cum Deo ipso eiusque sanctis Moyse, Esdra, Davide, Petro, Paulo, Ioanne, Luca, Marco, Thoma Aquinate judicio volet contendere, eosque ad inquisitionem vocare? Impia sanè hæc foret cogitatio. Sed quid ego pluribus F. Romani nugis nihil ad rem nostram pertinentibus immoror? Interim vides benevole lector, quam F. Romanus ubique excerret, atque undique occasionem cavillandi traducendique quærat. 93

Nunc etiam videamus, quid tandem F. Romanus ad propositum meum hic n. 5. syllogismum ordine inverso respondeat. 94

Allegat. 133. ad meam *Majorem*, quod jure concessa potestas sit & dicatur Ordinaria Covarr. 3. *Resol.* 6. *numer.* 8. F. Romanus *quæst.* 7. *numer.* 31. præter verba amara respondet *confitendo*, *quod ipse* quæst. 7. numer. 31. *adduxerit pro Abbatibus illud dictum Panorm.* in c. in singulis numer. 3. de stat. Monach. *Iurisdictio, quæ datur à lege (seu à Canone ut loquitur Innoc.* in ca. cum Ecclesiarum de off. Ord.) *est ordinaria per legem, cum Pan. & aliis intelligendo positivam humanam. Quod dictum solummodo locum habet in iis personis, quæ legi seu Canoni subjectæ sunt; hæ enim jurisdictionem à lege accipiunt: Princeps autem, qui legis conditor est, legi non subditur, nec à lege, quam condidit, jurisdictionem accipit.* Comment. Hayan.

Hic jam ego inspecto obiter Covarruvia eandem regulam ad summum Principem seu Pontificem extendam, dicendo. Iure concessa potestas Ordinaria dicitur. Covarr. *d. l. Atqui potestas, qua legatum ad unum usum pium à Pontifice in alium pium utiliorem convertitur, est jure concessa, Igitur &c. Vbi vel hunc terminum* jure concessa *aliter accipiam in* Majori *& aliter in* Minori; *& sic erunt in syllogismo quatuor termini: vel accipiam in* Minori *sicut in* Majori, *adeoque in sensu citati Covarruviæ, extendendo significationem nominis* juris, *non solum* ad jus positivum, *ut nos F. Romanus facimus, sed etiam ad jus naturale ac divinum. Quo fundamento semel posito non remanebit in summo Pontifice potestas absoluta, sed plenitudo potestatis* NISI TYRANNICA, *id quod est contra me ipsum. Nam quicquid facit Papa legitime secundum Covarruviam, id facit per potestatem sibi concessam à lege seu jure humano vel divino, vel naturali, adeoque secundum istos quicquid facit, legitimè facit ex potestate ordinaria. Sed ipsummet Covarruviam audire* nos jubet.

Nam quod Princeps inquit *etiam derogando legibus humanis jure naturali, divino & humano facere valet, id ad ordinariam Principis potestatem pertinet, Iure siquidē concessa potestas ordinaria dicitur, non absoluta, cum nihil absolutum cuiquā etiam principi iure sit permissum. Quod autem* Princeps *agere jure nequit humano, divino, nec naturali, id non ad potestatem* Principis, *quæ ex jure deducatur,* 95

 sed

sed ad Tyrannidem, quæ ex injuria oritur, pertinet. Hæc ille, *quem in hac sententia erronee labi affirmat Petr. Anton. de Petr.* de jure quæsito tollend. ca. 1. numer. 9 *licet eundem presso pede sequatur alibi. Videt ergo lector juxta Covarr. & me ipsi consentientem non dari legitimam potestatem absolutam in principe, adeoque contra communem & meam propriam sententiam falsam & absurdam esse distinctionem potestatis in Ordinariam & absolutam, quam tamen Layman. cum aliis defendit* in justa defens. ante fol. 1. *secundo* inquiens
NB. *accipitur plenitudo potestatis, ut idem sit, quod potestas absoluta seu LIBERA A LEGE POSITIVA, cum princeps legi non subjectus sed supra legem. Egregie proin meum Antecessorem Laymannum defendam &c. Egregie etiam scilicet Pontificis maximi tuear auctoritatem, affirmando (consequenter) ipsum errare &c. quando se quippiam concedere vel decernere pronunciat ex potestate absoluta seu plenitudine potestatis* Papalis *&c. Videantur ad rem præsentem* allegat. 129. 334. (de quibus hic supra *ac præcipue* 398. (de qua inf. *q. 6. c. 2. n.* 19. ego ago,)

96 Atque ibidem subjungit, *Dices, inquiens, saltem quod ego non deliquerim, verè allegando Covarruviam. Resp. ipse me vere deliquisse 1. dictum illud Abbatis in astro relatum à suo legitimo sensu ad sensum Covarruviæ & meum allegando, torquendo & pervertendo. 2. peccasse, quod Covarruviam erronee labentem secutus fuerim, & juxta claudum claudicare didicerim, qua in re tam parum sim ex cusabilis quam parum protoplastus replicando &c. plura alia relatu sunt indigna, nugarum plena.*

97 Iterum Allegat. 132. asserit, *me astruere per* Clement. quia contingit. de relig. dom. *adeoque per legem positivam humanam, jure concessam potestatem esse summo* Pontifici, *legatum ad unum usum pium interveniniente causa convertendi in alium pium Ecclesiæ utiliorem. Quæ allegatio si vera est, sequitur, ante Clementem V. (cujus ille Canon est) nullum ex summis Pontificibus illam potestatem habuisse jure concessam, mutandi pia legata &c. sed &c. Possuntne leges positivæ humanæ (quanquam ibi respectu summi Pontificis hac de re nulla est lex sed reservatio solum) aliquid concedere Papæ, quod ante non habebat? Annon ipse Conditor est Sacrorum Canonum? quomodo igitur Canon ille quippiam suo Conditori concedere potest, cum quidquid habeat, habeat ab ipsomet suo Conditore? Forte in Schola mea Canones ante suos Conditores extiterunt & Christus ante prophetas, ut olim etiam Paulus simplex Anachoreta opinabatur. Potestatem mutandi ultimas voluntates in causis piis, ex causa, certe Papa à nullo jure scripto humano accepit, quia qui sibi Regulas præscriberet, hominem nunquam habuit.*

98 Hactenus F. Romanus, qui si unquam, hic certè ineptit, & quid mirum, ex sacco, cui inclusus est, quærit effugium, ad latera *Minoris* pullat, *Discutiuntur.*

istic

istic orificium *Majoris* reperturus, ut evadat, sed frustra. Ne tamen contra
verbosum contendam verbis,

Sciendum est, quod *Iurisdictio Ordinaria* possit considerari vel *in Ordine
ad adeptionem* vel ad *Executionem.* Augustinus de Ancon. *de potest. Papæ qu.*
quæstiunc 23. Asteranus *in summ.* lib.6.in tit.38.*Considerat*.3.*priori modo* Iuris-
dictio *Ordinaria* opponitur Iurisdictioni *delegatæ* & definitur ea esse, quæ
à lege animata vel inanimata alicui concessa, id est, tributa est, ut eam pro-
prio, id est, suo jure exerceat, uti Pontifici per legem *Evangelicam & divi-
nam*, Imperatori vel Regi per *legem Regiam*, quâ populus omnem suam po-
testatem, quæ ipsi ut Vniversitati competebat, in Principem contulit, *l.1 ff.
de constit. princ.* atque ab horum Ordinationibus cæteri Magistratus infe-
riores, nim. à Pontifice Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique Prælati
inferiores in dignitate constituti; ab Imperatore Electores, Duces, Princi-
pes, Comites, Barones, Nobiles, cęteriq; præsides Magistratus Provinciales,
Municipales in Imperio &c. suã participant jurisdictionem, quam proprio
jure exercent. Pan. in c. *cũ contingit. de for. cõpet.* Marcus Anton. Marscott. *in
repet. c. ut animarum §. statuto Episcopi n. 69. de constit. in 6.* Stephan Aufrer. *in
Clem. ut clericorũ. n. 26. & seqq. de off. ordinar.* Quintus Hædvus *in repet. c. novit
de Iudic. ubi passim.* Hippolit. Riminald. *in c. quæ in Ecclesiarum. de Constit num.*
105. *in repet. c. si pro debilitate. de off. delegat num* 10. *per c. Venerabilem. qui fil.
sint legit. c. Pastoralis c. fin. de off. delegt. & quia ff. de Iurisd omnium Iud.* Covarr.
lib.3. resol.6 n.8. August. Beroi. *in c. licet causam. n.2 & seqq. de probat.* Marta
de tribunal. urbis c.1 n.13. & seqq. Asteran. *in sum l.b. 6. tit.* 38. Pan. *in c. in singu-
lis. n.3. de stat. Monach.* ubi præterea notandum est, quod Pontifex illis non 99
cumulative cõcedat Potestatem, quia alias ipse haberet collegam vel parem,
quod repugnat; nec etiam retinet, quasi per modum gradus; quia sic pone-
retur habere quasi priorem præsidentem ac potiorem se, sed per *viam com-
plexionis & plenitudinis potestatis*, quia Papa est totum aliquod continens
omnia, ita verè Marta *de tribunal urbis. c.1. n.17.*

Iurisdictio consideratur vel in Ordine ad adeptionem, vel executionem.

Pontifex inferioribus non cumulative cõcedit iurisdictionem, sed per viam complexionis & plenitudinis potestatis.

Atque in hac Consideratione nullus est Catholicus, qui non agnoscat
potestatem Pontificis ex lege *divina & Evangelica* proficisci, nullusque est,
qui non agnoscat legem Evangelicam & divinam (non dico scriptam)
priorem fuisse ipso summo Pontifice, Christi in terris Vicario constituto,
nec est ullus, qui dicat Pontifici dari potestatem à lege Evangelica & divina 100
absolutam & liberam, ut proinde plurimum in suo discursu ineptiat & ab-
erret F. Romanus, cujusmodi conceptus aliis vendat.

Altero modo Iurisdictio *Ordinaria* si consideretur in Ordine ad *Executio-* 101
nem & *modũ utendi*, similiter describi potest esse ea, quæ quoad usũ & exer-
citium Ordinario jure seu lege concessa: id est, permissa est, Ita enim verbũ
concedere, accipi docet Rebuff. *in l. princeps bona concedendo 21. ff de V.S.* vel
lege declaratur seu ostenditur concessa esse, quemadmodum idem verbum

 con-

Concedere docet accipi Alber. de Rosat. *in dictionario suo verb. concedere per c. quia in causis. x. de procur.* atq; ita F. Romanus æquivoca verbi (*Concedere*) significatione videtur vel ipse deceptus esse vel decipere voluisse, quā tamē

102 declinare potuisset, si advertisset, quod dixissem *jure* & *non à jure concessam* potestatem esse *Ordinariam,* *cum* illa duo plurimum differant. Ad quam evitandam dico *clarius,* quod *ordinaria jurisdictio* in ordine ad executionem & usum censeatur esse ea, *quam Ordinarius juri & legibus conformiter exercet.*

Aliud est, iure concessā potestatē, & aliud à iure concessam potestatem habere.

Hoc modo si consideretur Pontificis Iurisdictio in ordine ad *legem naturalem* vel divinam, tunc haud dubie illi debebit esse conformis, neque illā

103 lege est superior sed *inferior,* illique habet obedire & sic respectu juri snaturalis & divini, nulla in Pontifice datur potestas absoluta & libera, ut rectissime respondit Covarr. *sup. cit. loc.* contra quod nihil solidi, sed meras duntaxat nugas ex Petr. Anton. de Petra congessit F. Romanus; sin verò jurisdictio hæc Pontificis consideretur in ordine ad *legem positivam,* quatenus illi conformiter exercetur; dicitur *Ordinaria,* quatenus autē illi *difformiter,* seu præter juris ordinem immutando legem positivā exercetur, *dicitur potestas absoluta* & libera à lege positiva, ut recte Covarr. *cit. loc.* contra somnia F. Romani iterum definit & Andreas Isernia. *in usib. feud. Tit. quæ sunt regalia. §. regalia sunt armandia in addit. 2. ad verb. vectigalia. num. 16. ubi ait* Andr. ab Exea. *in c. Canonum statuta. num. 224. de constit.* ex Baldo. *in l. digna vox. C. de LL.* ubi ait verba Baldi in summario videntur innuere, quod scilicet illa lex in eo, quod dicit Principem esse solutum legibus, intelligitur de potestate *absoluta,* in eo verò quod dicit Principē vivere velle legibus intel-
" ligitur de *potestate Ordinaria.* Quare Angel. *in d. l princeps C. de LL.*) parū ante
" finē clarius locutus est dicens, quod in Principe est duplex potestas, una Or-
104 dinaria, altera absoluta. *Ordinaria* ordinata est suā lege, quātum ad *observantiam* licet non *vinculum.. Absoluta* non est sub lege, nec quoad *observantiam*
" nec *quoad vinculum, &c.* Pro hoc dicto Angeli bene facit, *textus in c. propo-*
" *suit infra. de concess. preb. ibi,* qui secundum plenitudinem potestatis de ju-
" re sumus supra jus dispensare. de qua plenitudine potestatis habetis
" *text. in c. ad honorem in fin. de auctor. & usu pallii.* Hactenus Andreas ab Exe. Hæc tamen non intelligenda de apicibus juris secundum *Andr. ibid, num. 229.*

105 Hinc consequenter patet falsum esse, quod ego quicquam contra P. Laymannum asseram, aut quod summo Pontifici absolutam negem potestatem, quam ipse F. Romanus non Romane sed perversè interpretatur *tyrannicam,* &c.

106 Ex hisce porrò patet, in contrarium à F. Romano allata nullius momenti esse, neque *huc ad executionem* sed *adeptionem* jurisdictionis spectare, Nam 1. *verum* non est, quod Pan. *hic d. c. in singulis, num. 3. doceat,* eam esse jurisdi-

risdictionem Ordinariam, quæ à lege solum humana conceditur, prout illi affingit F. Romanus & à Pan. qui d. loc. expresse *ad Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum de off. ord* se refert. dispellitur.

2. Nec verum est, quod allata *Maior* solum in Inferioribus, qui legi seu Canoni subjecti sunt, obtineat, neque ita *taxative* accepta *Maior* ab ullo comprobatur Authore vel juris textu vel etiam ratione. 107

3. Neque verum est, quod quia Princeps est legis positivæ conditor, ideo legi divinæ ac naturali non subdatur, neque ab ea jurisdictionem accipiat Andr. ab Exea & Canoph. Sangrin. *in d. c. cum plura.* 108

4. Similiter nec verum est, quod licet Princeps sit Conditor alicujus legis positivæ, illi ipse tanquam caput & membrum reip. sese non habeat accommodare, dummodo materia tam ipsum quàm subditos tangat. Vid. Andr. ab Exea *in c. Canonum statuta num. 2 9. & seqq.* ubi tradit, quod licet soluti sint legibus Papa & Imperator, tamen legibus velle se vivere profitentur glo. *in d. c. Canonum statuta num. 219.* Odofred. *in l. justas. circa fin. C. de jure fisci. lib. 10. & L. 1. col. 1. ad fin. C. ne fiscus rem quam vend. evinc. text. &* ibi Dd. *in c. justum est. 9. dist. l. digna vox. C de LL. l. ex imperfecto. C. de testam. Al. in l. ex imperfecto ff. de legat. 3.* ibi *Decet enim tantæ Maiestati eas servare leges, quibus ipse solutus est. Et subditi quidem subsunt legi* necessitate coactionis, *Princeps* autē sola volūtate procurationis boni cōmunis, *Nullus enim sibi ipse imperat. l. pen ff. de arbit* Quare etiam princeps non dicitur *sub* sed *in lege* esse juxta illud Psalmistæ; *In lege Domini voluntas ejus.* Nam qui *sub lege est*, secundum legem agit necessitatis timore coactus, *qui verò in* lege est secundum legem vivit voluntarie obediendo legi. Videatur & Benedictus Canophilus Sangrinus *in repet d. c. Canonum statuta n. 31. & seqq.* Ratio petitur ex *polit. lib. 5 Arist.* quia cum recta ratio dictet, cui parendum est, ut in rep. bene constituta quadam æqualitate teneantur inter eos qui regunt & qui reguntur, ut ita caput sit membris proportionatum, & illud his virtute præcat. 109 110 111

Atque hinc rectè docent Theologi cum S. Thoma. 1 2. *q. 96. art. 15. ad 3.* Principem in conscientia suis teneri legibus, quando materia tām ipsum quam *subditos* concernit, ut quod ipse juris in alium statuit, ipse eodem jure utatur. *ff. eod. tit.* Vid. Ioan. Bapt. Fragos *de Regim. Reip. Christianæ. part. 1. lib. 1. disp 3. §. 2 n. 217. & ibi. cit. Dd.* 112

5. Ex his deductis patet in mei syllogismi *Minore* potestatem jure concessam, eodem sensu, quo in *Maiore* accipi, nim. quoad *Iurisdictionis executionem,* quod eam Pontificis jurisdictio quoad convertendum legatum pium in alium pium usum utiliorem interveniente justa causa à lege positiva declaretur concessa ac permissa esse quoad usum seu quod eam conformiter *d. Clem. quia contingit de rel. domib.* exerceat, minime autem 113

quod

quod Pontifici ea à *d. Clem. quia contingit*, jurisdictio primum tributa sit aut eam prius adipiscatur jurisdictionem, ut falso somniat F. Romanus.

114 Neque ex posita mea *acceptione* jurisdictionis Ordinariæ sequitur, quod ante *d. Clem.* Pontifex non fuerit usus potestate Ordinaria, ut perperam assumit F. Romanus, quia etiam ante illam Pontifex legatum ad unum usum pium in alium utiliorem ex causa transferendo conformiter juri sine ulla juris sui immutatione operabatur, neque contrarium unquam poterit ostendi.

115 Neque *Minor* hæc enervatur, si dicat *in d. Clem. quia contingit*. Pontifici reservari conversionem legati pii in alium usum pium utiliorem &c. Quia hæc *reservatio* fit in ordine ad potestatem Pontificis ea in re exercendam, ideoque nihil de potestate Pontificis Ordinarii decedit, sicuti quando inferior Ordinarius alicui delegat vel mandat jurisdictionem quoad certarum rerum Vniversitatem, unâ sibi altera ve reservata, non propterea dicitur *Ordinariam* dimittere *potestatem*, atque in illo casu reservato exercere potestatem absolutam, ut proinde mera hic iterum appareant F. Romani figmenta.

Reservatio in d. Clem. quia contingit, nihil derogat potestati Pontificis sed eam confirmat.

116 Ex quibus omnibus videre est, quam imperitus, impertinens quamque ineptus F. Romani fuerit discursus, indignus cui inhæreatur. Manet autem verus meus syllogismus, quod potestas Ordinario Magistratui iure vel lege positiva quoad usum concessa sive permissa, sive declarata esse concessa, dicatur Ordinaria esse Atqui potestas convertendi ex causa legatum pium in alium usum pium utiliorem, Pontifici tanquam Ordinario Magistratui *d. lege* etiam *positiva in clement. quia contingit* quoad usum est concessa seu permissa seu declarata concessa. Igitur &c. vel clarius sic; quam potestatem Ordinarius Magistratus conformiter iuri etiam positivo exercet, ea potestas est illi Magistratui Ordinaria Atqui potestatem convertendi legatum pium in alium usum pium ex causa utiliorem, Pontifex Ordinarius Magistratus conformiter etiam juri positivo *in d. Clement. quia contingit*, exercet. Ergo ea potestas convertendi legatum pium in alium usum pium ex causa utiliorem, est illi magistratui Pontifici Ordinaria.

§. VI. & seqq.

Ostenditur, quod etiam Episcopus ex aliquorum sententia legata pia necdum executioni data possit in alium usum pium convertere.

117 Confirmabam idem ex Imola *in l. 1. col. 5. verbo ad municipium ff. ad L. Falcidiam* & Sarmiento *sup. d. loc.* Beroi. *co f. 21. num. 16. vol. 2.* Antoni. Petr. de Petra *de potest. princ. c. 24. n. 73. & 74.* quod etiam Episcopus pium legatum si ibi ad destinatum usum impleri non possit, vel pro usu destinato non sufficiat, possit in alium usum pium convertere *per l. legatum ff. de usufr. legat.*

legat. ac l.legatam de adminiſtr.rer.ad civitat.pertinent;quia nunc adeſt juſta cauſa Commutationis.ita Iohannes de Dicaſtillo *de juſt & jure.lib. 2.tract. 19.diſp 3 dub.*8.*n.*73 ex Tuſch.*Tom.*2.*Concl* 273 *& Tom* 8.*Concl* 147. *Covar in cum tua de teſtam n.7 &* 9.Molin *diſp* 149. Sylveſt. *verb legatum* 4 *n.11.*Roderiq.*tom.1.qq Regular q 27.art.5.*Angel *verb.legatum n.* 2 *&* 13.Beja. 4 *part. caſ.*22.Vaſq *de teſtam.c.*8.§.5.*nu.*104 Sa. *verb.legatum num.* 1.2.*&* 3.*& verb.teſtamentum num.*33. Lugo *tom.* 2. *de iuſt & jur. diſp.* 24. *ſect.* 13 *num.* 306. ubi dicit à Sanchez, in Epiſcopo requiri conſenſum hæredum & legatarii;addit tamen Sanchez ſi partes inter ſe non concordent in hac commutatione,arbitrio judicis concordandum eſſe; *contra* ab aliis non requiri conſenſum legatarii,ſed Epiſcopi & Executorũ,tradit Molin.*diſp.*149.Aſt dicit, ſe non videre ad quid conſenſus legatarii requiratur.

Franciſcus Amicus *de juſt & jur.diſp.*19 *ſect.*3 *n* 51.tradit ex Sa.*verb. teſtamentum n 12.*quod poſſit Epiſcopus cum conſenſu teſtamenti Executorum in *maiorem* utilitatem convertere,quod à teſtatore in *minorem* utilitatem erat relictum *ex Can.in c.cum tua de teſtam* Malder *in 2.2.tract 1.de juſt & jur.de teſtam.dub.*11.quem ad verbum deſcripſit *Wiggers in 2.2.de iuſt.& iur.tract.5 c.3. dub 6.*& ſequitur.

Certè in eiuſmodi converſione & commutatione legati Epiſcopus non *abſoluta* ſed *ordinaria* duntaxat utitur poteſtate;ergo multo minus Pontifex Princeps ſupremus in converſione legati pii *abſoluta*,ſed *ordinaria* duntaxat utetur poteſtate,eò quod Pontifex *maiorem & pleniorem* poteſtatem , imò ipſam plenitudinem poteſtatis habeat,à qua Epiſcopus ſuam, quantam habet,debet obtinere poteſtatem.per ſup.*not.* 118

§. VII.

F.Romani reſponſio ad clauſulam hanc, (ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate in Clem.quia contingit.de Rel dom.)comprehenſam data evertitur.

Oſtendebam,quod ſuperioribus non ſatisfaceret F. Romanus *q.*3.*n.* 4 §.*ſed obiicies & quæſt.*7 *num* 5.§.II *.eodem modo*, inquiens, quod verba *d.Clement.quia contingit*;ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate , *non diſpoſitio ſit,ſed tantum reſervatio generalis*;quæ reſervatio non eſt lex,cum id referat, quod eſt ſupra legem,& ſic Papa mutando voluntatem ultimam, exerceret actum conformem ſuæ reſervationi,non vero legi poſitivæ ſeu Canoni. 119 *Reſponſio F. Romani*

Nam licet reſervatio ſpecialis aut Generalis plurium beneficiorum unius provinciæ non ex juris communis diſpoſitione conſurgens, non ſit lex;attamen reſervatio Generalis *ex diſpoſitione iuris communis introducta,* *Evertitur.*

9. q. 3. cuncta & c. per principalem de excess. prælat. Clem frequens. §. prætereа. *Simile inducit Laudensis de principe seculari.* ff. de administ. rer. ad civit. pertin. l. legatam. Eadem *Confirmantur* ex eo, quod Papa sit Dominus beneficiorũ. &c. majoremque in iis quam princeps in sæcularium rebus habeat potestatem, prout sup. est deductũ. Vid. & Granut *in addit. ad d q* 4. Simonett. *de reservat d. loc.* 123

Ad *Posterius* quæstiunculæ propositæ *membrum* Respondebam, Pontificem id posse Ordinaria potestate; *Ratio* est eadem quæ hic supra quæstiuncula 2. est data, quod conformiter dispositioni juris communis *in d. Clem. quia contingit.* legata in unum usum pium possint legitimâ interveniente causa in alium usum Ecclesiæ utiliorem converti. Unde consequens est, quod ejusmodi, Pia legata in alium usum Pium Ordinariâ Pontificis potestate cõverti possint. 124

Ad hæc & similia argumenta cum F. Romanus respondere non posset, aliò dilabebatur, negans hic justam unionis intercedere causam.

§. IX.

Quærebam igitur 4. *Utrum justa intercedat causa, quando Monasteria quædam Monialium conventibus orbata aliis alterius Ordinis religiosis juventutem tum in litteris, tum in bonis moribus instituentibus vel seminariis, ut inde boni Ecclesia prodeant pastores, conferantur.* 125

Respondebam, quod Negaret id quidem F. Romanus, *tota q. 2.* cujus rationes tum ex *titulo fundationis*, tum aliunde petitæ *partim supra in quæst. 3 Astri Eclipsi ejusque resolutione* refutatæ sunt, *partim infra in q. 6. & 7.* refutabuntur.

CONTRA verò illud asseri docebam à Tholosan. *de instit rei benef. c. 20. de union. num* 14. *circa fin.* Decimo *inquiente*, inventa est iusta causa, Unionis favor collegiorum & institutionis iuventutis, ut illis beneficia, PRIORATUS MAXIME & capellæ pingues unirentur. &c. Eandem quoque justam causam existimat esse Petr. Anton. de Petr. *de potestate principis c.* 24. *nu.* 73. ut etiam propter illam possit alicui auferri jus plenè quæsitum Petr. *d. loc.* multo ergo magis poterit propter illam eandem causam jus non plene quæsitum alicui auferri, Pettus *d tract c.* 30. eò quod bonum privatum utilitati publicæ cedere debeat ac consequenter multò magis ubi nulli inferiori ius aliquod sive plenum sive non plenum aufertur (sicuti in nostro casu accidit) poterit unio Monasterii emortui ad alio ut membrum independentis propter eandem causam fieri. Cum etiam alias Ecclesia, hoc ipso, quod per hostes destructa sit vel desolata, possit alteri 126

uniri *ex cap* 2. *de rel dom.* Rebuff. *in praxi Benef. de unionibus benef. numer.* 40 Barbof. *de officio Episcop.allegat.66.num.*15.

127 Comment. Hayana. Ad Tholosan Resp. *F. Romanus allegat.* 136. & 137. *dicit, quod citatus Tholosanus nec respondeat affirmative meæ quæstioni, nec loquatur de uniendis Societati vel seminario Monasteriis, sed de beneficiis duntaxat simplicibus, itemque de prioratibus & Capellis, quæ Monasteriis non sunt unita vel annexa, Convenienter Concilio Trid.* cap.18. sess. 23. de reformat. num. 27. *ibi* Et eam portionem sic detractam nec non beneficia aliquot simplicia, NB. sine cultus divini & illa obtinentium præiudicio, huic Collegio applicabunt & incorporabunt. *Et Declarationibus Cardinalium, quæ licet ibidem ad num.*29 *contineant, quod* seminario possunt ac debent uniri beneficia opima si venit casus vacationis; *loquantur tamen non de integris Abbatiis, sed solummodo de beneficiis quorum unio ab Episcopis fieri potest. qualis nō est Monasteriorū à suo Ordine translatio & extinctio, quæ à solo Papa fieri potest. Prout conformiter ibidem, declaravit sacra Congregatio:* Non posse Episcopum vigore huius decreti applicare & unire seminario beneficia quæ residentiam requirunt, Veluti CANONICATVS &c. Nec ea beneficia, quæ sunt ad inferiorum collationem, nec quæ commendata sunt, nec beneficia juris patronatus, etiam Ecclesiastici. Neque quæ Monasteriis sunt Vnita vel annexa, *quanto minus integra ipsa Monasteria? de quibus pariter Petr. Anton de Petr.*d.num. 73. *ne meminit quidem,*

128 Ad Petr. Anton. de Petra. *sicut nec seminarii, nec juventutis educandæ, nec fidei Catholicæ promovendæ, sed loquitur solum de fide augenda servorum erga Dominos suos.*

Ad Secundum, *inquiens*, respondetur, causam ibi adesse justissimam, scil. religiosa solicitudo augendi, pro vocandique fidei observationem contra suos Dominos, ut præmio consequendæ libertatis, servi vindicent necem Domini: *Vbi ego per* fidem servorum erga suos Dominos, *intellexerim fidem Catholicam eiusque augmentum & provocationem Vide Dyn.*in reg.juris 23 in 6.

Perperam ergo pro me Ud juxta ipsius nudum assertum. sed non probatum allegem. atque ut ipse videt, tanti ego æstimem Monasteria, quanti unum simplex beneficium aut Capellam.

129 *Allegatione quoque* 138. 139. 140. *citat jus* Can. *Rebuff. Aug. Barbos. ac* dicit, *quod adeo unionibus in meum & Societatis favorem faciendis immersus sim, ut ubicunque hoc nomen Vnionis legerim, mox opiner intelligi unionem faciendam esse nostræ Societati vel seminariis ab ea gubernandis, ac recitatis iis, quæ de justa unionis Ecclesiæ causa ob hostilem destructionem vel desolationem prabita* ex c.2.de rel.dom. *tum Rebuf & Barboss.* sup.cit.loc. *attuleram,* subjicit, *sed nosse me velit illud* c.2.

de rel.

de rel. dom. *& authores allegatos non loqui de faciendis unionibus (quæ in nostra controversia præsupponunt suppressionem & extinctionem Monasteriorũ) ad diversæ fundationis & professionis homines & Ecclesias sed ad ejusdem O mnia enim Monasteria tempore Gregorii Magni (cujus est hæc decretalis) com* 130
muniter in Ecclesia Latina fuisse Benedictina sentit ac firmat Franc. Suar. tom 4 de relig. lib. 2. de variet Relig. in specie c. 2. num 7 & seqq. *Quia Monasterium ait Gregorius allegatus, quod in fundo Martiano situm est, hostilitate faciente, dicitur desolatum, illud tuo Monasterio, cum omnibus rebus suis vel quæ competunt ei actionibus perspeximus uniendum, ubi notari vult S. Gregorium, Monasterium desolatum, alteri Monasterio ejusdem professionis & Ordinis univisse. Adeoque si* Monasteria *hodie desolata unienda essent, aliis propter impossibilitatem reparationis aut sustentationis de jure communi & ex ista Decretali pro conservandis etiam ultimis fundatorum voluntatibus Benedictina venirent unienda aliis Benedictinis, Cistertiensia Cistertiensibus, Præmonstratensia Præmonstratensibus &c. (quia in Symbolizantibus facilior est transitus, ut aiam ego* Astri Eclips. quæst. 6. c. 2. num. 11 per l. 1. C. non licere habitatoribus Metrocomiæ lib. 11. tit. 55. l cum pater 77. §. libertis ff. de legat. 2. *Tholosan. c. 20.* Institut. rei benef n. 10) *non autem Patribus Iesuitis, quibus uniri non possunt nisi pravia extinctione & suppressione; cum ipsi non Symbolizent cum antiquis Ordinibus, neque in habitu & tonsura, neque in observãtia ejusdem regulæ, neque in cantandis horis Canonicis & aliis, neque in silentio, neque in jejuniis & abstinentia, neque in asperitate vitæ, nec denique in* NB.
constitutionibus aut aliis observantiis. Et proximior in gradu etiam Symbolizationis excludat remotiorem. Rota. decis. 111. n. 5. apud Coccin. arg. Concil. Trid. c. 8. sess. 25. de reform. ibi. quæ eorum institutioni proximior sit.

Quod si proinde ego meum cupiam intentum consequi, oportebit alios Canones & Dd. in medium producere, qui doceant expressè, Monasteria destituta de jure communi posse neglecta fundatorum voluntate, & Concordatis nationis in aliena professionis Collegia & secularium seminaria transformari. Cætera quæ *adjungit sunt nugæ.*

Hæc tandem F. Romanus cum ad alia omnia loca sup. citata nihil posset respondere, iis dissimulatis, undique subsidium contra mea allegata implorat, sed ut videbitur, frustra; 131

Imprimis quod F. Romanus asserat Tholosanum meæ Quæstioni non affirmativè respondere, ipsimet Tholosano adversatur. Siquidem *hic in Tract. de Instit. rei benefic. c. 20. n. 13.* dicit. debet itaque fieri unio cum justa causa. *& num. 14.* Causa autem justa aut legitima unionis esse poterit multiplex. *veluti primum &c. ac ibidem* Decimo inventa est justa causa unionis FAVOR COLLEGIORUM ET INSTITUTIONIS JUVENTUTIS, ut illis beneficia, PRIORATUS MAXIME & capellæ pingues unirentur. Favor etiam religionis fecit, ut Monasteriis Ecclesiæ junctæ sint interdum Parochiales, interdum *Discutiũtur*

 alterius

alterius generis ut liquet titulo de Capellis Monachorum. Si hoc non est affirmative ad propositã meã quæstionẽ respondere, tunc certe F. Romanus nescit, quid à me sit propositũ nec intẽdit quid à Tholosano cit. loc. sit respõsũ.

132 Deinde nec verum est, quod Tholosanus non loquatur de uniendis Societati nostræ Monasteriis, sed de beneficiis DUNTAXAT simplicibus. Num F. Romano PRIORATUS non sunt Monasteria? Quid itidem sibi vult particula MAXIME addita prioratibus, an non hæc in dubio majora similia involuit & implicite significat: Si nescit F. Romanus, discat à Barbos dict. Maxime.

133 At quibus prioratus maxime & Monasteria unienda, Collegiis favorabilibus ex institutione juventutis. Ubi hujusmodi Collegia favorabilia, quibus jungatur institutio juventutis? Annon apud Societatem, quæ peculiariter ex voto se ad juventutis institutionem obligat? sive igitur Tholosanus nominetenus appellet Societatem, sive alio modo eam implicite demonstret, perinde est, in jure enim paria sunt aliquem proprio nomine nuncupare vel certo signo demonstrare per l. quotiens 9. §. 8. ff. de hæred. instit.

134 Quæ cum sint adeo manifesta F. Romanus iis dissimulatis transfugit ad Conc. Trid sess. 23. de Ref. ubi quidem invenio beneficia simplicia seminariis clericorũ uniri posse, non autẽ illam particulam taxativã & exclusivam DUNTAXAT vel TANTUM quã de sua additã F. Romanus Conc. Trid falsificat.

135 Aliud igitur Præsidium in Declarationibus Cardinalium quærit, quod istæ loquantur de beneficiis, non de Monasteriis. Ita F. Romanus hic totam aulæ suæ molem in beneficiis fundatã evertit, agnoscens Monasteria non esse beneficia vacantia, quæ ab Episcopo vel aliis inferioribus conferri possint, prout tamen sup. sustinere volebat & quidem ipsi maximè contrario Friderico de Senis cons. 43. Ita F. Romanus nihil consequenter aut loquitur aut scribit, sed nunc ait nunc negat, quæ varietas ipsum delectat.

F. Romanus hic sibi contrarius statuit Monasteria nõ esse ben. ficia, totamque suã Aulam evertit.

Adhæc Cardinalium Declarationes illam particulam taxativam DUNTAXAT aut TANTUM vel SOLUM non agnoscunt.

136 Quod verò ex Conc. Trid. &c. majusculis literis notat beneficia Monasteriis unita vel annexa seminariis non unienda, indeq, infert ergo multo minus ipsa Monasteria sunt seminariis vel Collegiis Societati unienda. Respondeo Concilium intelligi de Monasteriis, quæ actu Conventũ habent, non autẽ de iis, quæ conventu carent, ut sæpius ex S. Rotæ Rom. decis. 9 n. 7 & seqq apud Tambur. tom. 3. de jure Abbat. ostendi arg. c. un. de ætat & qualit. in 6. prout & ib. Conciliũ de Parochialibus loquens intelligit Parochiales actu, nõ autẽ habitu, uti resolvit Card. Declaratio in c. 13. Conc. Trid sess. 24. de refor. Illud enim patet ex ratione ibidẽ subjecta nim. ut Ecclesiarũ status (ubi sacra Deo officia MINISTRANTUR) in dignitate conservetur sess. 21. c 5. Conc. Trid. de refor. & ne Ordo Ecclesiasticus cõfunderetur Conc. Trid sess. 7 c. 6 de reform. neq; corpus aliquod Deo serviens extingueretur, de quo casu loquitur decisio

Ad Concil. Trid.

Resp.

137

S. Rot.

S. Rot. Rom de Paroch. apud Crescent. At ubi Monasteria nullum conventum habent, non potest dici, quod istic sacra Deo officia ministrentur, uti inculcat M. Eugenius *in consil. suo tractatu nostro 3 c.* allato, itaque nec status ipsius actualis ex dignitate quæ nulla ibidem amplius existit, veniat conservandus, Neq; etiā potest dici quod Monasteria conventu destituta alii loco religioso si conferātur, propterea Ordo Ecclesiasticus cōfundatur, ut proinde isto casu 138
cessante causa finali, ex qua prohibetur unio facienda, cesset etiā prohibitio. *c. cū cessante de appel.* neq. de hoc casu, quo Monasteria carent conventu, neq; Conc. Trid. neq; Card. declarationes cōtra nostrā sentētiā quicquā definiūt.

Quod addit F. Romanus in Monasteriorum conventu carentiū unione 139
Societati facienda necessario requiri, ut fiat extinctio & suppressio aliqua, est somnium Hajanum. *quod jam sup. in resolut. q. 2* dispulimus.

Quinimo à prohibitis uniri expressè excipiuntur casus in iure permissi *c. 5.* 140
Concil Trid. sess. 21. de reform. quos inter *ad c. 13. Conc. Trid. sess. 24. de reform* notatur; Item *salvantur & EXCIPIUNTUR UNIONES, quæ fiunt* PRO FUNDATIONE, *dotatione augmento vel conservatione* COLLEGIORUM ET ALTORUM PIORUM ET RELIGIOSORUM LOCORUM *ad fides Catholicæ defensionem & propagationem*. BONARUM ARTIUM CULTUM, uti resolvit Gonzal. *in Reg. 8. cancell. glo. 5. §. 7. n. 46. 47 ex regula 12. Pauli V.* in qua etiam à revisione per Ordinarium juxta *Conc. Trid.* facienda excipiuntur. Vid. & Barb. *l. 3. de jure univ. Eccl. c. 16. a. n. 34.* Chokier. *in reg. 11. cancell. n. 17.* Atq; pro hac sententia tanquā *equiore* decidit S. Rot. Rom apud Mohed. *dec. 7. al. 145 de priv. & indult.* Mandos. *in reg. 12. reserv. Pauli V. q. 3. in fin.* Atque hæc multò magis obtinebūt in Monasteriis cōventu carētibus, si ea ejusmodi locis religiosis in præmissū finē uniantur, quēadmodū & Sedes Apostolica non semel, sed sæpius ejusmodi Monasteria eo fine Societati univit & associavit. Ut proinde hic frustra F. Romanus contra summi Pontificis & Sedis Apostolicæ dispositionem contendat.

Deinde quod responsiones Petr. Anton. de Petra *de potest princ. c. 24 n. 73* 141
ad arg. 3. & 4. datas atque à me allegatas attinet, F. Romanus pro iisdē substituit & supponit mihi ejusdē Petri responsionē *ad arg. 2.* quæ inter se plurimū differunt, ideoq; F. Romanus rursum exorbitat, quāvis allatū *exemplū fidelis servi* erga Dominū suum ob vindicatam Domini necē singulari præmio libertatis cōdecorati *analogicè* possit applicari servis & ministris Dei religiosis, qui fideliter tot Christi Domini nostri mēbrorum mortes *spirituales* vindicāt, ut illi quoque singulari præmio à Sede Apostolica & Ecclesia *Catholica* digni censeantur, atque ab aliis regulis, de quibus sup. tactum est, eximantur.

Ad Petrū de Petra, Resp.

Cæteroquin ita respondet *cit. loc* Petr. Ant. *Ad tertiū respōdetur, causā subesse etiā ibi scilicet necessitatis, ut videre est* in d. c. per principalē ibi, *cū necesse fuerit ad nos cōvocare* 8. q. ult. *& ita illū textū pōderat Isern.* in c. 1. §. vectigalia n. 3. in fin. quę sint reg. *Vel aliter dici potest, quod ille text⁹ intelligatur etiā dūmodo causa publica utilitatis cōcurrat. ita declarat Castr.* cōs. 229. visis & pōderatis 142

" ratis col.2.verf.4.quia papa poteſt juncta reſponſione data per eum ibi, in
" fin. in 1.part. *& idem firmat ipſe* in conſ 414. In facto præſenti non intendo
" adulari num.4 in d.part. *ubi concludit, quod Papa poteſt rem unius Eccleſiæ*
" *vel Clerici vel jus ejus auferre* per d.c. per principalem. *Cum ſubeſt cauſa ra-*
" *tionabilis, ne videatur adverſari Canonibus.*

143 *Deinde ad 4. Reſpondens 4* ait ad Clem. quia contingit de relig. domib. *reſpondetur pariter, quod intelligitur ex cauſa vel hærede conſentiente, ut notat Card.* ibi in nono & nota. q.4.& 5.&c. *& ita etiam puta intelligi debere quæ ponit Baldus* in l. teſtamentum C. de teſtam. *quod Papa de plenitudine poteſtatis poteſt rem deſtinatam in teſtamento ad unum uſum pium commutare in alium ſimilem* ut ſup. *procedat ex cauſa, quia non poteſt in uſum deſtinatum converti ex aliquo accidenti* juxta ea *quæ ponit Bart.* in l. legatum ff de uſufr. legat *& tunc idem poteris Legatus* VEL EPISCOPUS &c. Hactenus Petr.

144 Unde patet, quod hoc caſu non ſit opus poteſtate ullâ abſolutâ, cum Epiſcopus hujuſmodi poteſtate deſtituatur, ſed ordinariâ, qualis etiam in Epiſcopo, non tamen ſecundum plenitudinem datur, ſufficiat, ut vel hinc appareat, qua fide F. Romanus authores à me citatos tractet.

145 Quòd allegat F. Romanus Dynum *in reg. 23 de R I in 6.* ubi regula dicit, *non debet aliquis alterius odio prægravari & Dynus deducit quod filii ob delictum parentis non debeant puniri &c* quid ad rem faciant non video.

Ad Dyn. Reſp.

146 Porro *quod allegat. 138. & 139.* aſſerit me *ubicunque de unionibus agitur exiſtimare de unionibus Societatis faciendis agi*, figmentum eſt ſimiliter Hajanum.

147 *Et c. 2 de relig. domib.* ſicut & Rebuff. & Barboſ. eo ſolum fine adduxi, ut ex iis oſtenderem deſtructionem alicujus loci ex hoſtili incurſu factam, eſſe *juſtam unionis cauſam*, prout & F. Romanus negare non poterit. At ipſe à ſcopo iterum reſilit, adeoque diſputationem convertit, aſſerens, quod hic de unione Monaſterii deſtructi Monachis ejuſdem Ordinis facienda agatur, quo tamen reſponſo nulli plus quam ſibi ipſi F. Romanus obeſt. Nam ſi cæteri Monachi ejuſdem Ordinis à ſummo Pontifice precibus debuerunt obtinere, ut locus alicujus Ordinis deſertus ſibi concedatur & uniatur, Ergo cæteri ejuſdem Ordinis Monachi hujus loci deſtructi dominium nec in re nec in ſpe juridica habuerunt. Fruſtra enim alias precibus obtinere laboraſſent, quod vel ſuum eſſet, vel ſibi debitum fuiſſet. *l. un. C de Theſaur. lib. 10 l. Imperatores de privil. Creditor.*

148 Adhæc quis F. Romano revelavit, quod S. Gregorius M. hic agat de Monaſterio deſtructo Ordinis Sancti Benedicti cæteris ejuſdem Ordinis Monachis uniendo. Cum illud nec ipſe S. Gregorius M. expreſſè dicat nec ullo verbo inſinuet. *Neq; P. Suarez tom 4. de Relig tract. 9. lib. 2. de variet. relig. c. 2. num. 7. & ſeqq.* aſſerat. Imo ipſe pater *d. num. 7.* expreſſe atteſtetur, *inquirimus ajens, an poſt Benedicti inſtitutionem manſerit inter Monachos veluti*

Ad P. Suar Reſp.

luti religionum distinctio vel omnes ceperint sub Benedicti regula militare. De quo in antiquis historiis NIHIL CERTUM INVENIO *: tamen quid ab* Anton. in 2. part. historiali tit. 15. c. 14. sit scriptum *reperio; post Benedictum omnes Monachi occidentis militant sub regula S. Benedicti & ipsum habent in patrem exceptis Carthusiensibus. Similia* fere habet *in* 3. parte Theologali tit. 16 c. 1. §. 7. *Vnde verisimile mihi fit vel statim vel paulo post institutam & divulgatam regulam Benedicti omnes Occidentis Monachos ad illam se conformasse &c.*

Addit varias conjecturas, ex quibus prima *est, quia Monachi antea non videntur habuisse certam aliquam regulam in Europa (ut omittam regulam Basilii in Oriente & Augustini in Africa) nec ferè unitatem religionum inter diversa Monasteria , sed unumquodque juxta suas consuetudines & propria statuta vel fortè juxta prudentiam sui Abbatis gubernabantur. Benedictus autē & propriam regulam instituit & varia Monasteria in Italia & extra illā per se & per suos discipulos Placidum & Maurum sub unius religionis concordia fundavit, ergo facile fieri potuit, ut alia Monasteria eandem regulam reciperent. Cum nullam haberent.* Secundum *indicium est, quia omnia jura , qua post illa & prope illa tempora, qualia fuerunt circa ætatem D. Gregorii de solis Monachis S. Benedicti, vel qui ab eo duxerunt originē, loquuntur.* Tertiò *(quod præcipue me movet) invenio antiquam approbationem D. Gregorii dicentis se confirmasse regulam S. Benedicti in Sancto Concilio, & subdit , & observari præcepise ab omnibus, qui sæculo renunciare & ad Deum converti voluerint, in omnibus regionibus seu Provinciis Ecclesiæ Latinæ. &c.* 149

Et n. 8. & seqq. idem P. Suarez disputat, utrum S. Gregorius M. fuerit Monachus Benedictinus, de quo videatur noster tractatus 4. *lib.* 1. *cap.* 10. 150

Cæterum quod ad rem nostram attinet, istic Pater Suarez nihil certi in antiquis historiis invenisse fatetur, neque etiam pro certo affirmat , omnia in occidente seu in Ecclesia Latina fuisse tempore Gregorii M. Benedictina. Cum de Monasteriis Provinciæ Valeriæ plane aliud ex S. Gregorio M. constet, prout *in d tract.* 4. in S. Gregorio M. ostendetur. Neque prima conjectura ex incertitudine regulæ petita colligi poterit , istic temporis omnia Monasteria in Occidente fuisse Benedictina. *Secunda* conjectura suas similiter patitur difficultates, tū ex iis, quæ *d. tract.* 4 *c* 10. ex S. Gregorio M. attulimus, tum quod idem S. Gregorius M. *lib.* 11. *indict.* 6. *Epistol* 4. *ad Adeodatum Abbatem Neapolitanum data*, respondet, ex qua constat quod Monachi Monasterii Craterensis seu de Cratera urbi Neapolitanæ vicini à S. Gregorio M. petierint, ut cum locus ipse ita pene funditus servorum Dei obsequio destitutus esset, ut vix illic remanserint , qui loci illius valeant solummodo esse custodes, Monasterio urbis Neapolitanæ uniretur , quatenus succedentibus aliis sollicitudine Abbatis locus ipse auctore Deo regulari valeat ordinatione disponi. Cui contrariatus fuerit Basilius Capuanæ Ecclesiæ Episco-

Monasteria occidentis nō omnia fuerunt Ordinis S. Benedicti.

" pus, asserens locum ipsum OLIM MONASTERIO ALIO Dioecesis suae
" fuisse conjunctum, & idcirco minime in alterius Ecclesiae jus debere con-
" tradi. Quòd tamen opponente Clero Ecclesiae Neapolitanae non proba-
" vit, Itaque locus ille Neapolitano Monasterio unitus fuit, ut cessante hosti-
" litate locus iterum Monachis submissis, qui ibidem divinis laudibus jugi-
" ter permaneant, ordinetur *sup. ubi notanda est particula* OLIM, quae cer-
tè non significat, quod hoc tempore, sed longe ante Monasterium illa in Campania extiterint, per notata Alber de Rotat. *in Dictionar. &* Brixiensis *in repert. suo. verb. olim ex Auth. Vt jud. sine quoque suffrag. in praefat. seu princ. vers. invenimus Collat. 2. & ibi.* Jacob. de Belvis. Quod si igitur ea Monasteria longe ante extiterunt, igitur non est verisimile ea tunc temporis sub Gregorio Magno, qui cum Sancto Benedicto vixit, primitus erecta aut fundata fuisse. *Sed haec aliis, quibus plus ocii est, accuratius discutienda relinquo.*

151 Quod de Monasterio Marciano *in c. 2. de relig. dom.* affertur, sciendum est, illud alteri Monasterio aeque principaliter fuisse unitum, ea lege, ut in utroq; sufficiens esset cultus divinus, subjectio Monachorum incolentium reservaretur Episcopo, intra cujus fines situm erat Monasterium, quod alteri Monasterio alterius Dioecesis uniebatur, ut rectè Emin. ac Rever. D. Antonius Caraffa S.R.E. Cardinalis, *in Indice titulorum ex Registro Epistolarum* B. Gregorii Magni *sub tit. regular. excerpsit.* siquidem S. Gregorius M. *lib. 9. indict. 4 Epist. 67. ita* scribit Agapito Abbati, prout infra *in resol. quaest. 7.* videbitur.

152 Ex quo contra Fr. Romanum notes 1. Monasteriorum *à congregatione desolatorum* ad summi Pontificis & non ad aliorum Monachorum eorumve Praelatorum dispositionem spectare 2. Caeteros Monachos non nisi ex COMMISSIONE Apostolica Monasterii ejusmodi desolati ordinationem suscepisse. 3. Res quoque illius Monasterii ab aliis detentas vindicandi vel repetendi non nisi ex licentia Apostolica habuisse facultatem. 4. Ejusdem Monasterii curam & sollicitudinem alteri quidem Abbati commissam fuisse, sed ita, ut tamen ipsum Monasterium Episcopo, in cujus Dioecesi jacebat, maneret subjectum. Consequenter caeteros Monachos ejusdem Ordinis (Sancti Benedicti, prout hic supponit F. Romanus eos fuisse;) ante concessionem hanc Apostolicam jus in d. Monasterium à congregatione desolatum minime habuisse. Itaque quando F Romanus contrarium asserit, S. Gregorio M. contradicit Sed haec ad impertinentem F. Romani allegationem notata sufficiant.

153 Nobis vero in rem praesentem inservit, quod Monasterium hostili incursu desolatum alteri possit uniri, quodque Sedi Apostolicae cura incumbat, ut cuilibet loco de debito cultu & de venerabilibus rebus pro-
spiciat

spiciat ut obsequio suo nō desit. Quod itidem mecum Rebuffus & August. Barbosâ me *sup. cit locis* laudati agnoscunt, quorum sicuti B. Gregorii M. authoritati in nullo derogat vel contradicit pater Suarez noster, ut proinde hic multifariam F. Romanus aberret; *quando ex d. c. 2. & textu S. Gregorii M* dicit, sequi Monasteria à Congregationibus desolata ejusdem Ordinis Religiosis esse danda, *Benedictina Benedictinis, Cistertiensia Cistercensibus; Pramonstratensia Pramonstratensibus &c.* quorum nihil S. Gregorius M. hic definit, sed solum F. Romanus contra apertum textum illi affingit.

Neque *symbolizatio ex habitu, tonsura &* similibus accidentalibus desumpta à fundatoribus & canonibus unquam principaliter attenditur, cum habitus & tonsura non faciant Monachum, sed vita juxta tria vota *religiosa Paupertatis, Castitatis & Obedientia* religiosè instituta, in quorum votorū observatione essentiali cum Societas nostra omnino conveniat, non est q̃ à symbolizatione substantialis vitæ religiosæ societatem nostram excludat, nisi contra Constitutiones Apostolicas, institutum nostrum audeat vellicare. At videat ne Censuram Apostolicam incurrat. Deinde calumnia est, quod in Societate religiosum non servetur silentium &c. 148

Impertinenter quoque allegatur Concilium Trid. *sess. 25. c. 8. de reform* quia istic non de proximioribus in habitu, tonsura, ut hic falso F. Romanus assumit, sed de *fine proximiore intento* agitur. Finis autem fundatorum fuit obligare institutos ad cultum vel servitium divinum, vel actus misericordiæ erga pauperes exercendos; quemadmodum ex Rot Rom. *decis. 133. n. 2. part. 1. in recentiss* supra ostendimus. At cum Societati nostræ hic sit scopus præfixus, ut ubique maiorem Dei Gloriam quærat, & Deo inserviat, ac pro fundatoribus & benefactoribus oret, certe nemo negare poterit, etiam à Societate nostra in aliqua desolata Monasteria introductâ finem proximiorem ab Ecclesia & fundatoribus intentum attingi. 149 *Concil. Trid. malè à F. Romano allegatur.*

Denique cum ego pro me ac Societate nostra in via justitiæ tot habeam S. Rotæ Romanæ aliorumque summorum Tribunalium præjudicia & sententias, quæ in rem judicatam transierint, atque *in tractatu nostro 3. cap. 3.* videri poterunt, frustra F. Romanus post rem judicatam à me alias Canonum & Dd. allegationes requirit, quibus ipse nullatenus satisfacere potuit. S. Rota Rom. verò ipsius summi Pontificis Tribunal sufficientissimas censuit esse atque iuxta easdē pronunciavit. Cuius judicio F. Romanus habebit sese accommodare, non vero amplius contratiari. 150

§. X.

Quærebam 5. *An hisce temporum circumstantiis, quibus juventuti in literis & pietate instruenda Servientibus & Ecclesia pastoribus formandis valde necessaria judicarentur Collegia & seminaria clericorum, si eum in finem translatio fiat quorundam Monasteriorum à Congregatione desolatorum, censeretur prima fundatorum voluntas mutari vel per Epikia interpretationem juvari?* 151

Respon-

Respundebam *F. Romanum q. 2 n.22. q. 3 n. 3 atque alibi* passim censere voluntatem mutari.

At contra sentire P. Laymannum, atque dicere, in rigore quidem loquendo voluntatem defunctorum materialiter quidem quoad circumstantias quasdam, non vero *formaliter* quoad ipsam intentionem mutari, sed per *Epiikiam* tantum interpretari.

152 Verum ego existimo *primo* omnium inspiciendas testatorum ac fundatorum mentes & tabulas, utrum in casum mortis omnium Conventualium originatiorũ vel incolarum etiam porro de alienigenis & exteris eiusdem Ordinis religiosis advocandis dispoluerint vel non disposuerint. Poterit autem id facile ex voluntate testatoris *nuncupativa vel scripta* constare. Nam ut tradit Alexander Raudensis *in tract. de Analog. univ. lib. 1. c. 28 n. 118 119. & seqq & c. 34 n 249* voluntas in *quadruplici* statu reperitur. *Primus* volũtatis status dicitur esse mentis conceptus in corde retentus. *l. si repetendi. C. de Cõd. ob caus.* Et hic nihil operatur. Quia conceptus seu propositum in mente retentũ nihil operatur. *d. l. si repetendi C. de Cond. ob caus. Secundus* status mentis & *conceptus* verbis *facta* prolatio. *Socin. Iun. in rubr. de V. O. n. 203.* Vnde testamentum nuncupativum est quod testibus comprobari potest. *Tertius* est mentis eiusdem scriptis facta expressio, unde testamentum in scriptis. *Quartus* est voluntatis, ubi ea nec prolata nec scripta est, præsumptio. Raudensis *d. loc.* Quod si igitur voluntas nec verbis nec scripto in casum mortis omniũ Originariorum vel incolarum institutorum sit expressa, tunc locum habebit præsumptio voluntatis, quam dum superior attentis circumstantiis præsumit, non poterit ipse dici aliquid in testatoris voluntate mutare; Cum voluntas prolata aut *scripta* non extet. Quod autem Superioribus eo in casu dispositionis cura omnis incumbat, ex S. Gregorio paulò ante vidimus.

Vltima voluntatis quadruplex status.

153 *Atque idem ipsum ex c. 8 sess. 25 Concil. Trid. de reform. constat.* Sin vero in illum casum fundatores aut testatores ulterius verbo vel scripto providissēt, tunc aio Bene resolvisse P. Laymannum *Epiikiam* locum habituram, idque argumento à lege ad ultimam testatoris voluntatem, quæ legis instar servanda venit, desumpto, quod in jure forte & efficax tradit Nicol. Everard *in loc. à lege ad testator. n. 1.* quia licet illic non adesset consensus testatoris præcedens, adesse tamen in talibus circumstantiis præsumeretur consensus accedens. si quidem secundum Bald. *in c. consuetudinis n. 8.* de consuet triplex

154 datur consensus, *præcedens inhærens, accedens* apud Raudensem *in tract. de analog. un. in indice verb consensus.* Atqui ut sublumam *secundum S. Thomam 2. 2. q. 120. art. 1.* in lege Epiikia obtinet non tantùm, quando casus legis ob supervenientem aliquam circumstantiam evadit illicitus aut etiam perniciosus bono communi, aut nimis difficilis, & superat potestatem legislatoris, ut reddatur impossibilis, sed etiam quando occurrit casus aliquis, qui ex circumstantiis iudicatur à legislatore nõ intentus, quemque legislator excepisset vel

Consensus triplex datur.

Epiikia quãdo detur.

set vel suam voluntatem accommodasset, si eum prævidisset. Quamobrē bene docet Aristoteles, *Legem corrigi per Epikiam, quatenus legislator, si adesset hoc modo responsurus, & ita legem suam moderaturus atque interpretaturus fuisset* Vid. Bonacin *de Legib. in genere disp.* 1. q. 1 *punct. ult.* § 2. *propos.* 2. *&* DD. *ibi* citat. Unde à pari *Epikia* in ultimis voluntatibus locum obtinebit, 155
non solùm quando ob circumstantiam illatum dispositio foret illicita aut perniciosa Reip. (ut MALE VOLEBAT F. ROMANUS *d. loc.*) sed etiam eo casu, quo prudenter à superioribus aliter dispositari præsumuntur *testatores, vel suam* voluntatem accommodaturi & accessuri, si prævidissent *Monachos* à se institutos vel ab ipsorum intentione deficere, vel iis etiam omnibus copulative hoc loci defunctis alios Ecclesiæ operarios necessarios fore, qui tum juventutem rudem in literis, moribus ac pietate erudirent, tum clericos in seminariis ad sacerdotium præpararent, itàque divinus augeretur cultus, ipsorumque fundatorum mens pia Deo commendata in dies promoveretur &c. *per nos sup.* Unde consequens est, quod sicut solius supremi principis est, 156
legem dictis casibus authoritativè interpretari *L. 1. & L. 9. C. de LL.* ita etiam ipsius Supremi principis in Ecclesiasticis seu summi Pontificis erit voluntates defunctorum similiter interpretari, *arg. d. Clem. quia contingit. de rel. dom.* Adeoque ipsarum interpretatio non ad quemvis privatum, contra ac male F. Romanus *cit. loc.* argumentabatur, atque hic tacēdo concedere videtur, spectabit.

Quæ licet omnia ita de jure se habeant; attamen quia complura F. Romanus in contrarium affert, quæ ad duas classes possunt commodè referri, quibus inquiritur, utrum allatæ responsiones nostræ contra jus naturale ac divinum, 2. Canonicum ac statum Ecclesiæ ab ipso jure præscriptum veniant. deo de his in sequenti tomo hujus tractatus secundi ex ordine agetur.

INDEX

INDICULUS QUARUNDAM RERUM & Verborum in Tractatus Secundi tomo Primo repertarum, ubi numerus paginam denotat.

D.

E

F.

Iuris

R.

S.

T.

V.

FINIS.

TOM. I. TRACT. II.

Errata quædam hoc modo legenda.

PAgina 37. Lin. 15. manifeste, pag 48. lin. 34. ipsius, pag. 61. lin. 35. similis pag. 62. lin. 2. argumentum. Ibidem lin. 40. abstulerunt pag. 113. lin 30. Collegiatæ pag. 128. lin. 11. subsumamus pag. 184. lin. 14. juris pag. 205. lin. 3. Capucinos pag. 290. lin. 6 à fine, sit pag. 292. lin. 1. Hic enim in summ. rubr. quod cujusque pag. 296. lin. 8. Dominium pag. 367. lin. 9 Matrimonium pag. 368. lin. 8. ratione pag. 369. lin. 18. relatione pag. 370. lin. 8. à fine ipsissimo. *ibidē* corā p. 371. lin. 9. quando secunda pag 550. lin. 25 mortui *in sequenti linea* adhuc pag. 565. *lin.* 8. *à fine* censuris, *ibidem linea quinta à fine* reparandi p. 647. lin. 4. ad quæ pag. 653. linea quarta Imperator p. 705. lin. 28. suo adjecto glossemate p. 726. lin. 11. juris naturalis Plura alia alibi & maxime in marginibus tum in paginarum numeris corrigenda occurrunt, quæ Benevoli Lectoris manu facilè emendabuntur.